UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Rvperti Ab||batis Monasterii || Tvitiensis Ordinis S. Benedicti The||ologi antiqui, Opera duo, ut egregia sanè, ita diu desiderata, multoq[ue] || labore perquisita, ac sumptu haud ita modico ...

Rupert <von Deutz>

Colonia, M. D. XXVI.

VD16 R 3796

urn:nbn:de:hbz:466:1-71860

Visual Library



Th. 45a.

Christus cur ultra 40. dies ieiunio affligi non debuit. 42.a
Christus cur ex solo Deuteronomio obijciebat diabolo. 43.c
Christus, secundus Israël, secundã legem maxime impleuit. ib.d
Christus per exteriores phãtasias tentatus à diabolo. 44.c
Christus ante carcerem Iohãnis nõ prædicauit publice ibid.d
Christus cur potius in Capharnaũ q̃m Nazareth habitauit. 45.b
Christus cur potius pauperes q̃ diuites elegit discipulos 47.b
Christus in miraculis à septẽ pietatis operibus initiũ fecit. 48.d
Christi studia in scripturis die ac nocte, ut eas adimpleret 49.a
Christus quo uidit turbas? ut misereretur et consolaretur eas ibi.c
Christus est cithara, cui insita est tota Musica patris. ibi.d
Christus solus potuit adimplere legem & prophetas. 50.b
Christusque docuit fecit 56.a
Christus quomodo sanctificatus sit. 67.a
Christus aliter leprosum, aliter centurionis puerũ curauit. 74.c
Christus portauit infirmitates nostras 94.a
Christus appellabatur dominus, magister siue rabbi &c. 96.c
Christus misereatur eorum quibus mali præsunt. 97.d
Christus prohibuit discipulis ne ipsum manifestarent. 108.a
Christus iam uenisse concluditur ex propheta. 122.a
Christus ante sex dies paschæ uenit Bethaniam. 123.a
Christus est sacerdos, aries, uitulus & hircus. 141.a
Christi latus est ostium tabernaculi. 167.a.b
Christi uulnera in cruce 167.c
Christus extra castra passus est. 167.c
Cicero orator eloquentiæ studiosissimus. 169.d
Circulus in naribus Leuiathan, quid est. 70.d
Ciuitas supra montẽ posita, sunt apli & eorũ similes sancti. 9.d
Columba habet septem insignia pietatis 55.a
Comamare deo quid significet 48.d
Confessio Christi omnium maxima. 176.c
Confessiones Augustini non contemnendæ. 134.b
Confessio opportuna Christi de seipso. 175.a
Confessio accipitur nonnunquam pro laude. 131.a
Confessio inde similis confessioni dæmonum 131.b
Confidere in homine, sicut solebant Iudæi, quid est. 160.b
Confugerẽ est ad nomen domini in tentationibus diaboli. 32.c
Congressum cœleste inter Ioseph & Mariam. 175.b
Consolatio seruorum Christi. 8.d
Consilium dei spernere, sicut fecerunt Pharisæi, quid est. 116.a
Consilii dei est, ut hoies baptizẽur in aqua ad hũilitatẽ sui. 31.d
Consilium sacerdotum præuisum fuit à Iacob 36.a
Consilius intentio quæ fuerit. 139.d
Coronan gazophylacium erat. ibidem
Correctio fraterna quomodo fiet. 163.d
Corona preciosa in capite, sacram scripturam significat. 87.a
Corpzam interpretatur, hoc mysterium meum. 96.a
Crastinus dies solicitus erit sibijpsi. 129.c
Crastinus dies secundum anagogen quid significet. 85.c
Crastinus dies cui maledixit Iob. 86.a
Crastinus dies quomodo est solicitus sibi. ibidem.b
Creata sunt omnia propter filium dei. ibidem.c
Cremari extra castra quid sit 193.d
Cuius uentilabrum in manu sua, nullius ergo indiget. 170.a
Custos legis & prophetarũ sacramẽta, in Christo adipleta. 34.c
Custos huius operis exactor. 56.b
Cunonis exaltatio ad episcopatum. 1.b
Cuno in iuuentute monachus Siggebergensis. 182.d
Chusai fuit figura discipulorum Christi. 183.c
Daniel uaticiniũ de aduẽtu Christi, cui cõsonat Lucas ibidẽ.c
Daniel mundo corde deum uidere meruit. 160.a
Dare debet qui recipere uelit. 27.b
Data spiritus sancti duo sunt 51.d
Dauid, testis Christi, quod sit homo, deus, rex & sacerdos. 67.c
Dauid cur Abrahæ præponitur i libro generatiõis Christi. 4.b
Dauidi maior facta est promissio q̃ Abrahæ. ibi.c
Dauid iustus & pius, nolens occidere Saul christũ domini ibi.d
Dauid sustinuit diabolum quem non dilexit. 11.c
Dauid comedit panes propositionis 82.b
Dauid typum Christi gessit 133.a
Dauid parualus typum Christi gerit 159.a
Debita rerum seu pecuniæ non tenemur dimittere. 193.a
Dæmonia increpata à Christo hæreticos præfigurabant 76.c
Deus non uult nec debet dici deus aut dominus diaboli. 96.b
Deuteronomiũ quo differt ab alijs libris legis 43.a
Diabolus & in Pharaone & in Herode quærebat perdere semen promissum Abrahæ. 43.d
Diabolus quõ ostendit Christo omnia regna mundi. 22.c
Diei sufficit malitia sua, exponitur. 44.b
Diligendus est nobis inimicus. 86.d
Dimittere debemus culpam debitoribus nostris. 68.a
Discipuli Christi fuere sicut oues in medio luporum. 76.c
Discipulus non est super magistrum. 113.d
Diuitiæ admodum periculosæ. 116.b
Dolores martyrum ut parturientis 82.c
Dolor electorum de lapsu hominis. 115.b
Dominationis potestas interdicta est clero. 192.b
Dominus unus est deus 112.a
Doctor tempus, locum & personam attendere debet. 81.c
Docendo non habent potestatem qui sua quærunt. 89.b
Dominus de Sion ruget, exponitur. 93.c
Donum spiritus sancti ad explanandas scripturas 188.d
Ecclesia quõ offert Christo aurum thus et myrrhã. 179.d
Ecclesia per Rachel plorantẽ filios suos designata 19.c
Ecclesia cur sanctos deplorat, quia non sunt. 23.a
Ecclesiæ persecutiones præfigurantur tempestate maris. ibidẽ.d
Electi transcribuntur in librum uitæ per fidem in Christũ. 99.c
Eleemosyna primum & præcipuum opus bonum. 2.c
Eleemosyna quomodo sit eroganda. 69.d
Eluidij error contra perpetuam uirginitatem Mariæ. 7.c
Emere aquas sapientiæ absq; argento, quid est. 15.d
Excusatio discipulorum de confricatione spicarum. 35.c
Exprobratio diaboli magna &c. 133.a
Exterminare quid significet. 92.c
Euangelij prædicatio ubiq; solicite fienda. 78.c
Euãgelistæ nõ tã ordinẽ i gestis Christi obseruãt, q̃ mysteriũ. 67.c
Euangelij ministerium non licet recusare. 95.d
Eucharistiæ sacramentum cur in cœna institueretur. 185.c
Facies leonis cur in Ezech. et Apoca. primo loco ponit. 147.d
Facies hominis in Christo, decus est generis hũani. 5.d
Facies quatuor unius animalis, sunt quatuor sacramenta Christi. 10.c
19.b. & 138.a. & 140.d
Facies uituli, sacramentum est passionis Christi. 138.c

Facies uituli à sinistris propter aduersa passionis eius. 164.a
Facies uituli in passione despecta. ibidem.c
Facies uituli, leonis, aquilæ. 171.d
Facies leonis sacramentũ resurrectionis Christi. 187.d
Facies leonis à dextris. 188.b
Febricitantis socrus Petri cura, mysterium habet. 95.a
Festuca in oculo Dauid. 87.c
Fidei magnæ exemplum. 83.d
Fidei minimæ qui sint. 84.a
Fides cur exigatur à curandis. 107.b
Fiducia hominis ad deum habenda. 196.d
Filij Leui, uice primogenitorũ usq; ad Christũ. 5.b
Filij Leui fuerunt uicarij primogenitorũ usq; ad Christũ. ibi.d.
Filij Israël in deserto tẽtabãt deũ & tentabantur ab eo. 42.c
Filij dei à filijs diaboli differunt. 69.a
Filijs Israël data fuit lex & terra Chanaã sub cõditione. 161.b
Filius dei naturalis differt ab adoptiuis. 68.c
Filius dei incarnatus fuisset etiam si Adam non peccasset. 196.b
Filia archisynagogæ typus est Iudæorum. 106.d
Fimbriæ Christi tactus, mysterium est. ibid.c
Flagellum inundans super quosdam. 137.b
Fremitus leonis, uox magnæ commotionis. 188.d
Fœmur Iacob emarcuit, nato Christo. 16.d
Fortes in superbia, auferet uentus, tollet aura. 34.d
Fortitudine sua Iacob cum angelo luctatus est. 89.d
Framea mortem corporis significat. 157.d
Fugiendum est in persecutionibus. 115.c
Fures olim in cœlo fuerunt. 80.b

Genealogiarũ quæstio, post Christũ natum, uana est. 16.d
Generatio Christi multũ dissimilis à generatiõibus aliorũ quamuis iustorum. 10.a
Gẽrationũ tribuũq; supputatio ppter Christũ nasciturũ fuit. 16.c
Gladius materialis quando sanctis necessarius. 127.b
Gloriã Christi præcesserit humilitas pœnitẽtiæ & passionis. 29.c
Gloria Christi in ipsius baptismo ichoata sed nõ cõsummata. 36.d
Gloria Christi corã diabolo manifestari non debuit. 42.b
Gloriatio de carne Abrahæ uana est & maledicta. 32.b
Gloria domini benedicta est uerbum domini. 189.c
Golias exprobrans typus est diaboli. 192.b
Gulæ uitium, sæua pestis, ex qua multa oriuntur sæua. 41.d

Harundinẽ quassatã non cõfringere, quid significat. 135.b
Hæresiarcharũ salisfatuatũ & peccatũ irremissibile. 54.c
Hæretici, sal euanidũ, ad nihil utile, foras mittendũ. ibidẽ.
Helias cur prophetas Baal occidit. 51.b
Hæreticus primus in actibus apostolorũ Simon. 96.b
Hæretici circa eucharistiam præfigurati sunt in lege. 150.d
Herodis homicidia & paricidia contra genus Dauid. 19.a
Herodes similis Pharaoni in occidendis pueris. 22.c
Hirci duo quid significent. 167.d
Hilaritas regis sicut ros super herbã. 188.a
Hypocrisis interpretatur deauratio & quid significat. 70.a
Hypocrita quis dicatur. ibidem.
Hymnus Ruperti elegãtiss. ac plane diuinus ad S. spiritũ. 199.c
Hominũ tumor, ut sint sicut dij & habeantur pro dijs. 36.b
Homo non de uirtute sed de uitio in uitiũ cecidit. 195.c
Hospitalitas multorum exemplis commendatur. 120.c
Hospites pauperũ Christi magnã mercedẽ recipient. ibid.

Humiles, ut triticũ manebunt: superbi ut palea auferentur. 34.d
Humilitas Abrahæ & Dauid. 3.c
Humilitas episcopo tenenda est. 186.b

Iacob in sacerdotẽ consecratus à patre suo Isaac. 5.a
Iacob quõ luctatus est cũ deo: fletu & oratione. 16.a
Iacob mutatũ ẽ nomẽ à deo, sicut et Petro, & nulli alij. 47.c
Iacob, qñ dictus est Israël, accepit præceptũ hostes interficiẽdi. ibi.
Ieiunare ut quid Iudæi debuissent. 104.d
Ieiunare domino qui dicantur. 105.a
Ieiunandi causæ apud Iudæos diuersæ. ibi.c
Ieiuniũ fuit inchoatio sacrificij seu oblationis Christi. 38.a
Ieiunium primus omnium cœpit Moyses. 78.a
Ieiunij bona causa fuit antiquis. ibidem.b
Ieiunium hypocritarum triste est. ibidem.d
Ieiunantium triplex differentia. 79.b
Ieiunantes medij inter bonos & hypocritas. 79.c
Iesus deum, Christus regẽ & sacerdotẽ significat. 3.c
Iesus consurgit in diuersis iudicijs. 100.b
Iesus cur plus solito diutius mãserit in Hierusalẽ. 144.c
Iesus ingressus Hierusalẽ in die palmarum. 145.a
Iesus orauit solus & seorsum. 152.a
Iezabel regnauit in Samaria &c. cum filia. 115.d
Iezabel scripsit literas nomine Achab. 155.b
Ignis perpetuus in altari. 199.a
Illusio alia uitulorum alia canum. 164.b
Illusio Christi à gentibus. 165.c
Imago crucifixi ueneranda. 181.b
Imagines uenerandæ sunt. 174.c
Imprecatio in hircum quid significet mystice. 168.c
Indignatio discipulorum contra Magdalenam. 141.d
Indignatio quorundam contra authorem. 142.d
Infirmitate alia laborabant Iudæi alia gentiles. 95.c
Inimici dilectio à Christo consulitur. 63.d
Inimici quomodo & ad quid diligendi. 69.b
Inimicis id quod nobis facere accupere debemus. 91.a
Inimici hominis domestici eius. 118.d
Intestimonium illis & gentibus. 114.c
Iniuriæ perpessio à Christo consulitur. 63.d
Intentio Magdalenæ unguentũ effundentis. 141.c
Intentio dei in operatione suæ bonitatis. 190.d
Intentio diaboli. 191.c
Interpretatio nominum duodecim apostolorũ. 109.d
Ioãnes bap. duplex datũ spũs sancti accepit mox ab utero matris. 13.a
Ioannes bap. ualde magnus, de quo & alij prophetauerũt. 26.b
Ioan. bap. cur non uocalis, sed uox clamantis dictus est. ibid.d
Io. bap. testis Christi necessarius, tũ ad Iudæos tũ ad oẽs gẽtes. 27.a
Io. bap. quõ nesciebat Iesum secũdũ faciẽ, sciebat aũt spiritu. 28.a
Ioannes baptista quomodo uenit in testimonium. ibidem.d
Io. bap. per spiritũ propheticũ agnouit Christũ ad se uenientẽ. 29.c
Io. bap. baptizatus est à Christo in cruce pendente. 30.b
Io. bap. multipliciter sanctus, qa primogenitus & Nazaræus. ibi.c
Ioan. bap. moribus & uestitu similis Heliæ. ibid.d
Ioannes bap. uere humilis fuit. 34.b
Io. bap. tẽtatus à Iudæis inuidiæ ac zeli cõtra Iesum stimulis. 40.b
Io. bap. in deserto erat ut lucerna sub modio. 55.c
Ioan. bap. in deserto erat ut lucerna sub modio. 121.b
Ioannes bap. cur interrogauit Christũ per discipulos. 122.b
Ioannes bap. pro qua re solicitus fuerit.

Iohannes baptista sauit Christum uenisse sed non agnouit faciem eius 123.c
Ioan. bap. syncerus testis Christi. ibidem
Ioan. bap. propheta & plusq̃ propheta 125.a
Ioan. bap. humilitas erat admodum magna. 125.c
Ioan. bap. uenit in spiritu Heliæ. 127.b
Ioseph supremus scalæ gradus, cui innixus est dominus. 7.c
Ioseph recte dictus est in euang. uir Mariæ & pater Christi. 8.d
Ioseph uir iustus & pius, nolens traducere Mariam. 11.b
Ioseph filius Dauid propter duo dicitur. ibidem.c
Ioseph uirgo permansit. 15.d
Ioſue primus, a fratribus uẽditus, typus Christi & martyrũ. 23.b
Ioſue typum Christi gessit. 37.c
Ire ad eum quæ perierunt domus Israël iussi sunt apostoli. 110.d
Ira, quæ rem facit iudicio, qualis est. 59.b
Ira regis sicut fremitus leonis. 188.a
Isaac & Iacob, filij promissionis. 4.d
Isaac sacerdos & hostia, quia typus Christi. 5.a
Iudæa abijt & totus recessit à Christo. 143.d
Iudas non interfuit communioni sacræ. 146.a
Iudas an fuerit de crimine conuictus. 147.b
Iudas similis est Achitofel. 159.b
Iudas uoluit personam Christi perire. 159.d
Iudæi ex formicatione nati, quia de Iuda ex Thamar. 6.c
Iudæi, maledicti quia ponunt carnem brachium suum. 32.b
Iudæorum duplex excisio. ibidem.d
Iudæa primo tpe alleuiata, nouissimo aggrauata est. 45.c
Iudæi episcopatum perdiderunt, et propria sententia se cõdẽnauerunt. 58.b
Iudæorũ Racha & insultatio cõtra fratrẽ suum, Christum. 60.a
Iudæorum munera & sacrificia frustra fiunt, quia non sunt reconciliati fratri suo Christo. ibidem.d
Iudæi male negligunt conseneire aduersario in uia 61.b
Iudæorũ auaritia in negotiationibus tẽpli et precio iustorũ. 62.b
Iudæorum qui sunt à Christo saluati. 93.b
Iudæi porcis comparantur. 100.c
Iudæi sunt pueri stulti. 127.d
Iudæi cunctis gentibus deteriores. 129.b
Iudæorum clamosa est pernicacia. 135.a
Iudæi blasphemabant propter gentium conuersionem. 135.d
Iudæi propter continuatã blasphemiã iudicati sunt. 136.c
Iudæi confœderati Diabolo. 137.a
Iudæi appropinquabant deo labijs & ore tantũ ibidem
Iudæi quid iuris habuerunt ad bona Chananæorum. 163.a
Iudicium diuinum quomodo differt ab humano. 60.c
Iudicium de cuibus Christi. 111.a
Iudicium cõtra blasphemiam Iudæorum 137.b
Iudicia quo tractare licuit de morte Christi 139.b
Iugum domini suaue est. 132.a
Iuliano Imperatore recte dixerunt, fatue, Christiani, quia nõ erat frater. 59.c
Iurare quibus licet aut prohibitũ sit. 65.c
Iuramentum non recipit euangelica ueritas. 66.b
Iuramentum primum fecit Abraham. ibidem
Non iurare omnino consilium est. 65.c
Iustitia operum absq; fide filij hominis nihil prodest 32.a
Iustiæ exempla sex. 63.b
Iusti dicuntur superbi. 104.c
Lapides, de quibus suscitan ẽ filij Abrahæ, quinã sunt. 33.a
Legis præcepta, quædã bona, quædã non bona. 56.c
Lapides, quos in Iordane posuit Iosue, spiritualiter sunt prophetæ & Apostoli. ibi.b
Lapides xij. in Iordane, prophetas: alij xij, Apostolos præfigurabant. 37.b
Lex nihil ad perfectũ adduxit, in præceptis non bonis. ibidem.d
Lex gratiæ plus exigit à Christianis q̃ uetus. 68.b
Legis summa diligere proximum sicut seipsum. 91.a
Leo duplex. 198.b
Liber gñatiõis duplex. Terrenus ĩ Adã, cœlestis ĩ Christo .2.a
Liber gñatiõis Iesu Christi, secũdũ promissionẽ attẽdidebet. ib. d
Libellus repudij olim dabatur. 63.c
Libellus repudij quare promissus fuerit. 65.a
Liberari petimus à multiplici malo. 76.d
Lilium designat in scripturis puritatem. 83.c
Linea Christi, secundũ Matthæũ, ẽ sicut linea piscatoris. 9.c
Linea Christi secundũ Lucã, est sicut circulus. ibidem
Loquitur deus specialiter quibusdam. 88.c
Loth pacem aßequutus q, angelos hospitio receperit. 112.d
Lucas pulcherrimi prudens autor eloquij. 27.b
Luctus multiplex filiorũ Israël iudicũ tẽporibus. 50.d
Lucerna super candelabrum posita, est prælatus in ecclesia prædicãs. 50.d
Lux uera, Chrũs, lux naturaliter nõ ex acciděti dono lucẽs. 55.c
Lux illũinata duplex, una ut stellæ, altera ut splẽdor firmamẽti. 54.d
Lux illũinata duplex, una ut stellæ, altera ut splẽdor firmamẽti. ib.

Magorũ historia quid præfiguraut 17.d
Magis cur stella in signum data est. 18.b
Magi cur ĩ Hierusalẽ potiꝰ q̃ alibi quæsierũt Chrũm. ib.d
Mgorũ munera recte dicũtur thesauri. 19.d
Maledictiones 30. in iudam. 143.d
Maledictiones iudæ pro 30. argenteis. 160.d
Mammon est falsus dominus. 81.d
Manna in solitudine, typus Christi cõcepti ex uirgine. 14.b
Mãna uescimur quotidie tũ ĩ uerbo dei, tũ ĩ Eucharistia. ibidem.c
Mandata minima quæ sunt. 58.a
Maria ẽ carne q̃ fide filia Dauid & Abrahæ. 3.b
Mariæ magna fides & humilitas. ibidem
Maria desponsata est Ioseph ex cõsilio spũs sancti. 10.d
Maria datũ spũs sancti in remiß. pec. prima accepit. 12.b
Maria est illa prophetißa, ad quam accessit Esaias. 18.c
Maria diaẽ cœlũ, cuius duæ sunt ianuæ quas deus aperuit. 15.c
Maria sponsa dei patris, hortus cõclusus, fons signatus. 20.d
Maria tempus tacendi & tempus loquendi habuit. 21.a
Maria apostolis post paßionem Christi multa enarrauit. ibid.b
Matthæus. i. donatus, mysticum exhibuit conuiuium. 1.d
Matthæus non sine pondere uerborum loquitur. 7.d
Matthæus ualde conuenienter utiẽ prophetarũ testimonijs. 25.d
Matthæum quibus oculis uiderit Christus. 103.d
Matthæus qualis fuerit ante conuersionem. ibidem
Melchisedech, primogenitus Noë, qui dicitur Sem. 5.c
Mœror authoris propter tyrannidem diaboli. 174.d
Minor in cœlo qui sit maior Iohanne quis sit. 125.d
Minor in regno cœlorum Christus. 126.a
Minimum uocari in regno cœlorum, est episcopatum suum perdere. 58.b
Miracula Christi & Moysi differunt. 99.a

Mola inferior & mola superior. 153.b
Monasticorum ægrotatio describitur. 97.b
Moses rogando, sicut Iacob, inualuit contra deum. 16.c
Moses mitissimus fuit in causa sua, in causa autē dei zelosus. 50.c
Moses non fecit propria uirtute miracula. 99.b
Moses omnibus prælatis imitandus est. 108.c
Moses ab omni æmulatione sinistra immunis. ibidem d
Mulier fimbriam Christi tangens, gentes designat. 106.d
Mundus totus quomodo uisus est uno intuitu à S. Benedicto. 44.b
Myrrham afferunt martyres, thus sacerdotes, aurū reges. 19.c
Mystica munera Magorum. 19.c

NAthan propheta emendauit Dauidem. 88.a
Nauicula iactabatur fluctibus. 152.b
Nazaræus à Iacob & pphetis dictus est Christus. 24.b
Nazarenus dictus est Christus à Pilato, agente spiritu dei. ibi.c
Nazarenus dictus est etiam à malis spiritibus & Iudæis. 25.a
Negatio Petri præfigurata fuit. 152.a
Niniuitæ egerunt pœnitentiam metu exterminij. 130.a
Nomen dei quomodo sanctificetur. 74.c
Nomen Petro mutatum est in nouo testamento. 109.c
Nominum commutatio cur in utroq; testamento fieret. 109.d
Nominum duodecim apostolorum interpretatio. ibidem
Nomina noua sunt, filius dei, filius altissimi, spiritus sanctus. 13.b
Nomina octo de Christo apud Esaiā pulchro ordine posita. 15.a
Numa Pompilius sacrorum causas penes se habuit. 191.c

OBlationis ritus describitur. 166.a
Obsequium spirituale in effusione unguenti. 142.d
Oculus dexter pro castitate seruāda, pisciēdus est. 64.a
Oculi scandalum præcaueri oportet. 64.a
Oculum pro oculo, dentem pro dente, est permittentis. 66.c
Oculus simplex, intentionem bonam significat. 80.a
Oculi ante & retro quid significent. 140.d
Odiū habere inimicum lex non præcepit, sed permisit. 68.a
Opus censetur bonum ex bona intentione. 81.a
Opus seruile quid sit. 133.c
Operum bonorum radix est dilectio. 69.d
Operum bonorum ordo. ibidem
Opera misericordiæ sunt sex. 70.b
Opera bona ducunt ad sabbatismum cœlestem. ibidem
Operibus bonis redimitur quis in die iudicij 80.c
Opera Christi spiritualiter facta magis respiciēda. 124.a
Operarij pauci sunt in meße domini. 108.b
Operarij eijciendi in meßem. ibidem d
Oratione ornata uerbis compositis non flectitur deus. 71.a
Oratio fit non solū ad accipiendū, sed ad occurrendū deo. ibid.b
Oratio longa cum affectu laudabilis 71.c
Oratio musicalis plus afficit auditores. 72.a
Orationis tres modi deo placent. 72.b
Oratio hypocritarum displicet deo. 72.d
Oratio dominica uidebatur apostolis nimis breuis. ibidem
Ordo Melchisedec est offerre in pane et uino iure primogeniti. 5.c
Oratio dominica brevior est apud Lucā quàm Matthæum. 73.a
Oratio dominica ab omnibus oranda est. 73.c
Oratio dominica est exemplar omnium orationum. 76.d
Ordines Christianorum tres sunt. 169.a
Os domini, sacra scriptura est, qd' Iudæis clausum, discipulis apuit (Iesus. 49.d
Ouum mysticum beata uirgo. 90.c

PAcifica et ministri recōciliatiōis facti sunt apostoli. 52.c
Pacem mittere non uenit Christus. 162.c
Panis cœli, pāis angelorū, nō māna patrū, sed Christ. ē. 14.a
Panis supersubstantialis quis intelligatur 75.c
Panis triplex reperitur in scripturis. ibid.
Panis conuertitur in corpus Christi. 151.a
Parabolicæ loquutiones congruebant Iudæis. 105.d
Parabola de malis agricolis. 161.c
Paralytici curatio, mysterium ecclesiæ significat. 102.c
Participatio in idipsum erit sanctis, post resumpta corpora. 23.d
Partes duæ dispergentur. 157.d
Paschalis temporis obseruatio. 144.c
Pastor magnus ouium est Christus. 110.d
Pastores diuersi sunt Christus & Moses. 169.c
Passio Christi quomodo fuit triduana 139.d
Passio Christi quomodo saluauit antiquos. 148.c
Passio Christi nobis gloriosa est. 164.c
Passus mille concedit lex sabbatizanti. 167.a
Patrem & matrem relinquendos uetus mandatum est. 119.b
Patrem Christus dupliciter nominat in euangelio. 92.d
Pater noster unde sit deus 70.c
Pater noster dicere, & non pater mi debemus. 74.b
Pater mi solus Christus dicere debuit. ibidem
Pater malus Adam & Herodes. 90.b
Pater bonus est deus ibidem
Pater in passione tenebat dexteram filij. 188.c
Pauptas grande instrumentū quo creatura subijcit creatori. 47.b
Pauperes spiritu fuerunt Abraham, Isaac & Iacob. 50.b
Pauperes Christi lilijs agri comparantur. 83.c
Pax euangelistarum super receptores eorundem. 113.a
Pax duplex, scilicet dei & mundi 118.c
Peccatores dicuntur humiles. 104.c
Peccatum Iudæorum maximum. 165.c
Pœnitentia duplex, & quæ deo sit curæ. 129.a
Percutiam pastorem, exponitur. 152.d
Peregrinatio nostra in Aegypto huius seculi præfiguratain filijs Israël. 21.c
Peregrini aliter nunc sumus, quàm ante fidem susceptam. 163.c
Perfectio Christianorum qualis esse debeat. 69.a
Perfectionem ueram quis habeat. 98.c
Perfectio Ioannis & Iacobi describitur. ibidem
Persecutiones deus non diu permittit. 99.d
Petitio bona Ruperti 182.a
Petro cur nomen mutatum est à deo, sicut olim & Iacob. 47.c
Petrus clamauit, saluum me fac. 132.c
Pharisæi & scribæ quærebant gloriam suam. 92.c
Pharisæi, qbus p legibus deuteroses erāt, ab alijs diuisi fuere. 31.b
Pharisæi non baptizabantur à Iohanne, sed insidiabantur rei. ib.c
Pharisæi & scribæ male iudicabant. 87.b
Plagæ in medio manuum quæ sint. 156.c
Plagatus in domo eorum &c. 157.a
Ploratus duplex, bonus & malus. 23.c
Pœnitentiā omnes agere debent, siue oliua qs sit siue mirica. 32.c
Pœnitentia Petri alia quàm Iudæ. 158.b
Pœnitentia duplex. ibidem c
Pœnitentia Iudæ qualis fuerit. ibidem d
Porci Herodes & satellites eius: margarita, uirgo prægnās. 10.d

Portos alienos dedit Christus dæmonibus. 100.d
Porta clausa primapi, per quam uir non transiet. 13.d
Potestas Christi contra dæmones. 100.c
Potestas Christi longe maior quàm Mosis. 109.b
Præcepta Christi sunt nobis possibilia. 68.d
Precium uenditionis Christi uile fuit. 143.c
predestinatio diuina quid efficiat in homine. 104.a
predicatores non debent cogitare quid aut quō loquantur. 114.d
Prælati ecclesiæ habent potestatem peccatores tradere ministro malo, Satanæ. 61.a
Presbyteratum cur sero acceperit Rupertus. 180.c
Primogenitii ius perdidit Ruben & datū est filijs Ioseph. 5.c
Primogenitorum uicarij fuerūt filij Leui usq; ad Christū. ibidem.d
Progenies uiperarū, quod Moses uocat fel draconum. 31.b
Prophetæ & filij eorū esuriebant & sitiebant iustitiam. 51.b
Prophetæ falsi absq; gratia cognosa nequeūt. 91.c
Prophetarum officium est aduentum Christi communiter pronūciare. 125.c
Prophetæ qui & quales fuerunt ablati de terra, 154.b
Prophetare ultra quid sit. 154.c
Prophetæ confundentur. 155.a
Prophetia falsa de Romanis. 155.c
Prouidentia dei circa pauperes quæ sit. 85.c
Prouidentia dei magna circa omnes creaturas. 117.d
Prudentia donum spiritus sancti. 91.c
Prudentes esse sicut serpentes iubentur apostoli. 114.a
Puerorum cantantium primus Christus 128.a
Puerorum lamentantium primus erat Iohannes. ibidem
Pugnādi modus mutatus est, qa antenatū Christū ferro pugnabāt fideles, post nō ferro, sed uerbo dei, gladio spirituali. 46.b
Pugna Gedeonis cōtra Madian typus fuit pugnæ Christianæ. ibidē

Quadrantē nouissimū in inferno nemo reddere potest. 61.d
Quadrās tres unaas habet. Vnaa pars xij. assis. 62.a
Quadruplex genus hoim in extremo iudicio. 166.a
Quatuor insignia Christi, Deus & homo, rex & sacerdos. 3.c
Quatuor sacramēta pietatis nobis necessario credenda. ibidem.d
Quatuor staes Euāgelistarū secundū ista 4. sacramenta. 4.a
Quatuor hec sacramēta staesq; descripsit etiā Moses. 6.b
Quatuor mulieres in gnatione Christi reprehēsibiles. ibidem.d
Quatuor staes unius animalis sunt 4. sacramēta Christi. 107.b
Quatuor personæ ārea crucem Christi. 166.a.
Quærere regnum dei quid sit. 85.a
Quæstio ardua de omnipotētia & uolūtate diuina. 194.d
Qui fecerit & docuerit, magnus uoca. Hic est Christus. 58.c
Qui dixerit fratri suo Racha, reus erit consilio. 59.b
Qui dixerit, fatue, reus erit gehennæ. ibidem.c
Qui ille minor in cœlo qui maior Iohanne. 125.d

Rachel plorās, Eccl'ia & oīs aīa cōpatiēs tribulatis. 23.b
Rachel Idololatra per uirum saluata est. 64.c
Receptacula pauperum quæ sint. 120.a
Recipitur deus in pauperibus. ibidem
Recipere nolentes prædicatores anathematizantur. 113.c
Regnum Iudæorum in se diuisum. 136.b
Regnum cœlorum uim patitur. 136.d
Regnū cœlorū primus prædicauit Iohannes præcursor dñi. 28.b
Regnū cœlorū, regnū ē legitimū: regna terræ rapina sunt. ibidē
Regnū cœlorū omnes beatitudines cōplectitur. 53.d
Regnū dei siue cœlorum quomodo aduenit. 75.a
Regnum dei est uerbum dei. 58.a
Regnum dei intra uos est, quomodo intelligitur. 126.b
Regula Ticonij sexta quæ fuerit 146.b
Relapsi post baptismum cura 94.d
Religiosi paßeribus designantur à Christo. 82.d
Reprobi, scripti sunt in libro terreno, electi in cœlesti. 2.b
Remißio pctōrū aliter antiquis, aliter nobis datur. 128.b
Renunciandum seculo eße. 63.c
Responsio dißimilis data est Petro & scribæ. 98.a
Respondit Iesus patri pro uocibus sacræ scripturæ. 130.b
Resurgere à peccatis nemo potest sine gratia. 95.c
Respexit dominus Petrum. 158.a
Respectus domini duplex. ibidē.b
Retributio mala. 161.d
Reuelare uult deus electorum uirtutes. 116.d
Reuelationes sibi factas Paulus prædicat. 117.a
Reuelauit & pater & filius 131.c
Reuelationes narrat author. 173.b
Romanum imperium, bestia quarta, quomodo cœmedit & cœmi nuit regnum Iudæorum. 27.b
Rota habēs quatuor facies sacram scripturam significat. 171.a
Rupertus mortem suam præsciuit. 177.b
Rupertus petijt sibi finem uitæ reuelari. 178.d
Ruth inter duas leges cōpugnantes, in salutem cua sit. 6.d
Ruth maritū priorē excusat necessitas, posteriorē lex. 7.a

Sabbatum spirituale cuiusmodi sit. 67.b
Sabbatismus in contemplatione. 84.c
Sabbati uiolatio quomodo fiat. 133.c
Sabbati dominus ē solus deus. 132.d
Sacerdos magnus non debet in amicis pollui. 64.b
Sacerdotiū primogenitorū ceßauit in Iuda & fratribus eius. 5.b
Sacerdotiū Israëliticū cur ceßauit in Aegypto. ibidem.
Sacerdotiū Christi præstantius q̄ Aaronis. 37.d
Sacramenta quatuor necessaria ad salutē. 194.a
Sacramenti absconditi dispensatio. 193.d
Sacramenta abscondita fuerunt angelis. 193.b
Sacrificiū uerū, munus sanctū, corpus & sanguis Christi. 61.a
Sacrificiū iuge per singulos dies fiebat. 133.b
Sadducæi. i. iusti, solū quinq; libros Moysi recipiebant. 31.b
Salis commendatio in scripturis. 53.b
Sal terræ, apostoli. ibidem.c
Sal doctrina euāgelica cōtra carnales legis cerimonias. 54.a
Sal insatuatū, pharisæi & hæretici, scientia superbientes. ibi.b
Sallustius historiographus elegantiæ studiosus. 7.d
Sanctus multipharium dicitur. 30.c
Sanctificatio proprie ascribitur spiritui sancto. 12.a
Sanctificatio nominis dei quomodo fiat. 74.c
Satanas arrogat sibi genus humanum. 190.c
Satanæ intento in nequitijs suis. ibidem.d
Scala Iacob typus lineæ generationis Christi. 7.c
Scalæ huius mysteriū in angelis ascendentibus & descendentibus per eam. 9.b
Scriba minus præsumptuosus fuit. 98.a
Scribæ & pharisæi cunctis uirtutibus uacui. 57.c
Scribæ et pharisæi idixerūt fratri suo, Christo, racha & fatuæ. 59.d
Scripturæ hæreticis in laqueum sunt. 15.c

Scripturæ Christi sunt, quia in ipsum tendunt. 25.d
Scripturæ dicũtur os domini, et fuerũt oli clausæ et signatæ. 49.d
Scriptura sacra non exigit fucum uerborum. 71.a
Scriptura sic condita est, ne ab omnibus intelligatur. 89.b
Scriptura quare obscure tradita est. ibidem.c
Scripturæ sacræ cum maxima humilitate studendum. 89.d
Scripturis sacris nihil addendum nihilq; subtrahendum. 91.d
Scripturæ absq; phaleris uerborum tractandæ sunt 115.a
Scriptura sacra dicitur columba. 153.c
Scripturæ sacræ diuulgatæ sunt post passionem Christi. 172.b
Secundus homo de cœlo cœlestis. 8.d
Sententiæ doctorum diuersæ de Iuda 145.c
Septem matres steriles antea, in scripturis. 10.b
Sermonem eundem Christus sæpe repetijt. 109.a
Sermo Christi mundificauit apostolos. 148.a
Sermo domini in mõte de quatuor uirtutibus cardinalibus. 57.b
Seruire duobus hominibus, non aũt dominis idem potest. 81.c
Similacum melle, humanitas Christi cum deitate. 15.b
Simplices debent esse apostoli sicut columbæ. 114.b
Solitudo hirci Hierusalem fuit mystice. 168.a
Solicitudo rerum temporalium scandalizat. 82.c
Solicitudo rerum in deum collocanda est. 84.c
Solicitudo diuitiarum fugienda est. 85.c
Solicitum esse in diem crastinum quid sit. 86.c
Solicitus est dominus pro suis amicis. 119.d
Spũs sanctus primũ ab angelo ad Mariã et Ioseph sic dictus ẽ. 11.d
Spũs sancti duplex datũ ẽ. s. gratiarũ diuisio et remiss. pec. 12.b
Spiritus sanctus uocabulum est uenerabilius, q̃ spiritus dei 13.a
Spiritus sanctus de meo accipiet, id est de scripturis 25.d
Spiritus sanctus eduxit filios Israël de Aegypto. 38.d
Spũs an. sup alios i specie ignis, sup Christũ i specie colũbæ appa ruit. 39.a
Spiritus sancti data duo sunt 170.c
Spũs sctũs ut paracletus nõ fuisset datus nisi p mortẽ Chri. 170.d
Spiritus sanctus in specie ignis apparuit. 178.c
Spiritus sancti illapsus in pectus Ruperti. 179.b
Stella Magis appuit, ppter fœdus et pmissionẽ dei ad Abrahã. 18.a
Suspensio Iudæ dirum portentum fuit 160.b
Suspensio Iudæ quid significet. ibidem.c
Syllogismo usus est Christus contra Iudæos. 136.d
Synagoga filia latronis dicitur. 165.b

Temperantiæ uirtus docetur. 62.c
Templo maior est filius dei. 132.d
Tẽpꝰ belli ante natũ Christũ: Tẽpus pacis post natũ. 52.b
Tempus passionis Christi prædestinatum fuit. 139.c
Tentationes tres filiorũ Israël in deserto, quibus uicti & infideles inuenti sunt: Quibus uictor cuasit Christus. 41.b
Tentationes sunt uariæ. 76.c
Tentat deus hominem multipliciter. ibidẽ.
Tentatio circa sacramentum eucharistiæ. 149.b
Tentatio dei. ibidẽ.
Tentatio dei duplex. 149.d
Tentatio magna circa eucharistiam 150.a
Testamenti ueteris quatuor partes. 117.c
Testimoniũ Esaiæ uerbis modicum, uirtute multum 14.d
Testimonium de Christo triplex in ipsius baptismo 39.d
Testimoniũ de Christo à tota Trinitate, quod sit filius dei. 40.a
Testimoniaquæ citant Euangelistæ, amplificanda sunt. 45.d
Testimonium perhibent Christo opera eius. 123.b
Testimonia maiora de Christo q̃ sunt testimonia hominis. 123.d
Testimonium reddit Christus Ioanni baptistæ. 124.c
Thesaurus alicuius ubi fuerit, illic & cor eius. 80.c
Thesaurizare quid sit. 79.b
Thesaurizare in cœlo quid. 80.b
Thesaurum inuenire, est sacras literas intelligere 85.b
Timendum non est prauorum iudicium. 116.d
Titulus Christi in cruce per Pilatũ, spũ dei agẽte scripturẽ. 24.c
Trabs in oculo proprio non cernitur. 87.c
Trabs fuit in oculo Semei. ibidem.d
Traditio seniorum de Paschate. 139.a
Tradere iudiciũ, ẽ excõicare et foras mittere quos dẽ iudicat. 62.c
Traditasunt Christo omnia à patre. 130.d
Tres reges Iudæ cur à linea Christi succisi sunt. 7.b
Tres Magi, tribus partibus orbis exẽplar ad Christũ fuerũt. 20.a
Tribunal Christi in cruce mirabile fuit. 165.d
Trinitatis confessio nunc maior quàm olim exigitur. 15.c

Vanitas uanitatum est alicui tudo Satanæ 190.b
Vanæ dicuntur diuersæ res diuersimode. 195.c
Ventis imperare quid sit. 100.a
Vergilius poëtarum studiosissimus uocum compositor. 7.d
Veritas opponitur uanitati. 189.d
Via ad cœlum malis angusta, non autem bonis 91.b
Vinum & sycera datur mœrentibus. 173.c
Vindicta deo committenda est. 1.c
Vindicta Dauid de Semei iusta & secundum legem. 62.d
Vindicta duplex in Iudæos. 137.c
Vindicta de uelatione faciei 164.d
Virga altera regum altera pastorum 111.d
Virga domini duplex. 162.a
Virgam priorem abscondit. ibidẽ
Virtutes ueræ philosophis incognitæ erant. 69.c
Visio & auxilium spiritus sancti contra dæmones. 178.a
Visio filij dei facta est authori. 174.c
Visiones diuersæ authori factæ. 175.c
Visitatio spiritus sancti circa Rupertum. 178.a
Visio diuinæ charitatis enarrari non potest. 198.c
Visio hic ignis est, illic caminus erit. ibidẽ.c
Vnanimitas est principium iustitiæ 63.b
Voluntas est accepta secundum id quod habet. 66.d
Voluntas dei quæ sit. 75.c
Volucres cœli dæmones significant. 98.c
Votum monasticum consilij est, non autem præcepti. 97.c
Vox & rugitus domini differunt. 189.b
Vngere caput consueuere Palæstini diebus festis 78.c
Vngere caput nostrum est exhilarare cor. ibidem
Vnguentum Magdalenæ bis effudit. 141.b
Vnguentum non effudit totum. 142.a
Vrias. i. lux mea deus, populum Iudaicum significabat. 12.d
Vulpes significant dæmones 98.c
Vxor ob quas causas dimitti queat. 64.c
Vxor ob fornicationem dimitti potest iniuita. ibid
Vxor ob fornicationem dimitti potest iniuita. 1.d

Zacheus uolens uidere Iesum, quid designat. 12.d
Zacharias. i. memor dñi, populũ gentilẽ designat 39.c
Zelus dei bonus pignẽ, quo spũs sanctus apparuit, designatus. 25.b
Zorobabel, in Babylone natus, de Iudæa recte dicitur. 25.b

FINIS INDICIS.

PROLOGVS OPERIS
DE GLORIA ET HONORE FILII HOMINIS, SVPER MATTHAEVM.

EXIGIS A' ME, O PHILOCHRISTE CVNO, uenerabilis quondã Abbas cœnobij Sigeburgensis, nunc autem præsul ecclesiæ Ratisponensis, nouũ condere opus De gloria & honore filij hominis, constituti super opera manuum patris, siue sedentis ad dexteram maiestatis in excelsis, ut omnia subijciantur ei, & huiusce operis ædificium construere super euangelij fundamentum, euangelij secundum Matthæum. O quàm optabile mihi est, & tibi esse dicis, ut quoniã nouissimum, te monitore & penè præceptore, nuper ædidi opus de uictoria uerbi dei, scribere nunc merear digne, de gloria & honore (ut iam dictum est) filij hominis: propter spem repositam in ueritate eiusdẽ dei & hominis, dicentis, ex uerbis tuis iustificaberis. ¶ Tute scis, q̃ impatienter hactenus te hoc exigentem audierim, q̃ asper & penè intractabilis econtra fuerim. Vnde hoc? Videlicet ex multis causis. Multis nanq; modis me non minus q̃ te angustat cura domus domini, quæ credita est mihi. Præterea non facile est homini peccatori os suum aperire & attrahere spiritum: cum hoc sit illorum duntaxat, qui desiderãt mandata domini. Adde quod ipse nosti, quod audisti & uidisti, quia scripta mea sic plerique legunt, ut insidientur mihi: unde & contingit eis illud, quod hic idem filius hominis glorificandus & honorandus dixit: Si autẽ oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit. ¶ Poteram ego iam hic in capite sermonis, illi, quem bene nosti, respondere iuxta quod meruit: qui, quoniam non simplici oculo legit, ambulauit in tenebris, & ita offendit, ut semetipsum non solum inuidum, uerumetiam demonstraret satis imperitum, Maledictis, quæ in me concitauit, non iniustũ eloquiũ scripto redderetur, sed mihi uindicta, & ego retribuam, dicit dominus. Cum Semei filius Gera, filij Iemini, maledictione pessima malediceret Dauid, mittens lapides aduersus eum, terramq; spargens, dimittite eum (ait Dauid) ut maledicat, si forte respiciat dominus afflictionem meam, & reddat mihi bonum pro maledictione hac hodierna. ¶ Dixi causas, quæ beneuolum circa scripturas sacras perturbant animum. Sic turbæ præcedentes atq; sequentes, uolentem Iesum quis esset, & currentem ad uidendum impediebant Zachæum, statura pusillum. Sic pharisæi murmurabant, propter quod diuertisset Iesus ad hunc ipsum futurum apostolum & euangelistam Matthæum, id est donatum: At ille perseuerans, magnum fecit ei conuiuium in domo sua. Similiter quisquis de supernis spirituali donatus est gratia, perseuerantiam habens inter turbas curarum, inter detractiones inuidorum, currere debet ad uidendum Iesum, ad contemplandum saluatorem suum, ut in domo pectoris sui suscipiat eum, faciatq; illi, si plus non potest, saltem boni ac fidelis sermonis cõuiuium: quia sermo bonus super datum optimum. Igitur assit ipse qui hunc hominem publicanum uidit, & uidendo apostolũ atq; euangelistam fecit, & tunc demum quod exigis, nihilq; esse optabile sensi, conabor assequi, proposita spe supernæ consolationis.

Heb. 1

Matth. 12. Exactor opis Cuno.

Psal. 118

Matth. 6 Vindicta dei cõmittenda.

Deut. 32. Rom. 12 2. Reg. 16.

Exemplũ Zachæi & Matthæi. Luc. 19 Matth. 9

II.

DE GLORIA ET HONORE FILII HOMINIS, LIBER I.

Duplex liber, unus terren⁹ i Adã, alter cœlestis in Chro.



Gen.5

1.Cor.15

Hiere.17

Lucæ.10

Rom.5 Per fidẽ transcribimur in librum uitæ.

LIBER GENERATIONIS Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham. Liber iste liber cœlestis est, & ecõtra liber generationis Adã, liber terrenus est: de quo sic scriptum est: Hic est liber generationis Adam, in die qua creauit deus hominem, ad similitudinẽ dei fecit illum, masculũ & fœminam creauit eos, & benedixit illis, & uocauit nomen eorũ Adam, in die quo creati sunt. Sicut primus ille homo de terra terrenus, nouissimus uero iste de cœlo cœlestis: ita liber ille generationis Adam, liber terrenus: & iste liber generationis Iesu Christi, liber est cœlestis. In illo libro terreno omnes reprobi scripti sunt, iuxta illud: Domine omnes qui te derelinquũt confundentur, recedentes à te in terra scribẽtur: In isto scripti sunt oẽs electi, q̃bus ipse dominus, gaudete (inquit) quia nomina uestra scripta sunt in cœlis. ¶Et omnes quidem, tam electi q̃ reprobi, in terra siue terreno libro conscripti fuerũt, ex peccato primi illius hominis, in quo omnes peccauerunt: sed per iustitiam nouissimi huius hominis, omnes electi transcripti sunt in libro uitæ, libro generationis Iesu Christi, per quẽ iustificati sunt. Quomodo in isto tali libro transcripti sunt? Nimirum credendo in hunc Iesum Christũ: Quemadmodum de primo patrũ generationis huius Abraham scriptum est: Credidit Abraham deo, & reputatum est ei ad iustitiam. In quo enim credidit deo ut iustificaretur, nisi in promissione seminis, quod est hic idem Iesus Christus? Dixerat enim illi deus, Suspice cœlũ, & numera stellas si potes: sic erit semẽ tuũ. Et in hac promissione fuerat egressus de terra, & de cognatione sua: In semine tuo benedicentur omnes gentes quod Christus est. ¶Cum igitur audis liber generatiõis Iesu Christi, filij Dauid, filij Abraham. Abrahã genuit Isaac, & cætera, ne paruũ tibi facias librũ hunc, non illud solum attendas, quod Abrahã secundum carnem genuit Isaac, & Isaac secundũ carnẽ genuit Iacob, similiterq̃ de cæteris: sed hoc potius, quod & Abrahã secundũ promissionem genuit Isaac, & Isaac secundũ promissionẽ genuit Iacob. Hoc nanq; animaduerso, prolixus liber & grandis pagina per singulas ferè genituras apparet, dum promissionis uerbum, in memoria repositũ, recogitare facit quid & qualiter ad illos patres sanctos deus locutus est. ¶Iam hic considerandũ est de hoc ipso generationis libro, quod ita terminatus est:

Gen.15 Rom.5

Liber gñerationis secundũ promissionẽ.

Iacob

Iacob autem genuit Ioseph: Nonne illam potuisset lineam sequi, qua perueniret ad eum, qui Mariam secundum carnem genuit: nisi potiorem illam æstimaret genituram, quæ est fidei siue promissionis, quæ est auditio siue obseruatio uerbi dei? Siquidem & ipse dominus hoc attestatur, noscq; cognoscere uult, qui, ubi extollens quædã mulier uocem de turba dixit: Beatus uęter qui te portauit, & ubera quæ suxisti, quinimò, ait, Beati qui audiunt uerbũ dei & custodiunt illud. Et alibi: Quicunq; enim fecerit uoluntatem patris mei qui in cœlis est, ipse meus & frater, & soror, & mater est. ¶ Fœlices itaque, quorum & si caro patres siue generationem Iesu Christi non contingit, anima tamen audiendo & custodiendo uerbum dei, mater facta est eiusdem Iesu Christi: felicissimi uero, qui utroq; modo patres, siue parẽtes sunt tanti filij: quorum notissimi sunt hi duo magni patriarchæ, quorum nomina sic ínsigniter enuntiantur in capite libri huius filij Dauid, filij Abraham. ¶ Et de genitura quidẽ carnis ueritas nostra assertione non indiget, quod secundum illam beata uirgo Maria ipsorum filia sit uel fuerit: de illa uero, qua secundum fidem siue obseruationem uerbi dei quælibet anima fit mater eiusdem Iesu Christi, non superfluum est memorare quomodo illorũ filia fuerit: Videlicet habendo fidem, habendo humilitatem, facta est filia Abrahã, filia Dauid. Habuit enim fidem, quæ angelo, sibi inaudita cunctis seculis euangelizanti, imò deo, cui Abrahã crediderat, loquenti sibi per angelum, uelociter credidit. Habuit humilitatem, quæ audiens & credens, sese fieri matrem domini, ancillã professa est, ecce (inquiens) ancilla domini, secundum similitudinẽ patrum suorum iam dictorũ, Abrahã atq; Dauid: quorum quanta fuerit humilitas, ex ipsorum uerbis palàm innotescit. ¶ Deniq; pater eius Abrahã dum deus cum ipso, & ipse cum deo sermocinaret, & amicus haberetur, inter cætera dixit: Quia semel cœpi, loquar ad dominũ meum cum sim puluis & cinis. Porrò Dauid, cum esset unctus rex electione domini, & Saul persequeretur eum: Quẽ persequeris, ait, rex Israël, quẽ persequeris? Canẽ mortuũ, & pulicẽ unũ. Iam deniq; intus docuerat eos deus inuisibilis, qui ex eis nasciturus erat homo uisibilis, mitis & humilis, sicut dicturus erat ipse: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde: similemq; sibi matrem præparauerat, quæ ueraciter diceret, quia respexit humilitatẽ ancillæ suæ. ¶ Considera nunc initium hoc siue caput euangelij, quantis uel qualibus titulis illustratum sit. Liber generationis Iesu Christi, filij Dauid, filij Abraham. Quatuor insignia sunt notissima gloriæ & honoris huius filij hominis, quia deus est & homo, rex & sacerdos. Si rite consideres, nihil horũ hic tacitũ est. Nam ipso nomine, quod est Iesus, id est saluator, cuius nominis siue uocabuli causa est, quia saluat à peccatis, dicente angelo ad Ioseph: Ipse enim saluum faciet populũ suũ à peccatis eorũ: ex ipso inquam nomine quod est Iesus, ex ipsa causa nominis, quæ est saluare à peccatis, quod facere est solius dei, deus esse asseritur, deus uerus esse cognoscitur. Porrò sequenti nomine, qđ est Christus, & interpretatur unctus, prædicatur unctus rex, unctus sacerdos, rex & sacerdos, qui patribus suis iure successit, patri regi, patri sacerdoti: regi Dauid, Abrahæ sacerdoti, quod prædicat hic titulus, rutilans, & taliter enuntians, filij Dauid, filij Abraham. Rex nanq; Dauid, sacerdos Abraham fuit: quippe qui obediens & fidelis, filium suum deo in holocaustum obtulit. Primogenitus quippe fuit Tharæ patris sui: & secundũ morem, quo primogeniti usq; ad id temporis sacerdotes fuisse traduntur, ipse sacerdos fuit, & post illum Isaac. sed hæc primogenita Esau propter gulam perdidit. Horum patrum siue patriarcharum, qui utiq; homines fuerunt, iste filius & ipse homo est, siue filius hominis, quia ueram de carne illorum carnẽ assumpsit. ¶ Sunt igitur quatuor (ut iam dictum est) insignia præsenti titulo spectanda: quia deus est & homo, rex atq; sacerdos. Hic homo & in Sion natus est, & ipse fundauit eam altissimus: Iste sacerdos semetipsum obtulit, & sacrificatus est tanquã uitulus. Iste rex tanquam leo, siue catulus leonis ad prædam ascendit, apertis in morte sua dormiens oculis, & spoliato inferno surrexit à mortuis. Hic deus, ut aquila uolans, super omnes cælos ascendit. ¶ Secundum quatuor ista naturæ uel officij sui nomina, quatuor nobis sacramenta pietatis necessario credenda proposuit, scilicet incarnationis siue natiuitatis, passionis, resurrectionis, ascensionis: quorum nullum Christiano ignorare licuit unquã aut licebit. Ex istis cognoscitur Iesus Christus qualis sit, scilicet uere bonus, & uerè fortis: quia tanquam bonus propter nos homo fieri, & passionẽ subire uoluit: & tanquam uerè fortis,

Parentes Christi secundũ fidẽ.

Luc. 11

Matth. 12

Dauid et Abraham precipui patres.

Maria filia Dauid & Abrahę tam carne q̃ fide.

Lucæ. 1

Hũilitas Abrahæ & Dauid. Gen. 18

1. Reg. 24

Matth. 11

Lucæ. 1

Quatuor insignia maxima gloriæ & honoris filij hois

Matth. 1

Abrahã sacerdos fuit. Cen. 22

Psal. 86

Gen. 49

Quatuor sacramenta pietatis nobis necessaria.

Quatuor Euãgeliſtę ſecũdũ quatuor facies animalium

uicta morte reſurrexit, & in cœlum aſcendit. ¶ Et quia talis exinde cognoſcitur, ecce quatuor unius animalis facies intuemur, ubi Ezechiel propheta loquit: Similitudo uultus animalium, uultus eorum facies hominis, & facies leonis, facies uituli, & facies aquilæ deſuper.

Ezech.1

Idem 10

Nam licet quatuor animalia dixerit, in primis tamen animal unum uult intelligi, quemadmodum longe infra, cum dixiſſet: facies una facies Cherub, & facies ſecunda facies hominis, & in tertia facies leonis, & in quarta facies aquilæ, ipſum eſt (ait) animal quod uideram iuxta flumen Chobar. Animal unum, unus eſt Ieſus Chriſtus: Quatuor facies ſiue quatuor animalia, quatuor iam dicta ſunt unius eiuſdemq; Ieſu Chriſti ſacramenta. Facies iſtæ

Pſal.33

fulgent ſuper iuſtos, quia Ieſus Chriſtus uidet eos. ſicut ſcriptum eſt: Oculi domini ſuper iuſtos: & uidendo illos conformes facit ſibi, ſiue cuilibet ex iſtis faciebus ſuis, multo efficacius q; ſol ſpecular penetrat, ſuamq; in illo imaginem format. Vidit iſtum beatũ Matthæũ,

Matth.9

ſicut ipſe de ſemetipſo: cũ (inquit) tranſiret Ieſus uidit hominẽ ſedentẽ in theloneo nomine Matthæũ. uidit inquam iſtum ſol uerus, & in ſpeculari pectoris eius faciem formauit hominis: uidit alium, & in illo figurauit faciẽ ſuam, faciẽ leonis: uidit alium, & in illo expreſſit faciem aquilæ uolantis. Iſti ſunt quatuor Euangeliſtæ, qui ſecundariæ quatuor animalia dicuntur. Nam prima quatuor quæ iam dicta ſunt ſacramenta, quatuor facies ſunt, & animal unum eſt Ieſus Chriſtus. ¶ Dauid hunc hominem ſiue hominis myſteria, hominis inquam

Teſtimonium Dauid de his quatuor animalibus ſeu ſacramentis.

& ſacerdotis, regis & dei ſacramenta mirabiliter ore prophetico ſimul cum pſalterio decachordo cecinit, calamoq; conſcripſit, & ipſa quatuor uocabula, deũ, hominẽ, regẽ, ſacerdotem, patenter expreſſit. Exẽpli gratia: Homo natus eſt in ea, & ipſe fundauit eam altiſſimus:

Pſals.6

Pſal 46

Ioh.3

Illic hominẽ enuntiauit. Aſcendit deus in iubilatione: Illic deum hanc ipſam perſonã nuncupauit: nam qui deſcendit, ipſe eſt & qui aſcendit. Ego autẽ conſtitutus ſum rex ab eo, ſuper Sion montẽ ſanctũ eius. Item: Domine ſaluũ fac regẽ. domine in uirtute tua lætabitur

Pſal.2

Pſal.19.20.23

Pſal.109

rex. Et alibi: Quis eſt iſte rex gloriæ? Dominus uirtutũ ipſe eſt rex gloriæ: Illic regem pronuntiauit. Iurauit dominus & non pœnitebit eum, tu es ſacerdos in æternum, ſecundũ ordinem Melchiſedech: Illic ſacerdotem edixit. ¶ Itidem ſacramenta ſiue myſteria hominis

Cur Dauid prę ponitur Abrahæ.

ſiue ſeminis Abrahæ, dei ſiue uolantis aquilæ, ſacerdotis ſiue uituli, regis ſiue leonis: ſacramenta inquam ſiue myſteria incarnationis uel natiuitatis, paſſionis, reſurrectionis, & aſcenſionis eiuſdem Ieſu Chriſti filij ſui prophetico (ut iam dictum eſt) & corde concepit, & ore peperit anima huius beati Dauid, cunctisq; uenturis poſt ſe ſeculis legẽda uel canenda conſcripſit. Hoc Abrahã non fecit, licet propheta fuerit, quippe qui nec literas habuit: Primum

Exo.24.32

namq; Moyſes longe poſt illum, ſcribente digito dei, literas accepit. Recte igitur, licet Abraham fuerit anterior quàm Dauid, non dixit Euangeliſta, Ieſu Chriſti filij Abraham, filij Dauid: ſed ordinem præpoſterans, filij Dauid (inquit) filij Abraham. Præterea & illud ſciendum, quia cum iſti duo ſint patres, ad quos eiuſdem Ieſu Chriſti promiſſio facta eſt, uerbum eiuſdem promiſſionis ad Dauid non parum auctum eſt, Nam ad Abraham dictum

Gen.22

Pſal.131

eſt: In ſemine tuo benedicentur omnes gentes: ad Dauid, de fructu uentris tui ponã ſuper ſedem meam. Plus eſt eſſe regẽ ſeminis Abrahæ, quàm eſſe ſemen Abrahæ. Vnde recte dixerim, quia uerbum promiſſionis non parum auctum eſt ad Dauid: Sed & hoc inferam, quia plus eſt eſſe patriarcham, regem, prophetam atq; pſalmiſtam, quod fuit uel eſt Dauid, quàm eſſe tantummodo patriarcham & prophetam, quod fuit uel eſt Abraham. Ita per omnia rationabiliter diuinus Euangeliſta prouidit: ut dicere mallet, filij Dauid, filij Abraham, quàm filij Abraham, filij Dauid. His in titulo latius præmiſſis, nunc in ipſum generationis librum pergendum eſt. ¶ Abraham genuit Iſaac, Iſaac autẽ genuit Iacob. De utroque cum dicit, genuit, perpulchrum eſt ſubintelligere, quem in promiſſione acceperit, & in ſacerdotem deo ſacrauit. Quæ pars decoris ſiue genituræ decentis, maxime decet

Iſaac & Iacob filii promiſſionis.

librum generationis IESV CHRISTI, quia uidelicet, quemadmodum Apoſtolus

Rom.9

dicit, non qui filij carnis hi filij dei: ſed qui filij ſunt promiſſionis, æſtimantur in ſemine. Quomodo Iſaac quem genuit Abraham, & Iacob quem genuit Iſaac, non filij carnis, ſed filij ſunt promiſſionis? Videlicet, quia non ſolummodo ſuſceperunt hæreditatem paternæ fidei: uerumetiam non tam uſu naturæ, quàm dono gratiæ prouenit hoc ipſum quod geniti ſunt. Denique & Abraham ſterilem coniugem Saram, & Iſaac ſterilem habuit

Reb ecc am

Rebeccã. Deprecatus est (ait scriptura) Isaac dominũ pro uxore sua, eo quod esset sterilis: Gen.25
Qui exaudiuit eum, & dedit conceptum Rebeccæ. ¶ Et Isaac quidẽ filiũ suum Iacob sacer
dotem uerbo sacrauit, indutũ uestibus Esau ualde bonis, quas Rebecca apud se habebat do Gen.27
mi, in quibus ille cum esset primogenitus, secundũ morẽ (de quo iam supra dictũ est) debu
erat sacerdotio fungi: ipse autẽ uidelicet Isaac ut uerbo cõsecraretur uel benediceretur à pa
tre opus non erat, quia cum fuisset oblatus in holocaustũ domino, in typũ huius filij uẽturi
Iesu Christi, ex tunc plusq̃ sacerdos erat, id est, non tantũ sacerdos, uerũ & hostia. De eo q̃d
iam dixi, quia & Abrahã Isaac, & Isaac Iacob in promissione accepit, apostolus ita scribit: Rom.9
Promissionis enim uerbum hoc est: Secundũ hoc tempus ueniam, & erit Saræ filius. Non
solũ autem sed & Rebecca, & cætera usq; ad id, non ex operibus, sed ex uocãte dictũ est ei,
quia maior seruiet minori, sicut scriptũ est: Iacob dilexi, Esau autem odio habui. ¶ Jacob
autem genuit Judam & fratres eius. ¶ In generatione Iudæ & fratrũ eius cessauit mos Cessatio sacer
ille antiquus, quo (ut iam dictum est) eatenus primogeniti sacerdotio fungebantur. Ruben dotii in gene-
quippe, qui erat promogenitus, ipse peccauit: & propterea benedictionẽ sacerdotalem non ratione Iudæ.
promeruit, imò diminutionẽ adquisiuit: Effusus es (inquit pater) sicut aqua, nõ crescas, quia Gen.49
ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius. Nec uero ita cessauit prior ille mos sa
cerdotij, ut saltem iunior quisquã ex illis fratribus sacerdotio fungeretur, uelut idem iunior
Iacob amoto Esau: sed & ipsum sacerdotiũ omnino cessauit, quandiu in Aegypto fuerũt,
ubi uendiderant Ioseph fratrem suum, usquedum uociferantibus illis ad dominũ & dicenti
bus, eamus & sacrificemus domino, surgeret sacerdos Aaron frater Moysi de tribu Leui. Exo.5
Tribum illam tulit dominus pro cunctis primogenitis filiorũ Israël: fueruntq; filij Leui in- Filii Leui pro
terim sacerdotes & ministri sanctuarij pro cũctis primogenitis, donec ueniret primogenitus cũctis primo
ille filius hominis, sacerdos glorię & honoris, suumq; amotis uicarijs susciperet sacerdotiũ. genitis.
Quod innuens diuinus Euangelista, cum dixisset de Maria, quam utiq; uirginẽ concepisse Matth.1
narrauerat, & peperit filium suum, continuo non otiose addidit, primogenitum: ut subintel Luc.2
ligat prudens auditor, & iccirco sacerdotem dignũ, in quem dictũ est: Iurauit dominus & Psal.109
non pœnitebit eum: tu es sacerdos in æternum, secundũ ordinẽ Melchisedech. ¶ Quis aũt Ordo Melchi-
ordo Melchisedech fuit, nisi offerre sacrificiũ panis & uini iure primogeniti? Primogenitus sedech.
namq; fuit Noë, ut doctissimi perhibent, idem, qui alio nomine dictus est Sem. Quæ ergo
fuerũt primogenita, quæ data sunt Ioseph? Sic enim in Paralipomenon scriptũ est: Ruben 1.Paral.5
quippe fuit primogenitus Israël, sed cum uiolasset thorũ patris sui, data sunt primogenita
eius filijs Ioseph filij Israël, & non est reputatus in primogenitum. ¶ Quæ, inquam, fuerũt Primogenita
primogenita, quæ data sunt filijs Ioseph? Nimirum non ipsum sacerdotium, quo nullus eo data filiis Io-
rum (ut iam dictum est) in Aegypto functus fuisse legitur, sed illa pars una, quam dixit ad seph.
eundem Ioseph filium suum, benedicens filijs eius, & constituens Ephraim ante Manas- Gen.48
sen: Ecce ego morior, & erit deus uobiscum, reducetq; uos ad terram patrum uestrorum. Do
tibi partem unam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorræi in gladio & arcu meo.
Patris illius Euangelista meminit, cum dicit: Venit Iesus in ciuitatẽ Samariæ, quæ dicitur Iohan.4
Sychar, iuxta prędium, quod dedit Iacob Ioseph filio suo. Ergo usq; ad tempora illa utrum
que primogenitis ueniebat, & honor sacerdotij, & extra fratres suos possessionis una pars.
Et quidem benedixit eum Iacob benedictionibus dulcissimis, ita concludens: fiant in capi- Gen.49
te Ioseph & in uertice Nazaræi inter fratres suos. ¶ Sed quia nihil tale de illo scriptum est,
quale est, ædificare altare domino, & inuocare nomen domini, quod fecisse patres Abra- Gen. 12.26.33.
ham, Isaac & Iacob scriptura patenter astruit, decimasq; & hostias offerre, quod uotum pri 83
mus Iacob domino uouit, palàm constat quia sacerdotium primogenitorum (ficut iam di-
ctum est) in Iacob cessauit, & interim filij Leui primogenitorum fuere uicarij, donec ueni
ret iste primogenitus & unigenitus uirginis, primogenitus & unigenitus dei. ¶ Quoniam Cur facies leo
intentio præsentis operis iuxta propositum tendit ad gloriam & honorem filij hominis, nis primo po-
& quatuor facies (de quibus iam supra dictum est) insignia summa sunt eiusdem gloriæ & nitur.
honoris, non præterire libet, quia iam hic in benedictionibus Iudæ prima sese offert facies
illius animalis, facies leonis. Nam (ut Iohannes ait in Apocalypsi) animal primum simile le Apoc.4
oni. Et quidem Ezechiel prius enuntiat faciẽ leonis, sed illam esse, uel non esse faciẽ primã, Ezech.1

nequaquam dicit, ubi sic ait: Similitudo uultus eorum facies hominis, & facies leonis, facies bouis & facies aquilæ. Sed & alibi prius neq; hominis, neq; leonis, sed uituli faciem dicit:
Idem.10 Facies una facies Cherub, id est bouis siue uituli: & facies secunda, facies hominis: & in tertia facies leonis, &c. Cum ergo solus Iohannes faciem primam dicit, faciem leonis, constat quia non secundum ordinem, quo celebrata sunt sacramenta incarnationis, passionis, resurrectionis, & ascensionis Iesu Christi, sed secundum ordinem scripturæ Moysi taliter expri
Apoc.4 mit: Et animal primum, simile leoni, & secundum animal simile uitulo, & tertiũ animal habens faciẽ hominis, & quartũ animal simile aquilæ uolanti. ¶ Nam ecce primo loco facies
Gen.49 leonis: Catulus leonis Iuda ad prædã fili mi ascendisti. Requiescẽs accubuisti ut leo, & qua
Leuit.4 si leæna. Ecce autẽ facies secunda, facies uituli, quemadmodũ dicit: & secundũ animal simile uitulo: Si sacerdos peccauerit, delinquere faciens populum, uel si omnis turba Israël ignorauerit, & per imperitiam fecerit quod contra domini mandatum est, offeret pro peccato uitulum immaculatum domino, & cætera, quæ miro modo & ordine uerè sacro & mystico
Hebr.9 figurant sacramentum passionis Iesu Christi: cuius sanguis, secundum quod ritus ille significat, emundauit conscientiam nostram (ait Apostolus) ab operibus mortuis. Porrò facies
Deut.18 tertia facies hominis, sufficienter exprimitur in Deuteronomio his uerbis: Prophetã de gente tua & de fratribus tuis, sicut me, suscitabit tibi dominus deus tuus, &c. Cum enim dicit, sicut me, nihil illi deesse testatur de ueritate naturæ humanæ. Faciem quartam, faciẽ aquilæ
Deut.32 uolantis, patenter habemus in uerbis istis cantici Deuteronomij: Sicut aquila prouocãs ad uolandum pullos suos, & super eos uolitans, expandit alas suas & assumpsit eos, atq; portaLex Moysi de Christo. uit in humeris suis. ¶ Planè ad gloriã spectat & honorem filij hominis Iesu Christi, quod non solũ prophetæ & psalmi, de quibus iam supra dictũ est, uerumetiã primus ipse Moyses, quatuor hæc scripsit sacramenta pietatis: quorũ fine fide homo non uiuit, quorũ ex notitia cognoscitur bonitas & fortitudo talis hominis, tanti dei, talis regis, tanti põtificis. Quæ
Lucæ.24 non ignorans ipse, quoniã necesse est, inquit, impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moysi & prophetis & psalmis de me. ¶ Iudas autẽ genuit Phares & Zarã de Thamar. ¶
Gen.38 Nota historia est, quod Thamar nurus fuerit Iudæ, & quod ex ea genuerit Phares & Zara, nesciens quod esset nurus sua, quæ dum cõcepisset hos geminos, nuntiatũ est Iudæ, Fornicata est Thamar nurus tua, & uidetur uterus eius intumescere. Et ille: Producite, inquit, eã, ut cõburatur. Nec mora rem cognoscens, iustior me est, quia non tradidi eã Sela filio meo, Quis aũt nesciat, quod ex illa fornicatione nati sunt Iudæi, imò & tota ferè nobilitas Iudaici generis, uniuersa progenies regalis? ¶ Quid igitur Iudæi, omnibus hominibus molesti,Iudæi ex fornicatione nati cum molesti essent deo ac domino nostro, iactitabant dicentes: semen Abrahæ sumus, nos
Iohan.8 ex fornicatione non sumus nati. Et ille quidẽ, scio, inquit, quia filij Abrahæ estis: non tamẽ dixit, scio quia ex fornicatione nati non estis. Nam reuera fornicata est Thamar quæ concepit eos: & istud cõmemorando poterat cõfutare supbos, nisi q̃d prior ipse facere debuit,
2.Cor.6 quod doceat per apostolũ suũ dicentẽ, nemini dantes ullã offensionẽ. Porrò nebula fornicationis illius, non solũ non obscurat gloriæ & honoris filij hominis claritatẽ, uerũetiã illustrat bonitatis eius dignationẽ: quia sicut pro peccatoribus homo fieri, ita de peccatricibus nasci
Quatuor mulieres in genealogia Christi reprehensibiles. dignatus est. ¶ Hanc eius gratiã Euangelista non paruipendens, nosq; eã agnoscere uolẽs, solas eiusmodi mulieres assumit in hac genealogia saluatoris, quales scriptura reperhẽdit, Thamar, & Rachab, Ruth, & Bethsabe. Nam Salmon (ait) genuit Booz de Rachab, quã constat fuisse meretricẽ, & de ruinis Hierico saluatã esse per fidẽ: Booz genuit Obed ex Ruth,
Iosue.2 Ruth Moabi- quam constat fuisse Moabitidẽ, In qua mirabile contigit illud, quod compugnantibus in-.is ter se duabus legis diuinæ sententijs, ipsa in salutem euasit. Nam lex dicit: Ammonites &
Deut.23 Moabites etiã post decimã generationẽ non intrabunt ecclesiã domini in æternũ, quia noluerunt uobis occurrere cum pane & aqua in uia, quando egressi estis de Aegypto, & quia conduxerũt cõtra te Balaã filiũ Beor de Mesopotamia Syriæ, ut malediceret tibi. Item lex
Deut.25 dicit: Si fuerit mortuus uir absq; liberis, uxorẽ defuncti frater eius uel propinquus accipiet, & suscitabit semen fratris sui. Itaq; lex ipsa quæ damnabat eam, quoniã Moabitis erat, suffragabatur illi ut acciperet eam Booz, quoniã uxor propinqui fuerat: & taliter nõ solũ intrauit ecclesiã dñi, uerũetiã principalẽ obtinet memoriã in ecclesia domini, ita ut semen, quod ex ea su-

ea ſuſcitatum eſt, ſtatim ſecunda generatione generaret Dauid, principem & regem eccle-
ſiæ domini. Siquidem Obed ex ea generatus genuit Ieſſe. Ieſſe autẽ, genuit Dauid regem.
Et Booz quidẽ non ſolũ excuſatus, uerũ etiã iuſtificatus eſt, ducẽdo uxorem Moabitidem,
etenim lex (ut iam dictũ eſt) iuſtificat eum. ¶ At illũ qui prior duxerat illã, nõ lex iuſtificat, Neceſſitas ex-
ſed neceſſitas excuſat, ſcilicet fames, quæ facta fuerat, & propter quam (ut ſcriptura refert) cuſat.
abijt homo de Bethleem Iuda, ut peregrinaretur in regiõe Moabitide cũ uxore ſua ac duo Ruth. 1
bus liberis. Ipſe uocabatur Elimelech, & uxor eius Noëmi, & de duobus filijs, alter uocaba
tur Maalon, & alter Chelion. Qui acceperunt uxores Moabitidas, quarũ una uocabatur
Orpha, altera Ruth: manſeruntq; ibi decem annis, & ambo mortui ſunt. Cęterũ niſi neceſſi
tas illos excuſaſſet, nec ipſi uxores ducere debuiſſent Moabitidas, nec Booz lege teneretur,
uel cæterorũ aliquis, ut eam acciperet iure propinqui. ¶ Econtra ſicut peccatrices & alieni- Tres reges a li-
genas propter fidem lex dei aſſumpſit, & euangeliſta hic nominare dignũ duxit: ita quoſdã nea Chri ſuc-
domeſticos ſeminis propter impietatẽ remouit atq; reiecit. Ait enim, Ioram autẽ, genuit Oziã. ciſi.
Tres de medio ſuccidit: uidelicet Oziam, Ioas, & Amaſiã. Quã ob cauſam? Nimirum pro 4. Reg. 1
pter impiiſſimam Atheliã matrẽ ſuã, cuius imitati ſunt homicidia occidẽdo prophetas do- 2. Paral. 22
mini, ſicut illa & mater eius Iezabel in Samaria. ¶ Et quidẽ Manaſſes quoq; multũ ſangui- 4. Reg. 21
nem iuſtũ fudit: uerũtamẽ reſeruatus eſt, quia pœnitentiã egit. Et hoc reuera multũ attinet 2. Paral. 33
ad intentionẽ euangeliſtæ, de qua ſupra dictũ eſt, quia niſi potiorẽ illã æſtimaret geniturã,
quæ eſt fidei uel promiſſionis, quæ eſt auditio ſiue obſeruatio uerbi dei, quã illam quæ eſt
carnis, poterat genealogiam ſic texere, ut patrem illum contingeret, qui beatã Mariã ſecun
dum carnẽ genuit. Qualẽ enim locũ habere deberent inter parentes carnis dñi, hi, ſub qui-
bus nec ſaltem loqui licuit prophetis uerbi dñi? Denicq; prophetã dñi, quia fuit auſus loqui 2. Paral. 24
in nomine domini, prophetã & ſacerdotẽ Zachariã filiũ Ioiadę ſacerdotis, Ioas interfecit, et
non eſt recordatus miſericordiæ quã fecerat Ioiada pater illius ſecũ, ſed interfecit filiũ eius. Ibidem 25
Poſt hũc Amaſias prophetæ dicẽti ſibi à dño, cur adoraſti deos qui nõ liberauerũt populũ
ſuum de manu tua, reſpondit: Nũ cõſiliarius regis es? Quieſce, ne interficiã te. Et quidẽ cæ
teri quoq; præter Dauid, & Ezechiã, et Ioſiã, oës peccauerũt, uerũtamen ſub illis propheta
te licuit ꝓphetis, q̃d ꝓtinebat ad huiuſmodi genealogiã, quoꝝ unꝰ dicit: A timore tuo dñe Eſa. 26
cõcepimus & peperimus ſpũm ſalutis tuæ fecimus ſuper terrã: atq; iccirco iſti ſoli de memo
ria præſenti, de libro generatiõis Ieſu Chri repulſi ſunt, qui uerbũ audire uel præcones uer-
bi deiuiuere paſſi nõ ſunt. ⌊ Iacob añt genuit Ioſeph uirũ Marię, de qua natus eſt
Ieſus qui uocatur Chriſtus. ⌋ Ecce ſcala illa q̃ in ſomno Iacob apparuit: qñ parẽtibus Gen. 28
obedies ibat in Syriã, ut de ſua cognatiõe accipet uxorẽ: Ecce, inquã, ſcala ſtãs ſup terrã, & Scala Iacob
cacumẽ illi⁹ tãgẽs cœlũ, & dñs innixus ſcalę, q̃ dixit ad eũ: Ego ſum dñs deus Abrahã pris gñatio Chri,
tui, & deus Iſaac, &c. Licet & alius ſecundũ moralẽ intellectũ poſſit illius † ſcalæ ſenſus uti † eſſe
lis, nihilomin⁹ tñ ſcala illa, iſta eſt gñatio Ieſu Chri, & latera ſcalę ſummi pres, uel principes
ſunt huius generatiõis, Abrahã atq; Dauid, ad qs promiſſio facta eſt cũ iuramẽto eius q̃ re-
promiſit. ¶ Supremus ſcalæ gradus cui dñs innixus eſt, iſte eſt beatus Ioſeph uir Mariæ, de
qua Ieſus, q̃ uocatur Chrs, natus eſt. Quõ iſte deus & dñs huic innixus eſt? Vtiq; tanq̃ tu-
tori pupillus, quippe q̃ in hoc mũdo ſine patre natꝰ eſt. Ita innixus eſt huic beato Ioſeph, ut
eſſet infantulo iſte pater optimus, ut huius ſolatio paterno puer cũ uirgine puerpera ſuſtẽta
rel. ⌊ Oës ergo generatiões, ab Abrahã uſq; ad Dauid generatiões quatuordecim.
Et a Dauid uſq; ad trãſmigrationẽ Babylois, generationes quatuordecim.
Et a tranſmigratiõe Babylonis uſq; ad Chriſtũ generationes quatuordecim. ⌋
Quid ſibi uult tã diligẽs generationũ cõputatio: tã diligẽter facta quaſi p complexionẽ ſiue Non ſine pon
cõclusionẽ cõputatiõis diuiſio? Nũ fruſtra uel ſine ratiõis põdere taliter digeſſit uel comple dere uerborũ
xus eſt generationes euãgeliſta diuinus, in q̃uel per quẽ ſine dubio ſpũs ſanctus locutus eſt? loquitur Mat
quippe q̃ũ publicanus fuerit & hõ ſine literis, nõ ab hoie neq; p hoiem, ſed p ſpũm ſanctũ thæus.
docꝰ eſt ut ſcriberet. Sine dubio q̃q̃d loquit põdus habet: & hoc ipſum quod nũc ait, uim 2. Pet. 1
ſenſus cõtinet, quã nõ præterire libet. Arbitramur eñ, imò & experimento didicimus, ple- Matth. 9
roſq; mirari, cur benignitas dei promiſſionem ſuam implere, ſcilicet incarnationem filij ſui, Gal. 1
uerbi ſui, mundo exhibere tam diu diſtulerit, Nimirum qui paratus ſtudet eſſe uel cupit 1. Pet. 4

rationem reddere omni poscenti de iustitia fidelis dei qui repromisit, ecce per istas πασχα καὶ ἐκκλησίας subtiliter animaduertere potest, illud magis esse mirandum, in gloriã et laudem iusti, & (ut iam dictũ est) fidelis dei, quod immutabilis præstitit, & stabilis in promisso uel proposito suo permãsit, cũ ab illis quibus promiserat multipliciter, & nimis grauiter offensus fuerit. Offensiones illas numerus iste quatuordecim generationũ triplicatus subtiliter in

Quæstio. Psal. 88. sinuat. ¶ Quærat igitur aliquis: Cur deus tãdiu Christum suum distulit? Cur nõ primis parentibus, quibus promiserat, continuo dedit? Cur non statim uel in breui de aliquo illorum beata hæc uirgo nata est, quæ Christum conciperet & pareret? Hoc enim desiderabat ille, qui cum mitteretur ad Pharaonem: obsecro (inquit) domine, mitte quem missurus es. Et

Exo. 4. cõtinuo sequitur: Iratus dominus in Moysen ait: Aaron frater tuus leuites, scio quod eloquens sit, &c. Ac si diceret, Me dicente, obsecro domine mitte quẽ missurus es, dominus iratus erat: & iccirco de eo quod obsecrabam, nec saltẽ responsum ullũ dedit, sed alia dixit.

Gene. 37. Et quã ob causam dominꝰ iratus erat? Videlicet propter peccatũ domus Abrahæ Isaac et Iacob, quibus promiserat, quia filij Iacob fratrẽ suũ Ioseph, per inuidiã in seruũ uẽdiderãt, & ille quatuordecim annis seruierat. Cum enim sedecim esset annoꝝ, tunc uenditus est: &

Gene. 41. quando eductus de carcere stetit in cõspectu regis Pharaonis, triginta annoꝝ erat. ¶ Itaq;

Responsio. Numeri 14. sicut quodã loco iustus iudex, id est dominus, dicit: iuxta numerũ dierũ quadraginta quibus cõsideraſtis terrã, annus pro die imputabitur, & quadraginta annis recipietis iniquitates uestras: ita & illic iustũ esse arbitremur iudiciũ, ut diceret: Iuxta numerũ quatuordecim annorũ, quibus seruiuit uenundatus Ioseph, generatio pro anno imputabitur: & quatuordecim generationibus semen, quod promisi patribus uestris, differetur, quod est Christus. Igitur ab Abraham, inquit, usq; ad Dauid generationes quatuordecim, subaudi, & Christus nõ

Peccatũ Dauid. uenit, & eousq; distulit eũ iratus dñs, unde & Moyses loco supradicto cõgemuit. ¶ Porrò Dauid, in quẽ generationes quatuordecim terminatæ sunt, cũ iã & ipse promissionẽ accepisset eandẽ cũ iuramento dñi, peccauit & ipse nõ minus q̃ priores illi. Vriã Atheum per

2. Reg. 11. cussit gladio, & uxorẽ illius tulit, & interfecit eũ gladio filiorũ Ammon. Itaq; nõ minus super hoc iraſci debuit dñs quã dudũ fuerat iratus: & iccirco à Dauid usq; ad trãsmigrationẽ

Peccata regũ Iuda. Babylonis ait generatiões quatuordecim, et Christus nõ uenit. ¶ Porrò in trãsmigratione Babylonis, quæ pœna fuit trãsmigratis illis, non minoris erat peccati uel criminis, quod re-

4. Reg. 21. ges Iuda, maximeq; Manasses, sanguinẽ innoxiũ fuderãt multũ, donec implerẽt Hierusalẽ usq; ad os, absq; peccatis suis quibus peccare fecerũt Iudã, ut facerent malũ corã dño. Igitur & à transmigratione Babylonis ait, usq; ad Christum, generationes quatuordecim: subauditur, & nisi post tot generationes idem Christus uenit. Et quidẽ tunc tẽporis funestus

Matth. 2. Herodes multo sanguine terrã cruẽtabat: sed impietas eius, generi Abrahę uel semini Dauid imputari non debebat, ut propter illum Christus differetur, quippe qui non Iudæus sed alienigena erat, utpote patre Idumæo, & matre ortus Arabica. [Iacob, inquit, genuit Ioseph virum Mariæ de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus.] Virum

Vir Mariæ Ioseph. Mariæ cũ dicit, magnum & uerũ nomen beato Ioseph attribuit: quia si est uir Mariæ, est

Deut. 22. & pater domini. An non & lex hoc edicit, quod ea quæ desponsata est, iã uxor sit? Si puellam inquit uirginem desponderit uir, & inuenerit eam aliquis in ciuitate, & concubuerit cum ea, educes utrunq; ad portam ciuitatis illius, & lapidibus obruentur: Puella, quia non clamauit, cum esset in ciuitate: uir, quia humiliauit uxorẽ proximi sui. Ergo uir Mariæ Ioseph, & ipsa uxor illius. Proinde nec iste inepte dixit: Ioseph uirũ Mariæ, nec alius euange-

Luc. 2. lista mentitus est, patrem illum eius, qui ex ea natus est, Christi appellando: Et erat, inquies, pater eius & mater mirantes super his quæ dicebantur de illo. Non solum autem euangelista Ioseph uirum Mariæ dixit, uerumetiam prior angelus, quod æquipollens est. Mariam

Coniugiũ cœleste inter Ioseph et Mariã 1. Cor. 15. coniugem Ioseph enuntiauit: Ioseph, inquit, fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam. ¶ O coniugium uerum & sanctum, coniugium cœleste, non terrenum. Quo modo enim uel in quo coniugati fuerunt? Nimirum in eo, quod unus spiritus & una fides erat in eis. Sola illic definit corruptio carnis. Propterea uerissime dixit Apostolus, quia primus homo de terra terrenus, secundus homo de cœlo cœlestis, non quod iste Iesus Christus, qui ex Maria natus est, de cœlo cum carne uenerit, & per Mariam quasi per fistulam transierit,

transierit, sicut quidã dixerunt hęretici: sed quod coniugũ uita, siue cõiunctio tota fuerit cœ
lestis, & spiritus sanctus ambor̃ cõiugalis amor: quorũ utiq; cõuersatio erat in cœlis, in am
bobus præsidens, coniugẽ uiri huius fidei cõmiserit: & de carne uirginis hominem formãs
† paterno uiro huic eius, qui nascebatur, infantis amorẽ penitus infuderit. Oẽs ergo genera
tiones ab Abrahã usq; ad Dauid, generationes quatuordecim, &c. ut supra. ¶ Quomodo
per huiusmodi scalã angeli dei ascẽderũt & descẽderũt? Iã em̃ supra diximus, qa scala, quã
uidit Iacob in somnis stantẽ sup terrã, & cacumẽ illius tãgens cœlũ, angelos q̃q; dei ascendẽ
tes & descendẽtes per eam, & dominũ innixũ scalæ, mysteriũ fuit incarnationis huius Iesu
Christi, & Ioseph, cuius cura paterna dñs de Maria natus indiguit, gradum illũ scalæ fuisse
cui uidebatur inniti. Quid ergo significabat, quod angeli quoq; dei ascendebant & descen
debant per eam? Nimirum ut subintelligas illud quod non dubiũ est: quia unus idemq;, qui
de Maria natus est, uno eodẽq; tẽpore, qñ natus est, & angelis maior & angelis erat minor.
Ascẽdentes ergo uidit angelos, id est deũ habere supra se, in quẽ desiderãt prospicere, quod
reuera est ascẽdere: descendentes uidit eosdẽ, id est minorẽ cõsiderare q̃ se, hominẽ unum et
eundẽ, quẽadmodũ psalmus dicit: Minuisti eũ paulominus ab angelis. An nõ erat descẽde
re, tanq; ad minorẽ siue inferiorẽ, id, q̃d refert euangeliũ: quia dũ factus in agonia, prolixius
oraret, apparuit illi angelus de cœlo cõfortãs eũ? Veruntamẽ eo modo iã non descẽdunt,
non minorẽ aspiciunt, ex quo resurgente illo à mortuis, & ascendente in cœlũ, factũ est q̃d
idẽ præscriptum fuerat: gloria & honore coronasti eũ & constituisti eum super opera ma
nuum tuarum. ¶ Hic nec illud præterire libet, quod apud beatum Iob de diabulo dominus
loquitur: An extrahere poteris Leuiathan hamo? & fune ligabis linguã eius? Item: In ocu
lis eius quasi hamo capiet eum. Hęc nanq; generatio Iesu Christi ab Abraham usq; ad Io
seph uirum Mariæ, de qua Iesus qui uocatur Christus natus est, quasi longa piscantis linea
est: cui uidelicet lineæ ferreus hamus subligatus, carne adoperitur, ob hoc ut piscis, edulio
prouocatus q̃d foris patet, ferro seipsum strangulet, quod intus latet. Diuinitas Iesu Christi
quasi ferrum diabulo extitit, & hæc ex Maria ueram assumendo carnis naturam, ibi fortitu
dinem suam absondit, sine dubio futurũ sciens, quod ille homicida ab initio carnem suam
morte appetiturus foret, & ita quasi ferro quod intus latebat captus atq; extractus, foras mit
teretur, sicut factũ esse credidimus, propter quod & loquimur. ¶ Et ista quidem secundum
Matthæũ genealogia Iesu Christi linea est eiusmodi: illa uero secundũ Lucã, sursum ascẽ
dens, textura genealogiæ prolixioris, reuera quasi circulus extitit, ita ut nihil rectius quàm
eiusdem generationis excursum putemus posse intelligi in uerbis illis, quæ itidẽ ad beatum
Iob dñs dicit: Nunquid pones circulũ in naribus eius? & armilla perforabis maxillam eius?
Quid em̃? Nõne cũ sic incipit: Et ipse Iesus erat incipiens quasi annor̃ triginta, ut putabat,
filius Ioseph, q̃ fuit Heli: & sic finit, qui fuit Adã, q̃ fuit dei: nõne inquã initiũ et finẽ cõiun
xit, & circulũ fecit? Cum em̃ uno ductu linea sic flectitur, ut eius initiũ & finis cõiungatur:
nonne circulus, uerbi gratia qualis est armilla, formatur? Ecce Iesus Christus, de quo sic in
cœpit: Et ipse Iesus incipiens quasi annorũ triginta, ut putabatur, filius Ioseph: deus & ho
mo est. Incœpit aũt ab homine, & in deo ductus sui finem fecit. Nonne igitur quasi lineã si
ue uirgam longe subtilem, siue subtiliter longam aureã siue ferreã, à Iesu Christo incœpit,
& in Iesum Christum reduxit, dicendo, qui fuit Adam, qui fuit dei, cum unus idemq; Iesus
Christus, deus & homo fit, nec alterius plasma fuerit Adam q̃ huius dei? ¶ Verum igitur
ò diabole iste est circulus, quem deus in naribus tuis posuit: ista est armilla, qua maxillã tuã
perforauit. Iunxit se initium fini, id est deus homini: & ita hæc, scilicet initiũ & finis, occur
rerunt sibi in utero uirginis, ut nares tuas transfixas teneret firmiter circulus inflexibilis, &
maxillam tuam uoracem perforaret armilla talis, armilla gloriæ & honoris: unde & nunc
usq; fatuus traheris, & quod auide momorderas, retinere non ualens, per maxillę foramen
emittis. Vbi uel quãdo hæc initiũ atq; finis cõiunctio facta sit, & idẽ Lucas uberius scribit,
& iste breuius eloquitur, cũ dicit. ℒ Christi autẽ generatio sic erat: Cũ esset despõsata
mater eius Maria Ioseph, anteq̃ cõuenirent, inuenta est in utero habens de spi
ritu sancto. ¶ Hic amplius splẽdet iste liber generatiõis, et in hoc tota est utilitas libri, omni
legẽti uel audiẽti, credere, qa Christi generatio sic erat, quia de spũ scto Maria uirgo prius q̃

conue

† paternum

Quæstio. Gen. 28.

Responsio.

1. Pet. 1

Psal. 8. Luc. 22.

Psal. 8.

Quid est, extrahere Leuiathan hamo. Iob. 40.

Gnatio Chri secũdũ Lucã.

Ibidem. Luc. 3.

Insultatio cõtra diabolũ.

conuenirent conceperat. Quam dissimilis generatio hæc generationibus cæteris, generationibus quãuis rectorũ, ut fuit Abrahã: ut fuit Isaac: ut fuit Iacob: ut fuit Dauid: Et quidem fuerit aliqua similitudo generatiõis, quia patres isti oẽs steriles habuere cõiuges: unde et qui generati sunt, in plerisq; factis suis typũ gesserũt huius Iesu Christi, qui uere natus est de utero sterili. Quid em̃ tam sterile q̃ uirginitas? ¶Septẽ matres fuisse steriles sacra scriptura memorat: Sarã & Rebeccã, Rachel et eam quę peperit Samson, Annã matrẽ Samuelis, Bethsabe quæ fuit mater Salomonis, uxor Vriæ Aethæi, & Elizabet quæ peperit præcursorẽ dñi. Qui ex istis nati fuerũt magni fuerũt, & in plerisq; (ut iã dictũ est) factis suis ammirabiles quasdã similitudines dñi prætulerunt de uirginitate nascituri, quæ naturaliter sterilis est & non parit: uidelicet Isaac & Iacob, Ioseph & Samson, Samuel et Salomon. Iohanne, qui septimus extitit, maior inter natos mulierũ nõ surrexit, quiq; ipsum dñm nõ tã factis suis, ut cæteri, significauit, q̃ digito demonstrauit. Octaua sterilis, id est uirginitas, de cognata sua sterili Elizabeth proximum accepit testimonium: quia nõ erit (inquit angelus) impossibile apud deum omne uerbum. ¶Fuerit itaque aliqua (ut iam dictum est) similitudo in illis, ueruntamen rationabiliter hic euangelista dicat: Christi autem generatio sic erat. Quod est dicere: Cuiusq; cæterorum generatio sic fuit, ut nullus eorum generaretur aliter nisi cõuenientibus uiro & muliere, ficut naturæ usus est, Christi autem generatio sic erat, ut antequã uir & mulier conuenirent, inueniretur mulier in utero habens. Hoc est illud mirabile & inauditum, quod Hieremias præuidens: & faciet, inquit, dominus nouum super terram: mulier circundabit uirum. ¶Perspecto huc usque hoc libro generatiõis Iesu Christi, magnũ & euidẽs ostium apertum est, ad contemplandas per ordinem facies quatuor animalis, quod uideram (inquit Ezechiel) iuxta flumen Chobar: ita uidelicet, ut contẽplatio hęc summa sit nostri propositi, quod insinuat titulus prefixus huic operi, de gloria et honore filij hominis. Nam idẽ Ezechiel, cum dixisset, & gloria dei Israël erat super eam, uidelicet portam domus dñi oriẽtalis, protinus significans quã diceret gloriã dñi, ipsum est, ait, animal quod uidi subter deũ Israël iuxta fluuiũ Chobar, quatuor uultus uni &c. Iã ex hoc capitulo facies hoĩs, qualis, q̃ pulchra, q̃ gloriosa sit, debet animaduerti, cum euangelista dicit: Cũ esset desponsata mater eius Maria Ioseph, antequã conuenirent, inuenta est in utero habens de spiritu sancto. Ex hoc inquã capitulo & deinceps usq; ad passionis eius seriẽ, quæ (ut superius iam dictũ est) facies est uituli, cõsiderare libet pulchritudinẽ faciei huiꝰ, faciei hominis, quãtum se ipse ostendere dignabit: cui corde & ore clamamus, ostẽde faciẽ tuã & salui erimus. ¶Quãta est hæc faciei huius, faciei hominis pulchritudo: q̃d inuẽta est mater eius in utero habẽs de spũ sancto? Magnus hic honor generis humani: quod homo nostræ naturæ, nostræ cõditionis, passibilis atq; mortalis, incarnatus, uel cõceptus est de spũ sancto, id est, non de semine uirili, sed de uirtute & operatione spũs sancti. Recte ergo facies ista, tãtæ pulchritudinis cõscia, dicit in Cãticis canticoꝝ: Ego flos campi, & liliũ cõualliũ, id est honor humani generis, & decus parentũ humiliũ. ¶Tantã pulchritudinẽ, tãtæ claritatis margaritã, iam tunc oculis inuidis, propalari non expediebat. Ibi em̃ erat, qui dicere habebat: Nolite mittere margaritas uestras ante porcos, ne forte cõculcent eas, & cõuersi elidãt uos. Etenim, ut de cæteris interim taceã, qualis tunc erat porcus Herodes? Quales erant porci oẽs eius funesti satellites? Nonne ergo fuisset hoc margaritam ualde splendidã ante porcos mittere: uirginem pregnantem siue parientem de semetipsa prædicare unde haberet in utero, scilicet de de spiritu sancto? Fieret enim inquisitio unde cõcepisset uel à quo impregnata esset, si uirũ non habens peperisset. Igit̃ laudi deputãdũ est eius, de quo in utero habebat, scilicet spiritus sancti, spũs cõsilij, q̃d mater eius desponsata erat: qa uere secundũ hoc ipsum nomẽ uel pręconium quod dicitur & est spiritus cõsilij, dignũ se fecit, digne prouidit, ut illa desponsaret & per hãc occasionẽ ab omni quæstiõe liberaret. Sponsus uel nomẽ spõsi cœlestibus nuptijs secretũ fecit: ianuas cubiculi clausas custodiuit: ita ut nõ foris omnino pateret trãseũtib⁹ lux claritatis, quæ intus erat, nisi quãtũ p subtiles radios ex rimis siue fenestris obliqs significari ratio postulabat. Iccirco erat desponsata, iccirco illã spõsum habere spũi sancto cõplacuerat, ut quõ falsꝰ fuit Saul, cũ ungeret rex Dauid, ita falleret Herodes siue habitãs in Herode diabolꝰ, in hoc sacramẽto regis et dñi, filij dei, filij Dauid, incarnati siue nascẽtis ex utero uirginis

Septẽ matres steriles in scripturis.
Iud. 13.
1. Reg. 1.
2. Reg. 11.
Luc. 1.
Matth. 11.
Iohã. 1.
Luc. 1.
Gñatio Christi lõge ab aliis differt.
Hiere. 31.
Sũma huius operis.
Ezechie. 10.
Pſal. 79.
Facies hoĩs in Christo decus gñis hũani.
Can. 2.
Cõsiliũ spiritꝰ sancti, i desponsatiõe Marię.
Matth. 7.
1. Reg. 16.

Qua-

Qualiter falsus fuit Saul, cum ungeret̃ rex Dauid? Cum diceret Samuel, quomodo uadã? audiet enim Saul & interficiet me: Vitulum, ait dominus, de armento tolles in manu tua, & dices: Ad immolandũ domino ueni. Nimirũ iuxta hanc similitudinẽ ſpiritus domini, ſpiritus cõſilij ita ordinauerit, ac ſi diceret in ſecretis ſuis: Vir unũ de populo accipiat uirgo hęc, & ſit ei deſponſata, ut dum cõceperit & pepererit, dicat, quia uirũ duxi: quia nuptias celebrã uit: atq; ita ſicut Samuelẽ tunc liberauit immolatio uituli, quaſi ob cauſam nullã aliã uenisſet in Bethlehẽ: ita uirginẽ hanc ab omni quæſtione liberet exiſtimatio carnalis cõmertij, quaſi nihil aliud in ea natũ ſit, q̃ q̃d ſolet in coniugio uel de coniugio naſci, Veruntamẽ hoc prius Ioſeph neſciuit: ſed poſt angelo in ſomnis euangelizãte didicit. ⌊ Ioſeph (inquit) fili Dauid noli timere accipere Mariã coniugẽ tuã, Quod enim in ea natũ eſt de ſpiritu ſancto eſt. ⌋ Timebat enim eam accipere, nolebat eã traducere: ſed uolebat occulte dimittere. Hæc ille cogitabat cum eſſet iuſtus, ait Euangeliſta. ¶ Et reuera hoc erat iuſti hominis, nec tantũ iuſti, uerũetiã pij, quod hinc timebat conſentire peccatis alienis, & inde abhorrebat uti permiſſo uel ſeueritate legis dicentis: Quod ſi non eſt in puella inuenta uirginitas, ejcient eam extra fores domus patris ſui, & lapidibus obruent uiri ciuitatis eius, & morietur, quoniã nefas fecit in Iſrael, ut fornicaretur in domo patris ſui, & auferes malũ de medio tui. Neutrum horũ facere, ſcilicet neq; traducere, neq; in iudiciũ uoluit producere. Hoc unum præelegit, hoc maluit, uidelicet occulte dimittere eam, quod ad perfectã pertinet iuſtitiam. ¶ Hic percunctari libet, Quare timorẽ eiuſmodi deus illi euenire permiſit? Quare non præuenit? Quare hunc ipſum angelum, quem tandem miſſurus erat, non miſit anteà? tunc ſcilicet quando miſit ad uirginem quæ ei deſponſata erat? Videlicet ut tentaretur, & manifeſtum fieret tam ſanctis angelis, q̃ nobis hominibus de ipſo, quod eſſet iuſtus, & talis, qui digne ſic deberet appellari, Ioſeph fili Dauid. Sic etenim idem pater eius Dauid maluit exulare, quàm uti permiſſo legis dicentis: Diliges amicum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Tradiderat dominus in manu eius Saul odientem & perſequentẽ: & nunc (ait Abiſai) perfodiã eum lancea, in terra ſemel, & ſecundo opus non erit. Ait ille: Viuit dominus, quia niſi dñs percuſſerit eũ, aut dies eius uenerit ut moriat̃, aut in præliũ deſcendẽs perierit: propitius mihi ſit dominus, ne extendã manũ meã in Chriſtũ domini. Et poſt hæc ſurrexit Dauid, & abiit ad Achis regẽ Geth, & habitauit cum Achis in Geth, Quõ iſte iuſtus Ioſeph occulte dimittere eam uoluit, quam habebat deſponſatam, niſi proficiſceretur in regionem aliquam, ſicut fecit ille Dauid: & ſicut propter aduerſos caſus fecerunt plerq; alij? ¶ Amplius autem ex eo filius Dauid tam inſigniter, tali in re, tali in tempore dignus fuit appellari, dicente angelo, Ioſeph fili Dauid: quia fidẽ habuit eãdem quam habuit pater eius fidelis Dauid: quippe qui prius inaudita credidit, uidelicet quod ipſa, quæ conceperat, uirgo eſſet: ſecundum uerba hæc eiuſdem angeli, quod enim in ea natum eſt, de ſpiritu ſancto eſt, &c. Nam promiſſionis ſiue repromiſſionis in qua credẽdo pater Abraham iuſtificatus, & amicus dei appellatus eſt, conſummatio eſt hic ſermo angeli, quem in ſomnis accepit, & ſtatim obediuit deo credulus, puellę beneuolus, eatenus uir iuſtus, exinde iuſtiſſimus. ¶ Spiritus ſanctus maxime ex hoc facto ſuo nominatur, quia quod in ea natum eſt (ait angelus) de ſpiritu ſancto eſt. Ante hac ſpiritus dei, ſiue ſpiritus domini dicebatur, nec facile in omni ſerie ueteris inſtrumẽti, reperies hoc inſigne uocabulũ, ſcilicet ſpiritũ ſanctum præter quod Dauid: & ſpiritum ſanctũ tuum ne auferas, inquit, à me. Nec ipſe, ſic abſolute ſpiritũ ſanctum dixit, ſed tuum addidit, ſicut in cæteris ſcripturis legalibus, ſiue propheticis, nuſquam abſolute ſpiritus ſanctus, ſed relatiue ſcribitur (ut iam dictũ eſt) ſpiritus dei, ſiue ſpiritus domini. Ab hoc loco ferè primũ ſonuit in auribus noſtris, hoc reuerendum & inſigne uocabulũ, propriũ atq; abſolutum, ſpiritus ſanctus: ubi angelus, & ad Mariam, ſpiritus ſanctus (ait) ſuperueniet in te, & ad Ioſeph, quod emẽ in ea natũ eſt, inquit, de ſpiritu ſancto eſt. Quã ob cauſam? niſi quia (quod cum magna reuerentia cogitandum eſt) maxime ex hoc opere, quod in Maria operatus eſt, claruit hic ſpiritus domini, quod uere ſanctus ſit. ¶ Quærat alius: Cum & pater ſpiritus, & filius ſpiritus: & pater ſanctus, & filius ſanctus ſit, quã ob cauſam uocabulum hoc, quod eſt ſpiritus ſanctus, propriũ aſcribitur perſonæ huic, & ſola hæc perſona ſic uocari debuit? Ad hęc inquam: Nimirum quia tota perſonę huius operatio, nõ aliud

Ioſeph uir iuſtus & pius. Deut. 22.

Q ueſtio.

Reſponſio.

Leui. 19. Matth. 5.

1. Reg. 26.

Ioſeph, filius Dauid.

Spiritus ſanctus primum ab angelo ſic dictus.

pſal. 50.

Luc. 1. Matth. 1.

Q ueſtio.

Reſponſio.

aliud nisi sanctificatio est. Hæc operationum distinctio diligenter animaduertenda est, quia deus pater omne quod factum est per filium, fecit: & omne quod sanctum est, per spiritum suum sanctificauit. Quid enim est spiritus eius, nisi amor eius? ¶ Et quomodo creatura quæcunq; rationalis aliter, nisi amãdo creatorem, potuit unq̃ uel potest sanctificari? Igitur quãuis & pater (ut iam dictum est) spiritus, & filius spiritus: & pater sanctus, & filius sanctus sit: recte tamen hæc sola persona spiritus sanctus debuit nũcupari: cuius operatio propria, creaturæ sanctificatio est, sine quo nec angelus sanctus, nec homo sanctus est, quem non habẽs angelus, diabolus est, quẽ non habens homo, Antichristus uel mẽbrum diaboli est. Huius sanctificationis summã esse nemo qui nesciat id quod in beata Maria natũ est, imò & principium eiusdem operationis, id est sanctificationis illa conceptio est. Deniq; ipsa est prima, in quã iste spiritus illo cum dato superuenit, propter quod, & dicitur spiritus sanctus, quod uidelicet datum, remissio est peccatorũ. ¶ Et quidẽ ante illam super multos uenit hic idem spiritus domini, sed alio dato quod est gratiarũ diuisio. Duo quippe spiritꝰ huius data sunt, alterũ quod est remissio peccatorũ, alterũ q̃d iam dictũ est, scilicet diuersarũ diuisio gratiarũ: de quo Apostolus: Alij quidem, inquit, per spiritum datur sermo sapientiæ, alij autem sermo scientiæ, alteri fides, alij gratia sanitatũ, alij operatio uirtutum, alij prophetia, alij discretio spirituum, alij genera linguarũ, alij interpretatio sermonum: huiusmodi gratias ante beatam Mariã plures habuerunt, et nonnulli, ex his qui habuerunt, non sancti fuerunt, exempli gratia, ut Saul & Balaam. Datum aliud, quod est remissio peccatorum, spiritus domini distulit in Christi aduentum: Et de hoc dato est dictum illud: Nõdum enim erat spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. ¶ Datum hoc, beata Maria prima omniũ mortalium accepit in ipsa hora conceptionis, dicente angelo: spiritus supueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoq; & quod nascetur ex te sanctum, uocabitur filius dei. Et reuera, ut omnino sanctum esset quod ex ea nasceretur, oportebat ipsam sanctificari, id est emũdari ab omni peccato, tam actuali, quam eo quod maius erat, scilicet originali. Nec uero solum hoc tunc accepit spiritus datum, quod est remissio peccatorum, uerumetiam illud alterum, quod est diuisio gratiarum, uidelicet ita, ut operationem uirtutum omnimodam maximeq; fidem & prophetiam, siue omnem haberet propheticam gratiã. ¶ Nam ipsa est prophetissa illa de qua dicebat Esaias: Et accessi ad prophetissam, & cõcepit & peperit filium. Præmiserat autem: Et dixit dominus ad me: Sume tibi librum grandem, & scribe in eo stilo hominis, uelociter spolia detrahe, cito prædare. Et adhibui mihi testes fideles, Uriã sacerdotem & Zachariam filiũ Barachiæ. Quis erat ille liber grandis, quẽ ut sumeret, et stilo hominis in eo scriberet, dictum sibi asserit, & adhibitis testibus accessi, inquit, ad prophetissam, & concepit & peperit. Quis inquã erat liber ille grandis nisi uniuersa scriptura sancta, quã ta usq; ad tempus illud conscripta fuerat à Moyse & prophetis? Hunc librum sumere iuit illi, & in eo scribere stilo hominis, propheticam accipe gratiam, & portionem suam scribere de aduẽtu Christi filij dei, taliter ut ab homine posset legi & intelligi. Et quid erat illi hoc facto accedere ad prophetissam quæ concepit & peperit, nisi ab ista beata uirgine illum cognosci: & sicut cæteras scripturas, ita & librum Esaiæ mente eius comprehendi, docente illam repentina illuminatione superuenientis in eam spiritus sancti? ¶ Inde gratulatur quod taliter ad hanc prophetissam accesserit, & quod huius rei testes habeat Uriam sacerdotem, & Zachariam filium Barachiæ, id est omnes credentes de utroq; populo, gentili atq; Iudaico. Urias nãq;, quod interpretatur lux mea deus, ipse est anterior populus, scilicet Iudaicus, cui soli quondam notus erat deus: unde & dicere poterat, lux mea deus. Zacharias uero, q̃d interpretatur memor domini, ipse est posterior populus, uidelicet gentilis, qui nunc est memor domini: quia quod ille populꝰ expectabat futurũ, iste nouit ac meminit iam esse factũ, scilicet quod hæc prophetissa conceperit & pepererit filiũ: Uterq; populus hodie testis est illi, quod in illo libro grandi ueritatem scripserit. Igitur utrunq; spiritus datũ simul accepit, hæc beata uirgo Maria, prophetarum prophetissa, & hæc est gratia plena, iuxta salutationem angeli dicentis: Aue gratia plena, quia uidelicet dum susceperit uel concepit uerbũ dei, uerbum domini, simul accepit utrunq; spiritus dei datum. ¶ Secundo loco Iohãnes amicus sponsi, præcursor domini, utroq; eiusdẽ spiritus dato meruit participari ex utero matris suæ, sicut

Sanctificatio propria spiritui sancto.

Duplex datũ spũs sancti.

1. Cor. 12.

Iohan. 7.

Maria datum spũs sancti in remissionem peccatorũ prima accepit.

Esa. 8.

Maria prophetissa.

Testes Urias et Zacharias.

Iohãnes Baptista.

ſicut prædixerat idem angelus qui ad beatam Mariam locutus eſt: Et ſpiritu ſancto replebi tur adhuc ex utero matris ſuæ: quod uidelicet tunc mater eius præſenſit, quando exclamãs uoce magna, & ipſa ſpiritu ſancto repleta: Ecce eñ (inquit) ut facta eſt uox ſalutationis tuę in auribus meis: exultauit in gaudio infans in utero meo: Vnde ſicut ueraciter huic beatæ uirgini dixit angelus, gratia plena, ita ueriſſime dñs de illo dixit: Inter natos mulierũ maior non ſurrexit. De plenitudine gratiæ, qua dictum eſt: Aue gratia plena, primus ille accepit, & eodem ſpiritu ſanctificati ſunt, & hæc mater dñi, & ille amicus dñi. Et extunc qui prius dicebatur ſpiritus dei uel ſpiritus domini, ſpiritus ſanctus cœpit altius enuntiari, primum ex ore angeli, & deinde ex omni euãgelio Chriſti, quod uocabulũ uenerabilius ſonare non dubito omni habenti aures audiendi, licet & hoc nomen, ſpũs dei, ſpũs dñi, ſatis & multũ uenerabile ſit. Rationẽ nominis ſpũs ſancti quã diximus, ſcilicet, remiſſionẽ peccatorũ, ipſe angelus protinus euidenter exponit, cũ dicit. ¶ Pariet aũt filiũ: & vocabis nomẽ eius Ieſum. Ipſe enim ſaluũ faciet populũ ſuũ a peccatis eoꝝ. ¶ Quàm nouũ nomẽ eſt ſpũs ſanctus, tã noua eſt hæc ratio nois, ipſe eñ ſaluũ faciet populũ ſuũ à peccatis eorum. Nusq̃ eñ in lege aut prophetis remiſſio peccatorũ (q̃d datũ eſt ſpũs ſancti præcipuũ) uerbis enuntiat tã manifeſtis. ¶ Quam aliã ſiue meliorẽ quęrere debemus nouitatẽ, in uerbis illis ſancti & ueri dicẽtis: Qui uicerit faciã illũ columnã in tẽplo dei mei, & foras nõ egredieť amplius, & ſcribã ſup eũ nomẽ dei mei, & nomen ciuitatis dei mei nouæ Hieruſalẽ, quæ deſcẽdit de cœlo à deo meo, & nomẽ meũ nouũ: ſiue in illis apud Ezechielẽ promiſſis dñi: Et dabo uobis cor nouũ, & ſpiritũ nouũ ponã in medio ueſtri. Quæcũq; uel quãtacũq; dicãť ad ſanctã nouitatẽ pertinẽtia, ſumma omniũ eſt remiſſio peccatorũ, quæ hinc habet initium, ubi dixit angel⁹: ipſe eñ ſaluũ faciet populũ ſuũ à peccatis eorũ. ¶ Nihilominus & hoc nomẽ filius dei, ſiue filius altiſſimi, nouũ eſt: Sicut eñ iã de noie ſpũs ſancti dictũ eſt, ita et de iſto nomine perpẽdere uel reminiſci nõ ocioſum eſt: quia nõ facile quisq̃ hoc reperiet in ueteribus ſcripturis, legalibus, ſiue propheticis. Denicq; ſicut qui in lege ſiue prophetis dicebať ſpũs dei, ſic ueſpũs dñi, nunc ex euãgelio prædicať ſpũs ſanctus: ita qui in illis ſcripturis dicebatur uerbum dei, ſiue uerbum dñi, nunc dicitur filius dei, ex quo ſic angelus prænuntiauit: ideoq; et quod naſcetur ex te ſanctum, uocabitur filius dei: itemq;, hic erit magnus, & filius altiſſimi uocabitur. Erat plane in principio, erat de patris corde natus hic filius, hic deus: ſed erat filius occultus, deus abſconditus, dicebatq; interdũ de futuro tale quid: dñs dixit ad me, filius meus es tu, poſtula à me, &c. ſed uulgo nõ audiebatur, palàm non loquebatur, neq; cognoſcebatur. ¶ Et iccirco cõfeſſio nominis eius, nõ eo iure, quo nũc exigitur, ab hominibus exigebatur. Ex quo is, qui erat ex deo genitus, factus eſt noſtræ naturæ filius, ex eo tã huius filiq̃ eius, de quo conceptus eſt, ſpiritus ſancti, à nobis confeſſio iure exigitur, ſicut & patris, cuius & hic filius, & iſte eſt ſpiritus ſanctus, ut non dicamus tm̃, ſicut prius, deus Abrahã, deus Iſaac, & deus Iacob, ſed q̃d clarius eſt, deus pater, deus filius, deus ſpũs ſanctus: in quo uiuimus, mouemur, & ſumus. ¶ Solenne eſt & illud hic perpẽdere, cũ dicit: Pariet aũt filiũ, quia beata Maria cœlũ illud eſt, de quo fuerat præſcriptũ: Et ianuas cœli aperuit, & pluit illis manna ad manducandũ. Si enim cuiuſlibet iuſti anima cœlũ eſt, quãto magis hæc ſingularis dei habitatio uel ſedes? ¶ Quot aũt uel quæ ſunt ianuæ huius cœli, quas dñs deus aperuit? Duæ, alteramẽtis, altera uentris. Ianuã mẽtis deus aperuit, quia beata hęc credidit quę dicta ſunt ei: Ianuam uẽtris aperuit, q̃a ſine uiro uirgo cõcepit, uirgo peperit, & poſt partũ uirgo permãſit. Quis eñ alius niſi deus ianuã uentris ſic aperiret, ut & pareret & uirgo permaneret? Hinc eſt illud apud prophetã Ezechielẽ: Et conuertit me ad uiã portę ſanctuarij exterioris, quæ reſpiciebat ad orientẽ, & erat clauſa. Et dixit dñs ad me. Porta hęc clauſa erit & nõ aperieť, & uir nõ trãſiet per eã, qm̃ dñs deus Iſraël ingredieť per eã, eritq; clauſa principi: princips ipſe ſedebit in ea, ut comedat panẽ corã dño. Per uiã ueſtibuli portæ ingredieť, & uiã eius egredieť. Notũ eſt eccleſiaſticæ fidei celebre & uſitatũ eſt in laudibus Chri, & ſanctoꝝ patrũ ſcriptis, q̃a hęc porta clauſa mater eſt incorrupta, clauſa principi, id eſt, ad honorẽ principis Ieſu Chri, q̃ uidelicet princeps in ea ſedit, quippe q̃ à die cõceptionis, in ſacri uentris hoſpitio, nouẽ mẽſibus habitauit, et per uiã ueſtibuli id eſt p auditũ fidei ingreſſus, ita per uiã eius egreſſus eſt de⁹ & homo, un⁹ idẽq; dñs deus Iſraël, ut p eã uir nõ trãſiret, id eſt,

Luc. 1.

Matth. 11.

Spũs ſanctus, nomẽ uenerabilius eſt q̃ ſpiritus dei.

Nomẽ nouũ. Apoc. 3.

Ezech. 36.

Filiꝰ altiſſimi nomẽ nouũ.

Pſal. 2. Nũc maior q̃ olim exigitur cõfeſſio trinitatis.

Act. 17.

Maria cœlũ dicitur. Pſal. 77. Duę ianuę huius cœli.

Ezech. 44. Porta clauſa principi.

Panis cœli uerus, nõ mãna patrum, sed Christus est.

neq; in cõcipiendo sese insereret, neq; nascituro uiã aperiret. ¶Sed ad prioris prophetiæ capitulũ reuertamur. Ianuas cœli apuit, & pluit illis mãna ad mãducandũ, & panẽ cœli dedit eis, panẽ angelo; mãducauit hõ. Iudæi putauerũt Psalmistã hoc dixisse de mãna illo trãsitorio, qd patres eo; manducauerũt in deserto. Cum em̃ curiose agentes, et otiose uiuere uolentes, dixissent: Quod ergo tu facis signũ, ut uideamus et credamus tibi? quid operaris? Patres nostri mãducauerũt manna in deserto, continuo subiũxerunt. Sicut scriptũ est: Panẽ de cœlo dedit eis manducare. Verũ ita putando uel sentiẽdo multũ errabãt, si tali cibo uiuere existimabãt etiam angelos, quoniã continuo sequitur: Panem angelo; manducauit homo. Dixit ergo eis Iesus: Amen amen dico uobis, nõ Moyses dedit uobis panem de cœlo, sed pater meus dat uobis panem de cœlo uerum. Et est sensus: Panem illum, de quo scriptum est illud, quod mihi obiũcitis: Panem de cœlo dedit eis manducare, non præterito tempore datum est, nec Moyses dedit, sed præsenti tempore pater meus dat uobis. Etenim ego sum panis uiuus & uerus qui de cœlo descendi, & de isto tempore dixit spiritus in Dauid, panẽ angelorum manducauit homo, quamuis uerbo sit usus præteriti temporis, dicendo, manducauit, sicut mos est frequens prophetis, futura nuntiare uerbis præteriti temporis. Igitur quando factum est quod dixit angelus, pariet autem filium, & uocabis nomen eius Iesum, tunc ianuas cœli dñs aperuit, & pluit nobis manna ad manducandum, panẽ cœli, panẽ angelorum. ¶Secundũ similitudinẽ illius facti, quod ita scriptum est: Mane quoq; ros iacuit per circuitũ castrorum, cumq; operuisset superficiem terræ, apparuit in solitudine minutũ, appellauitq; (ait scriptura) domus Israël nomẽ eius Man, secundum similitudinem (inquã) illius signi factũ est hic. Spũs sanctus supuenit in beatã uirginẽ, qui in sanctis scripturis per rorem solet significari. Et hoc fuit utiq; rorẽ iacere in solitudine, uisceribus infundi uirginis solitariæ, nulliq; uiro peruiẽ. Ille uterũ uirgineũ cœlitus irrorauit, nõ de sua substãtia, sed de naturali humore ipsius incorruptæ carnis. In quo mira & magna distantia est, ab omni conceptu uniuersæ carnis, quia uim sementinam sacri corporis, non uir extrinsecus accedẽs, sed spiritus sanctus intus operans excitauit. Tunc in eadem solitudine apparere minutum, hoc fuit ad esse in eodem secreto uerbũ subtilissimum atq; fortissimum, quod eidem se humori miscuit tanquam coagulum, unde sicut filij Israël dixerunt adinuicem, manhu, ita nos & multo magis nos dicamus, quid est hoc? Dicamus etiam propter hoc: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus uentris tui, quia uidelicet mulier omnis concipiens, de amore uiri concipit: tu sola de amore dei, id est, de spiritu sancto cõcepisti. Hoc appellamus nos domus Israël man, gustusq; eius nobis quasi similæ cum melle, quo epulamur cotidie tam auditu cœlestis doctrinæ, quàm perceptione sacræ eucharistiæ. ¶Hoc autem totum factum est ut adimpleretur quod dictum est per prophetam dicentem: Ecce virgo in utero habebit, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel quod est interpretatum nobiscum deus. ¶Dictum hoc propheticum quis non audiuit, quis non intellexit? Vbicunq; prædicatum est euangelium libri huius generationis IESV CHRISTI, prædicatum est etiam hoc insigne præconium, recitatumq; competens hoc testimonium ueritatis, notum'que factum est & in usu habitum paruulis quoque ecclesiæ catholicæ filijs. ¶Noli autem ô lector siue auditor præsentis euangelij, noli hoc tantillum respicere quod calamus hic expressit, de propheta grandi, de uate magno & nobili: Ecce uirgo in utero habebit, siue concipiet, & pariet filium, & uocabitur nomen eius Emmanuel, licet hoc tantillum de illo scripserit. Non scripti quantitatem, sed scribentis perpende intentionem, & scito, quia dum tantillum scribit, ad legendum ea quæ sequuntur te mittit. Quasi ianuam pulchrę domus aperuit, & admota lucerna, quid sit intus, familiariter significauit. Quid enim intus est? Quid uides? Trinam uocationem siue uocabuli positionem uides huius fili de quo dictum est hic per angelum: pariet autem filium, & uocabis nomen eius Iesum. Primo, illic dictum est: Et uocabitur nomen eius Emmanuel. Butyrum & mel comedet, ut sciat reprobare malum & eligere bonum. Secundo, ibidem dictum est: Voca nomen eius, accelera, spolia detrahere, festina prædari. Tertio, itidem dictum est: & uocabitur nomen eius ammirabilis, consiliarius, deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. Igitur uere diuinus et spũ sancto euãgelista illuminatus, lucẽ istrorsus in pro-

Similitudo conceptionis Christi ad mãna.

Testimoniũ Esaiæ uerbis modicũ, uirtute multũ.

Exod. 16.
Psal. 77.
Exod. 16.
Ioan. 6.
Luc. 1.
Esa. 7.
Esa. 8.
Esa. 9.

inpropheticam ueritatem breui quidem dicto iniecit, sed latam & longam domũ eiusdem propheticæ ueritatis illustrauit. ¶ Cum multa scripta sint in lege, & prophetis, & psalmis de puero hoc, quod et ipse sciens, quoniã oportet (inquit) impleri omnia quę scripta sunt in lege & prophetis & psalmis de me, sciendum quod apud nullum prophetarum, in nullo psalmorum, nusquam in tota lege, ita ut hic apud Esaiam designatur ex nomine. Vnde animaduertendum, quia sanctus euangelista non segniter elegit, qui hoc testimonium propheticum præ cæteris in causa præsenti assumere maluit. ¶ De nomine Emmanuel, quoniam hoc interpretatur, nobiscum deus, quam interpretationem apponere non superflue curauit, idem sentimus quod de illo dicto alterius euangelistæ: Et uerbum caro factum est & habitauit in nobis. Hoc tale uocabulum & hic sensus pulchre nobis aperit, quid mysterij cõtineat, illud, quod ubi (sicut supra meminimus) appellauit domus Israël nomen cibi siue panis, quem dominus dedit, man, quod erat quasi semen coriãdri album, ita subiunctũ est, gustusq; eius quasi similæ cum melle. ¶ Quid enim est iuxta mysteriũ supradictum simila cũ melle: nisi caro huius Emmanuel cũ diuinitate? Qualis est gustus, ubi talis Emmanuel uidetur? Etenim uisio eius, & sanctorũ angelorũ & omniũ beatorũ spirituũ siue hoim uitalis est obus, & immortalis indeficiens gustus, quod nos & si credimus, & utcunq; scimus, tamen impossibile est scire sicut est, donec uidẽdo mãducemus, atq; ita mãducando experiamur, quia uere est simila cum melle, id est, uera & munda est humanitas, cum dulci & suaui diuinitate. ¶ Et uide huius & cæterorũ nominũ q̃ pulcher & q̃ rationabilis ordo sit, quem dum in alio quodam opere ita breuiter me annotasse memini. Primũ, Emmanuel id est nobiscũ deus pro causa uidelicet quæ prima est in ordine, quia habitauit in nobis deus homo factus. Secundũ, accelera spolia detrahere, festina prædari, ea uidelicet pro causa, quia modũ fortẽ armatũ diabolũ superauit, & spolia distribuit. Tertiũ, qa ammirabilis uidelicet, qa surrexit à mortuis, & ascẽdens in cœlũ, gloria et honore coronat⁹, sedet à dextris dei. Quartũ, cõsiliarius ex eo scilicet q̃d dãs paracletũ sanctũ apostolis suis, cõsiliũ habuit cũ eodẽ spũ cõsilij, de repellẽdis Iudæis, & uocãdis gẽtibus. Quintũ, deus, qa exinde omni mundo uere adoraf ut deus. Sextũ, fortis, quia uere fortis in iudicio, quo expectaf, apparebit. Septimũ, pater futuri seculi qa nimirũ peracto iudicio nõ iã ut dñs seruorũ, sed ut pater filiorũ regnabit. Octauũ, princeps pacis, quia reuera laudabitur in æternũ, & grates habebit ut author pacis, qua deo sumus recõciliati per mortẽ eius qui eramus inimici. ⌊ Exurgens aũt Ioseph a somno, fecit sicut præcepit angelus domini, & accepit cõiugem suã, & nõ cognoscebat eã, donec peperit filium suũ primogenitum, & vocauit nomen eius Iesum. ⌋ Pluit super peccatores laqueos (ait spũs sanctus in psalmo, statimq; subiũgit) ignis, sulphur, & spũs procellarũ, pars calicis eorũ. Et est sensus. Dñs cuius palpebræ interrogãt, id est, probant filios hominũ, taliter suã cõdidit scripturã, per quã illaqueentur peccatores, qui diligendo iniquitatẽ oderũt animã suã: quorũ curiositas, uelut ignis, quorũ expositio, qua scripturasperuersè exponunt, ueluti sulphur: quorũ uerbositas in disputando, uelut spiritus est procellarũ, & ista omnia sunt in præsenti pars calicis eorũ, alia uero pars reseruatur eis in futurũ. ¶ Ex his fuit impurus Eluidius, cuius aduersus blasphemias uirginitatẽ beatæ Mariæ insignis epistola defendit uir illustris beatus Hieronymus. Illũ, quoniã erat peccator & iniquitatem diligebat, hoc dictũ euãgelistæ, & nõ cognoscebat eã, donec peperit filiũ suũ primogenitũ, sic illaqueauit, ut diceret: Donec siue usq; aduerbiũ, certũ tẽpus significat, quo cõpleto, fiat id, quod usq; ad illud tẽporis quod præscriptũ est nõ fiebat, uelut in præsenti, & non cognoscebat eã, donec peperit filiũ. Apparet ergo (inquit) cognitã esse post partũ, cuius cognitionẽ filij tm generatio differebat. Deinde nisus est approbari primogenitũ nõ posse dici, nisi eũ qui habeat & fratres, sicut unigenitus ille uocaf, qui parẽtibus solus est filius, & illos qui in euãgelio memorant fratres dñi, genitos fuisse ex matre dñi & Ioseph, post generationẽ Iesu Christi, procaci & hæretica lingua cõtendit. ¶ Mõstrũ illud, scilicet, Eluidiũ totus orbis execretur, sicut execratus est atq; sufficienter cõfutauit iam dictus uir catholicus atq; orthodoxus, dicẽs inter cætera. Tu dicis Mariã uirginẽ nõ mãsisse? ego mihi plus uindico, etiã ipsum Ioseph uirginẽ fuisse p Mariã, ut ex uirginali cõiugio uirgo filius nasceret. Siem in uirũ sanctũ fornicatio nõ cadit, & aliã eũ uxorẽ habuisse nõ scribit, Marię aũt, quã

Luc. 24.

Emmanuel.

Iohan. 1.

Exod. 16.

Quid similã cũ melle? hũanitas cũ diuinitate.

Ordo pulcher in nominibus filii dei.

Roma. 5. Ephe. 2.

Psal. 10. Scripturæ hæreticis i laqueum sunt.

Eluidius cõtra perpetuã uirginitatẽ Marię

Cõfutatio Eluidii.

putatus est habuisse, custos fuit potius q̃ maritus, relinquitur uirginem eum mansisse cum Maria, qui pater domini meruit appellari. Igitur natꝰ est Christus, et in natiuitate eius fidelis & uerax comprobatus est ipse qui promisit deus. Gratulamur omnes dicentes cum Psal
Psal.144. Psal.32. 2.Cor.1. mista: Fidelis dñs in omnibus uerbis suis, & sanctus in omnibꝰ operibus suis. Item: Quia rectum est uerbũ dñi, & oĩa opera eius in fide. Quotquot enim promissiões dei sunt (ait Apostolus) in illo est. Ideo & per ipsum dicimus: Amen deo, ad gloriã uestrã. Vere ad gloriã uestrã quodãmodo superatus est deus, licet fortior, & uicit uolentẽ uinci fortis colluctator noster per fidẽ pater Iacob. ¶ Quod dicimus ita scriptũ est: Cumq; mature surrexisset Iacob,
Gen.32. Luctatio Iacob cũ deo. & transductis omnibus remãsisset solus, ecce uir luctabatur cũ eo usq; mane, qui cũ uideret quod eũ superare non posset, tetigit neruũ fœmoris eius, & statim emarcuit. Dixitq; ad eũ: Dimitte me, iam eñ ascendit aurora. Respondit. Non dimittã te, nisi benedixeris mihi. Et ille. Si cõtra deũ, inquit, fortis fuisti, quãto magis cõtra hoĩes prævalebis? Et benedixit ei in eodẽ loco. Dixitq; Iacob. Vidi dñm facie ad faciẽ, & salua facta est anima mea. Iuxta magnũ & mirũ illud præsagiũ factũ est, nascente Iesu Christo, & uictor inuentus est homo, si
Exod.32. Osee.12. ue genus Iacob, promissum exigens à deo, & quasi iure superatus est deus, promissi sui debitor. Num parua fuit aut ignota est colluctatio? Nonne saltẽ ex eo cognosci potest quod ait ad Moysen, cerno quod populus iste dure ceruicis sit, dimitte me ut irascat furor meus contra eos & deleã eos? Ibi nanq; fortis fuit & inualuit Moyses eodẽ modo, quo pater eius Iacob loco uel tẽpore iam dicto, de quo & in Osee taliter scriptũ est: In fortitudine sua directꝰ est, cũ angelo, & inualuit ad angelũ, & cõfortatus est, fleuit & rogauit eũ, in Bethel inuenit eum, & ibi locutus est nobiscũ. Hinc manifestũ est, qualis lucta illa fuerit, quia fleuit & ro-
Quõ hõ inualescit ad deũ. gauit eũ. ¶ Secundũ illud prẽsagiũ futurũ erat & factũ est, ut iratus deus, qa sepe fuit offensus, & irritatus multis eoꝝ adinuentiõibus, minaretur quod recederet, imò & genus Iacob disperderet atq; deleret, & nunq̃ defuerunt in populo illo hoĩes, q̃is pauci, in quibus esset fortitudo, id est fides Iacob, luctãs & inualescẽs ad fortitudinẽ dei, & quodãmõ dicens, nõ dimittã te nisi benedixeris mihi. Taliũ quisq; fleuit & rogauit eũ, & hoc fuit inualescere, &
Exod.32. fortẽ esse cõtra deũ. Hic ille moyses, de quo iam exẽplum prælibatũ est, fortiter luctabatur stans in cõfractione, id est, in nimia mentis humiliatione in cõspectu eius: cũ dicente illo, dimitte me, ipse orabat dominũ deũ suũ dicens. Cur dñe irascit furor tuus cõtra populũ tuũ? Recordare Abrahã Isaac, et Israël seruoꝝ tuoꝝ, quibus iurasti per temetipsum &c. Sic multotiens idẽ Moyses fleuit & rogauit eũ, sic Dauid fleuit & rogauit eũ, sic & alij plures fleuerunt & rogauerunt eum, quorũ fletum & rogatum per ordinẽ narrare nimis longum est. Quid multa? Contra deum fortis fuit Iacob, nec dimisit eum nisi beneficeret, & benedixit ei in eodẽ loco: Et itidẽ contra deũ, siue contra irã dei, fortis fuit progenies eiusdẽ Iacob, nec
Gen.32. Generationũ computatio propter futurũ Christũ facta est. dimisit eum nisi daret Christum suum, qui est omnium gentiũ benedictio. ¶ Tunc tetigit neruum fœmoris Iacob ubi benedixit eum, & statim emarcuit. Quid est hoc, nisi quia sic rationabiliter futurum erat, ut postquam promissio compleretur, postquam hic Iesus Christus nasceretur, iam ex tunc omnis apud deum genealogiarum uetus diligentia pro nihilo,
Nume.1. imò & pro stultitia uel fabulis, haberetur? Sciẽdum quippe, quod omnis tam diligenter facta in lege tribuum ac familiarum siue generationum, domorum atque cognationum distinctio, uerbi gratia, quod dictum est de filijs Iuda, per generationes & familias, ac domos, &
Nume.ult. cognationes suas, tot erant milia, maximeq; illud quod iussum est, ut unusquisq; de tribu ac familia sua duceret uxorem, in unum & solum omnino Christum tendebat, propter ueritatem dei, ad confirmandas promissiones patrum, ut dum ueniret, dum nasceretur, non incertum sciri posset, aut dici ad gloriam & ad laudem iusti & fidelis dei, quia sicut promisit & iurauit, sic & fecit, benedictione qua benedicentur omnes gentes mittendo de semine Abra-
Nũc uana est genealogiarũ quæstio. hæ, de tribu Iuda, de stirpe seu de domo ac familia Dauid. ¶ Postq̃ ergo uenit, postq̃ natus est, quæ cura de illo fœmore, de illa tribuum, generationum, familiarum, domorum, atque cognationum diuisione, seu supputatione? Imò pro extrema stultitia totum illud reputandum est, Stultas (inquit Apostolus) quæstiones, & genealogias & cõtentiones, & pugnas
Tit.3. legis deuita, sunt enim inutiles & uane. Igitur oĩm genealogiarum finis iste fit, quod idem
Roma.1. Apostolus ait: Paulus seruus Christi Iesu, uocatus apostolus, segregatus in euãgelium dei, quod

quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis, de filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem. Quod si ex semine Dauid, ergo & ex tribu Iuda, ut confirmetur ueritas dei, dicentis per os patriarchæ Iacob. Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de fœmore eius, donec ueniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gẽtium. Quod si ex tribu Iuda, ergo ex semine Abrahæ, ad quem primum dictum est: & in semine tuo benedicentur omnes gentes. ¶ Iam de cętero fœmur Iacob marcidum sit, sicut uere est. Nam reuera emarcuit, ita ut iam neq; rex, neque dux, neque propheta, neque sacerdos, possit indesperari, & omnino uigor, siue uiror eiusmodi sic defecit in illo, ut sit infidelis, imò & infideli deterior, qui spem habet in carne eiusdẽ populi, recepturus Antichristũ, sub noĩe Christi.

Gen. 49.

Gen. 22.

Fœmur Iacob emarcuit.

LIBRI PRIMI FINIS.

DE GLORIA ET HONORE FILII HOMINIS, LIBER II.

GLORIAM DEI, GLORIAM, QVAM prædicare intendimus, & honorem filij hominis enarraturi erant quidam cœli, iuxta illud propheticum: Cœli enarrant gloriam dei, & opera manuum eius annũtiat firmamẽtum. Eius gloriæ & honoris principium, illud est, unde hacten⁹ sermo habit⁹ est, scilicet, qa in sole posuit tabernaculũ suum, & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Quod expositione iam non indiget, quia quod sit tanquam sponsum processisse de thalamo suo, paruuli quoq; audierunt, infantes elocuti sunt, qui de illius sponsi uirginalibus nuptijs nati, imò renati sunt, & ad optionis filiorum dei spiritum acceperunt. ¶ Nihilominus & hoc ferè omnibus notum est, quod cœli illi, qui gloriam hanc enarraturi erãt, apostoli fuerunt, cœli uocales, cœli eloquentes: quia non sunt loquelę neq; sermones, quorum non audiantur uoces eorum: in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorũ. Quorsum istud? Videlicet ad consilij diuini pulcherrimęq; dispositionis laudem atq; admirationem, quia futuram postmodum talium cœlorum enarrationem, talisq; firmamenti annuntiationem & auditum siue obauditionem gentium, quę crediturae erant per uoces eorundem cœlorum, cõtinuo præsignauit ubi natus est Christus, in his quæ confestim narrat euãgelista diuinus. ⌊Cum ergo (inquit) natus esset Iesus in Bethleẽ Judę, in dieb⁹ Herodis regis, ecce Magi ab oriente uenerũt Hierosolymam dicẽtes: Ubi est qui natus est rex Judęorũ? Uidimus enim stellã eius in oriente ⁊ uenimus adorare eũ.⌋ Nõne iam tũc cœli gloriã istã enarrauerũt? Vtiq; enarrauerũt et alios cœlos, de qbus iã dictũ est, enarraturos esse significauerũt. ¶ Et sicut tunc Magi, id est, sapientes utiq; gentiles, claritatẽ siue illustrationẽ istius cœli inanimati, scilicet stellã cognoscentes atq; sequẽtes, uenerũt dicẽtes: Vbi est qui natus est rex Iudæorũ? sic futurũ erat ut gentes illuminationẽ cœlorũ rationalium, id est, apostolorũ, uidelicet donũ spũs sancti, quod acceperant, intelligẽtes, uenirent & pœnitentiã sibi ad uitã donari postularent. ¶ Item sicut tunc Herodes propter Magos siue Magorũ inqsitionẽ turbatus est, & omnis Hierosolyma cũ illo, & quæsiuit puerũ ad perdẽdum eum: sic futurũ erat, ut gentibus euangeliũ Iesu Christi suscipientibus, eadem ciuitas Hierusalẽ, totũq; regnũ Iudaicũ, seditionibus turbatũ, conaretur funditus exterminare prædicationem apostolorũ, & ipsum quodammodo occidere Christũ, occidendo & crucifigendo, flagellando, & de ciuitate in ciuitatem persequendo, plerosq; ex prophetis & sapiẽtibus & scribis, quos ille misit. Nihilominus, sicut tunc dictũ est Ioseph: Surge & accipe puerũ et matrẽ eius, & fuge in Aegyptũ, & sic fecit Ioseph secedens cũ puero & matre eius in Aegyptũ: sic futurum erat, ut loquens in apostolis suis Christus diceret, uobis quidẽ oportebat primum loqui uerbũ dei, sed quoniã repulistis illud, & indignos uos iudicastis æternæ uitę,

Psal. 18.

Roma. 8.

Cœli uocales apostoli.

CAP. II.

Prefiguratio ĩ Magis.

Matth. 23.

Act. 13.

ecce cõuertimur ad gentes. ¶Itidem ſicut defuncto Herode, rurſus cõſurgens accepit pue
Roma.11. rum & matrem eius, monitus ab angelo & uenit in terram Iſraël, ſic futurũ eſt, quod Apo
ſtolus ait: quia cum plenitudo gentium ſubintrauerit, tunc omnis Iſraël ſaluus fiet. ¶Sed ut
ad inceptum reuertamur, quid pertinuit ad iſtam gloriã dei ſignũ eiuſmodi. Vidimus aiunt
ſtellam eius in oriente? Ad hæc inquã. Multũ ad rem tale ſignũ pertinuit, ſi rite recorderis,
Fœdus dei cũ Abraham. quia quando pepigit dñs cum Abrahã fœdus, à quo liber generatiõis Ieſu Chriſti cœptus
Gen.15. eſt, & ad quem beati ſeminis repromiſſio facta eſt, tunc etiã eduxit eum foras, & ait illi. Su
Gal.3. ſpice cœlum & numera ſtellas ſi potes. Ac deinceps. Sic erit ſemen tuũ. In die illo (ait ſcri
Heb.2. ptura) pepigit dñs fœdus cũ Abraham dicens. Semini tuo dabo terrã hanc. &c. Hinc Apo
ſtolus: Abrahæ dictæ ſunt promiſſiones, & ſemini eius. Non dicit & ſeminibus quaſi in
multis ſed quaſi in uno & ſemini tuo qui eſt Chriſtus. Hic unus eſt propter quẽ omnia, &
per quẽ oĩa, q multos filios in illam gloriã adducere ueniebat: Vt ſicut in cœlo ſtellæ innu
merabiles ſunt, ſic eſſent ſplendidi et incommutabiles per ipſum, atq; ita compleretur quod
Gen.15. fidelis & uerax promiſit; ſic erit ſemẽ tuum. ¶Recte igitur non qualecunq; ſignum, ſed no
Cur ſtella Magis apparuit. uum ſidus cœli dederunt, uidelicet propter eiuſmodi promiſſum, quodammodo dicentes
nobis. Laudate & congratulamini, quia fœdus, quod pepigit deus cum Abraham, non fe
Luc.2. cit irritum: impleuit quod promiſit: ſuſpice ſtellas, ſic erit ſemen tuum. Hoc angeli ſcientes
eadem nocte primi glorificauerunt eum, quorũ grandis exercitus, et magna fuit multitudo
laudantiũ & dicentium: Gloria in altiſſimis deo, qui etiã congratulãtes nobis ſubiunxerũt:
Tẽpus, & locus natiuitatis Chriſti antea prædicta ſunt & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis. ¶Illud quoq; ad rẽ pertinuit, quod euãgeliſta
cũ dixiſſet: Cũ ergo natus eẽt Ieſus in Bethleẽ Iudę, ſtatim & locũ natiuitatis et tẽpus exp
ſit, dicendo, in Bethleẽ Iudæ, in diebus Herodis. Quã ad rem hoc pertinuit? Nimirũ ad ue
Gen.49. ritatẽ eiuſdẽ dei, qui per os patriarchæ Iacob, taliter prælocutus eſt: Non auferetur ſceptrũ
de Iuda, & dux de fœmore eius, donec ueniat qui mittendus eſt, quiq;, ſicut Abrahæ, ita &
Bethleemitæ Dauid promiſit atq; iurauit, hunc Ieſum Chriſtũ de ſemine eius naſci. Nõ an
te debebat auferri ſceptrũ & dux de Iuda, donec iſte ueniret, alioquin fidelis & uerax nõ ap
pareret deus, qui in patriarchis & prophetis locutus eſt, quiq; in patriarcha memorato tem
Mich.5. pus ferè præfiniuit, & in propheta, uidelicet Michea locũ præſignauit. Et tu (inquit) Beth
leem terra Iuda, nequaq̃ minima es in principibus Iuda. Ex te enim exiet dux qui regat po
pulũ meũ Iſraël. Nónne ſceptrũ ablatũ erat de Iuda, & dux de fœmoribus eius defecerat, cũ
regnaret Herodes, patre Idumęo, & matre ortus Arabica? Igitur dicendo in Bethleẽ Iudę
in diebus Herodis, ſcienter argumenta præbuit ueritatis, breuiter & ſufficienter edicens, ſic
oportuiſſe fieri, id eſt, tunc tẽporis debuiſſe naſci Chriſtũ, quo tẽpore narrauerat eũ eſſe na
tum, & illũ debere natiuitatis eſſe locũ propter ueritatẽ dei, & confirmandas uoces prophe
tarũ, fuerat aũt conceptus in ciuitate Galilææ, cui nomẽ Nazareth. Quãcunq; ob cauſam
in illa ciuitate Galilęæ tũc fuerint uel habitauerint Ioſeph & Maria, cũ eſſent de domo Da
uid, nihilominus ut naſceret Ieſus in Bethleẽ Iuda, deus miro prouidit mõ, uidelicet pro
Cæſar Auguſtus famulat⁹ eſt prophetiæ de Chriſto. pheticæ ueritati famulãte Romano imperio. ¶Deniq; Cæſar Auguſtus hoc modo famu
Luc.2. latus eſt illi, ut & auferret ſceptrũ & ducẽ de Iuda, dãdo regnũ Iudææ Herodi alienigenæ,
Antonio ſuffragãte, unde & hic dicit: in diebus Herodis regis, & edictũ proponeret, ut de
ſcriberetur uniuerſus orbis: quæ cauſa effecit, ut aſcenderet Ioſeph cũ Maria deſpõſata ſibi
uxore prægnante, in Bethleem ciuitatẽ Dauid, eo q̃d eſſet de familia & domo Dauid. Sic
miro mõ famulatũ eſt natiuitati Ieſu Chriſti & propheticę ueritati, tã Romanũ imperiũ ne
ſciens, q̃ cœlum inanimatũ ſentiens, Romanũ, inquã, imperiũ, tale edictũ proponẽdo, cœ
Nũe.24. lum aũt, tale ſignũ, id eſt, nouã ſtellã proferendo. Vnde propheticũ illud impletũ eſt: Orie
Magi cur in Hieruſalem quęſierunt Chriſtum. tur ſtella ex Iacob, & exurget homo de Iſraël. ¶Locũ ipſum Magi, licet diuinitus inſpira
ti, neſcierũt, quippe q non in Bethleem ſed primũ Hieroſolymã uenerunt, dicẽtes. Vbi eſt
qui natus eſt rex Iudæorum? Magis in ſublimi quàm in humili loco, magis in regia ciuitate
quàm in uico mediocri, magis in turba diuitum quàm in ſilentio pauperum naſci poſſe, &
quærendum eſſe putauerunt regem Iudæorum. Itaq; Hieroſolymam uenerunt, ſed hoc ta
le erat, ac ſi paruum non attendentes uirgultum, ad excelſa ſuſpicerẽt ligna ſyluarum. ¶Di
Eſa.10. xerat autem ſpiritus ſanctus per prophetam: Excelſi ſtatura ſuccidentur, & ſublimes humi
liabuntur.

ſtabuntur, & ſubuertentur condenſa ſaltus eius ferro, & Libanus cum excelſis cadet. Et egre
dietur uirga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet, &c. Et eſt ſenſus: Inter ſuperbos
erunt iurgia, contra ſemetipſos dimicabũt & cadent: q̃d tunc maxime factũ eſt, quãdo He
rodes homicida, imò & parricida, ad omnẽ Dauiticæ ſtirpis odorẽ ſæuiens, & contra omne
regiũ genus dentibus ſtridens, nec uxori pepercit, nec ſocero, qui erant regij generis, & pro
prios quoq; filios crudeliter morte damnauit. Vane furebat, fruſtra inſaniebat diabolus in
illa ſua ſecuri, in qua ſecabat: quia non de excelſis cedris aut robuſtis quercubus, ſed de graci
li uirga, quæ inter arbuſta latebat, flos erat aſcenſurus, id eſt, non de ſupbis & purpuratis di
uitibus, ſed de humili uirgine, qualis in plebe uix cognoſci poſſet, Chriſtus erat naſciturus.
Hocilli, uidelicet magi, neſcierũt. Et quidẽ poterat facere de⁹ in primis, q̃d fecit poſtmodũ,
ut ſcilicet uenientes illos ab oriente, cõtinuo ſtella, quã uiderant, antecederet, uſq; dũ ueniẽs
ſtaret ſupra ubi erat puer: ſed dilatio hæc utilis erat, ut interim qui de cœlo acceperãt ſignũ,
audirent etiã de ſcriptura teſtimonij firmamentũ, quod æque nunc prodeſt nobis, propter
quos eſt ſcriptũ, ut profuit illis, propter quos tunc fuit recitatũ. ¶ Quid tandẽ de muneri
bus dicendũ, quæ illi obtulerunt? Auditũ & celebre factũ eſt in uniuerſo orbe gaudium
ipſorũ, Quia uidentes ſtellã anteccdentẽ ſe, quam uiderant in oriente, & ſtantẽ ſu
pra domũ ubi erat puer, gauiſi ſunt gaudio magno valde, & intrantes domũ inue
nerunt puerũ cũ Maria matre eius, & procidentes adorauerũt eũ: & apertis the
ſauris ſuis, obtulerũt ei munera, aurũ, thus, & myrrhã. ¶ Verè cœlitus inſpirati, uerè
cœleſti magiſterio docti, ueramq; & cœleſtẽ habentes materiã gaudendi. Quid, inquam,
hic dicendũ, niſi quia prophetæ ipſi & prophetica ipſoq; munera fuerunt? Veritatẽ & man
ſuetudinem & gloriã & honorẽ proteſtati ſunt, ueritatẽ aſſumptæ carnis, manſuetudinẽ, id
eſt, humilitatẽ paſſionis, gloriã regni, & honorẽ diuinitatis, unius eiuſdemq; Ieſu Chriſti.
¶ Quatuor facies uni erãt (ait propheta) facies hominis, facies leonis, facies uituli, & facies
aquilæ uolãtis. Quatuor iſtas facies, quatuor cõſtat eſſe ſacramẽta, quæ neſcire non licet ho
mini Chriſtianæ profeſſionis, ſcilicet incarnationẽ, paſſionẽ, reſurrectionẽ, atq; aſcenſionẽ
eiuſdẽ Ieſu Chriſti, quaq; circa inſpectionẽ faciei, tota uerſat intẽtio p̃ſentis opuſculi. Faciẽ
unã ex his, uidelicet faciẽ hominis, p̃ſentem inuenerũt, quã & procidẽtes adorauerũt, cæte
ris myſticis muneribus mirabiliter p̃ſignauerũt. Myrrha faciẽ uituli, i. ſacramentũ paſſio
nis, qua ipſe ſacrificãdus atq; mixtura myrrhæ & aloës condiendũ erat in ſepultura corpus
eius. Aurũ faciẽ leonis, i. gloriã reſurrectiõis, p quã caro, quã ex nobis mortalẽ ſuſceperat,
tantũmeliorata eſt, quãto aurũ puluere ſeu limo terræ, pulchrius atq; pretioſius eſt. Thure
faciẽ aquilæ uolantis, i. ſublimitatẽ aſcẽſionis, & confeſſionẽ ad dexterã patris, ex qua dato
hominibus ſpiritu ſancto, cognitus eſt q̃d deus ſit idẽ filius dei, cui ſacrificiũ incẽſi legitimũ
iure debeat offerri, æque ut patri, & ſancto ſpũi. ¶ Et eiuſmodi myrrhã tota quidẽ illi offert
ſancta eccleſia, dũ credẽs & cõfitẽs, q̃d uerè paſſus, mortuus, & ſepultus fuerit, uitioq; in ſe
mala propter eũ mortificat, maxime aũt exercitus martyq;, qui guſtu mortis amaro paſſioni
eius cõmunicauerũt. Itẽ thus eiuſmodi, tota quidẽ illi offert eccleſia, credẽs & cõfitens, quia
uerè deus eſt, & oĩs in eo plenitudo diuinitatis corporaliter inhabitat: maxime aũt ſanctoq;
ordo ſacerdotũ, q propter eũ cœlibẽ ducẽtes uitã, ſemp altari p̃ſto ſunt, offerre illi incẽſum
dignũ, & omne ſanctũ iugiter exequi ſacri altaris eius miniſterium. Itidẽ auq; eiuſmodi tota
quidẽ illi offert eccleſia, credẽs & cõfitens, qa ſurrexit, & immortaliter regnat q mortalis &
mortuus fuerat, maxime aũt regũ & principũ potẽtia diuitiũq; fideliũ opulẽtia, q ad cõſtruẽ
das nomini eius eccleſias, auq; & argentũ illi fideliter obtulerũt, domũq; eius, q cũ diues eſ
ſet, propter nos paup factus eſt, largis donarijs ditauerũt, iuxta illud propheticũ, q̃d tã ſecun
dum literã, quã ſecundũ ſpiritũ ueriſſimũ eſt: Et uiuet. i. reſurget, & dabit ei de auro Arabię:
Reges Tharſis & inſulæ munera offerẽt, reges Arabũ & Saba dona adducẽt. ¶ Recte igi
tur munera hæc ore ſacro Euangeliſta magnificauit, & ſic magnifice enũtiauit, ut dicturus,
obtulerũt ei munera, p̃mitteret, & aptis theſauris ſuis. Nam uerè theſauri fuerũt, & theſauri
merẽt appellari, non tã fiſtartia ſeu thecæ qualeſcũq; qbus clauſæ portari poterant ſpecies
eiuſmodi, quã corda ipſa offerentiũ, quorũ ex abũdantia potuerũt inuiſibili deo inuiſibiliter
proferri cauſæ tã ſanctæ, quas eccleſia ſctã in illis ſpecieb⁹ uiſibilibus uenerabiliter intelligit.

Myſtica mu-
nera Magoꝝ.

Quattior faci
es unius Chri.
Ezech. 10

Iohan. 19

Quõ munera
illa offert ec-
cleſia.

Coloſſ. 2

2. Cor. 8
Pſal. 71
Munera illa,
theſauri di-
cta ſunt.

Mági spũ sctõ edocti.

¶Nihilominus & gaudiũ illoꝝ sic magnificauit, ut non cõtentus dixisse, gauisi sunt gaudio magno, adderet ualde, quia reuera ualde gauisi sunt, gaudio magno gauisi sunt, & gaudium eorũ fuit in spiritu sancto, qui & iocunditatẽ & exultationẽ thesaurizauit super eos, quibus nihil defuit de plenitudine scientiæ uel fidei, quæ à nobis exigit diutina sanctaꝝ scripturarũ lectione instructis, quod cõprobatur ex ipsorũ muneribus bene cõsideratis. ¶Et uide, quãta sit distantia in modis discendi, quantũ distet inter eruditionẽ illius qui per angelũ siue per

Luc.2

hominẽ, & illius qui per solã spiritus sancti reuelationem meretur erudiri. Pastores itaq; Iudæi, quippe qui in regione eadẽ erant uigilantes, & custodientes uigilias noctis supra gregẽ suũ, non per hominẽ, sed (quod maius est) per angelũ, natũ sibi esse saluatorẽ Christũ dominum didicerunt: & tamen non adeo docti siue eruditi fuerũt, ut procidẽtes adorarẽt, aut munera offerrent, sed tantũmodo uenerũt & cognouerũt de uerbo, q̃d dictũ erat illis de puero hoc, & reuersi sunt glorificantes & laudantes deũ. Isti primitiæ gentiũ, neq; per hominẽ docti, neq; per angelũ, sed per spiritũ sanctũ, modo de quo iam dictũ est, laudẽ perfecerunt, & tres homines, tribus partibus orbis, Asiæ, Europæ, atq; Africæ, fidei uel confessionis atque

Infantia Chri.

adorationis exemplar existere meruerunt. ¶Interea decet reuerenter intueri, quam ueraciter sancta scriptura dixerit de isto tali filio hominis: Minuisti eum paulominus ab angelis,

Psal.8
Gal.4

Deniq; ut factus erat ex muliere, factus sub lege, ita & factus est sub legibus naturæ, sub legibus infantiæ, nihil pro semetipso uisibiliter agens, nihil hominibus p semetipsum loquẽs, patronos habere dignatus angelos, qui agerent pro puero, loquerẽtur pro infantulo, & hoc

Cur in somnis tunc angelus apparebat, et nõ manifeste.

duntaxat in somnis, qui non præcellentior est modus uisionis. ¶Ante & post minorationem talis filij, manifeste uisos esse angelos legimus hominibus seruis & ancillis huius domini, interim autem dum minor est, non manifeste sed in somnis, ubi descenderat in uterum uirginis, angelus domini in somnis apparuit Ioseph, dicens: Ioseph fili Dauid, noli timere accipe Mariã coniugẽ tuã: in somnis nihilominus eidẽ beato Ioseph: Surge (inquit) & accipe puerũ & matrẽ eius, & fuge in Aegyptũ: in somnis itidẽ: surge & accipe puerũ & matrẽ eius, & uade in terrã Israël: in somnis rursus, dum timeret in Iudæã ire, eo quod Archelaus regnaret pro Herode patre suo, ammonitus secessit in partes Galilææ. ⌊Sic et Mági isti in somnis acceperũt responsum, ne redirẽt ad Herodẽ, et per aliã viã reuersi sunt in regionẽ suã.⌋ Ita quasi dedignentẽ manifeste loqui, loquunt in somnis sancti angeli, seruis domini sui non dedignantes, sed pro uoluntate eiusdẽ domini sui scripturã ueritatis honorantes, ut seipsos non tantũ seruis domini sui, uerũetiã ipso dño suo sciant & recognoscãt esse maiores: cuius uidelicet maioritatis nouissimũ illic fuit indiciũ siue testimoniũ, ubi eidẽ

Lucę.22

dño in passione agonizanti apparuit angelus de cœlo confortans eũ. ¶Legimus quidẽ angelos ministrasse illi, cũ adhuc esset minor angelis, sicut scriptũ est, reliquit eũ tentator & accesserunt angeli & ministrabãt ei: sed illud huic sensui non ualde repugnat, cũ Heliæ semel

Matth.4
Ministeria angelorum.
3. Reg.19

& iterũ angelus eo modo ministrauerit. Proiecerat se Helias & obdormierat in umbra iuniperi, & ecce angelus dñi tetigit eũ, & dixit illi: Surge, comede. Respexit, & ecce ad caput suũ succineritius panis & uas aquæ. Comedit ergo & bibit, & rursus obdormuit. Reuersusq; est angelus dñi secũdo, & similiter fecit. Quõ Heliæ ministrauit angelus, ut deinde ieiunaret quadraginta diebus & quadraginta noctibus, quid mirũ si eodẽ modo ministrauerũt angeli huic filio hominis, cũ ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus? Hæc iccirco dicta sunt, quia ualere nobis debẽt ad cognitionẽ cœlestis disciplinæ, ad uenerationẽ magistri huius qui dicit, & discite à me quia mitis sum & humilis corde: qui sicut natura uel humana cõditione, ita & ipso usu naturæ dignatus est angelis suis minor existere, iuxta q̃d ipse

Matth.11
Matth.20

testificatus est dicẽs, quia filius hominis non uenit ministrari, sed ministrare. ¶Quid porrò

Cur Maria tacebat tunc.

ipsa mater? Nunquid non saltẽ ipsa loquebat, aut loqui poterat? imò ipsam ualde illud decebat, q̃d alius Euangelista semel & secũdo memorat dicẽs: Maria aũt cõseruabat omnia uerba hæc in corde suo. Tẽpus tacẽdi (ait Salomõ) & tẽpus loquẽdi. Discretionẽ eius modi ut

Luc.2
Eccl.3

go sapiẽs & prudẽs non ignorauit. Inde collaudãs eã sponsus, q̃d utiq; fuit illi deus, & pater dñi nostri Iesu Christi, cui cõcepit & pepit, dicit in canticis: Hortus cõclusus soror mea sponsa, hortus cõclusus, fons signatus. Deniq; hoc quidẽ sponsus Christus dei filius, conuenienter dicit sponsæ suæ ecclesiæ, sed hoc ipsum non minus congrue dicat persona dei patris, di-

Can.4

lectæ

lectæ ſibi beatæ Mariæ, ſtatim ſubiungens: Emiſſiones tuæ, paradiſus malorũ punicoꝝ, cũ pomoꝝ fructibus. Etiã hoc p̃miſerat: Fauus diſtillans labia tua ſponſa, mel & lac ſub lingua tua. Quandiu filius hominis manere debuit minoratus paulominus ab angelis, ferè tandiu fuit beatæ uirgini tẽpus tacendi, & tandiu tacuit, tandiu in ſilentio fuit, uelut hortus conclu ſus: Hortus, inquã, cõcluſus, fons ſignatus: quo accedere, cuius ſecretũ audire, nullus mereꝫ niſi cognitus, nullus cui talis hortus, taliſq; fons, clauſurã uel ſignaculũ oris ſui, aperire indi gnũ arbitrareꝫ. ¶ Vbi aũt gloria & honore coronatus eſt filius hominis, reſurgẽdo & in cœ lũ aſcẽdendo, ubi ſedet ad dexterã patris, extũc eidẽ beatæ uirgini fuit tẽpus loquẽdi, & hoc amicis i. ſanctis apoſtolis, & talia loquẽdi, qualia prius portare non potuiſſent: q̃d ſciẽs ipſe filius hominis dixerat quodã loco: Adhuc multa habeo uobis dicere, ſed non poteſtis por tare modo. Vbi uenit ſpiritus ueritatis, primus quidẽ & princeps ipſe illos omnẽ ueritatẽ do cuit: ſed & ipſa beata uirgo teſtimoniũ ſuæ uocis adhibuit, & taliter locuta eſt auribus fide libus, ut proinde recte dicat dilectus eius deus: Fauus diſtillãs labia tua, mel & lac ſub lingua tua, Emiſſiones tuæ paradiſus maloꝝ punicorũ, cum pomoꝝ fructibus, Cyprus cum nar do, nardus & crocus, fiſtula & cinamomũ, cũ uniuerſis lignis libani, myrrha & aloẽ cũ omni bus primis unguentis. Fons hortoꝝ, puteus aquaꝝ uiuentiũ, quæ fluunt impetu de libano. ¶ Igitur deus dei filius, homo uel filius hominis factus, & ita paulominus ab angelis immi nutus, ſomnientibus magis & beato Ioſeph nutricio eius, uigilantibus autẽ angelis in cuſto dia eius, Herodis homicidæ malitiã elufit, & in Aegyptũ fugit, eratq; ibi uſq; ad obitũ He rodis. Vt quid hoc? ⌊ Vt adimpleret (ait Euangeliſta) quod dictũ eſt a dño p prophe tam dicentẽ: Ex Aegypto vocaui filiũ meũ. ⌋ Puta dixiſſe illũ, ut per omnia fratribus aſſimilareꝫ, iuxta quod Apoſtolus loquitur: Nusq; enim angelos apprehẽdit. Vnde debuit per omnia fratribus aſſimilari, ut miſericors fieret & fidelis pontifex ad deũ, ut repropitiaret delicta populi. In eo enim in quo paſſus eſt ipſe tentatus, potens eſt eis qui tentantur auxilia ri. Quis enim filius, quis eſt de cunctis fratribus eius, quẽ non ex Aegypto uocauerit deus? Nouit ſanctorũ fides, & in ore fidelis eccleſiæ frequentiſſimũ eſt, quia cunctis filijs dei mun dus iſte, in quo, quandiu ſumus in corpore (ait Apoſtolus) peregrinamur à deo, Aegyptus eſt, & hoc in illa parte mũdi, quæ uulgo uocat Aegyptus, figuratũ eſt, qualiter uocet deus omnẽ filiũ ex Aegypto huius mũdi. i. de tenebris in ammirabile lumẽ ſuũ, p illud, q̃d (ſicut ſacra narrat hiſtoria) populũ illũ, q in Aegypto ſeruiuit carneo Pharaoni, uocauit deus ex inde tũ ammirabili ordine in terrã promiſſionis. Præter hãc uniuerſalẽ peregrinationẽ, qua uniuerſi peregrinamur in Aegypto huius ſeculi, propter p̃uaricationẽ Adę, in q̃ oẽs pecca uerũt (ait Apoſt.) hoc illi plus habuerũt, q̃d in illa Aegypto peregrinati ſunt, & carneo Pha raõi in luto & latere ſeruierũt propter peccatũ propriũ, quia uẽdiderãt illuc in ſeruũ Ioſeph fratrẽ ſuũ. ¶ Ergo qa debuit filius iſte unigenitus p omnia fratribus aſſimilari, excepta dũta xat participatione peccati, oportuit illũ fugere, & in illa Aegypto pegrinari, & ita incipien do, taliter totũ peragere curſum uitæ p̃ſentis in tẽtationibus ſuis, ut uerã in ſemetipſo p̃ſenta ret ſimilitudinẽ utriuſq; peregrinationis, nec non & utriuſq; uel uocationis, uel reuerſionis fratrũ ſuoꝝ, q ſunt omnes electi: ſcilicet, & illius: qua & illi filij Iſraël in Aegypto pegrinati, & exinde uocati ſunt, & huius, qua oẽs in Aegypto huius ſeculi pegrinamur, & hinc q filij ſunt, cotidie uocanẽ. Igit ut adimpleret (ait) q̃d dictũ eſt à dño p prophetã dicentẽ: Ex Aegy pto uocaui filiũ meũ. i. ut aſſimilareꝫ p oẽia fratribus, & pro illoꝝ ſimilitudine p oĩa tentareꝫ abſq; peccato, q ad uerã promiſſiõis terrã uocati uel uocãdi ſunt, oportuit illũ in Aegyptũ fugere, & illic peregrinari: peccatũ nec originale habentẽ, propter q̃d exul in hoc mũdo eſſe deberet, ut ſumus nos omnes: nec actuale, propter quod in illa Aegypto peregrinareꝫ, ut peregrinatus eſt propter domeſticũ (de quo iam dictũ eſt) peccatũ populus ille, de quo ipſe ſecundũ carnẽ natus eſt, ubi ſeruiuit exul ille, q poſt eã, quæ ad Abrahã facta eſt, promiſſio nem primus perſecutionẽ ptulit, ſcilicet Ioſeph, & deinde Iacob, & omnis domus eius intra uit, illic exulãdo, iſte paſſionũ uel tẽtationũ ſuaꝝ initiũ ſumpſit. ¶ Ille populus Iſraël ex illa Aegypto uocat⁹, mare trãſiuit, & deinde in deſerto q̃dragita annis tẽtatus eſt, qa dñm tẽta uit. Iſte puer Iſraël, ſicut ꝓpheta dixit: Quia puer Iſraël eſt, & ego dilexi eũ, uocat⁹ ex Aegy pto poſtmodũ, quali oportuit mõ, mare trãſiuit. i. baptizat⁹ eſt baptiſmo Iohãnis, ſtatiq; du ctus in

Qñ fuit Marię tẽpus loquẽdi

Iohan. 16

Chr̃s p oĩa fra tribꝰ aſſimila tus, excepta peccati parti cipatione.

Heb. 2

2. Cor. 5

1. Pet. 2

Rom. 5
Exo. 5
Gen. 37
Heb. 2

Cur in Aegy ptũ fugere de buit Chriſtus.

Euocatio eius ex Aegypto, Oſee. 11

ctus in desertũ à spiritu, non q̃draginta annis tentauit, sed tẽtatus est q̃draginta diebus. Itidẽ ille populus Israël non ante, sed postq̃ tẽtationibus exercitatus fuit, terrã repromissionis in-
Matth. 4 Lucæ 17 troiuit: iste puer Israël, non ante, sed postq̃ tentationes superauit, regnũ dei appropinquare prædicauit: & ecce regnũ dei intra uos est, inquit, Itaq; assimilatus erat fratribus illis, i. electis
Aegyptus, spiritualiter infernus. prioris populi, sed nec dũ assimilationis perfectio uel finis. ¶ Ventũ est ad aliã Aegyptũ, cuius illa terra Aegypti fuit exemplũ. Quæ est ille Aegyptus, nisi infernus? Illic detinebat captiuus fratr̃ eius, i. sanctor̃ populus, quos omnes statim transduxit per mare rubrũ, i. per sanguinis & aquæ decurrẽtis ex latere suo sacramentũ, & inimicos eor̃, i. peccata eor̃ operuit mare illud, & usq; nunc operit inimicos nostros, qui eodẽ sacramento baptizati sumus. Nõne ergo p omnia fratribus assimilatus est, ut debuit, ut eos assimilaret sibi? qui ad fratres suos per multas tentationes usq; ad infernũ descendit, ut eos faceret cohæredes & cõpartices sui. Eorum omniũ quæ pertulit principiũ fuit illud, quod in Aegyptũ fugit, & iccirco cõpetenter Euangelista meminit illius testimonij, & retulit ad eum, ut adimpleretur (inquiens) quod dictũ est à domino per prophetã dicentẽ: Ex Aegypto uocaui filiũ meũ. ¶ Ad
Iudæa et Hierusalẽ, spũaliter Aegyptus & Sodoma. summũ, quoniã non illic, ubi narrauit dixisse angelũ: Surge & accipe puer̃ & matrẽ eius, & uade in terrã Israël, q̃d & fecit Ioseph, sed ubi narrauit: quia consurgens accepit puer̃ & matrem eius nocte, & recessit in Aegyptũ, illic assumpsit hoc testimoniũ propheticũ, ex Aegypto uocaui filiũ meũ: Quid si ipsam Iudæã propter pfecutiones Aegyptias, siue ipsam Hie-
Apoc. 11 rusalẽ appellari uoluit Aegyptũ? Scriptũ est enim in Apocalypsi: Et corpora eor̃ ponent in platea ciuitatis magnæ, quæ uocatur spiritualiter Sodoma & Aegyptus, ubi & dñs eor̃
Hiere. 2 crucifixus est. Et ad ipsam Hierusalẽ loquitur dñs per prophetã: Et nũc quid tibi uis in uia Aegypti, ut bibas aquã turbidã? Plura sunt exempla huiusmodi, quã ut præsenti loco possint cuncta conscribi, per quæ cõprobari queat, quod illa terrena Hierusalẽ, & Sodoma & Aegyptus, & populus Iudaicus iure & Aegyptus & Chananæus siue Cethæus magis q̃ Israël fuerit appellatus. ¶ Quare autẽ loco præsenti Iudææ siue Hierusalẽ illã magis Aegy-
Herodes similis Pharaoni. ptum q̃ Sodomã siue Chanaan placeat appellari? Videlicet propter similitudinẽ præsentis peccati, quia turbatus est Herodes & omnis Hierosolyma cum illo, quoniã audierat in Bethleem natũ esse regẽ Iudæor̃. ⌊ Et mittens occidit omnes pueros qui erant in ea, & in omnibus finibus eius. ⌋ Nonne hoc simile est illi, quod præcepit obstetricibus Aegypti dicens, quando obstetricabitis Hebræas, & partus tempus aduenerit, si masculus fuerit, interficite illũ: si fœmina, reseruate. itemq; populo suo, quicquid masculini sexus natũ fuerit, in flumen proijcite: quicquid fœminei, reseruate? Nimir̃ & hic in Herode, & illic in Pharaõe unus erat diabolus, in utroq; un° idẽq; bacchabat malignitatis spiritus: illic iccirco necari uolens oẽs masculos, ut non esset semen, unde secundũ promissionem, q̃ ad Abrahã dicta fuerat, Christus nasceret: hic autẽ iccirco pueros oẽs occidere properãs in Bethleẽ, & in omnibus finibus eius, ut dum oẽs occiderent, non euaderet ille qui solus timebat. Igitur non absurdũ, imò rationabile est & uerũ, si dicas, tunc ex Aegypto uocatũ esse filiũ istũ, qñ fugit Ioseph puerũ deferens ad illã, quã scripturæ authoritas spiritualiter & Sodomã uocat & Aegyptũ, & iccirco Euangelistã recte non tunc, qñ reuersus est in terrã Israël, sed tũc qñ recessit in Aegyptũ dixisse adimpletũ hoc propheticũ, ex Aegypto uocaui filiũ meũ, ut sit sensus: De manu Herodis eripui eum, & de manu omniũ qui quærebãt animã eius, q; uerè Aegyptij fuerũt. ¶ Difficile & nimis longũ est, ea quæ apud prophetã Osee præcedũt, & ea quæ sequunt hoc dictũ, & ex Aegypto uocaui filiũ meũ, discutere & tractare: ut manifeste cõstet q̃d pertineãt ad tẽpus & rẽ, pro qua sumptũ est ad testimoniũ ueritatis euãgelicæ. Proinde his omissis, uidendũ est & illud q̃d deinde subiũgit. ⌊ Tũc (inquit) adimpletũ est, quod dictũ est p Hieremiã prophetã dicentẽ: Vox in rama audita est, ploratus & ululatus multus, Rachel plorans filios suos, & noluit consolari, quia non sunt. ⌋
Hiere. 31 Hoc taliter apud Hieremiã scriptũ est: Hæc dicit dñs: Vox in excelso audita est lamẽtationis, fletus & luctus, Rachel plorãtis filios suos, & nolẽtis cõsolari, quia non sunt. Paucisq; interpositis quæ pertinẽt ad consolationẽ lamentantis siue plorantis, causam illã satis euidenter dicit, propter quã pueros iuxta ueritatẽ euangelij funestus Herodes occidit. Quia creabit dñs nouũ super terram, fœmina circundabit uir̃, id est, non deforis semen admittet, sed intus

ratus de spiritu sancto concipiet, & pariet filiũ. ¶ Nunquid uero propter istũ quẽ fœmina circundedit uirũ, propter istũ qui de uirgine natus est regẽ Iudæorũ, soli infantes illi in Bethleem & in omnibus finibus eius occisi sunt? Imò innumera in orbe terrarũ milia martyrũ, sed illi primitiæ fuerunt, quos omnes Rachel, id est mater ecclesia, nunc usq; deflet, & non uult consolari quia non sunt, donec resurgant & immortaliter cum illo uiuant qui est, quẽadmodum dicit: Ego sum qui sum. Quare aũt talis mater, scilicet, ecclesia, præsenti loco nominari debuit Rachel? Videlicet quia mater illius, qui primus à tẽpore promissionis persecutionẽ propter iustitiã passus est, in seruũ quippe uænundatus est Ioseph, humiliauerunt in cõpedibus pedes eius, ferrũ pertransiuit animã eius: mater, inquã, illius dicta est Rachel. ¶ Itaq; & mater ecclesia siue omnis anima, quęcunq; Christiano persecutionẽ propter iustitiam patienti cõpatitur, recte apud prophetã istum dicitur Rachel: & omnis ille, quicunq; pro persecutionẽ propter iustitiã patitur, recte nihilominus apud aliũ prophetã, uidelicet Amos, dicitur Ioseph: Sicut Dauid (inquit) putauerunt se habere uasa cantici, bibentes in phialis uinũ, & optimo unguento delibuti, & nihil patiebantur super contritione Ioseph. Non dixit nihil patiebantur super contritione fratris, sed positus est pro fratre Ioseph; ut quilibet frater siue matris ecclesiæ filius, proprio significaretur eius nomine, cuius ex fratribus fama præclara est, uel in malis quæ pendit, uel in bonis quæ rependit. Et hoc miro decore dixit, uidelicet quia (ut supra dictũ est) primus iste à tẽpore promissiõis contritionẽ, i. persecutionẽ propter iustitiã passus est, ita ut ferrũ animã eius pertransiret. ¶ Porrò ista mater qualiter ploret & cõsolari nolit, melius sentiri potest per experimentũ, q̃ per solũ lectionis auditũ. Quid enim? Nonne ploratus eiusmodi dulcior est omni consolatione præsentis seculi? Dicinanq; ille quisquis est, qui ploratũ hunc, q̃ sit dulcis, expertus est? Fuerũt mihi lachrymę meę panes die ac nocte, dum dicitur mihi cotidie, ubi est deus tuus. ¶ Sed dicit aliquis, Si bonum est matri huic filios suos plorare, si optimũ est consolari nolle siue consolationẽ renuere quomodo ploranti dominus ibidẽ apud eundẽ prophetã uerba consolationis ingerit, & eam a ploratu compescit? Vbi enim dixit: uox in excelso audita est lamentationis, fletus, & luctus Rachel plorantis filios suos, & nolentis consolari super eis, quia non sunt: continuo sequitur: Hæc dicit dominus: Quiescat uox tua à ploratu, & oculi tui à lachrymis, quia est merces operi tuo, ait dñs, & reuertentur à terra inimici tui, & est spes nouissimis tuis, ait dñs, & reuertentur filij tui ad terminos suos. Quomodo & dñs eam consolatur, & ipsa consolari non uult? Si bonus (ut iam dictũ est) illius est ploratus, quomodo dicitur ei: quiescat uox tua à ploratu? ¶ Ad hæc inquã: Non unus idemq; est ploratus ille cuius uox in excelso audita est: & ille cuius uocẽ deus audire non uult dicens, quiescat uox tua à ploratu. Ploratus nanq; alius est, ueniẽs ex spũ dei, & alius ueniẽs ex spũ huius seculi. Huius Apost. Quæ enim secundũ deũ tristitia est, pœnitentiã in salutẽ stabilẽ operat: seculi aũt tristitia, mortẽ operat. ¶ Non multis opus est, nã qualẽ ploratũ interdicat dñs dicẽs: quiescat uox tua à ploratu, & oculi tui à lachrymis, ipse in eodẽ Apostolo determinat cũ dicit: Nolumus uos ignorare de dormientibus, ut non contristemini sicut & cæteri qui spem non habent. Denicq; & q̃d hic subiunxit consolando, quia est spes nouissimis tuis, & reuertentur filij ad terminos suos, idẽ est quod ibidẽ subiungit in Apostolo: Si enim credimus q̃d Iesus mortuus est & resurrexit, ita & deus eos qui dormierũt per Iesum adducet cũ eo, & cætera usq; ad id, itaq; cõsolamini inuicẽ in uerbis istis. Ploratũ aliũ, ploratũ siue luctũ tristitiæ quæ est secundũ deũ, non solũ non interdicit, uerũetiã beatificat idẽ dñs: Beati (inquiẽs) qui lugẽt, quoniã ipsi cõsolabunt. Igit & laudabiliter plorat, & laudabiliter consolationẽ renuit Rachel: & cur ita faciat, causam rationabiliter habet, uidelicet, quia non sunt. i. quia nondũ ad immutabilitatem filij eius peruenerunt: de qua uidelicet immutabilitate in psalmo dictũ est: Hierusalẽ, quę ædificatur ut ciuitas, cuius participatio eius in idipsum. Quãuis in cælo sint animæ sanctorũ, nondũ est illis idipsum, qa uidelicet adhuc in puluere dormiũt corpora ipsorũ, adhuc in hoc seculo peregrinat pars ipsorũ, adhuc nascituri sunt q ptineãt ad numerũ ipsorũ. Quãdo (ficut in prophetis dñs dicit) filij quos ploratRachel, reuertent ad terminos suos. i. quando deus (ficut ipse in Apostolo loquitur) eos qui dormierũt p Iesum, adducet cum eo: tũc erit idipsum, tũc cõsolabitur mater sup filijs quia sunt, quia tunc uidebũt, sicuti est, eũ, qui dicit, ego sum qui sum.

Rachel ploras, mater ecclesia.

Exo. 3

Psal. 104.

Oĩs psequutionem patiens propter iustitiã, Ioseph dicitur.

Amos 6

Ploratus bõnus & dulcis.

Psal. 41

Quæstio.

Hiere. 31

Responsio.

2. Cor. 7

Duplex ploratus.

1. Thes. 4.

Matth. 5

Psal. 121.

Hiere. 31

1. Thes. 4.

1. Iohan. 3

Exo. 3

Defuncto

¶ Defuncto autem Herode, ecce angelus domini apparuit in somnis Ioseph, & cætera usq; ad id: ¶ Et ammonitus in somnis, secessit in partes Galileę. Et veniēs, habitauit in ciuitate quę vocat̄ Nazareth: vt adimplerēt̄ quod dictū est p prophetas, Quoniā Nazarēus vocabitur. ¶ Cum cætera satis per se clareant, illud solū quæstione indiget, cur cum dixisset, & habitauit in ciuitate quæ uocatur Nazareth, causam hanc subiūxit: ut adimpleretur quod dictū est p prophetas, Quoniā Nazaræus uocabitur. Quid enim? Nisi habitasset uel nutritus fuisset in ciuitate, quæ uocatur Nazareth, non esset Nazaræus, id est, deo consecratus? ¶ Ad hæc inquā. Esset quidē, esset planè Nazaræus, hoc est consecratus, siue Nazaræus. i. sanctus, sed non ita uocaretur. Oportebat autē illū ita uocari, quoniā ita per prophetas spiritus sanctus prænūtiauit, quod sanctus imò & sanctus sanctorum ipse sit. Exempli gratia: Væ (inquit Esaias) genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequā, filijs sceleratis. Dereliquerunt dominū, blasphemauerunt sanctū Israel, abalienati sunt retrorsum. Itē: Ipsi aūt ad iracundiā prouocauerūt & afflixerūt spiritū sancti eius. Et ad Danielē angelus loquitur: Vt consummet̄ præuaricatio, & finē accipiat peccatū, & deleatur iniquitas, & adducat̄ iustitia sempiterna, & impleat̄ uisio & prophetia, & ungat̄ sanctus sanctorū. ¶ Ipsum quoq; uerbū Hebraicū Nazaræus, quod hic Euangelista posuit, de prophetis siue prophetijs reseruatū accipimus: Benedictiones patris tui confortatę sunt (ait propheta & patriarcha Iacob) benedictionibus patrū eius, donec ueniret desideriū collium æternorū: quod sine dubio Christus est desideriū angelorū & sanctorū omniū, in eum prospicere desiderantiū, cuius typū gesserat ille Ioseph in eo, quod in seruū uænūdatus & post cæteris angustias, dūs siue princeps terræ Aegypti factus est. Statimq; subiungit: Fiant in capite Ioseph, & in uertice Nazaræi inter fratres suos. Possumus & hoc dicere, q̄d iuxta Hebraicam ueritatē in Esaia scriptū sit: Exiet uirga de radice Iesse, & Nazaræus de radice eius ascendet. Moyses quoq; cum legē Nazaræi scribit, dicens inter cætera: Tunc radet Nazaræus ante ostiū tabernaculi fœderis cæsariē cōsecrationis suæ, & subinde: Post hæc potest bibere Nazaræus uinū, & cætera, quo nisi in Christū tendit? Alioquin nisi cuncta quæ ibi dicuntur referri debeant secundū spiritū uiuificantē, ad spiritualia sacramenta huius uerè cōsecrati & uerè sancti, quę utilitas in litera huiusmodi? Oportebat, inquā (ut iam dictū est) illum ita uocari, quoniā ita spiritus sanctus per prophetas prænuntiauit. Et quare hoc prænūtiauit? Videlicet, quia necessariū est ad æternā salutē omni credenti, scire & confiteri, quod solus iste sanctus sit, quod peccatū non fecerit, nec inuentus sit dolus in ore eius, & ita sanctus, ita sine peccato, ut etiā tollat & tollere possit peccata mundi. ¶ Igitur ut materia daretur tanti nominis, ut quod erat, hoc diceretur, scilicet, Nazaræus siue Nazarenus, id est, consecratus siue sanctus, digne factum est, quod ammonitus in somnis Ioseph secessit in partes Galilææ, & habitauit in ciuitate quæ uocatur Nazareth. ¶ Hinc nanq; occasione accepta, imò agente spiritu dei qui etiā malis bene nouit uti, Pilatus famosum & præclarū illū titulū, Hebraice, Græce, & Latine, super crucē eius scripsit, Iesus Nazarenus rex Iudæorū. Huius tituli non parua spiritui sancto cura uel prouidentia fuit, ne corrumperetur à pontificibus Iudæorū, dicentibus ad Pilatū. Noli scribere rex Iudæorū, sed quia ipse dixit, rex sum Iudæorū. Quis enim nisi spiritus dei, maligni illius animū stare fecit, ut respōderet eis, quod scripsi scripsi? Ibi nanq; seruus malus propheticis quorundā psalmorū bene seruiuit titulis, scilicet, lv. lvi. lvij. & lix. qui uidelicet tituli ferè omnino huiusmodi sunt. In finem, ne corrumpas, ipsi Dauid, in tituli inscriptione. ¶ Nomen Nazareni in illo titulo & si cæteri Euangelistæ præterierūt: At Iohannes aquilino peruidēs oculo, quod multū pertineret ad nomē crucifixi, ut uerè saluatoris (q̄d est Iesus) & ut uerè regis, q̄d ei pro crimine ascribebat: ita & uerè sancti, q̄d est Nazarenus, non p̄teriuit, totūq; nobis p̄scripsit titulū, Iesus Nazarenus rex Iudæorū. ¶ Ad summū memoriter illud tenendū, q̄d Euangelista, cū dixisset, habitauit in ciuitate Nazareth, nō ita causam apposuit ut diceret, ut adimpleret̄ q̄d dictū est per pphetas, qm̄ Nazaræ⁹ erit, sed qm̄ Nazarę⁹ uocabit. Sicdē nō inde sctūs erat uel est, qa habitauit in Nazareth, imò qa de spū sctō cōceptus est: sed hoc effecit inhabitatio ciuitatis illi⁹, q̄d cōpetēter secūdū sanctimoniā suā uocat̄ Nazaræ⁹ siue Nazaren⁹, & sic eū uocat oīs lingua, Hebræorū, Græcorū atq; Latinorū: nec solūmodo hominū, uerūetiā angelorū malorū pariter

Quæstio.

Responsio.

Esa.1

Esa.63

Dan.9

Christ⁹ Nazaræus.

Gen.49

1.Pet.1

Gen.41

Gen.49

Esa.11

Nume.6

Esa.53

1.Pet.2

Titul⁹ Christi in cruce.

Iohan.19

Názarēus uocabitur.

pariter & bonorum, hominum piorum pariter & impiorum. Et quod magis mireris, ma-
li angeli, siue maligni spiritus, per eius præsentiam torti, primi hoc nomine illum uocasse
leguntur. Quid nobis & tibi Iesu Nazarænes? Venisti ante tempus perdere nos. Porrò an- Marci. I.
geli boni gratulantes in resurrectione eius, nomen istud solenniter prædicauerunt. Noli-
te expauescere. Iesum quæritis Nazarænum crucifixum, Surrexit, non est hic. Homines
impij, non solus Pilatus, ubi titulum scripsit supra memoratum, uerum etiam illi, qui com- Marci. ult.
prehenderunt eum, confessione sua prouexerunt, uimq; uocabuli eiusdem protinus ex-
perti sunt. Interrogati nanq; ab eo, quem quæritis, responderunt ei semel & iterũ, Iesum Iohan. 18.
Nazarænum, & eo dicente, ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. ¶ Hoc Processus ætatis Christi.
ordine processit iste gloriosus, & honore dignus filius hominis, usq; ad annum ætatis tri- Psalm. 44.
cesimum, iuxta quod Psalmista prædixerat. Intende prospere procede & regna. Quem ui
delicet ordinem non recogitantes, imò recogitare aut requirere nolentes Pharisæi, & iccir
co uoluntarie errantes, quippe quos excæcauerat malitia ipsorum, dixerunt quodam loco
ad Nicodæmũ, qui nocte uenit ad eum. Nunquid et tu Galilæus es? Scrutare scripturas, Iohan. 7.
& uide quia propheta à Galilæa non surgit. Dixerat enim ille. Nunquid lex nostra iudicat
hominem, nisi audierit ab ipso prius & cognouerit quid faciat? De turba quoq;, cum pro-
pter sermones eius alij dicerent, Hic est uere propheta, alij Christus, quidã dicebant, Nun
quid à Galilæa Christus uenit? Nonne scriptura dicit, quia ex semine Dauid, & de Beth-
leem castello, ubi erat Dauid, uenit Christus? Quasi uero fieri non possit, ut aliquando fa-
ctum non fit, ut inde alio loco natus quispiam in alio nutriatur. ¶ Imò & si in Galilæa, ubi
fuerat conceptus, fuisset etiam natus, nihilominus ueraciter de Bethleem castello uenisset
Christus, quoniam Bethleemitis de domo & familia Dauid, erat mater eius. Alioquin I. Regum. I.
mentitur scriptura, Ephratæum, id est, Bethleemitem fuisse dicens Helchanan patrem
Samuelis, qui fuit dux populi in reuersione Babylonia captiuitate. Quicq; ob hoc dictus ẽ
Zorobabel, quia natus est in Babylone, de Iudæa non erit, neq; alij quicunq; nati sunt illic
per septuaginta annos captiuitatis. Hæc aduersus improbitatem illoꝝ, qui quasi ædifican
tes lapidem hunc reprobauerunt: unde & de peccato suo inexcusabiles sunt, quia si uolu-
issent, cito scire potuissent, quod nos iuniores scimus & prædicamus: quia quamuis in Na-
zareth nutritus fuerit, nihilominus de Bethleem castello uenit, ubi erat Dauid, nec quo-
modocunq; uenit, sed ibi natus fuit. ¶ Propheticis libenter immoramur testimonijs, quo-
niam illa sunt quæ maxime operantur ad clarificationem filij hominis, cuius gloriã & ho
norem prædicare præsens opus intendit. Quod non nesciens ipse, cũ dixisset, adhuc mul- Iohan. 16.
ta habeo uobis dicere, sed non potestis portare modo, continuo subiunxit. Cum autẽ ue-
nerit ille spiritus ueritatis, docebit uos omnem ueritatem. Ille me clarificabit, quia de meo
accipiet, & annunciabit uobis. Omnia quæcunq; habet pater, mea sunt. Propterea dixi,
quia de meo accipiet, & annunciabit uobis. ¶ Ex illis erat iste Matthæus, quondam publi- Matthæus ex
canus, et iccirco nondũ poterant portare cuncta illa, quæ de scripturis habebat eis dicere theolonio uo
quia erãt homines sine literis et idiotæ. Factum est quod promisit, uenit spiritus ueritatis catus est.
post resurrectionem et ascensionem eius, et docuit eos omnẽ ueritatem, sicut apparet tam
ex istis quæ iam hic posuit propheticis quinq; testimonijs, q̃ ex alijs quibus et iste et cæte-
ri Euangelistæ ualde conuenienter utuntur, in causis locisq; oportunis, Hoc erat quod di-
xit, quia de meo accipiet et annunciabit uobis: quia uidelicet suũ est omne scripturaꝝ sa-
cramentum, sua sunt, huius filij hominis sunt, et in ipsum tendunt omnia quæ habet patet
sabauditur in thesauris legis et prophetarum et psalmoꝝ. ¶ Quotiens aliquid eorum re-
cte intelligimus (quod utiq; fit per spiritũ ueritatis) totiens fit quod promisit, quia de meo
accipiet, & annunciabit uobis: atq; ita clarificatur ipse in cordibus nostris, dũ per testimo-
nia scripturaꝝ, quæ non possunt solui, cognoscitur id esse quod est, uerus scilicet filius dei,
uerus quoq; filius hominis. Quomodo autem potuisset decenter uel congrue fieri, ut so-
lus ipse, cũ esset inter homines, paruus & humilis, solus inquam uel primus, testimonium
sibi ferret ipse tantæ magnitudinis? ¶ Si prodiret in turbas, si ueniret in cœtũ Pharisæorũ Confessio se-
& Scribarum, quibus, ut erat magnum superbiæ supercilium, sic nihilominus magnum cretorum.
erat inuidiæ tormentum, & diceret eis, ecce ego quem scripsit Moyses in lege & prophe-

Matth.ij. tæ, ecce ego Messias, creditis in deū & in me credite, quomodo consequenter diceret nobis, & discite à me, quia mitis sum & humilis corde: Profectò sic illū procedere non decebat, qui est ipsa sapientia, sed nec filios sapientiæ quenq; decet, ut ipse primus grām prædicet, qualiscunq; sibi fuerit collata. decebat ipsum, cuius hæc sententia est, Et beatus est qui nō fuerit scandalizatus in me, dare operā, ut omnis auferretur occasio scādali, illis dūtaxat, qui nō libenter uellent scandalizari, ut maxime uolebant scribæ & pharisæi. Iccirco factū est, & reuera fieri oportebat, id quod hactenus enarratis Euangelista continuo subiūgit.

CAP.III. ¶In diebus aūt illis venit Johannes Bapt. prædicās in deserto Judee, & dicēs. ℙœnitentiā agite, appropinquabit enim regnū cœlorū: hic ē enim qui dictus est p prophetā Esaiam dicentē. Vox clamātis in deserto, parate viā domini, rectas facite semitas eius. Ipse aūt Johannes habebat vestimentū de pilis camelorū, & zona pellicea circa lumbos eius. Esca aūt eius erat locustę & mel syluestre. Tunc exibat ad eū ℍierosolyma & omnis Judea, & omnis regio circa Jordanē, & baptizabantur in Jordane ab eo, confitentes peccata sua. ¶Iste ergo Iohānes homo magnus, pro ipsa magnitudine sui, multū debet humilitati filij hois, quippe qui propter indigentiā eiusdē, pauperis & egeni propter nos facti, propter nos testimonio magno indigentis, tā magnus & talis uenit, qui testimoniū phibens dignus esset audiri, imò nō posset contemni. ¶Qualis em̄ uel q̄ magnus est propheta hic, de cuius magnitudine prophetauerūt alij prophetæ magni & sancti, teste ipso q ipsos prophetas misit. Hic est em̄ (ait) de q̄ scriptū est. Ecce mitto angelū meū ante faciē tuā, qui p̄parabit uiā tuā ante te. Nā scriptū est

Malach. 3. in Malachia propheta: qđ ipse magnifice cōfirmans, taliter de eodē pronunciabit. Amē

Matth. ij. dico uobis, nō surrexit inter natos mulierū maior Iohanne Bapt. ¶Et ipse Iohannes nō ni-

Lucę 3. mis ultroneus, imò nimis discussus, & nimis improbe pulsatus ab inquirētibus, ego (inq;)

Esaiæ. 40. uox clamantis in deserto, dirigite uiam dñi, sicut dixit Esaias propheta, cuius & hic Euangelista præsenti loco meminit, & Euāgelistæ cæteri. Quando uenit iste angelus, ita uox clamantis, tā magnifice uenit, ut conceptus utero senectutis & sterili, Gabriele archangelo prænunciante, spiritu suo repleretur adhuc ex utero matris suæ, tantis natiuitatē eius co-

Lucæ. 1. mitantibus signis, ut timerent omnes uicini, & super omnia montana Iudeę diuulgarētur hæc, & ponerēt omnes qui audierāt i corde suo dicentes. Quid putas puer iste erit? Et em̄ manus dñi erat cū illo. ¶Sed fortassis hæc documēta magnitudinis eius nos quidē scimus, quia legimus: illi aūt, qui tunc erant præsentes, quando à deserto uenit, nesciebant, aut obliti fuerant à longe p̄terita, quia tricesimus annus erat. Ad hoc sciendū, quia propter hoc illis nō minus reuerendus erat, immo & hoc maxime reuerentiā illi augebat, qa ueniebat ignotus, quia cū hominibus nō fuerat cōuersatio eius. Inde erat qđ Helyas esse putabatur & (qđ eo maius est) existimabat pplus, & cogitabant omnes in cordibus suis de illo, ne forte ipse esset Christus. ¶Horū omniū, quæ magnitudinē eius indicant, hic Euāgelista pri-

Iohānes uox clamantis in deserto. mū hoc posuit. Hic est em̄, qui dictus est per Esaiā prophetā dicentē. Vox clamātis in deserto, &c̄. Magnū hoc est præconiū Iohannis, quia est uox, Nō dicitur uocalis siue uocē habens, sed uox, sicut ipse cōfessus est, dicens, Ego uox clamantis i deserto. Et uox utiq;

Iohan. 1. alicuius uox est. Cuius ergo Iohannes est uox? Vtiq; clamātis, Et quis est clamās, nisi ille, cuius omnis uita, omne tēpus, quo hic in carne deguit, clamor siue inclamatio fuit? Hinc em̄ aplus dicit. Qui in diebus carnis suę preces supplicationesq; ad eū, qui possit illū à mor-

Hebræ. 5. te saluū facere, cum clamore ualido & lachrymis offerens, exauditus est pro sua reuentia. Huius ita clamantis Iohannes prima uox fuit. Humilitas quippe uocem non habebat, sed

Chrūs indigu it uoce Iohānis. in ciuitate Nazareth secū habitabat, & annus ætatis eius iam tricesimus incipiebat. ¶Hoc est quod dicere molitur, quia sicut uerbū cuiusq; nostrū clara uel sonora uoce indiget, ut melius audiatur, ita uerbū dei caro factū est, testificante Iohanne, indiguit, ut hoīes minus in eo scandalizarētur: qđ & factū est, Non solū em̄ apud simplices, uerū etiā apud inuidentes, & uoluntariū scandalum patientes, autoritas Iohannis causam eius persæpe defendit,

Matth. 21. ut illic. Cū dicerēt ei, in qua potestate hæc facis? Respondēs dixit eis. Interrogabo uos & ego unū sermonē: quē si dixeritis mihi, & ego uobis dicā, in qua potestate hæc facio. Baptismū Iohānis unde erat? è cœlo an ex hoibus? At illi cogitabāt inter se dicētes, Si dixerimus de cœlo

de cœlo, dicet nobis. Quare ergo nõ credidistis illi? Si aũt dixerimus, ex hominibus, time
mus turbã. Omnes eñ habebant Iohannẽ, sicut prophetã. Et respondentes Iesu, dixerunt.
Nescimus, Ait illis & ipse, Nec ego dico uobis, in qua potestate hæc facio. ¶ Nec uero il
la tantũ tẽpora siue illius tẽporis aut gentis homines attendere quis debet, sed oẽs gentes, si
ue nationes usq; ad finem seculi, quia quocunq; & q̃ diu prædicatur Christi aduentus, ad
est hic idem testis Iohannes, & testificans digito suo confirmat, quia Christus alius nõ fu
it, nec est, nec erit, nisi is qui putabatur filius Ioseph. Hoc ualuit magnitudo siue autoritas
illius amici & testis, ut reciperent tunc filiũ saltem pauci, saltem duodecim, incipientes ab
ista uoce qua dixit. Ecce agnus dei, qui tollit peccata mundi. Et si non plures illũ recepis
sent, receperunt aũt etiã alĩ nonnulli: sufficere poterant huic sancto Israëliti ad propagan
dam gentem spiritualẽ tot spirituales filĩ, quot secundũ carnem filios, primus Israhel pa
ter eius habuit. ¶ Lucas Euangelista, pulcherrimi prudens autor eloquĩ hunc aduẽtum
huius Iohannis taliter edicit. Anno quintodecimo imperĩ Tyberĩ Cæsaris, procurante
Pontio Pilato Iudææ, Tetrarcha aũt Galileæ Herode, Philippo aũt fratre eius Tetrarcha
Ituræe & Traconitidis regionis, & Lisania Abilinæ Tetrarcha, sub principibus sacer
dotũ Anna & Caipha, factũ est uerbũ domini super Iohannẽ Zachariæ filiũ in deserto.
Et uenit in omnẽ regionẽ Iordanis, &c. Q̃ pulchre narratio hæc illi propheticæ Danielis
uisioni concordat. Aspiciebã in uisione noctis, & ecce bestia quarta terribilis atq; mirabi
lis & fortis nimis, dentes ferreos habens magnos, comedens atq; cõminuens, & reliqua pe
dibus suis cõculcans. Et subinde. Aspiciebã ergo in uisione noctis, & ecce in nubibus cœ
li quasi filius hominis ueniebat, & usq; ad antiquũ dierũ peruenit, & in conspectu eius ob
tulerunt eũ, & dedit ei potestatem & honorem & regnũ, & omnes populi tribus & ling
uæ seruient ei. Potestas eius potestas æterna quæ nõ auferetur, & regnũ eius quod nõ cor
rumpetur. ¶ Quid eñ erat uidere illam tal em bestiã, non solũ comedentẽ, sed etiã cõminu
entem, nisi q; hic pulchre cõmemorat Romanũ imperiũ, non solum, ut cæteras gentes, lu
cro; regnũ suę ditioni subdidisse, uer; etiam in tetrarchias cõminuisse? Vt eñ Iudaici re
gni cõminueret potentiam, propter nimiã gentis illius insolentiã, iccirco in tetrarchas illã
id est, in quatuor principes dissipauit, uidelicet Pontiũ Pilatũ, Herodẽ, Philippũ, & Lisa
niam. Nec uero solũmodo regnũ, uerum etiã sacerdotĩ principatũ, in duos, scilicet, An
nam & Caiphã diuidendo cõminuit. Futur; aũt erat, ut reliqua pedibus suis conculcaret,
quod tunc fecit quando gentẽ & locũ tulit, & eos, qui bello superfuerunt, in captiuitatem
dispersit. ¶ Nunc igitur leuemus oculos nostros, oculos mentis, & prospectũ fidei, quia
quod illic propheta uidebat in uisu noctis uenientẽ in nubibus quasi filiũ hominis, dũ co
meditur atq; comminuisset illa bestia terribilis atq; mirabilis & fortis nimis, hoc est quod
hic narrant Euangelistæ, uenisse, & manifestũ esse in Israhel hunc uere filiũ hominis, &
initiũ ueniendi fecisse à baptismo Iohannis, dũ regnũ Iudaicæ gentis sibi subdidisset, et in
Tetrarchias (ut iam dictũ est) cõminuisset magna potentia Romani imperĩ. Incipiens eñ
(ait Petrus apl'us) post baptismũ, quod prædicauit Iohannes, Iesum à Nazareth, quomo
do unxit eũ deus spiritu sancto et uirtute, et cętera usq;, quia ipse est qui cõstitutus est à deo
iudex uiuor; et mortuor;: huic omnes prophetæ testimoniũ perhibent, remissionẽ pecca
tor; accipere per nomen eius omnes qui credunt in eũ. Initiũ ergo faciendi ueniens à ba
ptismo Iohannis, qui latuerat eatenus, habitans cũ parentibus Nazareth, et subditus illis,
quousq; processit. Vsq; ad antiquũ dierũ peruenit, et in cõspectu eius obtulerunt eũ, et de
dit ei potestatẽ et honorẽ et regnũ, et ipse est (ait Petrus, ut iam dictũ est) qui cõstitutus est
à deo iudex uiuor; et mortuor;: et sicut ait Dauid, Gloria et honore coronauit eũ, et cõsti
tuit eũ super opera manuũ suar;, omnia subiecit sub pedibus eius. Hoc est unde præsenti o
pere loqui propositũ est, ad gloriã et honorẽ filĩ hominis, cui sermo bonus est super datũ
optimũ, quem etipse exoptans dicit ad dilectã animã. Quæ habitas in hortis, amici auscul
tant, fac me audire uocẽ tuã. Factũ est uerbũ domini (ait iam dictus Euang. Lucas) super
Iohannẽ Zachariæ filiũ in deserto, et idẽ Iohãnes apud aliũ Euangelistã, quid ad se dictũ
fuerit, uel ad quid uerbũ domini super se factũ fuerit, prædicat hoc mõdo. Et ego nesciebam
ei. Sed ut manifestaretur in Israhel, propter ea ueni ego in aqua baptizans. Item. Et ego

Testis Christi necessarius Iohannes.

Iohan. 1.

Lucas & Daniel cõcordãt de aduentu Chri. Lucæ. 3

Danie. 7.

Regnũ Iudææ oz; a Romanis cõminutũ

Initiũ ueniendi a bap. Ioh.

Actuum 10

Psalm. 8.

Cant. 8.

Luce. 3.

Iohan. 1.

nescíebam eum, Sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit. Super quẽ uideris spi-
ritum descendentem & manentẽ in eo, hic est qui baptizat in spiritu sancto, Hoc ex præ-
teritis, quæ scriptura narrat euangelica, satis euidenter constat, quia Iohannes nesciebat eũ
uidelicet eo modo quo inuicem sciuntur uel sciri possunt facies hominum, qui uel pariter
cõmanent, uel aliquando mutuos sibi aspectus præbuerunt. Iesus nanq; adhuc infantulus
necdũ biennis, fugerat in Aegyptũ, & Iohannes puer, nescimus quot annoꝝ, ueruntamẽ
in teneris annis, secesserat in desertũ. Ergo secundũ faciem nesciebat eum, licet secundum
spiritũ scire potuerit, eũ iam aduenisse, quo agente exultauit in gaudio clausus in utero ma-
tris suæ. Sed ut manifestaretur (ait) in Israhel, propterea ueni ego in aqua baptizans, sub-
auditur & prædicans, quod hic Matthæus primus exprimens. ¶ Venit (ait) Iohannes

CAP. III. Baptista predicans in deserto Judee & dicens. Pœnitentiam agite, appropin-
quabit enim regnum cœloꝝ. ¶ Hæc eius prædicatio uiam parauit, ut manifestaretur in
Israël iste filius hominis, & appareret in nubibus cœli, peruenturus (ut supra memoratum
est) usq; ad antiquũ dieꝝ, id est, eligeret sibi apl'os, de quibus dictũ est per prophetam. Qui
Esaiæ. 60 Actuũ. I. sunt isti, qui ut nubes uolant & testes illos habituros, & uidentibus illis ascensurus in cælũ, et
cum illoꝝ testimonio prædicandus per mundũ uniuersum. ¶ Et notandũ, quod primus
Regna terra-rum rapina fuerunt. iste præcursor dñi, nomine expresso prædicat regnũ cœloꝝ, sciendũq; solũ & unicũ regnũ cœlorũ, regnũ esse legitimũ, rapinam aũt fuisse omnia regna terrarũ, præter solam sedẽ
Dauid, quæ huius regni cœlorũ præparatoria fuit. Regna terrarũ illa dicimus, quæ absq;
deo fuerũt, & sine spe regni cœlorũ pertransierũt: quorũ maxima erant capita leena & ur-
Danie. 7. sus, pardus, & illa sine nomine quarta bestia, quas uidelicet bestias Daniel uidit in uisione
supra memorata, per quas intelligimus quatuor principalia regna: quorũ primũ, regnũ Ba-
byloniorũ, populũ dei captiuauit: secundũ regnũ Persarũ & Mœdorũ, agente Aman su-
perbissimo, populũ eundẽ funditus delere uoluit. Tertiũ regnũ Græcorũ, mala in eodẽ po-
pulo gessit illa, quæ Machabæorũ narrant libri: Quartũ, regnũ Romanorũ, & ipsum filiũ
hominis, tradentibus eũ Pontio Pilato Iudæis, & martyres eius, usq; ad tẽpora Constan-
Ibidem. tini crudeliter occidit. Quod illic post bestias illas datũ siue dandũ esse uidit Daniel, regnũ
filio hominis, dictũq; est ad eũ, suscipient aũt regnũ sancti dei altissimi, & obtinebũt regnũ
usq; in seculũ & seculũ seculorũ, hoc est regnũ quod prædicans Iohannes, præmittit, pœ-
nitentiã agite, & tunc demũ causam subnectit, appropinquabit enim regnũ cœlorũ. ¶ Hic
iã nec illud prætereundũ, quod hoc sit propheticæ gratiæ singulare præconiũ, ubicũq; le-
geris uel audieris ad quempiã factũ esse uerbũ dñi, & hinc prophetas sanctos esse uel dici,
Lucę. 3. quia factũ est ad eos uerbũ dñi. Nouissimus omniũ illorũ iste est Iohannes, super quẽ scri-
bit Euãgelista factũ esse uerbũ dñi, ut ueniret p̃dicans & baptizãs, & sic manifestaretur in
Israël filius hois, Primꝰ aũt oĩm fuit pater Abrahã, de q̃ sic scriptũ est. Factus ẽ sermo dñi
Gene. 15. ad Abrahã per uisionẽ dicens, Noli timere Abrahã, ego protector tuus sum, & subinde,
statimq; sermo dñi factus est ad eũ dicens, nõ erit hic hæres tuus, sed qui egredietur de ute-
ro tuo, ipsum habebis hæredẽ, &c. quibus utiq; uerbis promittebatur aduentus eiusdẽ filij
Iohã. uenit in testimonium. Iohan. I. hominis. ¶ Igitur cũ dicit hic. In diebus illis uenit Iohannes Bapt. subaudiendũ est, in testi-
moniũ. Sic ẽm alius Euãgelista sublimiter enũciauit, præmittens, fuit homo missus à deo,
cui nomen erat Iohannes, statimq; subiungẽs, hic uenit in testimoniũ, ut testimoniũ perhi-
beret de lumine, ut oẽs crederẽt per illũ. Nec uerũ solũmodo ex deserto in omnẽ regionẽ
Iordanis, uerũ & ex matris utero in lucẽ uitæ p̃sentis in testimoniũ uenit. Iccirco senibꝰ iu-
stis datus est, iccirco sterili utero conceptus, iccirco adhuc ex utero matris suæ spiritu san-
cto repletus est, iccirco cũ gaudio multorũ & admiratione plurimorũ natus est, iccirco du-
ce spũ sancto in desertũ à seculo fugit, & uitã angelicã duxit, omnẽq; ordinẽ uitæ irrepre-
hensibilẽ gessit, uictu atq; uestitu uenerabilis & omni sanctitate mirabilis, ut esset idoneus
testis, & omnibus his modis in testimoniũ uenit. Sacerdos erat, & patri sacerdoti succede-
re iure debebat, sed ueterа sacerdotij ueteris insignia respuens, legẽq; cæremoniarũ in die-
Lucæ. 2. bus suis esse finiendã optime sciens, solã præelegit p̃dicare & in semetipso dedicare pœni-
tentiã, quæ sacerdotalis officij pars optima est, Nouerat quippe, sicut beatus ille & iustus
Symeon, nouerat (in quã) & responsum acceperat ab eodẽ spũ sancto, qui hominẽ talẽ, pul-
chrum

chrō, gratiæ ſuæ uehiculum parauerat, non uiſurꝰ ſe mortē, niſi prius uideret Chriſtū dñm & illum regni cœlorꝰ regem quærendū ſibi eſſe, non per oſtenſionē ſiue promiſſionē auliæ purpuræ, ſed per prædicationē auſteræ pœnitentiæ. Nā ut manifeſtaretur (ait) in Iſraël, propterea ueni ego in aqua baptizans, & p̄dicans baptiſmū pœnitentiæ. ¶ Dicit aliquis, Non poterat alio modo fieri, ut manifeſtaretur in Iſraël, niſi p̄dicando pœnitentiā? Ad hæc inquā, Poterat quidē, ſed omniū modorꝰ, quibus hoc fieri poterat, iſte modus erat optimus, & pro re magis congruus, magiſq; neceſſarius. Quid em̄? Nonne ad hoc uenerat, filius hominis, nōne ad hoc natus erat agnus dei, ut pœnitentiā ſuſciperet pro peccatis totius generis humani, & ut pœnitentiā incipiens à ieiunio quadraginta dierꝰ, perſeueraret agendo illā in laboribus plurimis, uſq; ad mortē, mortē aūt crucis? Nonne illa morte à dño factū eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris, qđ cū lapis ille reprobatus eſſet, cū ſo rasciuitatē proiectus ille filius hoīs in cruce penderet, iāq; ſpiritū emiſiſſet, patefactū eſt latus eius militis lancea, & cōtinuo exiuit ſanguis & aqua? Hoc fuit, hoc eſt baptiſma ipſius de quo dixit ipſe iam dudū baptiſmate Iohānis baptizatus. Ego habeo baptiſmo baptizari, & quomō coartor uſq; dū perficiatur? Illo baptiſmate nos baptizandi eramus, & baptizati ſumus, Hinc apl̄us. Quicūq; em̄ (ait) baptizati ſumus in Chō Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus. Modus ergo manifeſtationis hic erat optimus & ualde cōgruus, ut gloriā humilitas p̄cederet, humilitatē gloria ſequeretur, atq; illic præmonſtraretur, quali cū fructu ſuſceptā pœnitentiā foret cōſummaturus. Humilitas quippe fuit, q̄ uenit dñs ad baptiſma ſerui, & inter peccatores pœnitentiā ſuſcipientes, qui peccatū nō fecerat, baptiſmū pnie ſuſcepit. Quæ uel qualis humilitatē gloria cōtinuo ſecuta eſt? ℣ Ecce (inquit) aperti ſunt ei cœli, ℟ vidit ſpiritum dei deſcendētem ſicut columbam, ℟ venientem ſuper ſe. Et ecce vox de cœlo dicens. Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene cōplacuit. Hoc & miraculū glorioſum, & maioris fuit gloriæ ſignū. Similiter nāq; humilitatē mortis, quæ (ut iam dictū eſt) pœnitentiæ propter nos ſuſceptæ cōſummatio fuit, ſequitura erat gloria reſurrectionis, qua effulgente nimiꝰ aperti ſunt ei cœli, & ipſe in cœlū aſcendit, & gratia ſp̄ūs ſancti nō iam ſuper eū, ſed ſuper credentes in eum & baptizatos in nomine eius deſcendit. Alias aūt & uere ſuper eū deſcendit, quoniā ipſe eſt caput, & ipſi ſunt corpus eius, ſuper quos ſp̄ūs ſanctus deſcendit, nec ob aliud ſuper eos deſcendit, niſi quia Chriſtus ipſe eſt in eis: quemadmodū apl̄us dicit, habitare Chriſtū per fidē in cordibus noſtris. ¶ Vnde aūt huic Iohanni, ut tā cito cognoſceret eū, diceretq; uenienti ad ſe illud memorabile ex humili corde, ego à te debeo baptizari, & tu uenis ad me, Dixit em̄ ſecundū Iohannē, ut ſupra memoratū eſt: dixit (inquā) ſemel & iterꝰ, & ego neſciebā eum. Vnde ergo tā cito cognouit eū? Ad hæc breuiter reſpondendū, quia p̄ uim prophetici ſpiritus cognouit eū, utiq; uolentē cognoſci, quia iam tempus aderat cognoſcendi eū. De illa ui prophetici ſp̄ūs, loquitur apl̄us. Si omnes prophetent, intret aūt quis infidelis uel idiota, cōuincit ab oīb⁹, dijudicat ab oīb⁹, etiā occulta cordis ei⁹ manifeſta fiūt, & ita cadēs in faciē adorabit deū, p̄nūciās q̄ uere deus in uobis ſit. Hoc in laudē p̄pheticæ gr̄æ dicit, q̄ illi occulta cordis alterius manifeſta ſint, Erat aūt Iohānes p̄pheta, iāq; ex utero m̄ris ſuę grām p̄pheticā acceperat, ſp̄ū p̄phetico repletus fuerat. Sed ut et hoc inſerā, qđ aliud uerbū dñi factū fuerat, ut Lucas memit, ſup Iohānē Zachariæ filiū in deſerto, niſi ip̄m, qđ caro factū fuerat ex Mariæ uirginis utero? Ergo ne uerbū, quod factū fuerat ſuper eū ut ueniret, & aſſumptū hominē ſiue carnē, quā aſſumpſerat, manifeſtaret ille in Iſrahel, nō oſtenderet illi cito quē quærebat, & propter quē, ut manifeſtaretur, obediens uerbo, aduenerat? Igitur cū iſta ſit uis prophetici ſp̄ūs (ut iam dictū eſt) manifeſta facere occulta cordis, etiā nolentis, quantò magis manifeſta fieri debuerunt Iohanni occulta cordis dñi Ieſu, præſertim uolentis, ut nō ex facie mentem, ſed (qđ mirabilius eſt) ex mente cognoſceret eius faciem? Et ille quidē quiſquis eſt, cuius occulta cordis ita manifeſta fiunt, cadens in faciē (ait apl̄us) adorabit deū, pronūcians q̄ uere deus in uobis ſit, dñs aūt Ieſus, cuius nō eſt adorare, ſed adorari, quo debuit modo, grām illam, grām propheticam honorauit, cui manifeſta facta fuerant occulta cordis ſui, quatinus Iohannes dicere poſſet, ego à te debeo baptizari, ſiue illd ſecundum Iohannem, Ecce agnus dei qui tollit peccata mundi, Et quomodo grām illam

Iohan. I.

Chr̄s ſuſcepit pœnitentiā, p peccatis nr̄is.

Pſalm. ſſ7
Iohan. ſ9.

Lucæ. ſ2

Roma. 6.

Prouer. ſſ

Ephe. 3.
Vis prophetica in Iohanne Baptiſta.

I. Cor. ſ4.

Ibidem.

Matth. 3.
Iohan. ſ.

honorauit? Videlicet pronunciando q̄ uere deus, uere ſpiritus ſanctus, uere ſpiritus pro-
Matth.jj. pheticus, & plus q̄ propheticus eſſet in mente Iohannis. Dixit enī ubi oportunū fuit. Sed
quid exiſtis in deſertū uidere, prophetam? Etiā dico uobis, & plus q̄ prophetam. Hic eſt
Eſaiæ.40 enim, de quo ſcriptum eſt, Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam, qui prę parabit
uiam tuam ante te. Amen dico uobis, inter natos mulierum non ſurrexit maior Iohanne
Vbi baptiza- Baptiſta. Et cætera, uſq̄, & ſi uultis recipere, ipſe eſt Helyas qui uenturus eſt, qui habet au-
tus eſt Iohan- res audiendi, audiat. ¶ Vbi uero factum eſt eidem Iohanni quod dixit, ego à te debeo ba-
nes a Chriſto ptizari? Oportet nanq̄ uerum & ſtatera rationis eſſe ponderatum, q̄ tali in tempore talem
in cruce. ob cauſam, tali tantoq̄ filio hominis dixit propheta ueritatis, homo tanti meriti, angelus
tam magni præconij. Vbi ergo factum eſt ei? Vbi baptizatus eſt ab illo, qui ad baptiſmū
eius ueniebat, filio hominis? Illic nimirum, ubi peccata mundi tulit idem agnus dei, quem
Exodi.jz. digito demonſtrauit. Vbi hoc? profectò ubi agnus ipſe immolatus eſt, & noſtros ſangui-
ne ſuo poſtes ſacrauit, & Pharaonem cū ſuis Aegyptijs ita flagellauit, ut uinceret, qui ui-
Coloſſ.z ctus non fuerat decem præceptorū legalium plagis magnis, Pharaonem non carneū, ſed
ſpiritualem, ſcilicet diabolum principem tenebrarū, Vbi traduxit illum palām, confidēter
affligens cruci, & mare magnū, mare rubrū, ſcilicet ſanguinem & aquam de latere ſuo lan-
cea pecuſſus emiſit. Ibi factum eſt Iohanni quod ſperabat & ſciebat dicēs, Ego à te debeo
baptizari, nec ſoli Iohanni, uerū etiam ſanctis & electis omnibus, qui expectabant eū ab o-
rigine mundi. ¶ Et quidem ſcire poterat, q̄ ex utero matris ſuæ ſanctus eſſet, quippe q̄ ſpi-
ritu ſancto adhuc ex utero matris ſuæ repletus eſt, ſed quia iuxta erat illi dñs, ſicut ſcriptum
Pſalm.33 eſt. Iuxta eſt dñs his qui tribulato ſunt corde, & humilis ſpiritu ſaluabitur, quia (inquā) iux-
ta illi erat dñs, & de prope ſciebat in contritione cordis & in humilitate ſpūs, q̄ dominꝰ ſo-
lus ſine peccato & ſolus eſſet de uirgine natus: ipſe aūt, quamuis magno munere ſacratus,
tamen de cōmixtione maris & fœminę fuiſſet procreatus, ſanctitatē illam quaſi neſcire uo-
luit, nec ſibi ſufficere indicauit, niſi pro eo funderetur ſanguis illius agni, quē uidebat, cui lo-
Nulli ſua ſan- quebatur, agni ſolius ſancti, ſolius immaculati. ¶ Et reuera, niſi mare illud inimicos noſtros
ctitas ſuffecit operuiſſet, niſi ſanguis ille fuſus fuiſſet, & aqua illa inundaſſet, ſanguis redemptōis & aqua
ad regnū cæ- emundationis, neq̄ huic, neq̄ illi, cui ante hunc dictū eſt, priuſq̄ te formarem in utero, no-
lorum. uite, & ante q̄ exires de uentre ſanctificaui te, neq̄ alicui ſanctorū ſanctitas ulla ſuffeciſſet,
Hierem. j. Pſalm.jo. quicunq̄ dicti ſunt ſancti, ut Aaron, de quo Pſalmiſta dicit. Et irritauerunt Moyſen in ca-
ſtris, Aaron ſanctū dñi. Sunt enī plures modi, quibus quiclibet ſanctū dici cōſueuit, ne cū
ſanctū audieris, ſtatim perfectū & ab omni putes eſſe peccato liberū. Scriptū quippe eſt in
Lucæ.z. lege Moyſi, quia omne maſculinū adaperiens uuluā, ſanctū dño uocabitur. Sanctifica mi-
Exodi.j3 hi ait dñs omne primogenitū, quod aperit uuluā in filijs Iſrahel, tam de hominibus q̄ de iu-
Deute.jſ. mentis, mea enī ſunt omnia. Et in lege Nazaræi ſcriptū eſt. Sanctus enī erit, creſcente cæ-
Nume.6. ſarie capitis eius. Omnes dies ſeparationis ſuæ, ſanctus erit dño. ¶ Et Iohannes quidē iſtis
Iohānes pri- quoq̄ modis ſanctus fuit, utpote primogenitus, ante quē ſterilis mater nullū genuit, ideōq̄
mogenitꝰ & Nazaræus, uti angelus locutus eſt, uinū & ſiceram nō bibet. Sed nunquid omnis eiuſmodi
Nazaræus Lucę.j. ſanctus, quiſ inde ſanctus eſt q̄ primogenitus, immunis à peccato exiſtimabitur? Aut nun-
quid Nazaræus, quoniā ſicerā & uinū non bibit, & nouacula ſuper caput eius non aſcen-
dit, ſiue Samſon, ſiue alius quis eiuſmodi, Ideo cōſummatæ ſanctitatis erit? Veruntamen
ſecundū illum ſanctitatis modū, quē infuſio ſancti ſpūs operatur, Iohanne ſanctior inter
natos mulierū, nemo quidē ſurrexit, ſed nihilominus ſancti ſanctorū Ieſu Chriſti baptiſma
te, id eſt, ſanguinis effuſione, uel eius morte indiguit, & iccirco ueraci humilitate dixit, ego
à te debeo baptizari. ¶ Nunc uide hunc ſanctū, hunc primogenitū, hunc Nazaræū, quā-
rū deceat ſic eſſe ueſtitū, ut Euāgeliſta refert, dicens, Ipſe aūt Iohannes habebat ve-
ſtimentū de pilis camelorū, & laudari à dño, dicente, Quid exiſtis in deſertū uidere ho-
Matth.jj. minē mollibus ueſtitū? ubi ſubauditur non, & ſequitur, Ecce qui mollibus ueſtiūtur, in do-
Iohānis & He- mibus regū ſunt. Vere talis habitus decebat eū, ueſtimentū de pilis camelorū & zona pelli-
liæ ueſtitus. cea circa lumbos eius, ſicut & Helyam, de quo itidē ſcriptū eſt, uir piloſus, & zona pellī-
4. Regum.j. cea accinctus renibus. Tales enī utriuſq̄ fuerunt mores, & zelus auſterus, taliſq̄ uita, quæ
nō indulgebat ſibi, ut eſſet remiſſior, fluentibuſq̄ delicijs luxuriaretur. Hoc deiſto confe-
ſtim ſcrip-

stim scriptura p̄sens testatur, quia nō molliter peccatoribus blandiebatur. Dixit em̄, Videns multos Pharisæoꝝ & Sadducæoꝝ uenientes ad baptismū suū. ⌊ Progenies viperaꝝ, quis ostendit vobis fugere a ventura ira? Facite ergo fructum dignum pœnitentie, ⁊ ne velitis dicere intra vos, patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, quoniam potens est deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahe. Jam enim securis ad radicem arboris posita est. Omnis ergo arbor que non facit fructum bonum, excidetur, ⁊ in ignem mittetur. ⌋ Ecce uere hominē non mollibus uestitū, quippe cuius sermo pilis cameloꝝ, quibus uestitus erat, multo est asperior, unde & non potuit esse in domibus regū, imò in domo regis Herodis, & reginæ Herodiadis, decollatus est, propter sermones eiusmodi, sermones ueritatis, quibus ipse non mollis, peccatorū molles auriculas & adulationes auidas arguendo nimis offendit. Apud Lucam sensus quidē, & uerba ip̄a pene sunt eadem, nisi quod hic manifesti⁹ designat, propter quos maxime sic inceperit, progenies siue genimina uiperarum, uidelicet propter Pharisæos & Sadduceos qui erant hæretici Iudæorum. Nam Pharisæi ex Hebræo in latinum interpretantur diuisi, eo quod traditionum & obseruationum, quas illi deuteroses uocabant, iustitiam præferebant, unde & diuisi uocabātur à populo, quasi per iustitiam. Sadducæi interpretantur iusti. Vendicabant em̄ sibi, qd̄ non erant. Corporis resurrectionē negabant, & animā cum corpore interire p̄dicabant. Hi quinq; tantū libros legis recipiebant, prophetarū uaticinia respuētes. Igitur cū dicit Lucas, dicebat ergo ad turbas, q̄ exibant ut baptizarētur ab ipso, genimina uiperarū: hic aūt p̄misso, ⌊ tunc exibat ad eū Hierosolyma ⁊ omnis Judea ⁊ omnis regio circa Jordanē, ⁊ baptizabant ab eo in Jordane confitentes peccata sua, tunc demum sic incipit, videns aūt multos phariseoꝝ ⁊ Sadduceoꝝ uenientes ad baptismū suū, dixit eis, progenies viperaꝝ, ⌋ cōstat ꝙ pariter quidē totam, sed nō æqualiter totā gentē maliciæ sæuientis arguit, ꝙ scilicet inuicē inuidēdo, & inuicē mordēdo, Iudæi forent ab inuicē consumēdi, maxime aūt Pharisæi & Sadducæi futuri essent autores uel causa sibimet tanti mali & iræ supuenturæ, ut pro miraculo debeat esse rarus quisq;, qui illā sciret uel posset effugere, Nec uero ita denotauit eos solus uel prim⁹. Siquidē prior Moyses inter cætera dixit. Fel draconū uinū eorū, & uenenū aspidū insanabile. Nunquid minus est dicere, fel draconū siue uenenū aspidū, q̄ progenies siue genimina uiperarū? ¶ Et illos quidē pharisæos, qbus hæc & cætera dixit, putaremus sic uenisse ad eū ut uellent percipere baptismū, qm̄ sic Euangelista dixit, uidens aūt multos pharisæorū & Sadduceorū uenientes ad baptismū suū, sed repugnat illud, qd̄ alius Euāgelista magis illos insinuat uenisse ad insidiandū. Miserunt (ait) Iudæi ab Hierosolymis sacerdotes & leuitas ad Iohannē, ut interrogarent eū, tu qs es. Cūq; interrogātibus tandē respondisset, ego uox clamātis in deserto, dirigite uiā dñi, sicut dixit Esaias propheta: post hāc illius responsionē statim subintulit, & qui missi fuerāt erāt ex pharisæis. Hoc dicto, deinde sequitur, & interrogauerūt eū, & dixerūt ei. Quid ergo baptizas, si tu nō es Chr̄s, neq; Helias, neq; propheta? Per hoc melius intelligitur istud qd̄ ait Matthæus, uidēs multos pharisæorū et Sadducæorū ueniētes ad baptismū suū, scilicet qa uenerāt, nō ut ipsi baptizarētur, sed ut baptizātē calūniarentur, p̄sertim cū et alius Euāgelista dicat, Et oīs pplus audiens, et publicani, iustificauerunt deū, baptizati baptismo Iohānis: pharisæi aūt et legisperiti cōsiliū dei spreuerunt in semetipsis, nō baptizati ab eo. ¶ Quod erat illud uel quale dei cōsiliū, qd̄ pharisæi spreuerunt? Nimirū pœnitentiā agere, et dignos pœnitentiæ fructus facere. At illi scilicet pharisæi consyderabant in se tanquā iusti et aspernabantur cæteros, sicut attestatur locis oportunis ueritas euangelij, Vnde apud Lucam diligenter animaduertendū, quia interrogabant turbæ dicentes, quid ergo faciemus? interrogabant publicani, uenientes ut baptizarentur, et dicebant, magister, quid faciemus? interrogabant et milites dicentes, quid faciemus et nos? Turbæ interrogabant, publicani interrogabant, milites quoq; interrogabant dicentes, quid faciemus, pharisæi uero nusq̄ interrogasse legūtur, et dixisse, qd̄ faciemus. Claret igitur qd̄ uel quale cōsiliū dei, quomō cōsiliū dei spreuerint pharisæi, non baptizati baptismo Iohānis, quia uidelicet erant superbi, cōfidētes in se tanq̄ iusti, suā iustitiā statuere uolentes, et iustitiæ dei non subiecti, unde et magno supcilio magistrum pietatis,

Hæretici Iudæorū.

Lucæ. 3

Progenies uiperarum

Deute. 32.

Pharisæi non baptizabant a Iohā. Bapti. Iohan. I.

Lucæ. 7

Pharisæi iusti apud seipsos, cōsilium dei spreuerunt. Lucæ. 3.

Roma. 10.

Matth. 9. Psalm. 93. filiumq; patris misericordiaꝫ Iesum Christū redarguisse leguntur, dicendo discipulis eius quare manducat magister uester cū publicanis & peccatoribus. ¶ Porrò quem tu erudieris domine & de lege tua docueris eū, ille desyderat, ut sciat pœnitentiam agere, desyderat ut possit dignos pœnitentiæ fructus facere. Ille scit, ille confitetur, quod iustitia nulla sit, q; omnis ex operibus iustitia uana sit, nisi testimoniū habeat ex fide huius filij hominis Iesu Christi, cuius sanguis cū aqua fluens de latere eius, ut superius dictū est, nisi iustos omnes emundasset, immundæ & sordidæ essent omnes iustitiæ, iuxta illam ueridicam confessionem Esaiæ. 64. Vana gloriatio de carne Abrahæ. nē, iusti & iustificandi prophetæ Esaiæ. Et facti sumus ut immundi omnes nos, & quasi pannus mestruatę uniuersæ iustitiæ nostræ. ¶ At illi falso iusti, & uere peccatores, ne istā cognoscerent iustitiam, scutū sui cordis habebant patrem suæ carnis Abraham, quasi caro Abrahæ, quoniam de illa profluxerant, sufficere posset eis ad iustitiam. Proinde cū dixisset, Facite ergo fructū dignum pœnitentiæ, subiunxit, atq; ait. Et ne uelitis dicere uos, patrem habemus Abraham. Dico eñ uobis, qñ potens est deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahę. Iam eñ securis ad radices arboꝝ posita est. Omnis ergo arbor quę nō facit fructum bonū, excidetur, & in ignem mittetur. Hæc eo dicente, oportune reminiscimur sermonis illius prophetici ex ore Hieremiæ, Maledictus uir, qui confidit in homine Hieremē. 17 & ponit carnem brachiū suum, ut à domino recedat cor eius. Erit eñ quasi miricæ in deserto, & non uidebit cum uenerit bonū, sed habitabit in siccitate in deserto, in terra salsuginis, & inhabitabili. Benedictus uir qui confidit in dño, & erit dñs fiducia eius, & erit tanquam lignū, quod transplantatur super aquas, quod ad humorē mittit radices suas, & non timebit cū uenerit æstus. Et erit folium eius uiride, & in tempore siccitatis nō erit sollicitum, nec aliquando desinet facere fructū. ¶ Quid (quæso) aliud est uelle dicere intra semetipsos, patrem habemus Abraham, siue pater noster Abraham est, & hoc aduersus dominum, nisi confidere in homine, & ponere carnem brachium suū, ut à domino recedat cor eoꝝ? Nā ueraciter ut à domino corde recederent, imò ut dominū in sermone caperent, iccirco, nō nunquam dixisse leguntur, pater noster Abraham est, & illud, nos ex fornicatione nō sumus nati, itemq; semen Abrahæ sumus, &, nos autē Moysi discipuli sumus, Nonne hoc est confidere in homine, & ponere carnem brachium suū: fiducia Moysi, & carnis Abrahæ, spernere consilium dei, & gloriari contra filiū dei, qui sola & unica est gloria Abrahæ siue Moysi, qua remota inglorius est Moyses. Abrahamq; non nisi puluis & cinis? ¶ Ne ergo uelitis (ait) ita dicere intra uos, Maledictus eñ quisquis ille est, qui in carne contra cōsilium dei gloriatur, ut non faciat dignos pœnitentiæ fructus. Maledictus est ille sicut Chanaan, de quo dixit pater ipsius hanc sententiam maledictionis, seruus seruorum erit fratribus suis. Etenim ille talis eidem Chanaan similis est, Chananeus & non Iudæus est. Hæc enim dicit dominus ad Hierusalem apud Ezechielem. Radix tua & generatio tua, de terra Chanaan. Pater tuus Amorræus, & mater tua Cæthæa. Ille (inquā) non quasi oliua est fructifera in domo domini, sed quasi miricæ in deserto, in terra salsuginis & inhabitabili, quę uidelicet arbor ex amaritudine nominata est, gustus eñ eius nimis amarus est, et hæc in solitudine et saxosa humo nascitur. Iam (inquit) securis ad radicem eiusmodi arborum posita est, ut quæ fructum bonum non facit, excidatur, et in ignem mittatur, siue illa oliua, siue mirica sit. Etenim etiam si de radice bonæ oliuæ creuerit, siue oleaster aut mirica sit, exciderunt propter sterilitatem, propter incredulitatem. Inde apostolus. Si eñ (inquit) deus naturalibus ramis non pepercit, ne forte nec tibi parcat. Vide ergo bonitatē et seueritatē dei, in eos quidē qui ceciderunt seueritatē, in te aūt bonitatē, si pmanseris in bonitate. Alioquin et tu exciderís. ¶ Hoc de inuisibili excisione dixit, qua proꝺcitur incredulus à regno dei, securi excisus iudicij diuini. Verūtamē et alia excisio illoꝝ, propter ꝙs uel qbus dicebat, et ne uelitis dicere intra uos, patrē habemus Abrahā, &c. uidelicet illa, qua corporaliter quoq; excidendi erāt et extirpandi de terra sua, securi uisibili, scilicet manu Romana. Hic Psalmista p̄dixerat. Quasi in sylua lignoꝝ securib⁹ excidēt ianuas eius in idipm, in securi et ascia deiecerunt eam, incenderunt igni sanctuarium tuum, &c. ¶ Quid porrò est quod ait, Dico enim uobis quoniam potens est deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ: Quos uel quales uidebat siue digito demonstrabat lapides? Non eñ solummō dixit de lapidi-

Iudæi cōfidebant in homie. Iohan. 8. 9. Cūctis agenda est pnia Gene. 9. Ezech. 16 Roma. 11. Duplex excisio Iudęorum Psalm. 73 Lapides, Gentiles.

de lapidibus, sed signanter ait, de lapidibus istis, quo uidelicet pronomine solemus uti, cũ digito demonstramus uel demonstrare possumus ipsas res, de qbus nobis sermo est. Et q̃ dẽ sensus uerus est, per lapides recte intelligi homies gentiles, lapidea simulachra colẽtes, de quibus & nos fuimus uel sumus in filios Abrahæ suscitati per fidẽ Iesu Christi, sed nõ leguntur tunc adfuisse uel uenisse ad Iohannẽ in Iordanẽ, eiusmodi lapides, eiusmodi homines. Quos ergo uidebat, uel demonstrabat in Iordane lapides? Putas ne illos, quos de Iordane tulit, & quos in medio Iordanis alueo Iosue dño iubẽte posuit? Elige (inquit dñs) duodecim uiros, singulos per singulas tribus, & præcipe eis, ut tollant de medio Iordanis alueo, ubi steterunt sacerdotũ pedes, duodecim durissimos lapides, quos ponetis in loco castrorũ, ubi fixeritis hac nocte tentoria. Fecerũt aũt filij Israël sicut eis p̃ceperat Iosue, portantes de medio Iordanis alueo duodecim lapides, ut ei dominus imperarat, iuxta numerũ filiorum Israël, usq; ad locum in quo castrametati sunt, ubiq; posuerunt eos. Alios quoq; duodecim lapides posuit Iosue in medio Iordanis alueo, ubi steterãt sacerdotes qui portabant archam fœderis, & sunt ibi usq; in præsentem diem, de hoc & de cæteris constat auctoritate apostoli, quia omnia in figura contingebant illis. Quod cum ita sit, nonné spũaliter nobis lapides illi, prophetę sunt & apostoli, lapides uiui, lapides magni, q̃ fidẽ nostrã uelut fundamentum portant, necessariamq; nobis factis & dictis operum domini memoriam semper suscitant? Nam de illis lapidibus, cur sic à domino præceptum & sic est factum? Quando (inquit) interrogauerint uos filij uestri cras dicentes, quid sibi uolunt isti lapides, respondebitis eis, defecerunt aquæ Iordanis ante archam fœderis domini dei nostri, cum transiret eum. Iccirco positi sunt lapides isti in monumentũ filiorum Israël usq; in æternũ. Nihil uerius, q̃ lapides istos, scilicet prophetas & aplos, qui significabãtur per lapides illos in monumentũ nobis usq; in æternũ esse positos. Si ueraciter dixit aplus Christi, petra aũt erat Christus, cũ de petra inanimata, de qua populus biberat, fuisset locutus, quomodo nõ ueraciter dicat p̃cursor Christi, lapides isti, quos Iosue dño iubente pro monumento posuit, prophetæ sunt & apostoli: quorũ alios, uidelicet prophetas olim posuit, alios, scilicet aplos, sine dubio cõtinuo positurus est? Et prophetæ quidẽ, quia profundiora uel obscuriora sacramẽta cõtinent, quasi in medio Iordanis alueo sub aquis latent: apostoli uero, quia nuda & aperta facie saluatoris opera testãtur, quasi in galgala positi, qđ interpretatur reuelatio, semp sub diuo cõspectibus omniũ patent. ¶ Igitur ne cœperitis (ait) dicere intra uos patrẽ habemus Abrahã, dico eñ uobis, quia potens est deus de lapidib⁹ istis suscitare filios Abrahæ, id est, ne argumentemini uos pœnitẽtia uel pœnitẽtię fructibus nõ indigere, siue regnũ cœlorũ uobis hæreditariũ esse, qm̃ secundũ carnẽ estis filij Abrahæ, q̃a professio sola caro Abrahæ ad cõsequendũ regnũ cœlorũ nõ magis ualet q̃ isti lapides, imò cũ de carne Abrahæ multi sunt filij diaboli: per uerbũ illorũ, quorũ in figura positi sunt lapides isti, multi nascentur, qui uere sint filij Abrahæ, uere filij dei, Nã fides est, q̃ sola facit filios Abrahæ, caro aũt sola nõ prodest quicq̃, & taliũ quisq; uirorũ benedictus est, iuxta p̃ dictã supra memoratũ, quia cõfidit nõ in homine, sed in dño, in quo cõfisus est & Abraham nõ deus, sed homo, quia nõ ponit carnẽ Abrahæ brachiũ suũ, ut à dño recedat cor eius, sed dñs est fiducia eius, & iccirco nõ erit quasi miricæ in deserto, neq; habitabit in siccitate in terra salsuginis & inhabitabili, sed erit quasi lignũ, qđ transplantatur sup aquas, & q̃ ad humorẽ mittit radices suas, ut dignos pœnitẽtiæ fructus facere nõ desinat. ¶ Interea hæc & his similia, q̃ cæteri Euãgelistæ nõ tacent, loqueretur turbis, hic amãtissim⁹ præcursor dñi, nõ ignorabat, prophetica habẽs scientiã, ꝙ nõ esset illi tẽpori uel officio destinatus, quo p̃dicãdũ erat cũctis gẽtibus, qđ ex utero uirginis supra naturã hois natus esset ipse quẽ p̃currebat, mediator dei & hoim, homo Iesus Chrũs. Hoc ut erat uere instructus spũ humilitatis, cõfitetur humil'r, suæq; reputat indignitati, dũ p̃mittẽs, Ego quidẽ uos baptizo in aqua in pœnitentiã, qui aũt post me uenturus est, fortior me est: subiungit cõtinuo, cuius non sum dignus calciamẽta portare, ipse uos baptizabit in spũ sancto. ¶ Per calciamẽta qppe, cũ sint ex coriis mortuorũ animaliũ, significat hũanitas eiusdẽ filij h̃ ominis Iesu Christi, in qua erat mortalis & passibilis. Vnde est illud. In Idumæam extendam calciamentum meũ, id est, notum faciam gentibus incarnatõis meæ sacramẽtũ

Lapides isti, prophetæ & apostoli. Iosue. 4.

I. Cor. 10.

Iosue. 4.

I. Cor. 10.

Caro Abrahæ sine fide nihil prodest.

Hierem. 17.

Nõ eadẽ Iohannis & apostolorum prædicatio.

Psalm. 107

Hoc per

Hoc per apl'os erat faciendũ, ipſe aũt Iohãnes non erat uicturus uſq; ad illud tempus, quo
apoſtoli taliter calciamenta dñi portauerunt, id eſt, publice prædicare cœperunt, natũ eſſe
Iohan. I. de uirgine deũ & hominẽ Ieſum Chriſtũ, quia uerbũ erat in principio deus apud deum, &
Matth. I. uerbũ caro factũ eſt, & ſicut angelus locutus eſt ad Ioſeph, quod in beata uirgine natũ eſt
de ſpũ ſancto eſt. Igitur cũ dicit, qui aũt poſt me uenturus eſt, fortior me eſt, cuius non ſum
dignus calciamenta portare, promptũ eſt animaduertere, q̃ libẽter huiuſmodi officiũ ſubi-
Pſalm. 38. ret, quanta cũ dilectione gloriã iſtam filij dei, filij hominis, cũ illis cœlis annũciare & enar-
Humiliras Io rare pergeret. ¶ Et ipſe quidẽ de ſeipſo ita ſentiendo, ita indignũ ſemetipſum iudicando, re-
hannis Bapt. gul m cuſtodiebat ueræ humilitatis, quia nõ conſyderabat quod ipſe ſolus eſſet præcur-
Malach. 3. ſor dñi, imò & angelus dñi, ſicut de ipſo in Malachia ſpiritus propheticus prædixit, ſed il-
lud conſyderabat, quod illi futuri eſſent cœli, qui (ſicut iam dictũ eſt) calciam enta portan-
do Ieſu Chriſti, enerrarent eiuſdẽ gloriã dei. Hæc eſt regula quã apl'us breuiter perſcribit
Philip. 2 ad Philippen. his uerbis. Nihil per contentionẽ, neq; per inanẽ gloriã, ſed in humilitate ſu-
periores ſibi inuicẽ arbitrantes. Non quæ ſua ſunt ſinguli cõſyderantes, ſed ea quæ aliorũ.
Ipſe (inquã) ita iudicando, ita nõ quæ ſuã, ſed quæ alioꝝ erant, conſyderando: & ſuperio-
res ſibi futuros apl'os arbitrando, regulã cuſtodiebat ſanctæ & ueræ humilitatis, ſemetip-
ſum deprimens, tanquã minor eſſet omnibus illis. Sed nunquid ita iudicabat dñs iudicij:
Matth. 11 Nequaq̃, ſed, amen dico uobis (ait) nõ ſurrexit inter natos mulieꝝ maior Iohanne Bap-
tiſta. Ergo & nullus omniũ illa domini calciamenta portantiũ, illã domini de utero uirgi-
Marci. 16. nis incarnationẽ ſuo tẽpore publica prædicatione ſequentibus ſignis prædicantiũ, maior
te eſt, ò Iohannes Bapt. ¶ Porrò fortitudinem quã intendit dicendo, qui aũt poſt me uen-
turus eſt, fortior me eſt, miro mõ non quidem exprimit (quoniã exprimi nõ poteſt & ineſ-
fabilis eſt) ſed parumper ſignificat, ita dicendo. ⊥ Cuius uentilabrum in manu ſua, & p-
mundabit aream ſuam, & congregabit triticum ſuum in horreũ, palcas autẽ com-
Fortitudo buret igni inextinguibili. ⊥ Quanta (quæſo) eſt fortitudo iſta, uentilabrũ ſuũ habere in
Chriſti. manu ſua? Non enim ſaltẽ ita dixit, cuius uentilabrũ in manu dei. Simile illud eſt, qđ in Eſaia
Eſaiæ. 9. legimus, cuius imperiũ ſuper humeꝝ eius, ſiue, & factus eſt principatus ſuper humeꝝ eiꝰ.
Neq; iſte dicit, cuius uentilabrũ in manu dei, neq; ille dixit, imperiũ eius ſiue principatus
eius factus eſt ſuper humeꝝ dei, ſed ut animaduertas ipſum in ſua fortitudine ſufficiẽtem
eſſe ſibi, & iſte, cuius uentilabrũ in manu ſua, dicit, & ille principatũ eius ſuper humeꝝ ip-
ſius factũ eſſe aſſerit, Neq; ita dicit iſte, & permundabit aream dñi, & congregabit in hor-
reum triticũ dñi ſiue dei, ſed aream ſuã permundabit, & triticũ (inquit) ſuũ cõgregabit. Er-
go dominus eſt areæ, & poſſeſſor eſt totius tritici, & deus fortiſſimus ipſe eſt, cuius uentila-
brũ eſt & cui ad uẽtilandũ ipſa manus ſua ſufficit, ſicut humerus ſuus ad imperiũ ſiue prin-
cipatũ tenendũ ſatis eſt, ſatisq; ualet abſq; impendijs alienis. Igitur deus eſt, deus (inquã) &
Superbi, ut pa- dñs omnipotens ipſe eſt, qui auxilio nullius indiget. ¶ Quid dicemus fortibus, quid dice-
lea a uento, mus ſuperbis? Nimiꝝ quia palea ipſi ſunt, humiles aũt & qui timent dñm, ipſi ſunt triticũ,
uaferentur. uerbũ autẽ domini, uerbũ incarnatũ, uerbũ plenarie manens, & inhabitans in pectore, &
ſpirans de ore huius filij hominis, pro ſimilitudine illis eſt, & erit uenti uehementis, qđ tam
facile, imò & multo facilius reprobos & ſuperbos omnes exterminabit, q̃ uehemens aura
Eſaiæ. 57. ſiue uentus quãlibet fortis paleã de area cuiuſpiã eliminare poſſit. Oĩnes eos (ait ipſe dñs p
propheta) auferet uentus, tollet aura, Quos eos, niſi oẽs fortes fortitudie fallaci, de quibus
& ita præmiſit, cũ clamaueris, liberent te cõgregati tui? Præmiſerat etiã et ipſis eſtudiſti li-
bamẽ, obtuliſti ſacrificiũ. Ergo oẽs eos (ſubauditur male fortes) uiſibiles ſeu inuiſibiles, au-
Eſaiæ. 40. feret (ait) uentus, tollet aura, et ita dicendo magnã diuinitatis fortitudinẽ, et magnã econ-
Iob. 4. tra omnis creaturæ infirmitatẽ eſſe deſignat, Multa ſunt in ſcripturis dicta huiuſmodi, ſe
cundũ ſimilitudinẽ ſufflantis, exiccatũ eſt fœnũ, et cecidit flos, quia ſpũs dei ſufflauit in eo
et in Iob, uidi (ait Eliphar Themanites) eos qui operantur iniquitatẽ, et ſeminant dolores,
et metunt eos, flante deo, periſſe, et ſpiritu iræ eius eſſe cõſumptos. Et his ſimilia, per quæ
hoc intendit ſanctus ſacræ ſcripturæ ſpiritus, ut facilitatẽ diuinæ omnipotentiæ cognoſca-
mus, quod multũ facile ſit ei, deijcere cito, quicquid cõtra fortitudinẽ eius fortiter ſtare ui-
Eſaiæ. 57. debatur. ¶ Ibidẽ quoq; apud Eſaiam, ubi præmiſerat, qđ iam dictũ eſt, et omnes eos aufe-

ret uẽtus

ret uentus, tollet aura, postmodũ subiunxit. Quia spiritus meus à facie mea egredietur, & flatus ego faciam. Frequens est lectio, sed experimentũ in uita præsenti ualde rarũ, ut experiatur quispiam, quem diuinitas ad experiendũ admittere dignatur, tangendo pectus si ue labia eius, in momento, siue in ictu oculi, taliter afficiatur tactu sensibili, quem beatus papa Gregorius ibi uult intelligi, ubi ad Helyam loquens dñs, dicit. Et post spiritũ commotio, Non in commotione dominus. Et post cõmotionem ignis, Non in igne dominus: Et post ignem sibilus auræ tenuis, & ibi dñs. Et quidem subtilitas diuinitatis, omnem, non solum corporis, uerũ etiam animæ sensum excedit: sed cũ uult, non tantũ animam, uerũ etiam corpus tactu suo sensibiliter afficit, Qui uidelicet tactus, dũ uult, suauis, & dũ uult, uale est terribilis, ita ut quisquis illũ sensit, iam pene non sit illi opus uerbis edoceri, quod uere deus fortissimus spirituũ sit, nec penitus ignorat, licet omnino effari nõ possit, qualis ille sit tremor, quo maiestatem dñi tremere dicuntur etiam sancti angeli. 3. Regũ. 19.

DE GLORIA ET HONORE FILII HOMINIS. LIBER .III.



OMNES SITIENTES (AIT SPIRITVS sanctus) uenite ad aquas, & qui non habetis argentũ, properate, emite & comedite. Aquæ præsenti loco scripturæ sunt, quibus spiritualiũ continentur mysteria gratiarũ, sicut & illic. Bibe aquã de cysterna tua, & fluenta putei tui. Deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuus diuide. Aquæ istæ aquæ dñi sunt, & quicũq; emerit eas, eius fiunt nec dñi esse desinunt. Quid rogo est, q̃ cũ omnes sitientes inuitauerit ad huiusmodi aquas, illos maxime inuitat ad emendũ, qui non habent argentũ? Ait enim. Et qui nõ habetis argentũ, properate, emite. Certe in omni negotiatione terrena magis illi solent inuitari ad emendũ, qui habent uel habere uidentur argentũ. Hæc aũt negotiatio tota cœlestis, tota spiritualis est. Quid ergo est argentũ non habere, nisi in philosophia seculari, siue prudentia eloquij non confidere? Talibus nanq; nõ habentibus eiusmodi argentũ, ipsa humilis cõscientia magnũ est emptionis preciũ. Talis erat Moyses, cũ diceret ad deũ. Obsecro dñe, non sum eloquens ab heri & nudiustertius, & ex quo locutus es ad seruũ tuũ, impeditioris & tardioris linguæ sum? Et in parabolis sapiens loquitur. Stultissimus sum uirorũ, & sapientia hominũ non est mecũ. Non didici sapientiã, & non noui sanctorũ scientiã. ¶ Quid igitur ò æmule subsannas? Quid obtrectator me laceras? Fateor quia catygetas tuos nõ audiui, omnes sapientes & prudentes eloquij mystici, & omino nullas habeo diuitias argẽti eiusmodi, & si qd percepi de scularibus philosophis, nõ sunt mihi pro diuitijs, siue pro nũmis argenteis. Sed nunquid ob hoc mihi ab aquis istis erat desperandũ? Imò magis sperandũ, quoniã inter oẽs scientes, illos qui nõ habent argentũ audio maxime inuitari ad emendũ. Subsanna quantũ uis, licet scriptura mea nõ nisi insidiando legere uelis, & si libet etiã illud dic. Quomõ hic literas scit cũ nõ didicerit? Si enim cũ illo, in quẽ hoc dictũ est, participes fuerimus obprobrij, erimus etiã gloriæ & honoris. Proinde dissimilanda est pręsens amaricatio uentris, ex cõmestione libri, quem qui deuorauit, erat (inquit) in ore meo tanquam mel dulce, & cum deuorassem tum amaricatus est uenter meus, & itinere cœpto peragendum est in opere dei, in intentione quam significauit titulus præscriptus operi, de gloria & honore filij hois. ¶ Ego qui dem (ait Iohãnes) baptizo in aqua, ¶ Quã uel qualẽ habet rationẽ baptizari siue baptizare in aqua? Consiliũ dei erat in aqua baptizari, sicut alius Euãgelista significãs, pharisei aũt (inq;) & legisperiti cõsiliũ dei spreuerũt in semetipsis, nõ baptisati baptismo Iohãnis. Quid ergo habet rationis tale consiliũ dei, qd nobis scire profit? Sunt quidẽ incomprehensibilia iudicia

Esaiæ. 55.

Proue. 5.

Emere aquas sapiẽtię absq; argẽto qd sit

Exodi. 4.

Prouer. 30.

Cõtra æmulos & detractores.

Iohan. 7.

Apoca. 10.

Lucæ. 7.

Roma. 11.

iudicia eius, & inuestigabiles uiæ eius, ut aplus ait, sed hæc & his similia non nos prohibẽt ne simus laudatores, aut ne uelimus habere scientiam uiarum dei, uerum hoc tantum, ne

Prouer. 25 simus nimij scrutatores maiestatis. Quam ergo rationem habeat tale cõsiliũ dei quærimus, non scrutando nimium, sed laudare optando maiestatem dei, & sicut cætera ex parte sci-

1. Cor. 13. mus & ex parte prophetamus, ita de isto quoq; gratulemur, quod non quidem ad perfectũ

Cõsiliũ dei, homines baptisari i aqua cognoscimus, sed ex parte aliquid subluceat, quo delectemur. ¶ Quid illud est? Nimirum, quia tali consilio bene dispositum deus, ut ad ordinem suum creatura humana reduceretur. Fuerat quippe homo supra se nimis elatus, quando uoluit esse sicut deus, secundum illud

Gene. 3. falsum serpentis susurrium, comedite & eritis sicut dij, scientes bonũ & malum. Illum primi hominis tumorem, multi ex eo progeniti homines imitati, deos sese appellari uoluerũt Et nonnulli quidem ex eis post mortem suam stulto errore hominum pro dijs habiti sunt,

Hora. in epis. li. 2. epi. 1. Roma. 5. ille aũt Cæsar Augustus, cuius tẽpore natus est iste filius hoĩs Iesus Christus, uiuens quoq; pro deo haberi non timuit. Vnde adulando illi Flaccus dicit. Præsenti tibi maturos lar gimur honores, iurandasq; tuum per nomen ponimus aras. Hæc prima fuit altitudo cordis nostri, ut uellent esse homines sicut dij, & hoc est Adæ peccatum, in quo (ait apostolus) omnes peccauerunt. Porrò humana conditio, siue conditionis humanæ principium, non solum creatore deo, uerum etiam creatura dei inferius est, & ut manifestius dictũ sit, non solum deo, uerum etiam aquæ elemento. Formauit eñ deus hominem de limo terræ, quod uidelicet elementũ elemento aquæ inferius est & erat, & sub eo latebat, donec dice-

Gene. 1. ret deus. Congregentur aquæ quæ sub cœlo sunt in locum unũ, & appareat arida. Multum ergo terra intumuerat, ordineq; excesserat, ubi homo terrenus altissimo similis esse concupierat. Reducendus erat ad ordinem, & docendus, ut sciret confiteri cuius esset cõditionis, atq; in testimonium eiusdem confessionis submergeretur elemento aquæ, quo grauius atq; segnius elemẽtum terra est, unde homo principiũ sumpsit, & quod (sicut iam dictum est) totum in initio sub aquis latuit. Grande habet momentũ in ratione iustitiæ, cõditionis huius meminisse, & abrenunciando superbiæ diabolicæ, sub aqua corpus deprimere, ac deinceps memoria tenere, quod deus propter superbiam dixit homini, quia pulueris es, & in puluerem reuerteris. Proinde diligenter animaduertendũ est, quod ⌊ cum ve-

Gene. 3. nisset Jesus a Galilea in Jordanem ad Johannem, vt baptizaretur ab eo, & Johannes prohiberet eũ, dicens, ego a te debeo baptizari, & tu venis ad me, respondens ipse, dixit ei. Sine modo. Sic enim decet nos implere omnem iustitiam. ⌋

Decet nos implere omnẽ iustitiam. Nam uere mitis & humilis corde consyderabat, ꝙ quamuis sanctus sanctoq; esset, nullũq; omnino peccatum haberet, tamen de terra sumptum corpus haberet, quodq; ad iustitiam pertineret, ut humilitatis remedium, propter quod docendũ uenerat, ipse in semepipso demonstraret, submittendo aquis, quam assumpserat, carnem nostram, quæ se ad similitudinem creatoris omnium, extollere affectauerat in Adam, & sic ait, decet nos implere omnem iustitiam. Respiciebat Iohannes quod de spiritu sancto conceptus fuerat, & hoc illi ad plenam sufficere iustitiam, non inaniter æstimabat. At ille non quidem contradixit Iohanni, dicenti: Ego à te debeo baptizari, sed nihilominus, ut esset plena humilitatis satisfactio, corporis quoq; habitu in semetipso significare uoluit, quod longe sit homo inferior deo, subdendo aquis corpus suum, quod secundũ materiam terrenum, habet fundamentũ quo aquæ superiores sunt & i initio fuerunt. Quicũq; in hoc non imitantur eum, ut uolen-

Psalm. 67. tes descendant, pœnam recipient, ut nolentes descendant. Scriptum est eñ. Introibunt in inferiora terræ. Spreuerunt consilium dei, sed non uacabit eis spernere iudicium dei, Iam erat hoc testimonium unum, testimoniũ aquæ, quod uere esset mitis & humilis corde, Accessit autem & alius testis eiusdem mansuetudinis, scilicet species columbæ, ⌊ vidit enim spiritum dei descendentem sicut columbam, & venientem super se. ⌋ Et ego (inquit

Iohan. 1. Gloria filij hominis. Iohannes) uidi, & testimonium perhibui, quia hic est filius dei. Splendida gloria, & gloriosus honor fili dei, filij hominis, ꝙ dum se submittit aquis, aperiuntur ei cœli, & spiritus sanctus uisibili specie super eum descendit, uoce simul audita de cœlo ⌊ hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. ⌋ Veruntamen in his omnibus nõ iam consummata gloria, imò glorię initium fuit, cuius utiq; finis postmodũ huic initio futurus erat

similis,

similis, ita ut baptizatus illo baptismo, de quo dixit, ego baptismo habeo baptizari, & quo modo coartor usq; dum perficiatur: confestim ascenderet de sepulchro ascensu resurrectionis, & aperirentur ei cœli, ut intraret in gloriam suam, atq; inde spiritũ sanctum mitteret discipulis suis, dicente sibi patre, sede à dextris meis. Vere igitur ait, sic em̃ decet nos implere omnem iustitiam, quia secundũ similitudinem illoꝝ quæ illic gerebantur, futurum erat postmodum, ut moreretur propter delicta nostra, & resurgeret propter iustificationẽ nostram. ¶ Quamuis in alijs quibuslibet aquis hoc idem mysteriũ potuisset celebrari, uerbi gratia, in Enon iuxta Salim, ubi Iohannes postea baptizasse legitur, qa aquę multę illic erant, tamẽ magis placet magisq; delectat factum hoc esse in aquis Iordanicis. Quam ob causam? Videlicet quia signũ siue figura horum olim in eisdem præfulserat aquis. Nã fluuius ille, scilicet Iordanis, ex eo cœpit esse memorabilis, quod mortuo Moyse & succedẽte Iosue, diuisis aquis transitum filijs Israël per alueum suũ præbuit sacerdotibus, qui portabant archam fœderis domini stantibus super siccam humum in medio Iordanis. Portaueruntq; (ait scriptura) filij Israël de medio Iordanis alueo duodecim lapides, ut dominus imperarat, iuxta numeꝝ filiorum Israël usq; ad locum in quo castrametati sunt, ibiq; posuerunt eos. Alios quoq; duodecim lapides posuit Iosue in medio Iordanis alueo, ubi steterant sacerdotes qui portabant archam fœderis, & sunt ibi usq; in præsentem diem. Lapides illos bis duodenos, prophetas intelligimus & apl̃os. Omnes prophetæ (inquit dominus) & lex, usq; ad Iohannem prophetauerunt. Bene ergo duodecim lapides in medio Iordanis alueo positi sunt, positi (inquã) non transpositi, neq; Iordanem transierunt, quoniam prophetæ non nisi usq; ad baptismũ Iohannis prophetauerunt, aut prophetare debuerũt, Christum esse uenturum. Porrò à baptismo Iohannis incipiens, duodecim apostolos elegit, & non perdidit ex eis quenq̃, & præcepit nobis (uit Petrus) postq̃ resurrexit à mortuis prædicare populo & testificari, quia ipse esset, qui constitutus est à deo iudex uiuorum & mortuoꝝ, huic omnes prophetæ testimonium perhibent. Bene ergo duodecim lapides alios portauerunt, de medio Iordanis, usq; ad locum in quo castrametati sunt, ibiq; posuerunt eos. ¶ Iosue, quod interpretatur saluator, qui Moysi successit, & filios Israhel in terrã promissionis introduxit, q̃ Moyses non fecit, ip̃e est iste filius hominis, qui Moysaicæ legi euangelium succedere iussit, & per illud credentibus in se regnum cœloꝝ aperuit. Sacerdotes, qui stabant in medio Iordanis, ut omnia complerentur, & donec festinans populus transiret, nulli melius intelliguntur q̃ hic idem filius hominis primus sacerdos noui, & Iohannes ultimus sacerdos ueteris sacerdotij, siue legis & prophetarũ finis. Igitur, quamuis (ut iam dictũ est) in alijs quibuslibet aquis baptizatus dominus baptismo Iohannis, sacramentum præsignare potuisset baptismi sui, iure magis placet, & ad honorem scripturarũ magis pertinet, quod baptizatus, & baptismo illo manifestatus est, in aquis Iordanicis. ¶ Hic illud pulchre occurrit, quod apl̃us, cum dixisset, nec quisq̃ sumit sibi honorem, sed qui uocatur à deo tanq̃ Aaron, subiungit atq; ait. Sic & Christus non semetip̃m clarificauit ut pontifex fieret, sed qui locutus est ad eum, filius meus es tu, &c̃. Deniq; illa prædicatione pœnitentiæ, & baptismo Iohannis uocatus & clarificatus est à deo filius hominis Iesus Christus, ut pontifex fieret tanquam Aaron, id est, iuxta quod præfiguratũ est in Aaron. Aaron quippe non nisi prius aqua lotus, sacerdotio fungi iussus est, & uestimenta suscepit sacerdotalia, scilicet fœminalia linea, subuculam lineam, baltheũq; & tunicam, superhumerale, & rationale, cydarim quoq;, & in fronte laminam sacræ uenerationis, habẽtem inscriptum tetragrammaton, ineffabile nomen dei, quod octauũ decus pontificis, maxime illam designat ecclesiam & honorem, de quo loquimur, filij hominis, de quo apl̃us ait. Propter quod & deus illum exaltauit, & donauit illi nomen quod est super omne nomen, &c̃. ¶ De alijs indumentis quid gloriæ quid honoris singula mystice significent, perscribere, præsentis non est negotij, nisi hoc solũ, quia quod primum, siue in initio consecrationis suæ, sacerdos Aaron iussus est aqua lauari, in figura contigit illi, huius summi et ueri sacerdotis, qui in initio suę functionis, siue sacerdotij sui, habebat baptizari baptismo Iohannis, et cætera quidẽ ueteris illius sacerdotij ministeria, figuræ uel umbræ fuerũt mysteriorum cœlestis et ueri huius sacerdotij, sed ex magna parte similitudo deficit. Ille nanq; et

Lucæ. j. 2

Psalm̃. jo. 9

Roma. 4.
Iohan. 3.
Cur in Iordane uoluit baptizari Chr̃s.

Iosue. 4.

Matth. jj

Actuum. jo

Iosue typum Chr̃i gessit

Hebræ. 5
Aaron quoq; typum Christi gessit.

Exodi. 29.
Leuit. 8.

Philip. 2.
Sacerdotium Chr̃i præstantius q̃ Aaron

Hebræ. 10. cæteri sacerdotes, qui morte prohibebantur permanere, habebant cotidie necessitatẽ, quẽ admodum sacerdotes prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi. Hic autem ciusmodi necessitatem non habuit, sed semel hoc fecit, offerendo se non pro suis, sed pro populi delictis. ¶ Inchoatio sacrificij siue oblationis, qua semetipsum obtulit, ieiunium fu-

Lucæ. 4 it, quod continuo ieiunauit, & cum ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctib⁹ postea esurijt. Ita nanq; incipiens agere pœnitentiam non pro suis (ut iam dictum est) sed pro populi delictis, laborare non desiit, operans opus salutis, in omnibus obediens usq; ad

Deute. 18. mortem, mortem autem crucis. ¶ Vere ergo fidelis & uerax deus, impleuit quod locutus

Propheta p Moyse suscita eus, Christus. est. Timebat olim populus audire uocem domini dei, & ultra (inquit) non audiam uocem domini dei mei, & ignem hunc maximũ amplius non uidebo, ne moriar, & ait dominus Moysi, Bene omnia sunt locuti. Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suoꝝ similẽ tui, & ponam uerba mea in ore eius, loqueturq; ad eos omnia quæ præcepero illi. Hunc prophetam esse istum filiũ hominis, certum est. Quomodo hunc populus ille petiuit, aut petere sciuit? Cum em̃ dixisset Moyses prophetam de gente tua, & de fratribus tuis sicut me, suscitabit tibi dominus deus tuus, ipsum audies, subiunxit atq; ait, Vt petisti à domino deo tuo in Oreb, quando contio congregata est. Non inuenimus aliter petisse populũ, ni-

Exod. 20 si ita ut scriptura refert. Cunctus autem populus uidebat uoces & lampades, & sonitũ buc cinæ, montemq; fumantẽ, & perterriti ac pauore concussi, steterunt procul dicentes Moy si. Loquere tu nobis, & audiemus. Non loquatur nobis dominus, ne forte moriamur. Si ergo uerba hæc populi pro petitione deus accepit, huius prophetæ domini tanq̃ popu-

Exodi. 4 lus ita peteret, ut petierat ipse Moyses, obsecro domine mitte quẽ missurus es, quid nisi ab undantiam intelligere debemus gratiæ exaudientis, qui ubi & humiliter petitur, superab-

Ephe. 3. undanter dare cõsueuit? Hinc em̃ apostolus dicit, Ei autẽ qui potens est omnia facere, su perabundanter, q̃ petimus aut intelligimus, secundũ uirtutem, quæ operatur in nobis, ipsi gloria in ecclesia, & in Christo Iesu, in omnes generationes seculi seculoꝝ, amen. Fidelis (inquã) & uerax deus, hic impleuit, quod illic locutus est, & hoc testatur columba, imò spi ritus dei, quem uidit descendentẽ sicut columbã, & uenientem super se uidit, & Iohannes

Iohãnis. 1. (sicut alius Euangelista testatur) ait, & ego uidi, & testimoniũ perhibui, quia hic est filius

Fortitudo dei p spẽm ignis designata. dei. ¶ Quàm dissimiles species hic atq; illic: Hic species columbæ. illic uoces & lampades siue maximus ignis, & mons fumans, & sonitus buccinę. Proinde non leuiter accendendũ quod apud aliũ Euangelistam Baptista Iohannes cum dixisset, ego baptizo in aqua, subiũ

Ibidem. xit, medius autem uestrũ stetit, quem uos nescitis, &c. Puta illum respexisse ad iam dictam promissionem dicentis ad Moysen, prophetam suscitabo illis de medio fratrum suoꝝ, si milem tui, & iccirco dixisse, medius autem uestrũ stetit, quem uos non scitis, ut ita subintel ligas, ac si dixerit. Ille, cuius fortitudinẽ sustinere non potuit populus, significatam sibi per speciem ignis, & dixit ad Moysen, ultra non audiam uocem domini dei mei, & ignẽ hunc maximũ amplius non uidebo, ne moriar loquere tu nobis & audiemus, non loquatur no bis dominus ne forte moriamur. Ille (inquã) abscondita fortitudine zeli ignei, similis factus Moysi, id est homo uerus ut Moyses fuit, medius uestrũ stat, tolerabilis atq; affabilis, mi tis & humilis sicut columba, non sicut ignis, et nunc talis de medio uestrũ suscitatur uobis ut et loquatur uobis dominus, et non magis moriamini, q̃ si Moyses loq̃retur uobis, si hũc

Deute. 18 audire uultis. Nam si audire nolueritis, et illic dictũ est, ego ultor existam, et hic dico uobis

Matth. 3. quia uentilabrũ in manu sua, et permundabit aream suã, et cõgregabit triticum suũ in hor reum, paleas autem cõburet igni inextinguibili. ¶ Nusquã sacra canonica refert scriptura

Spũs. in spe cie ignis. q̃ super aliquem sanctoꝝ, siue in aliquibus operibus suis spiritus sanctus, spũs domini, ta le præsentiæ suæ signum dederit. Quis alius nisi spiritus iste domini per Moysen operat⁹

Exodi. 8 est in exitu filiorũ Israhel de terra Aegypti? Denicq; hoc non soli confessi sunt magi, dice

Esaiæ. 63. do, digitus dei est hic, uerũ etiam Esaias ita declamãdo dicit. Vbi est qui eduxit eos de ma ri, cũ pastoribus gregis sui? Vbi est qui posuit in medio eius spiritũ sancti sui? Qui eduxit ad dexterã Moysen brachio maiestatis suæ, qui scidit aquas ante eos, ut faceret sibi nomen sempiternũ, qui eduxit eos per abyssos, quasi equũ in deserto non impingentem, quasi ani mal in campo descendens? Spiritus dñi ductor eius fuit, Ergo per Moysen operatus est

iste spũs

ſtes ſpiritus in exitu Iſrahel de terra Aegypti, & ubi quinquageſimo die, præſentiæ uel operationis ſuæ ſignũ dare uoluit, non ſpecies columbæ, ſed ſpecies ignis apparuit, ita ut diceret populus id quod iam ſupra dictũ eſt, & ignem hunc maximũ amplius non uidebo, ne moriar. Item ubi poſt reſurrectionẽ huius filij hominis, quinquageſimo die ſuper diſcipulos eius uenit, & præſentiæ ſuæ ſignũ dare uoluit, non ſpecies columbæ apparuit, ſed apparuerunt illis diſpertitæ linguæ, tanquã ignis. Itẽ, qui tollere ſolebat Heliam, ſine dubio erat iſte ſpiritus domini, unde & Abdias, cunctis receſſero à te (inquit) ſpiritus domini aſportabit te in locũ quem ego ignoro, & ubi gratiæ, quã Heliæ contulerat, ſignũ dare uoluit, non ſpecies columbæ, ſed ſpecies ignis apparuit. Cũ eñ pergerent, & incedentes ſermocinarentur, uidelicet Helias & Helizæus, ecce currus igneus, & equi ignei diuiſerunt utrũq;, & aſcendit Helias per turbinẽ in cœlũ. Nec hic, nec illic ipſa ſpiritus ſancti ſubſtantia uiſa eſt mortalibus, aut uideri potuit, ſed ubi & quomõ uoluit, cõpetens operatiõis uel præſentiæ ſuæ ſignũ dedit, ita ut nuſquã ſuper ipſum dominũ in ſpecie ignis, nunquã ſuper aliquem ſanctorũ in ſpecie columbæ uiſus ſit. Quare? Videlicet quia diuina natura, quæ uel cuius plenitudo in iſto filio hominis Ieſu Chriſto corporaliter inhabitat, ſatis per ſemetipſam feruida eſt, iuxta illud, eterñ deus noſter ignis conſumens eſt, & iccirco nobis expediebat, ut fortitudinẽ eius pietas temperaret, & hæc congrue per ſpeciem colũbæ ſignificata eſt. Porrò noſtra, id eſt, humana natura per ſemetipſam tepida, imò & nimis frigida eſt, iuxta illud, & quia ſuperabundauit iniquitas, refrigeſcet charitas multorũ, & iccirco expediebat, homines dei zelo bono calefieri, qui uidelicet zelus congrue ſignificatus eſt per ſpeciem ignis. ¶ Nullo libentius modo illud intellexerim, quod & Iohannes apud Lucã dicit, Ipſe vos baptizabit in ſpiritu ſancto & igni. Et Eſaias, ſi abluerit (inquit) dominus ſordem filiarũ Syon, & ſanguinẽ eius lauerit de medio eius in ſpiritu iudicij & ſpiritu ardoris: quam ut duo data ſpiritus ſancti, duabus dictiõibus iſtis putem ſignificari, in ſpiritu ſancto & igni, ſiue in ſpiritu iudicij & ſpiritu ardoris. Iſte nanq; unus idemq; dominus & ſpiritus ſanctus eſt & ignis, unus idẽq; & ſpiritus iudicij & ſpiritus ardoris: iudicij inquã id eſt diſcretionis, quia fidelem ab infideli diſcernens, remiſſionem peccatorũ per fidem tribuit, quod eſt datũ primũ: ardoris autem, quia purgatũ à peccatis hominem, deinde boni zeli igne accendit, quod eſt datum ſecundũ. Vtroq; dato perficitur atq; conſummatur baptiſmus Chriſti, cũ aqua quæ de latere eius exiuit: & iccirco Iohannes, cũ de ſemetipſo dixiſſet, Ego baptizo uos in aqua, continuo, ut declararet quanto melior baptiſmo ſuo foret baptiſmus Chriſti, ipſe (inquit) uos baptizabit in ſpiritu ſancto et igni. Hanc Iohannis, imò ſuam uel patris, promiſſionẽ ipſe dominus ante paſſionẽ ſuam confirmare ſolebat apoſtolis ſuis, ſicut et poſt reſurrectionẽ ſuam eum cõmemoraſſe Lucas hoc modo deſcribit. Et conueſcens præcepit eis, ab Hieroſolymis ne diſcederent, ſed expectarent promiſſionem patris, quam audiſtis (inquit) per os meũ, quia Iohannes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini ſpiritu ſancto nõ poſt multos hos dies. Iam quidem patrẽ illius promiſſiõis, id eſt, primum acceperant ſpiritus ſancti datũ, quod eſt remiſſio peccatorum: quia ſtans in medio illorũ, qua die reſurrexit, inſufflauit et dixit, accipite ſpiritum ſanctũ, quorũ remiſeritis peccata, remittuntur eis: et tamen cõueſcens præcepit eis, ut expectarẽt promiſſionẽ patris, quia uidelicet reſtat ſecundũ eiuſdẽ ſpiritus ſancti datũ, de quo et poſtmodũ dixit, ſed accipietis uirtutẽ ſuperuenientis ſpiritus ſancti in uos, etc. Sicut ſolus de ſpiritu ſancto conceptus eſt, ita ſolus hic in ſpiritu ſancto baptizat: nam Iohannes adhuc quidem ex utero matris ſuæ, ſpiritu ſancto repletus eſt, ſed nõ de ſpiritu ſancto conceptus eſt et iccirco in ſpiritu ſancto baptizare nõ potuit, ſed cũ cæteris ſanctis gratiam ſpiritus ſancti de plenitudine huius accepit, ſicut ipſe quodam loco teſtatur, et de plenitudine eius nõ omnes accepimus. ¶ Quid tandẽ ſibi uult, uel quã ob cauſam de cœlo uenit uox dicentis, hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene cõplacui? Quid inquã, niſi hoc idẽ, quod ſpiritus dei ſicut columba deſcendens et ueniẽs ſuper eũ, et hoc idẽ quod uerbũ factũ (ut Lucas meminit) ſuper Iohannẽ Zachariæ filiũ. Ad hoc denique et uerbũ dñi ſuper Iohannem factũ eſt, ad hoc ſpiritus ſanctus deſcendit, ad hoc uox patris de cœlo audita eſt ut ſufficiens legitimũq; perficeretur teſtimoniũ ſuper iſto, q̃ Chriſtus eſſet, q̃ filius dei eſſet, non

3.Reg.ij.

4.Reg.ij.

Coloſ.ij.

Deut.4. Hebræ.iij.

Matth.24

Leuit.3. Eſaiæ.4. Baptizare in ſpũ ſcto & igne quid eſt.

Actuum.j

Iohan.20.

Iohan.1.

Lucæ.3.

Testimoniũ de Iesu a tota trinitate.

alius, sed iste pauper, iste Iesus à Nazareth, iste qui putabatur filius Ioseph. In testimoniũ ueritatis huius hoc totũ factũ est, ut secundũ legem diuinã stabile fieret testimoniũ, quia scriptũ est in lege, In ore duoꝝ uel uel triũ testiũ stabit omne uerbũ. Hinc Iohannes Euangelista dicit. Et tres sunt qui testimoniũ dant in cœlo. Pater, & uerbũ, & spũs sanctus. Persona patris ex uoce, q̃ de cœlo uenit, audita est: persona spũs sancti, cœlis apertis, sicut columba descendit: psona uerbi p̃ sens quidẽ aderat in carne, sed silebat, neq; illa hora qua loquebatur testimoniũ sui: licet quodã loco dicat, ego sum qui testimoniũ phibeo de meipso: in Iohanne aũt testimoniũ perhibebat, quia sup Iohannẽ (sicut iam dictũ est) propter hoc perhibendũ testimoniũ, uerbũ dñi factũ fuerat. Hoꝝ triũ attendens testimoniũ ipse, aduersarijs suis dicebat. Si ego testimoniũ perhibeo de me: ubi subintelligendũ est, sicut solent hoies de semetipsis testimoniũ perhibere, & p inanẽ gloriã semetipsos cõmendare: testimoniũ meũ non est ueꝝ. Alius est qui testimoniũ phibet de me, & scio quia ueꝝ est testimoniũ qd̃ perhibet de me. Vos misistis ad Iohannẽ, & testimoniũ phibuit ueritati. Ego aũt non ab hoĩe testimoniũ accipio, ego aũt habeo testimoniũ maius Iohãne. Hæc & cætera aduersus malicioſam illoꝝ inuidentiã dixit, q accipere nolentes, & se scire dissimulantes testimoniũ dei, q in testificando non p̃t falli, & cuius testimoniũ ex manifestis opibus poterat cognosci, miserũt ad Iohannẽ hominẽ, quẽ sperabant posse falli, at ille nõ falsus est sed testimoniũ phibuit ueritati. ¶ Tunc uticꝝ miserũt ad eũ, sperãdo eũ posse falli & agere, uolẽdo ut posset falli, qñ facta est quæstio ex discipulis Iohãnis, cũ eis scilicet ludeis de purificatõe, & uenerũt ad Iohannẽ, & dixerũt ei. Rabbi, qui erat tecũ trans Iordanẽ, cui tu testimoniũ phibuisti, ecce hic baptizat, & oẽs ueniunt ad eũ. Iccirco nãq; sic inceperũt, ut inuidiæ aut zeli flãma ureret animã Iohãnis, atq; ita cõformatus illis, id est, inuidens factus cũ inuidis, diceret aliquid qd̃ esset cõtrariũ ueritati. At ille testimoniũ phibuit ueritati, nõ potest (inquiens) homo accipere quicq̃, nisi fuerit ei datũ de cœlo, & cætera, usq; q credidit in filiũ, habet uitã æternã, qui aũt incredulus est filio, nõ uidebit uitã, sed ira dei manet sup eũ. Magnitudo testimonij, & ex specie colũbæ, & ex eo q̃ cũ dixisset pater, tu es filius meus dilectus, addidit, in quo mihi bene cõplacui, reuerẽter debet agnosci. Nã species colũbæ, id est spũs sanctus, descendens & manens sup eũ in specie columbæ hoc testificat, quia in ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, sicut columba totũ quiddã est, cui pars corporis nulla deest. ¶ Et hoc dictũ, in quo mihi bene cõplacui, hoc testificatur, quia talis hic filius sola & unica dei patris gloria est, & uere in isto solo gloriatur cunctorũ mirabiliũ bonorũq; omniũ mirabilis operator deus, quia tale nihil fecit, quale est iste filius, secundũ diuinitatẽ increatus, secundũ humanitatẽ creatus & factus. Cũ nõdũ esset hõ factus, erat, ut nunc est, imago dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ, & in ipso (ait aplus) condita sunt uniuersa, in cœlis & in terra, uisibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates. Omnia p ipsum & in ipso creata sunt, & ipse est ante oẽs, & omnia in ipso constant. Vbi homo factus est, extunc ipse est (ait idẽ aplus) caput corpis ecclesiæ, qui est principiũ, primogenit⁹ ex mortuis, ut sit in oĩbus ipse, primatũ tenẽs, qa in ipso cõplacuit, oẽm plenitudinẽ diuinitatis corporaliter habitare, & p eũ recõciliari oĩa in ipso, pacificans p sanguinẽ crucis eius, siue q̃ in terris sunt, siue q̃ in cœlis. Recte igitur pater gloriosus & hic dicit, in quo mihi bñ cõplacui, et eundẽ in psalmo gloriam suã appellat, dicens ad eũ, Exurge gloria mea. De manifestatione eius, hactenus pro posse dictũ est. Manifestatus aũt, quo ul quali ordine procedere incepit. L Tunc Jesus (ait Euangelista) ductus est in desertũ a spiritu, vt tentaretur a diabolo, & cũ ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, postea esurijt. ⌋ Ecce quale q̃ pulchrũ medicantis diuinitatis consiliũ, ut duceret hunc secundũ hominẽ in desertũ ad ieiunandũ, & ad tolerantiã tentationũ, & non tam in paradysum ad manducandũ, ubi posuerat hominẽ primũ. Dubitatũ est super hoc à quibusdã, propter hoc qd̃ subdit. Assumpsit eũ diabolus in sanctã ciuitatẽ. Et rursum. Assumpsit eũ in montẽ excelsum. ¶ Sed uere, & absq; ulla quæstione cõuenienter accipitur, ut à sancto spũ in desertũ ductus credatur, ut illic eũ, suus spũs duceret, ubi hunc ad tentandũ malignus spũs inueniret, & eisdẽ modis à secundo homine uinceretur, quibus primũ hominem se uicisse gloriabatur. Contra primum quip⁹

Iohan. 8.
Iohan. 5.

Iesus tẽtatus a Iudæis per discipulos Iohannis.

Iohan. 3

Coloſ. 2.

Chr̃s gr̃a & delitiæ p̃r̃is.

Coloſ. 1.

Psalm. 107

CAP. IIII

Iesus ductus est a suo spiritu in desertũ.

mum quippe hominẽ parentem nostrũ in tribus se tentationibus exerit, quia hunc uidelicet gula, uana gloria, auaritia tentauit, & tentando superauit: sed eisdem modis (ut iam dictum est) secundo homini tentato succubuit. Igitur ipse dominus deus, qui tulit hominẽ, Gene. 2.
quem formauerat, & posuit eũ in paradyso uoluptatis, ut operaretur & custodiret illũ, prę
cepitq; ei dicens, ex omni ligno paradysi comede, de ligno autem scientiæ boni & mali ne
cõmedas: permisitq; eũ tentari, ut manifesta fierent & angelis & omnibus superuenturis
seculis quę erant in corde eius, ipse hunc hominem secundũ, quem de uentre uirgineo for
mauerat, tulit, siue (ut alius Euangelista scripsit) expulit in desertũ, expulit (inquam) tanq; Marci. I.
reum, & illius primi hominis portantem reatũ, quia ipse posuit in eo iniquitates omnium Esaiæ. 53.
nostrũ ut inciperet uapulare ieiunando quicquid in illo uno comedente peccauerunt. Per Collatio pri
pulchrũ est collationem facere illius primi hominis & secundi, in eo q; ille positus fuit in mi & secun
loco amœnitatis & sacietatis, & excepto uno ligno appositæ sunt ei omnes delitię parady di Adæ.
si, & tamen in illa tali & tanta sacietate, de gula in uno tentatus tam facile succubuit: Hic
autem expulsus est in locum horroris & uastæ solitudinis, & quadraginta dies ieiunium
impositum est ei, quo peracto esurijt, & tamen in illa esurie de necessario pane tẽtatus, ten
tationi non succubuit, ut utiliter demonstraret insidiatori per miracula sua, quod esset filius
dei, unde postmodum plenius dicendum erit. ¶ Perpulchra inquam (ut iam dictum est)
collatio ex comparatione huius secundi & illius primi hominis: ueruntamen quoniã non
solum illud originale peccatũ, uerum etiã actuales deus posuit in eo iniquitates omniũ no
strum, & ipse puer ille est, de quo propheta prædixerat, quia puer Israhel est, & ego dilexi
eũ, & ex Aegypto uocaui filium meũ, cuius prophetici præconij præsens Euãgelista su Osee. jj.
perius meminit, libet latius explanare sacramentũ hoc tentationum, quas pro nobis puer
iste sustinuit: & quia tres fuerunt tentationes, singulaq; causas siue rationes, per ordinẽ de
sacris proferre scripturis. ¶ Igitur uocatus ex Aegypto puer Israhel, filius dei, dominus Ie Tres tẽtatões
sus, postquã habitauit Nazareth, ubi & nutritus est, & postq; aquas baptismi transiuit, du Chri, contra
ctus est desertũ à spiritu, & cũ ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus, ten tres tentatio
tatus ipse, & fidelis inuentus est in tribus tentationibus, ut patrũ suoq;, filorũ Israhel, toti nes in deserto
dem & easdem tentationes euacuaret atq; deleret: qui educti de terra Aegypti post quam
aquas maris rubri transierunt, quadraginta annis per desertũ circumducti sunt, & tentati
sunt, quia tentauerunt & infideles inuenti sunt. Easdem & totidẽ fuisse tentationis illorũ:
quas et quot puer iste iam dictus sustinuit, puer Israhel quẽ ego dilexi, ait in propheta dñs, Exodi. j6.
ex ordine per scripturã demonstrandũ est. Prima fuit tentatio de panibus, sicut scriptum
est, Et murmurauit omnis congregatio filioq; Israhel contra Moysen et Aaron in solitu
dine, Dixeruntq; ad eos filij Israhel. Vtinã mortui essemus per manũ domini in terra Ae
gypti, quando sedebamus super ollas carniũ, et comedebamus panes in saturitate. Cur e
duxistis nos in desertũ istud, ut occideretis omnẽ multitudinẽ fame, Dixit aũt dñs ad Moy
sen, Ecce ego pluam uobis panes de cœlo, etc. Tentatio fuit hæc non fideliũ, sed infideliũ,
um, non quia panem petierunt, sed quia male et absq; fide petierunt. Hinc est illud, saluo
sacratiore intellectu, et tentauerunt deũ in cordibus suis, ut peterent escas animabus suis, Psalm. 77.
et male locuti sunt de deo, Dixerunt. Nunquid poterit deus parare mensam in deserto?
Nunquit panẽ poterit dare aut parare mensam populo suo? Quia sic tentauerunt, iccirco
tentati sunt in eo ipo, in quo tentauerunt. Cum eñ dixisset dñs, Ecce ego pluam uobis pa Exodi. j6.
nes de cœlo, egrediatur populus et colligat quæ sufficiant per singulos dies, subiunxit atq;
ait. Vt tentem eũ, utrum ambulet in lege mea an non. Die aũt sexta parent quod inferant,
et sit duplum quam colligere solebant per singulos dies. Quod cum fecissent, duobus mo
dis comprobatũ est q; in lege dei nõ ambularent, quia cũ dictum esset eis, nullus relinquat
ex eo in mane, non audierunt, sed dimiserunt quidam ex eis usq; mane et scatere cœpit uer
mibus atq; cõputruit. Item cũ dictum esset eis, sabbatũ domini est, iccirco nõ inuenietur,
nihilominus egressi sunt ut colligerent, et non inuenerunt. Dixit aũt dñs. Vsq; quo nõ uul
tis custodire mandata mea, et legẽ meam? ¶ Sic incipiens populus ille per hoc uiciũ, scili
cet p gulæ intemperantiã deliquit, et si recte consyderes, pestis ista, scilicet uiciũ gulæ, per Viciũ gulæ
maxima est uexatio generis humani, ex qua suboriuntur plurima sæua atq; mortifera uitia sæua pestis.

carnis, & hæc iniquitas accidit ex radice peccati, quo primus homo (de quo supra dictum est) uetitum lignum momordit. Quomodo iste puer Israhel nostrũ hoc uicium in semetipso puniuit & emendauit? Primum quadraginta diebus, & quadraginta noctibus ieiunauit, & deinde cum esuriret, comedere noluit ad suggestionem tentatoris. Quadraginta in quam diebus, & quadraginta noctibus ieiunauit, & ulterius siue diutius ieiunando illum affligi, nimiæ fuisset seueritatis. Dicit enim sacra lex, cui per omnia deus homo factus obedire dignatus est. Sin autẽ iudices eum, qui peccauit, dignum uiderint plagis, prosternent & coràm se facient uerberari. Pro mensura peccati erit, & plagarum modus, ita dumtaxat ut quadragenarium numerum non excedat, ne fœde laceratus ante oculos tuos abeat frater tuus. Vnus idemq; puer iste sæpedictus, scilicet Christus, & iudex erat & quasi reus, & coràm iudicante diuinitate sibimet insita uera humanitas eius prostrata, ieiuniorũ plagis uerberabatur, nõ quia peccauerat, sed quia peccata gulæ nostræ super se susceperat. Vlterius non debebat extendi ieiuniũ, quia (sicut iam dictũ est) sacra iubebat lex, ut plagarũ modus quadragenariũ non excederet numerũ. ¶ Itaq; humilitatem flagellati iam debuit gloria sequi, non gloria inanis, sed gloria uera, gloria dei. Inanis gloria fuisset, si secundũ suggestionem tentatoris fecisset, dicentis. ⌊Si filius dei es, dic ut lapides isti panes fiant,⌋ Forte enim putas, quia gloriam suam manifestauisset, si ad eius dictũ lapides facti fuissent panes, sicut in eo gloriam suam postmodum manifestauit, quod ad eius nutum aqua in uinum conuersa est: sed non ita est. Vbi enim hoc fecit initium signorum, & sic manifestauit gloriam suam, non gloria fuit inanis, sed gloria cum fructu, quem uidelicet fructum protinus Euangelista præsentat dicens, & crediderunt in eum discipuli eius. Nunquid crederet in eum tentator insidiosus, aduersarius antiquus, si lapides conuertisset in panes? Dicit aliquis, Nobis ad fidem uel ad cognoscendam dei gloriam profuisset, qui legeremus, si ita factum fuisset. Imò magis hoc nobis ad gloriam dei prodest quod legimus, quia testimonium suæ diuinitatis dei filius diabolo communicare dedignatus, hoc potius respõdit, ⌊Scriptum est, Non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo quod procedit de ore dei,⌋ & remoto diabolo à participatione, siue præsentia refectionis, accesserunt angeli & ministrabant ei. Scriptũ est aũt taliter hoc in libro Deuteronomij. Adduxit te dñs deus tuus quadraginta annis per desertũ, ut affligeret te atq; tentaret, & nota fierent q̃ in tuo animo uersabantur, quia nõ in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo qđ egredietur ex ore dei. ¶ Secũda tentatio fuit afflictio sitis & penuria aquæ, de qua sic scriptũ est. Igitur perfecta omnis multitudo filiorũ Israël de deserto Syn per mansiones suas, iuxta sermonẽ dñi, castrametata est in Raphidim. Vbi non erat aqua ad bibendũ populo. Qui iurgatus contra Moysen ait. Da nobis aquã ut bibamus, & cætera usq;, & uocauit nomen loci illius tẽtatio propter iurgiũ filiorũ Israël, & quia tentauerunt dominũ dicentes, est ne dominus in nobis, an non. Ita miro modo populus & tentabat & tentabatur, & iccirco quia tentabat, iusto iudicio tentabatur. Nam quod populũ tentaret dominus, Moyses loco suprædicto testatur, ut affligeret te inquiens atq; tentaret dñs deus tuus & nota fierent, quæ in tuo animo uersabantur. Quod autem ibi quoq; populus dominũ tentauerit, hoc dicto satis innuit, & uocauit nomen loci illius tentatio, quia tentauerunt dominũ dicentes, est ne dñs in nobis an non. Super hac re, id est, super penuria aquæ, non tantũ semel, uerũ etiam & alia uice tentauit & tentatus est & in illam tentationem Moyses quoq; et Aaron inciderunt, ita ut dicerent: Audite rebelles et increduli, Num de petra hac uobis aquam poterimus eijcere? Dixitq; dominus ad eos. Quia non credidistis mihi, ut sanctificaretis me, coràm filijs Israhel, non introducetis hos populos in terram quam dabo eis. Hoc fuit curiositatis uicium, quia tentauerunt dominum dicentes, est ne dominus in nobis an non ¶ Quomodo hic sæpedictus puer Israhel super hoc uicio tentatus est. ⌊Assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem, & statuit eum supra pinnaculum templi, & dixit ei, Si filius dei es, mitte te deorsum, Scriptum est enim, Quia angelis suis mandauit de te, & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Ait illi Jesus. Scriptum est, Non tentabis dominum deum tuum.⌋ Hoc itidẽ sicut et primum resp̃onsum, scriptum est in libro Deuteronomij, Non tentabis (ait Moyses) dominum deũ tuum,

Cur nõ ultra 40. dies Chr̃s ieiunauit.

Deute. 25.

Gloria Christi uera, non inanis.

Iohan. 2.

Deute. 8.

Tentatio secũda in siti. Exodi. 17

Nume. 20

Deut. 6.

tuũ, statimq; subiungit, sicut tentasti in loco tentationis: qui uidelicet locus non alius intelligendus est, nisi ille, iam dictus, de quo ait, & uocauit nomen loci illius tentatio, quia tentauerunt dominũ dicentes, est ne dñs in nobis an non? ¶ Sane qđ hic dicit, scriptũ est, Non tentabis dominũ deũ tuũ, & postmodũ, scriptũ est, ait, dominũ deũ tuũ adorabis, & illi soli seruies, non sic accipiendũ est, tanq̃ ipse diabolũ corrigere uoluerit, & sic eũ docere, ac si diceret. O diabole, noli me tentare dominũ deum tuũ, quia scriptura tibi contradicit, & ab hoc te cõpescere intendit: tu mihi dicis, Hæc omnia tibi dabo si cadens adoraueris me, sed tu potius me dominũ deũ tuũ adorare debes, quia scriptura dicet tibi, Dominũ deum tuũ adorabis, & illi soli seruies. Hoc uel suspicari nimis absurdũ est, Nunquid eñ deus aut dei filius, diaboli deus aut dominus uocari dignatur? Absit hoc, Magnæ nanq; est gratię, dominũ deũ creatorem omniũ uelle cuiuspiã uocari deũ. Hinc apl'us, cum de fide patrũ multa fuisset præclara locutus: fide (inquiens) qui uocatur Abraham obediuit in locum exire, quẽ accepturus erat in hæreditatẽ, & exijt nesciens quo iret, &c̃. interea sic intulit. Ideo nõ confunditur deus uocari eorum deus, parauit eñ illis ciuitatem. Si nec diaboli confunditur uocari deus aut dominus, quæ gratia uel quæ beatitudo resonat in hoc dicto de patribus, ideo non confunditur deus, uocari eoꝝ deus? Cum igitur dicit diabolo, scriptũ est, dominũ deum tuũ adorabis, & illi soli seruies, cũ (inquam) dicit, scriptũ est, subaudiendum est homini, quia reuera non diabolo, sed homini scriptũ est, quicqd loquitur aut præcipit lex. Est ergo sensus. Nec ego homo, nec quisquam alius homo, tibi aurem præbere debet, ut dominũ deum suum tentet, siue ut cadens ò diabole te adoret, sed audire debet uocem scripturæ dicentis, non tentabis, & solum dominum deum tuum adorabis. ¶ Tertia tentatio fuit illius populi, qui quoniam tentauerat, iure debebat tentari, ubi Aaron quoq; tentationem incidit, ut contra hoc dictum legis faceret. Dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Nam sicut puer aliquando uoluntati suæ dimittitur, ut remoto magistro siue pædagogo pareat ex occasione licentiæ, quale sit studium eius: ita dimissus sibi est idem populus, ascendente Moyse in montem, ubi & fuit quadraginta diebus & quadraginta noctibus, & non fuerat præfinitum quando foret reuersurus, Tunc illud contigit quod scriptura refert. Videns autem populus, quòd moram faceret descendendi de monte Moyses, congregatus aduersus Aaron ait. Surge, fac nobis deos qui nos pręcedant. Moysi eñ huic uiro qui nos eduxit de terra Aegypti, ignoramus quid acciderit. Tunc reuera populus cecidit, & in forma uituli diabolum adorauit, & quis non audiuit, quis legendo admirari non potuit, quàm pertinax, quàm pronus in illo tali casu suo semper fuerit. Sed uenit hic alter Israhel, qui legem solus impleret, qui cuncta faceret præcepta iustitiæ quæ præcepit lex. ¶ Vnde notandum, quia cuncta, quibus tentatorem relidit, testimonia tãtum de Deuteronomio sumit, quod uidelicet Deuteronomium quod dicitur hoc est, id est, secunda lex, sicut & ipse alter siue secundus Israhel dicitur & est, iuxta illud propheticum (cuius & hic Euangelista meminit, & nos in locis suis tractauimus) testimonium, quia puer Israhel est, & ego dilexi eum, & ex Aegypto uocaui filium meum. Ergo iste alter siue secundus est Israhel, post illum Israhelem patrem duodecim tribuum, qui primitus in Aegyptum descendit, & † multitudinem Israheliticam quæ inde ascendit: & hæc secunda lex huic maxime posita est. Nam illi præuaricatori populo Israhel posita est lex cærimoniarum carnalium, quarum circa ritum cæteri uersantur MOYSI libri. In isto libro Deuteronomij, id est, secundæ legis, ferè nihil de Cæremonijs agitur, sed cuncta sunt præcepta iustitiæ, præcepta charitatis: & cuncta ferè ad personam numeri singularis familiariter dicuntur, ea quæ spiritualia continent mysteria uitæ & salutis, & sic Israhel compellatur quasi unus homo, quia hic uerè futurus erat unus homo, qui fideliter & perfecte cuncta persolueret, quæcunque deo debebat homo, & hic est uerus Israhel uere directus cum deo. Exempli gratia. Et nunc Israhel quid dominus deus tuus petit à te, nisi ut timeas dominum deum tuum, & ambules in uijs eius, & diligas eum, ac seruias domino deo tuo, in toto corde tuo, & in tota anima tua, custodiasq; mandata domini, & Cærimonias eius quas ego hodie præcipio, ut bene sit tibi. Hæc & his similia, quæ iam familiariter et sic dicuntur quasi uni, iste unus bene audiuit, et bene impleuit:

Exodi. j7.

Deus nõ debet dici deus aut dominus diaboli.

Hebræ. jj.

Tertia tẽtatio in uitulo conflatili.

Deut. 6.

Exodi. 32.

Cur Chr̃s solũ ex Deu. hic allegauit.

Osee. jj.

addo † post

Deute. jo.

easdemq; tentationes, in quibus ille prior Israhel, id est, populus Israhel, pro parte reproborum inuentus est infidelis, & etiã pro parte electoꝝ repertus est uix parumper fidelis: easdem (inquam) iste sustinens, inuentus est fidelis, sic præsens testatur locus euangelij, unde & completa est illi fides conuentionis, quam innuens, cum dixisset, ut custodias quæ ego hodie præcipio, protinus addidit, ut bene sit tibi. ¶ Porrò illa ostentio diaboli qualis putas

Quæstio. extitit? Qualiter omnia regna mundi & gloriam eorum homini diabolus simul ostendere potuit, & (ut ait Lucas) in momento temporis? Neq; enim natura rerum siue oculorum hoc admittit, ut de monte quolibet, quantumuis excelso, cuncta terræ regna regnorumq; omnium gloria simul & in momento possit ab homine perspici. Nihil tale uspiam sacra scri-

Greg. in dialog. li. 2. ca. 35 ptura gestum meminit, quin quod beatus papa Gregorius de uno uitæ uenerabilis uiro, nomine & gratia Benedicto, refert, quia dum quiescentibus fratribus instans uigilijs nocturnæ orationis tempora peruenisset, ad fenestram stans & omnipotentem dominũ deprecans, subito uidit fusam lucem desuper cunctas noctis tenebras effugasse, tantoq; splẽdore clarescere, ut diem uinceret lux illa, quæ inter tenebras radiasset. Mira autem ualde res in hac speculatione secuta est, quia sicut post ipse narrauit, omnis etiam mundus, uelut sub uno solis radio collectus, ante oculos eius adductus est. Verum illa res admirationem habet aliam, quia (sicut ait idem) animæ uidenti creatorem angusta est omnis creatura, & quod ante illius sancti oculos collectus fuisse mundus dicitur, hoc egit cum homine omnipotens deus, & non cœlũ & terra contracta est, sed uidentis animus dilatatus est, qui in deo raptus, uidere sine difficultate potuit omne quod infra deũ est. Cũ hæc dicit, addẽs etiam hæc, in illa ergo luce, quæ exterioribus oculis fulsit, lux interior in mente fuit, quæ uidentis animũ, quia ad superiora rapuit, ei. q̃ angusta essent omnia inferiora monstrauit, cũ (inquã) hæc dicit, palàm astruit, quia prospectus ille mentis magis q̃ oculoꝝ fuit. Illud mirantes ueneramur, qđ egit cum homine omnipotens deus: de isto uero qd dicemus, quod circa hominem deũ dei filium tentator egit diabolus? Si qua nobis scriptura narraret similiter eũ fecisse circa quemlibet hominum, ut in momento temporis mundum illi ostenderet uniuersum, non dubitaremus dicere, ostensionem spiritualis nequitiæ uisumq; fuisse phantasticũ. Nunquid & hũc hominẽ, quẽ explorabat utrũ esset filius dei, per suas phantasias

Responsio. diabolus est ausus aggredi? Animus fidelis hoc uel cogitare perhorrescit. ¶ Sed ne abhorrescas, quia quanto maior tentatoris iniuria, tanto gloriosior uictoris patientia. Cõfer phantasias eiusmodi cũ phantasiis quas patimur, quotiens tentamur de omni qđ in mũdo est, ex

I. Iohan. 2. concupiscentia carnis, & cõcupiscentia oculoꝝ, & superbia uitæ. Quotus quisq; nostrũ est, qui nõ in tentatione qualicũq; cõcupiscentiæ lenocinio mulceatur, forte etiã inuitus? Nec mirũ, nam nos phantasias intus patimur, eiusmodi aũt phantasiæ, quæ deforis ueniunt uel foris fiunt, aliquando non solũ non delectant, uerũ etiã sensibus corporis molestæ sunt: & si à tentatore huic filio hominis adductæ sunt, indubitanter absq; peccato eius, &

Hebræ. 4. accesserunt & recesserunt, ut dicas cũ apl̃o, tentatum aũt per omnia pro similitudine absq; peccato. ¶ Cum aũt audisset Jesus, q̃ Johannes traditus esset, secessit in Galileã, & relicta ciuitate Nazareth, uenit & habitauit in Capharnaũ maritimã in finibus

Esaiæ. 9. Zabulon & Neptalim, ut adimpleret quod dictũ est per Esaiã prophetã, Terra Zabulon & terra Neptalim, uia maris trans Jordanẽ Galilee gentium, Populus, qui sedebat in tenebris, uidit lucem magnam, & sedentibus in regione umbræ

Chr̃s añ carcerẽ Iohã. nõ prædicauit publice. mortis, lux orta est eis. Exinde cœpit Jesus prædicare & dicere. Pœnitentiã agite, appropinquabit enim regnũ cœloꝝ. ¶ Quãdiu Iohannes prædicauit, nequaq̃ Iesus publicæ prædicationis officium subijt, sed postquam in traditione eius clausum est os pro-

Matth. ij. phetaꝝ & legis, omnes enim prophetæ & lex usq; ad Iohannem prophetauerunt, tunc demum id quod prophetatum fuerat successit, id est, euangelium Christi effulsit. Fecerat quidem aliqua, iamq; habebat discipulos, & docebat eos, sicut Euangelista Iohãnes latius me-

Iohan. 2. 3. minit, feceratq; signa multa coràm discipulis suis, quoꝝ fuit initium, q̃ aquas in uinũ uertit, & de quibus idem Euangelista dicit, quia cum esset Hierosolymis in pascha, in die festo, multi crediderunt in noie eius, ex quibus Nicodæmus, nemo enim (inquit) potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit deus cum eo: & nondum missus fuerat in carcerem

Iohannes,

Iohannes, sed (ficut iam dictũ est) nequaq̃ publicum prædicandi officiũ subierat, neq; ipsos discipulos, qui ad eum uenire & audire cœperant, ad hoc uocauerat, ut relictis omnibus ipsum sequerentur. Ab eo præsens Euangelista narrationẽ suam inchoat, ꝙ in Galilæam Iesus secessit, præmittens, cũ autẽ audisset, ꝙ Iohannes traditus esset. Præter sensum supradictũ, hoc etiam in hac tẽporis designatiõe consyderandũ est, quod exemplo suo docuit, sicut per apostolũ suũ dicturus erat, nemini dandam ullã esse offensionẽ, quia uidelicet offendebantur qui offendi uolebant, scilicet maxime pharisæi qui spernebant consiliũ dei, nõ baptizati baptismo Iohannis, & hoc optabant existimari, quod inter Iesum & Iohannem, & inter discipulos eorũ per contentionẽ & per inanem gloriã fieret aliquid. Hinc est illud apud Euangelistã Iohannẽ. Facta est ergo quæstio ex discipulis Iohãnis cũ Iudæis de purificatione, & uenerũt ad Iohannẽ, & dixerunt ei, Rabbi, qui erat tecũ trans Iordanem, cui tu testimoniũ perhibuisti, ecce hic baptizat, & omnes ueniunt ad eũ. Item post aliqua. Vt ergo cognouit Iesus, quia audierunt pharisæi, quia Iesus plures discipulos facit, & baptizat, q̃ Iohannes: quamq̃ Iesus nõ baptizaret, sed discipuli eius. Vtrũq; ergo rationabiliter obseruatũ est in eo, ꝙ non nisi postq̃ Iohannes traditus est, prædicare cœpit Iesus scilicet ut & ordinatę legi & prophetis, quor̃ Iohannes finis erat, euangeliũ succederet, & inquantũ fieri poterat, qđ ex ipso erat, nemini ullã offensionẽ daret. ¶ Quæ autẽ causa fuerit, ut secedens in Galilæã tã cito relicta ciuitate Nazareth, ueniret & habitaret in Capharnaũ, Lucas manifestius enarrat. Dicebant eñ illi, Nõne hic est filius Ioseph & repleti sunt (ait) omnes in synagoga ira, & surrexerunt, & eiecerũt illũ extra ciuitatẽ, & duxerũt eũ usq; ad superciliũ montis, supra quẽ ciuitas illor̃ erat ædificata, ut p̃cipitarent illũ. Ipse aũt transiens per mediũ illor̃ ibat, & descendit in Capharnaũ ciuitatẽ Galilęæ, ibiq; docebat. Hoc ita factũ est, ut adimpleretur (ait) qđ dictũ est per Esaiam prophetã, Terra Zabulon & terra Neptalim, &c̃. Hoc taliter p̃ prophetã dictũ est. Primo tempore alleuiata est terra Zabulon & terra Neptalim, & nouissimo aggrauata est uia maris trans Iordanem. ¶ Quid est qđ sumptũ testimoniũ nõ ad integrũ scripsit. Duas nãq; omisit partes p̃cipuas, primo tẽpore alleuiata est, & nouissimo aggrauata est. Quid (inquã) est, qđ istas partes omisit? Videlicet, quia nõ erat hoc in intentione, seu uolũtate p̃dicantis & euãgelizantis, ut primo tẽpore alleuiata terra illa, nouissimo aggrauaretur, id est, ut p̃sentis dñi p̃dicatiõe, & miraculis illustrata Iudæa, tandẽ assumpti in cœlũ euangeliũ repelleret, & uitæ æternę indignã se iudicaret. Futurũ quidẽ erat, & iccirco Esaias, reuelante spũ prophetico, p̃dixerat quia sic futurũ erat: uerũtamen non ea dñs intentione illud p̃dicare cœpit, ut nouissimo tẽpore, id est consummatis omnibus salutis nostræ sacramẽtis, Iudæa cor suũ aggrauaret, ac repelleret uerbũ fidei. Testes sunt illæ lachrymæ, testis illa lamẽtatio uidentis ciuitatẽ, & flentis super eã, quia uoluntatis eius nõ fuit, ꝙ illa taliter cor suũ aggrauauit, qđ tempus uisitationis suæ cognoscere noluit. Hoc solũ erat in intentiõe p̃dicantis, illuminare (ut Zacharias quoq; cecinit) his qui sedebant in tenebris & in umbra mortis, ad dirigẽdos pedes nostros in uiã pacis. Recte igitur prouidus Euangelista solũ hoc in intentione eius fuisse significauit, dicendo, ut adimpleretur qđ dictũ est per Esaiã prophetã, &c̃. ¶ Terram Zabulon, & terram Neptalim, uiam maris trans Iordanẽ propheticus spũs oportune in tanta re declamauit, quia uidelicet nõnihil pertinuit ad fœlicitatẽ nunch̃ tã boni, nominare locũ, unde primo auditũ fuerit, qđ omnes sancti tanta expectabant attentione, quantã insinuare contendit in eodem propheta mirabilis eloquentia sanctæ sapientiæ, dicendo. Et eleuate signũ ad populos, ecce dominus auditũ fecit ab extremis terræ. Puta, uel ipsum Iohannem, qui tunc traditus erat mox, ut postmodum decollatus est, ad inferos properando signum eleuasse ad omnes sanctos, qui hunc expectabant ab origine mundi in tenebris & in umbra mortis, & dixisse. Ecce dominus auditum fecit à terra Zabulon, & à terra Neptalim, et à uia maris trans Iordanem Galilææ, id est secus mare Galilææ. ¶ Sicut alio iam loco dictum est, non solum illud tantillum, quod Euangelista de propheticis perscribit testimonijs, respicere debet lector studiosus, siue auditor attentus, uerum etiam illa, quæ assumptis adhærent capitulis, quæ præcedunt siue quæ sequuntur: uelut si domui, quæ forte per industriam absque fenestris subobscura facta est, luçerna intromissa uidere de-

2. Cor. 6.

Lucæ. 7

Iohãnis. 3.

Iohan. 4.

Lucæ. 4

Cur Iesus potius Capharnaũ q̃ in Nazareth habitauit.

Esaiæ. 9.

Quæstio.

Responsio

Actuũ. 13.

Lucæ. 19.

Lucæ. 1.

Terra Zabulon & terra Neptalim.

Esaiæ. 62.

Testimonia euang. amplificanda sunt.

uidere debeas qualis sit intus, qualis sit situs in medio uel in circuitu eius, & quidē sicut Euangelistæ, quoniā breuitate opus erat, amplitudinē testimoniorū uel scribere nō uacauit, ita & nobis, qa forte fastidiosum fieret opus, nō uacat cūcta prosequi, quę ipse breui figni ficatione illustrauit: ueruntamen in aliqua parte eorū, libet hic aliquātis per immorari. Pre missō, populus qui ambulabat in tenebris, uidit lucē magnā, subinde idem propheta inter Esaiæ. 9. cætera dicit. Iugum ēm oneris eius & uirgā humeri eius & sceptrū exactoris eius superasti, sicut in die Madian. Paruulus ēm natus est nobis, filius datus est nobis. Onus siue iugū oneris eius, scilicet populi qui ambulabat uel sedebat in tenebris, peccatū erat, uirga humeri eius, peccati erat, † exactor eius diabolus erat: sceptrū exactoris illius, ius uel principatus addo † pœna seu reatus, mortis erat. Quomodo hæc dñe superasti? Nimirū nouo genere prælij, sicut in die Madian, id est, secundū mysticā similitudinē prælij, quo (sicut habemus in libro Iudicū) dux Gedeon cū trecentis uiris superauit Madian, Non ēm sic in illo die pugnatū est, sicut ante uel aut sil'e quid Iudi. 7 post pugnauerunt cæteri duces. Iudices & reges Israhel: sed diuisis trecentis uiris in partes tres, dedit tubas in manibus eorū, lagenasq; uacuas ac lampades in medio lagenarū. Cunq; per gyrū castrorū in tribus personarent locis, & hydrias confregissent, tenuerunt sinistris manibus lāpades, & dextris sonantes tubas, clamauerunt q; gladius dñi & Gedeonis. Omnia itaq; castra turbata sunt, immisit dñs gladiū in omnibus castris, & mutua sę cæde truncabant. Prædixerat aūt eis Gedeon. Quod me facere uideritis, hoc facite. ¶ Secundū simi Ante natum Chr̄m ferro pugnare licuit, nūc nō ita. litudinē illius prælij pugnare debere à tēpore euangelicæ prædicationis, & regnū exactoris diaboli superandū esse propheta prædixit. Quā ob causam? Paruulus ēm (inquit) natus est nobis, Filius datus est nobis. Anteq; paruulus iste nasceretur nobis, anteq; filius iste daretur nobis, nō solū licitū, uerū etiā laudabile erat, regibus, sacerdotibus, prophetis, patriarchis, ferro dimicare & sanguine præliari, sicut fecit Dauid, sicut fecerunt insignes Machabæi cōtra gentes quæ cōtendebant exterminiū facere Israhelīticæ gentis, agente spū diaGene. 22 boli, ut exinaniretur uerbū promissionis, ut nō esset unde paruulus iste nasceretur nobis, sicut patribus primoq; fideli Abrahæ fidelis deus repromisit. At nunc, quoniā paruulus iā natus est nobis, quoniā filius datus est nobis, paruulus siue filius admirabilis, cōsiliarius, deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis, quid opus est materialibus armis: Quid pericuQuid lagenæ & tubæ, mystice. li est in hoc, si extirpetur arbor, quoniā fructus omis assumptus est, & tuto repositus loco? Mutetur modus p̄lij & pugnetur sicut pugnatū est in diebus Madian. ¶ Sint lampades in lagenis fragilibus, in uasis fictilibus, id est, dona gratiarū cœlestiū in corporū mortaliū mębris corruptibilib⁹, sint & tubæ uerbi dei, quarū sonitu hostes uisibiles & inuisibiles terreantur. Lagenæ in sinistris, tubæ habeātur in manibus dextris, id est, in minore corpora, in maiore uerbū dei p̄dicandū habeatur, cura uel diligentia. Quid si corporū fragiles hydriæ lege † flammabunt. confringantur? Nimirū tunc amplius † flammabit miraculorū clarissima luce, & martyres p̄ciosa morte coronati, exinde fortius p̄liabuntur. Fecit hoc primus ille Gedeon secūdū liIud. 7. terā, & qđ me facere uideritis (ait) hoc facite: fecit hoc primus iste filius hois secundū sp̄m Iohan. 15. & hoc est (ait) p̄ceptū meū, ut diligatis inuicē, sicut dilexi uos, maiorē hac dilectionē nemo habet, ut animā suā ponat quis pro amicis suis. Quoniā ergo sic pugnandū erat, q̄m materialis gladius iā necessarius non erat, uideamus quales sibi milites, siue militiæ duces elegit.

L Ambulans iuxta mare Galilee, uidit duos fratres, Simonē qui uocat̄ Petrus & Andreā fratrē eius, mittētes rete in mare, erāt ēm piscatores, & ait illis. Venite post me, & faciā uos fieri piscatores hominū. At illi cōtinuo relictis retibus, secuti sunt eū: & procedens inde, uidit alios duos fratres, Jacobum Zebedei, & Johannē fratrē eius in naui, cū Zebedeo patre eorū, reficientes retia sua, & uocauit eos. Illi aūt statim relictis retibus & patre, secuti sunt eū. ⌊ Sicut sol uisu suo specula-
Simplicitas primorum a postolorum ria nō solū uidet, uerū etiā suā in illis imaginē format, & imago eius ex ipsis relucet: ita quo-
dāmō uerus iste sol uidit Petrū & Andrāę, Iacobū & Iohānē, simplices & tenebrarū parē
nullam habentes, & iccirco lux ab eis comprehensa est, imago uerę huius lucis in eorū cor-
dibus per fidem formata est. Ista uirtus tenebrarum non fuit ad comprehendendum, sed
obtusa corda gerentes, reppulerunt, Exempli gratia, ita ut dicerent. Vnde huic hæc o-
Matth. 13 Marci. 6 mnia? et quæ est sapientia quæ data est illi, et uirtutes quæ per manus eius efficiuntur?

Nonne

Nonne iste est faber, filius Mariæ, frater Iacobi & Ioseph & Iudæ & Symonis, & nõ po terat, ait Euangelista Marcus) ibi uirtutem ullam facere, nisi paucos infirmos impositis manibus curauit, & mirabatur propter incredulitatem illoꝝ. Et quales istos inuenit, aut ui dit, quorum cordis puritatem, & lucidam fidem penetrauit? Mittentes rete in mare, uidit eos, siue retia sua reficientes, erant enim piscatores. ¶ Quare autem pauperes potius quàm diuites deus elegit. Imò quos elegit ante constitutionem mundi, quos præscíuit & prædes tinauit conformes fieri imaginis filij sui, quos uocare, iustificare & magnificare proposu erat, quare pauperes in hoc mundo nasci uel fieri uoluit? Nimirum propter eruditionem ipsorum, quia uidelicet conscientia paupertatis grande est instrumentum & ualens docu mentum, ut creatura teneat uel cognoscat id, quod coràm creatore perpulchrum & ual de iustum est, scilicet ordinem suũ. Quem uel qualem ordinem suũ? Profectò illũ, quem apostolus magno clamore, grandi exclamatione, nobis intimare nititur dicens. O altitudo diuitiarũ sapientiæ & scientiæ dei, q̃ incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiæ eius. Quis enim cognouit sensum domini? Aut qs consiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit ei, & retribuetur ei? Quoniã ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, ipsi gloria in secula seculorum, Amen. ¶ Iste est ordo legitimus, ordo necessarius, ut creatori creatura subijciatur, sciendo & confitendo, quia ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, quęcun q̃ bona beatus homo uel sanctus habet angelus, & ad huius sanctæ rei cognitionem siue cõmonitionem multum ualet (ut iam dictũ est) memoria retentus priscæ paupertatis cami nus, de quali & filij Israhel uocati sunt, & in quali Petrus & cæteri apostoli homines sine literis & idiotæ, & præterea censu pauperes inuenti sunt. Quid multa? Nimirum quanto plura sancti dona dei percepturi erant, tanto maioris conscientia paupertatis indiguerunt, utendem dona portarẽt stabiles & firmi, fundati in spiritu humilitatis. ¶ Nam domini sunt cardines terræ, pro quo in Hebræo scriptum est (ait beatus Hieronymus) afflicti terræ, & posuit super eos orbem. Afflictio hæc humilitas est, quæ ad portandum orbem constan tes eos facit & fortes. Deniq; quod facit in corporibus, siue rebus corporalib⁹, ut aliud tar dius, aliud citius moueatur, flante uento seu mouẽte manu: hoc facit in mentibus humili tatis uirtus, ut succedentibus prosperis spiritualibus, non extollatur animus, pristinæ pau pertatis seu cuiuslibet infelicitatis sibi conscius. Orbis, quem super huiusmodi afflictos do minus posuit, ecclesia ipsius est, quam illis regendam commisit. Hinc est illud quod huic Symoni Petro dixit, Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super petram ædificabo eccle siam meã. Super petram fidei, quam confessus est Petrus, ecclesiam suã ædificauit, eãq; re gendã illi cæterisq; apostolis, eoꝝq; similibus cõmisit. ¶ Quid tandem de mutatione no minis dicemus, quã (ut supra iam dictũ est) & alius Euangelista scripsit manifestius, et iste non omnino tacuit, dicendo, Symonẽ qui uocatur Petrus. Quæ causa uel ratio fuit muta tionis huius? Nunquid enim ociose, id est sine causa, sine ratione mutaret uocabulũ hominis sapientia dei Iesus Christus? Dũ de uno quærimus, alterius quoq; recordemur. Qui enim di xit huic, tu es Symon filius Iohãna, tu uocaberis Cæphas, qđ interpretatur Petrus, ipse idẽ quondã dixerat cuidã alteri. Quod nomen est tibi? Illo respondente Iacob, ait ille. Nequa q̃ (inquit) Iacob appellabitur nomentuũ, sed Israhel. Præter duos istos, quoꝝ alter in uete ri, alter in nouo testamento notissimus est, alios in sanctis nõ inuenimus scripturis, quorum deus uocabula cõmutauerit: licet quibusdã posuerit, ut Isaac, alijs adauxerit uel minuerit, ut Abraham, et Sarai, hunc Abrahã et illam uocando Saram. ¶ Quæ igitur causa uel ra tio fuit, in istis mutandorum nominum? Arbitrari licet, quod in ambobus mutationis no minum causa fuerit, instans mutatio rerum. In illo priore, cui dictum est, nequaquàm Ia cob appellabitur nomen tuum, sed Israhel, mutandarum sententia rerum fuit hæc. Quo niam tu contra deum fortis fuisti, quantò magis contra homines prævalebis? Nam con tra homines prævalere, quid aliud est, quàm homines interficere? Extunc genus Iacob siue Israhel non solummodo permissum uerum etiam præceptum habuit, peccatores occidere, et in primis Chananæos, quos iuste terra debuit euomere. Exempli gratia. Vade (inquit dominus ad Saul) & percute Amalech, & demolire uniuersa eius, Nõ par cat, sed interfice à uiro usq; ad mulierem, & paruulũ atq; lactantem, Hoc non tantum modo per-

Quæstio. Roma. 8.

Responsio

Roma. 11.

In omnibus nos humilia ri oportet.

I. Regum. 2. Cardines ter ræ apostoli.

Matth. 16.

Cur Petro mutatum nomen.

Iohan. 1.

Gene. 32

Cur Iacob dictus ẽ Israhel

Leuit. 26. I. Reg. 15.

modo permissum, ueꝝ etiam usqꝫadeo fuit præceptum, ut cum ille peperciſſet, diceret dominus ad Samuel. Pœnitet me, qꝺ conſtituerim Saul regem, quia dereliquit me, & uerba mea opere non impleuit. Ab initio aũt non ita fuit, ſed omnis qui occiderit Cain (ait idem dominus) ſeptuplum punietur. Quomodo reſpondit dominus dicentibus ſibi, quid ergo Moyſes mandauit, dare libellum repudij, & dimittere uxorem: fere ſimiliter reſpondẽdum eſt, ſi quæras, quid dominus homines mandauit interfici, dicendo, quantò magis contra homines prævalebis? Reſpondens ait. Quoniã Moyſes ad duriciam cordis ueſtri permiſit uobis dimittere uxores ueſtras. Ab initio aũt non ſic fuit. Dico aũt uobis, quia qui cunqꝫ dimiſerit uxorem ſuam, niſi ob fornicationẽ, & aliam duxerit, mœchatur. ¶ In iſto poſteriore mutandaꝝ ſententia rerum hæc eſt. Conuerte gladium tuũ in locum ſuũ. Exemerat eñ gladium ſuum & percutiens ſeruũ principis ſacerdotũ, amputauit auriculã eius. Si ergo quæras (ut iam dictũ eſt) quid dominus mandauit, peccatores interfici: & qd dixit, quantò magis contra homines prævalebis: ferè ſimiliter reſpondendũ eſt, ut de libello repudij, quoniã dominus ad duriciã cordis hoc mandauit fieri, ab initio aũt non ſic fuit. Quoꝝ ad duriciam cordis? Nimiꝝ hominũ taliũ, quales fuerunt Amalechitæ, ſiue Chananæi, & cæteri, quoꝝ diabolus cor obdurauit, ut non ſolum ſeruirent creaturæ potius qꝫ creatori, uerũ etiam unicum cultorem creatoris populũ Iſrahel conarentur omnibus modis aut facere conformẽ ſibi, aut omnino extirpare radicem gentis eiuſdẽ, ut non eſſet unde cõpleretur benedictio, quã deus Abrahæ repromiſit, quãqꝫ exigebat ille Iacob, dicendo, nõ dimittam te, niſi benedixeris mihi: & audiuit, quoniã contra homines prævalebis. Propter eiuſmodi duriciã cordis mandauit dominus peccatores interfici, & qui hoc fecerunt, iudices Iſrahel, & patriarcha Dauid, & præclari laudantur Machabæi. Ab initio autẽ non ſic fuit, ſed quicũqꝫ occiderit Cain, ſeptuplũ punietur, ait dñs. Et nunc idem loquitur ad iſtũ, cuius mutauerat uocabulũ, ſignificans (ut iam dictũ eſt) mutationem rerũ. Conuerte gladiũ tuum in locũ ſuum. Omnis eñ qui acceperint gladiũ, gladio peribunt, ſubauditur, niſi pœnitentiam egerint, & apud aliũ Euangeliſtam, dicentibus apoſtolis, dñe ecce gladij duo hic, dixit eis. Satis eſt. Item. Sinite usqꝫ huc. Quod prudens auditor ſic intelligere debet, ac ſi diceret. Gladijs materialibus iam ſatisfactũ eſt, & in illis huc usqꝫ neceſſario pugnatũ eſt, ob defenſionem carnis, de qua me Ieſum Chriſtũ oportebat naſci: iam ſinite gladios eiuſmodi, & pugnate nouo genere prælij, ſicut pugnatũ eſt in die Madian, id eſt, ſicut ſignificatũ eſt illic, ubi Gedeon ſuperauit Madian. De illo prælio iam ſuperius dictũ eſt. ⊥ Et circuibat Ieſus totam Galileam, docens in ſynagogis eorum, & prædicans euangelium regni, & ſanans omnem languorem, & omnem infirmitatem in populo, & abijt opinio eius in totam Syriam, & obtulerunt ei omnes male habẽtes, uarijs languoribus, & tormentis comprehenſos, & qui dæmonia habebant & lunaticos & paralyticos, & curauit eos, & ſecuteſunt eum turbe multe de Galilea & Decapoli & Hieroſolymis & Iudea & trans Iordanem. ⊥ Opera huiuſmodi, opera pietatis, quoꝝ hæc initia fuerunt, portendebat ſignũ illud, ſiue ſignificatio præſentię ſpiritus ſancti, quæ ſuper eũ apparuit, ſcilicet ſpecies columbæ, quæ nimirũ auis naturaliter mitis eſt, & ſeptem habet inſignia pietatis, quæ numerare ſolent Phyſici, quia ſine felle eſt, & gemitum pro cantu habet, & in foraminibus petrę ſiue cauerna macerie nidificare ſolet, et nihil uiuum comedit, & grana candidiora elegit, & pullos alienos nutrit, & iuxta fluenta pleniſſima reſidens, inſidioſum prævidet atqꝫ effugit accipitrem. Omniũ pietatis operum, quæ per hæc ſeptem columbæ naturalia bona ſignificantur, initia fuerunt hæc, quæ hoc loco narrantur, ſeptem comprehenſa dictionibus: quæ ſunt, ſanare omnem languorem, & omnem infirmitatem, et omnes malehabentes, uarijs languoribus et tormentis comprehenſos, & qui dæmonia habebant, et lunaticos, et paralyticos. ¶ Itidem, quòd ſecutæ ſunt eum turbæ multæ de Galilæa, et Decapoli, et Hieroſolymis, et Iudæa, et trans Iordanem, initium fuit populorum ſiue gentium multarum, quæ habebant ad illum concurrere, iuxta illud Eſaiæ. Et gentes, quę te non nouerunt, ad te current, propter dominum deum tuũ, et ſanctũ Iſraël, qa glorificauit te: Et in hoc initio finẽ uel cõſummationẽ propoſiti ſui meditabatur incarnata ſapientia dei, unde adhuc plenius dicendum erit.

Gene. 4. Matth. 19

Vſus gladij curapis prohibitus. Matthæi. 26.

Gene. 32

Matth. 26.

Lucæ. 22

Iudi. 7

Opera pietatis p columbã prefigurata

Eſaiæ. 55.

¶ De gloria

DE GLORIA ET HO-
NORE FILII HOMINIS LIBER .IIII.



ECCLESIA IN CANTICIS DILECTI sui pulchritudinẽ prædicans dicit inter cętera. Oculi eius sicut columbæ super riuos aquarę, quæ lacte sunt lotæ, & residẽt iuxta fluenta plenissima. Quid est hoc dicere, nisi qđ studia eius, q̃ diu in terra uisus est & cũ hominib⁹ cõuersatus est, sacræ semp intẽdebãt scripturę, sicut & in psalmo primo prędictum fuerat, sed in lege domini uoluntas eius & in lege eius meditabitur die ac nocte. Eiusmodi studia eius spiritum sanctũ decuit ita significare, ut descenderet super eum in specie columbæ, quia in eo requieuerũt omnes spirituales gratiæ, & anima eius apertis cunctarũ gratiarũ oculis, residebat iuxta fluenta plenissima, id est cunctas cõtemplabatur, ut adimpleret ueritatis scripturas, quicquid de ipso in lege Moysi, & prophetis, & psalmis scriptũ fuerat & quod cũ magna reuerentia cogitandũ nobis est, secundũ dispositionem rerũ quas meditabatur, habitũ uel actiones suas disponebat exterius. Hinc est id qđ post ea, quæ supra dicta sunt cõtinuo sequitur. ¶ Uidens autem turbas, ascendit in montem, & cũ sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius, & aperiens os suum, docebat eos dicens. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorũ est regnum cœlorũ. ¶ Futurũ quippe erat, nec ipsum latebat, & hoc sine dubio meditabatur, imò & (sicut quodã loco dixit) artabatur usq̃ dũ pficeretur, & ut ascenderet in cœlũ, & ibi sederet ad dexterã maiestatis in excelsis, iuxta illud, ascendens in cœlũ, captiuã duxit captiuitatẽ, siue illud. Dixit dñs dño meo, sede à dextris meis. Pulchre aũt, qui ascẽsurus erat in altitudinẽ cœli, ipse in montẽ, id est, excelsum terræ locũ ascendit, quẽ uel Thabor uel quẽlibet aliũ in Galilæa montẽ excelsum oportet intelligi, quia postq̃ finiuit sermones suos, statim sequitur, cũ aũt introisset Capharnaũ. In monte eiusmodi, uidens turbas, ascendit, quia futurũ erat, ut uisis turbis, ascenderet (sicut iã dictũ est) in altitudinẽ cœli. ¶ Quid em̃ fecit hic tota uita sua, nisi q̃ uidit turbas? Uidit pane, uidit turbas generis humani, & nõ quomodocũq̃ uidit, sed ita ut miseriarũ nostrarũ caperet experimentũ, iuxta illud, Quoniã ipse cognouit figmentũ nostrũ, id est, ipse susceptit, & in semetipso expertus est, quia fragile est mortale corpus nostrũ. Ita uidit, ut misereretur ita misertus est, ut miserias nostras cõsolaretur, id est, beatitudinẽ salutis æternæ p passionem & mortẽ suam nobis operaretur. Hoc facto, iamq̃ sedente eo ad dexterã patris, ac cessuri erant ad eũ discipuli eius, uidelicet accessu mentis & profectu fidei, pseuerando in spe promissi qđ promiserat eis, & expectando promissionẽ patris, quam audistis (inquit) p os meum, &c̃. Pulchre igitur sic factũ, & sic dictũ est, & cum sedisset accesserunt ad eũ discipuli eius. Itidem futurũ erat, ut illic sedens ad dexteram patris, magis ac magis aperiret illis sensum, ut intelligerent scripturas, uidelicet docendo illos omnẽ ueritatem p spiritum sanctum quem dedit illis, sicut promiserat. Eius rei congrua significatio est in eo qđ hic ait Euangelista, & aperiens os suũ docebat eos, &c̃. Nunc iam literæ uel sermonis huius seriem ingrediamur. ¶ Aperiens (inquit) os suũ, docebat eos, dicens. Beati pauperes spũ quoniam ipsorũ est regnũ cœlorũ. Huiusmodi locutio siue dictio, apiens os suum, in secularibus literis pro uicio ducitur, & pleonasmos, id est, adiectio uni⁹ uerbi supuacua dicitur, ut illic. Sic ore locuta est, Neq̃ em̃ quisquã loquitur nisi ore, nec aliter loqui potest, nisi aperiat os suũ. Porrò in sacris literis, & maxime hic, nequaq̃ adiectio supuacua est, sed multũ ad negotium ptinet, si illud os dñi cogites, qđ Euangelistã diuinũ attendisse decet. Quod est illud os dñi, nisi scripturæ, p quas nobis loquitur spũs dñi? ¶ Iste clausæ fuerant, clausæ (inquã) & signatę pro ratione tpis erant, & ut clauderent eas, ipi qui scripserunt, pceptum dñi habebant. Exempli gratia. Tu aũt Daniel claude sermones, signa librũ, usq̃ ad tẽpus statutũ & ad Esaiam. Liga testimonium, signa legem in discipulis meis. Quomodo uel qbus scripturæ Christum prænunciantes clausæ erant? Utiq̃ spiritualia sic annunciando, ut carnalia sona-

Cant. 5. Studia Chri in scripturis, ut eas adimpleret.

CAP. V.

Lucæ. 3.

Ephe. 4.

Psalm̃. 109.

Quo Chs ut dit turbas

Psalm̃. 102.

Actu. 1.

Lucæ. 24. Iohan. 16

Os dñi sacra scriptura est.

Os dñi ludęis erat clausum

Danie. 12.

nalia ſonare uiderentur, illis præcipue, quoꝝ carni ſubditus & terrenis cupiditatibus dedi-
tus erat animus. Exempli gratia, Et dominabitur à mari uſq; ad mare, & dabitur ei de au-
Pſalm. 71. ro Arabiæ. Hæc & his ſimilia Iudæi legentes, aureaq; & gemmatã Hieruſalẽ terrenã, re-
gnante Meſſia, ſe habituros ſperantes, beatos putabant eſſe diuites, cæteriſq; rebus ul'mo
dis proſperatos, quibus mundus inaniter gaudet. Clauſum ergo erat os dñi, id eſt, ſcriptu-
ra, quæ eſt os dñi, nec niſi docente ipſo, poterat eiuſmodi os aperiri. In aperiẽdo quid pri-
mũ dixit? ❡ Beati pauperes ſpiritu, quoniã ipſoꝝ eſt regnum cœloꝝ. Beati mites,
quoniã ipſi poſſidebunt terrã. Beati qui lugent, quoniã ipſi conſolabuntur. Beati
qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiã, quoniã ipſi ſaturabuntur. Beati miſericordes, quoni
am ipſi miſericordiã conſequentur. Beati mundo corde, quoniã ipſi deũ videbunt
Beati pacifici, quoniã filij dei vocabunt. Beati qui pſecutionẽ patiuntur propter
iuſtitiã, quoniã ipſoꝝ eſt regnũ cœloꝝ. ❡ Hoc primũ cecinit cãticũ beatitudinis cytha
ra glorioſa, cythara ſonora & dulcis, cui tota erat & eſt inſita muſica patris, uniuerſa ſapiẽ-
Pſal. 56. 107. tia dei, qui & dicebat ad eũ iam dudũ in propheta. Exurge gloria mea, exurge pſalteriũ &
cythara. Octo chordis antiquitus cytharæ fiebãt, & q̃ p primã eadẽ uox reſonabat p octa
uã, ſecundũ muſicæ naturalẽ uim: qa tm̃ ſeptẽ ſunt diſcrimina uocũ, & octaua uox eadẽ q̃
prima eſt, ꝙ cantoribus peritis, id eſt muſicis, nõ incognitũ eſt, & ꝙ nõ minime delectat in
iſta beatitudinũ cantilena, q̃ prima, eadẽ octaua ſentẽtia eſt, quoniã ipſoꝝ eſt regnũ cœlo-
rũ. Celeberrima eſt apud doctores ferè oẽs decantatio hęc octo beatitudinũ, nec opus eſt
ſupaddere quicq̃ ad ipſoꝝ tractatũ, niſi hoc ſolũ, ut oſtendamus, qa ſicut cætera dñs noſter
ita & hoc ſcdm certã locutus eſt autoritatẽ ſcripturaꝝ. ❡ Nã ꝙ pauperes ſpũ uere beati ſint,
Beati pauperes ſpiritu. uel ꝙ ipſoꝝ ſit regnũ cœlorũ, Abraham, Iſaac & Iacob pro exẽplo uel teſtimonio ſunt,
Heb. 11. q̃ pauperes ſpũ fuerũt, ſicut enarrat ſacrę hiſtoriæ textus, & memorat apſus. Cõfitentes (in-
quit) qa peregrini & hoſpites ſunt ſup terrã. Qui em̃ hæc dicũt, ſignificant ſe patriã inquire
re, & ſiquidẽ illius meminiſſet de qua exierant, habebant utiq; tẽpus reuertendi, nunc autẽ
melioré appetunt, id eſt cœleſtẽ. Nõne hæc eſt paupertas ſpũs, nõ appetere patriã in terris
& humiliter expectare repoſitã in cœlis in manu dei. Ideo (inquit) nõ confunditur uocari
Beati mites. eorũ deus. Parauit em̃ illis ciuitatẽ. Quid aliud eſt illa ciuitas, niſi regnũ cœlorũ? ❡ Quod
mites uere beati ſint, & ꝙ ipſi poſſideant terrã, Moyſes pro exemplo uel teſtimonio eſt, de
Nume. 13. quo ueridica dicit ſcriptura. Erat em̃ Moyſes uir mitiſſimus ſup oẽs homines qui morabãtur
Ibidem. 13. 14 in terra, ſimulq; Ioſue & Caleph qui tanq̃ mites nõ detraxerũt terrę quã luſtrauerãt p qua-
draginta dies, ſicut detraxerũt immites alij, q̃ exaſperauerunt dñm, & iccirco nõ poſſede-
runt eã, ſed pleni alio ſpũ laudauerũt, & iccirco poſſederũt eã. Nõ quidẽ Moyſes poſſedit
terrã, ad quã ingrediebat Iſraël poſſidendã, terrã trans Iordanẽ, terrã Chanaan, ſed poſſe-
Pſalm. 26. dit & poſſidet terrã uiuẽtiũ, quã ſolã in ſpũ pſalmiſta ſuſpirãs, Credo (inqt) uidere bona dñi
Pſalm. 141. in terra uiuentiũ, portio mea in terra uiuẽtiũ. In hoc ipſo ꝙ terrã illã Chanaan nõ poſſedit,
mitis fuit, id eſt, ſemetipm non defendit, ꝙ eſt mitis animi. Nã dicente ſibi dño, ꝙ in illã ter-
Nume. 27 rã non intraret, propter illud qđ acciderat ad aquas cõtradictionis, cõtinuo reſpondit. Pro-
uideat dñs deus ſpirituũ omnis carnis hominẽ qui ſit ſup multitudinẽ hanc, ne ſit populus
dñi ſicut oues ſine paſtore. Et in ſua quidẽ cauſa mitis fuit, in cauſa uero dei qualis fuerit,
Exodi. 32. teſtaꝫ zelus, quo zelatus eſt pro reatu uituli, & hiatus terræ, qui Dathan & Abyron abſor
Nume. 16. buit, cũ ille dixiſſet ad dñm, ne reſpicias ſacrificia eorũ. ❡ Quod lugentes uere beati ſint, &
Beati q̃ lugẽt ꝙ ipſi cõſolabunt, teſtaꝫ geſta iudicũ, q̃ poſt Moyſen & Ioſue fuerunt uſq; ad Samuel,
quorũ luctum atq; clamorẽ, quo clamauerunt ad dominũ, confitentes ꝙ propter peccata
ſua traditi fuiſſent, & totiens traderent in manus gentiũ, glorioſæ conſolationis ſubſecutæ
ſunt. Primus luctus illorũ temporum loco quoq; nomen dedit, ſicut ſcriptum eſt. Aſcen-
Iud. 2 dit q; angelus dñi de Galgala ad locũ flentium. Cur (inquit) hoc feciſtis? Cũq; loqueret an
gelus dñi ad omnes filios Iſrahel, eleuauerunt uocẽ ſuã & fleuerũt, & uocatũ eſt nomen
loci illius flentium ſiue lachrymarũ. Luctus ultimus luctus fuit Samuel, qui lugebat Sau-
1. Reg. 15. lem, ſicut ſcriptũ eſt. Pœnitet me (ait dñs) quod conſtituerim Saul regem, quia dereliquit
me & uerba mea opere non impleuit. Cõtriſtatusq; eſt Samuel, & clamauit ad dominũ
tota nocte, & ſubinde, Veruntamen lugebat Samuel Saulem, quoniã dñm pœnitebat, ꝙ
cõſtituiſſet

constituisset eum regẽ. Dixitq; dominus ad Samuelẽ: Vsq; quo tu luges Saul, &c. Consola
tiones, quibus illi lugentes consolati sunt, tam gloriosæ fuerunt, ut illi, quoꝝ per manus dñs
clamãtes ad se consolatus est, uocarent etiã saluatores, utpote saluatoris unici, saluatoris uen Iud. 3
turi quandã uicẽ & typũ gerentes, salute tẽporali saluando Israël. Vltimus Samuel lugẽdo 1. Reg. 16
talẽ consolationẽ cõsecutus est, ut missus à domino ungeret Dauid regẽ, & salutis tẽporalis
ducẽ, & salutis æternæ fontẽ siue originẽ. i. patrẽ saluatoris Christi, nominatũ post Abrahã
secundũ carnẽ. ¶ Quod esuriẽtes & sitientes iustitiã beati sint, q̃d ipsi saturabunt, pro exẽplo Beati qui esu-
uel testimonio sunt prophetæ, uel filij prophetaꝝ, & quicq; timentes dominũ, qui sub regi- riunt & sitiũt
bus Israël, sub Achab & Iezabel & cæteris, qui prophetas domini occiderũt, & altaria suf- iustitiam.
foderunt, per loca deserta diffugientes & latitantes, egestate & fame afflicti sunt, quoꝝ He 3. Reg. 19
lias est notissimus, qui propter minas Iezabel fugitans, ambulauit in fortitudine unius cibi
xl. diebus & xl. noctibus: de qualibus & Apostolus ingemiscẽs loquitur: Circuierũt in me- Hebr. 11
lotis, in pellibus caprinis. Egentes, angustati, afflicti, quibus dignus non erat mundus. In so-
litudinibus errantes, in montibus, & in spelũcis, & in cauernis terræ. Verè ergo beati, de qui
bus ita ueraciter annuntiat, dignus enim non erat mundus. Esuriebant & sitiebãt corporali
esurie & corporali siti, propter iustitiã: esuriebant & sitiebãt spirituali esurie, & spirituali siti,
ipsam iustitiã. i. Christũ, quẽ expectabãt. Etenim quid faceret esuriẽs & sitiẽs, in eũ qui tol-
leret tibi panẽ unicũ uel potũ necessariũ? Vtiq; si posset occideret eũ. Similes huic existima
uit sacerdotes & prophetas Baal Helias, unus uel notissimus esurientiũ & sitientiũ iustitiã. i. 3. Reg. 18
Christũ. & iccirco occidit ex eis quadringẽtos & quinquaginta uiros, in die una, quia quan
tũ in ipsis erat, indignũ faciebant populũ Israël, cui secundũ promissionẽ, quæ ad patres fa-
cta est, conferretur uel daretur Christus iustitia sempiterna. Hic unus uel præcipuus ex illis,
postq; esuriuit & sitiuit mente iustitiã: postq; esuriuit & sitiuit corpore propter iustitiã, igneo 4. Reg. 2
curru raptus est, & translatus in locũ, ubi non esuriat neq; sitiat: unde & pro argumẽto satis
est, ut credas uerũ esse, quod ueritas loquit, beatos esse esurientes & sitientes iustitiã, quoniã
ipsi saturabũtur. ¶ Quod misericordes uerè beati sint, quoniã ipsi misericordiã consequent, Beati miseri-
Abdias ille pro exẽplo sit, qui misericors fuit, & misericordiã fecit, cũ illis qui esuriebant & cordes.
sitiebant iustitiã (ut supra dictũ est) fugientes persecutionẽ regis Achab & impijssimæ Ieza 3. Reg. 18
bel. Nunquid (ait ipse ad Heliã) non indicatũ est tibi dño meo, quid fecerim, cũ interficeret
Iezabel prophetas domini, q̃d abscõderim de prophetis dñi centũ uiros, quinquagenos &
quinquagenos in spelũcis, & pauerim eos pane & aqua? ¶ Dicitur hic fuisse tertius ille prin Abdias.
ceps quinquagenarius, cui pepcit Helias dicẽti: Homo dei noli despicere animã meã, & ani 4. Reg. 1
mã seruoꝝ tuoꝝ qui mecũ sunt. Ecce descendit ignis de cœlo, & deuorauit duos principes
quinquagenarios primos, & quinquagenos qui cũ eis erant. Sed nũc obsecro, ut misereris
animæ meæ. Misericordiã cõsequutus est, quia misericors fuit: neq; solũmodo, siue utcũq; Prouer. 22
misericordiã, ueꝝ etiã gratiã magnã, uidelicet propheticã, cõpletumq; est in eo illud p Salo
monẽ dictũ: Qui pronus est ad misericordiã, benedicet: de panibus em̃ suis dedit pauperi.
Postmodũ enim relicto Ochoziæ regis ministerio, factus Heliæ discipulus, prophetauit: &
hic ille esse perhibet, q; in ordine xij. prophetaꝝ quartus est. Ergo & ab eius exẽplo uerè cõ-
fiat, beatos esse misericordes, q̃m ipsi misericordiã consequent, itẽq; ueꝝ esse, q̃d alibi dictũ Matth. 10
est, qui recipit prophetã in nomine prophetæ, mercedẽ prophetæ accipiet. ¶ Quod mundi Beati mundo
corde uerè beati sint, q̃m ipsi deũ uidebũt. deinde Daniel & socij eius pro exẽplo sunt. Stu- corde.
dij eius ut esset mũdo corde, ex eo cognoscimus q̃d scriptũ est: Proposuit aũt Daniel in cor Dan. 1
de suo, ne polluereꝰ de mensa regis, & de uino potus eius, & rogauit Eumichoꝝ p̃positũ, ne
contaminaret, & dixit: Tenta nos obsecro seruos tuos diebus decẽ, &c. Pueris aũt his dedit
deus scientiã & disciplinã in omni uerbo & sapiẽtia, Danieli aũt intelligentiã omniũ uisionũ
& somnioꝝ. Inter cætera, quæ uidit ille mundo corde, maximũ atq; pulchertimũ est, quod
deũ uidit, quõ à mortali homine uideri potuit. Aspiciebã (inquit) donec throni positi sunt, Dan. 7
& antiquus dieꝝ sedit, uestimentum eius quasi nix candidũ, & capilli capitis eius quasi lana
munda. Aspiciebã, & ecce in nubibus cœli quasi filius hominis ueniebat, & usq; ad antiquũ
dierũ peruenit, & in conspectu eius obtulerunt eũ, & dedit ei potestatẽ & honorẽ & regnũ,
& omnes populi tribus & linguæ ipsi seruient. Qui adhuc uiuens & mortalis sic propter

munditiã cordis uidit deũ, quomodo uel q̃ fœliciter poſt hanc uitã uidet eum? Ergo in iſto
Beati pacifici. præſens teſtatur experimentũ, beatos eſſe mundos corde, quoniã ipſi deũ uidebũt. ¶ Quod
pacifici beati ſint, quodq; filij dei uocent & ſint, ipſi, qui hanc apertionẽ oris domini uiderũt,
& hanc eius doctrinã præſentes audierũt, in ſemetipſis experti ſunt. Nam ipſi ſunt, & fuerũt
primi pacifici, & miniſtri pfectæ pacis, utiq; pacis inter ſe & oẽs homines. Quõ inter ſe &
omnes homines? Videlicet eo modo, ut ſicut cætera omnia reliquerant, ſequẽdo principẽ
pacis, ita ut arma materialia, cuncta belli uaſa, de manibus illis excuteret idẽ princeps pacis,
Matth. 26 dicẽdo ad unũ uel primũ ex eis Petrũ: Conuerte gladiũ tuũ in locũ ſuũ. Nusq; omnino de-
Ephe. 6 inceps arma belli attrectauerũt, niſi gladiũ illũ, gladiũ ſpiritualẽ, qui eſt ſermo dei, uiuus &
Hebr. 4 efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti. ¶ Beati illi hactenus nominati, ſcilicet & pau-
Tempus belli fuit ante natũ Chriſtum. peres ſpiritu, & mites, & lugentes, & eſurientes atq; ſitientes, armis interdũ bellicis uſi ſunt,
& nihilominus beati fuerunt uel ſunt, quoniã ſecundũ tẽpus pro dño zelabant, & occidẽdo
impios uiã uitæ uẽturæ aperiebãt, q̃ eſt Chriſtus, uidelicet defendẽdo arborẽ generis ſui, ne
pro uolũtate diaboli penitus à gẽtibus extirparet, de qua naſcitur? erat fructus, ſicut iam ple-
Eccle. 3 nius alio loco diximus: Tẽpus belli (dicit Eccleſiaſtes) & tẽpus pacis. Tẽpus occidẽdi & tẽ-
pus ſanãdi. Tẽpus denicq; belli & tẽpus occidẽdi tũc fuit, magisq; expediebat occidere q̃ oc-
cidi, qñ conabat diabolus per impios homines exterminare radicẽ, de qua uentur⁹ ſperabat
Exo. 1 ſemen, q̃d Chriſtus eſt, incipiẽs per Pharaonẽ, qui præcepit omni populo dicens: Quicquid
maſculini ſexus natũ fuerit, in flumen proiicite: quicquid fœminei, reſeruate. tandẽq; Pha-
Exo 15 rao alter quidẽ in perſona, ſed idẽ in malitia perſequẽs recedentẽ Iſrael: Euaginabo (inquit)
Nume. 12 Exo. 14 gladiũ meũ, interficiet eos manus mea. Mitiſſimus quidẽ (ut ſupra iam dictũ eſt) erat Moy-
ſes, ſup omnes homines qui morabant in terra: ſed tamẽ libẽter extẽdit manũ ſuã ſeuerã ſup
Nume. 21 mare, ut reuerterent aquæ ad Aegyptios ſuper currus & equites eor⁹, & pro hoc facto glo-
Nume. 31 rioſum dño cãtauit canticũ, & ipſe pugnauit & uicit Amorræũ, & ultus eſt filios Iſrael de
Temp⁹ pacis poſt natum Chriſtum. Madian. Cætera perſequi nimis longũ eſt. ¶ Hoc tantũ erat demonſtrandũ, q̃d tũc & exin
de uſq; dũ naſcẽte Chriſto promiſſio impleret, tẽpus belli & tẽpus erat occidẽdi, & qui bella-
uerũt & occiderũt, merito prædicant in eccleſia dei, maxime Dauid & inclyti Machabæi.
Poſtq; aũt natus eſt Chriſtus, tẽpus cœpit eſſe pacis, & tẽpus ſanandi: quod miniſteriũ prio-
res ſuſcepunt apoſtoli, & ecce beati pacifici, quoniã filij dei uocabunt, ait, & utiq; fratres mei.
Iohan. 20 Vade, inquit, ad fratres meos, & dic eis: Aſcendo ad patrẽ meũ, & patrẽ ueſtrũ. Quõ pacis
inter deũ & homines miniſtri fuerũt? Miſſi à Chriſto reſurgẽte à mortuis & dicẽte, q̃d an-
2. Cor. 3 tea nusq; dixit, ſemel & iterũ ac tertio, ſecundũ Iohannẽ pax uobis, deus (aiunt) recõciliauit
nos ſibi p Chriſtũ, & dedit nobis miniſteriũ recõciliationis. Quoniãquidẽ deus erat in Chri-
ſto, mundũ recõcilians ſibi, non reputans illis delicta ipſorũ, & poſuit in nobis uerbũ recõci-
liationis. Pro Chriſto ergo legatiõe fungimur, tanq; de exhortãte per nos: Obſecramus pro
Chriſto, recõciliamini deo, & multa his ſimilia. Et nota, quod in ordine beatitudinũ ſeptimo
Octãua beati tudo oẽs alias in ſe complectitur. loco ſabbatiſmus pacis eſt. ¶ Octaua beatitudo quã dicit, beati qui perſecutionẽ patiuntur
propter iuſtitiã, quoniã ipſorũ eſt regnũ cœlor⁹: uniuerſos cõplectitur, & pauperes ſpiritu,
& mites, & lugentes, & eſurientes & ſitiẽtes iuſtitiã, & miſericordes, & mundicordes, & pa-
cificos: quia uidelicet omnes perſecutionẽ paſſi ſunt, & patiuntur quicunq; illos imitari uo-
2. Timo. 3 lunt. Omnes enim (inquit Apoſtolus) qui pie uolunt uiuere in Chriſto Ieſu, perſecutionẽ
patiuntur. Similiter promiſſio, quoniã ipſorũ eſt regnũ cœlor⁹, quæ ipſa & prima & octaua
eſt, cunctas interiores complectitur promiſſiones, quia uidelicet regnũ cœlorũ, & terra eſt
quam mitibus promittit, quoniã ipſi poſſidebunt terram: & conſolatio, quam promittit lu-
gentibus, dicendo, quoniã ipſi conſolabuntur: & ſaturitas, quam pollicetur eſurientibus &
ſitientibus iuſtitiã, dicens, quoniã ipſi ſaturabuntur: & miſericordia, quã ſpondet miſericor-
dibus, quoniam ipſi miſericordiã conſequentur: & uiſio dei, quã promittit mundicordibus,
quoniã ipſi deũ uidebunt: & gloria filiorũ dei, quã pacificis pollicetur, dicendo, quoniã filij
dei uocabunt. ¶ In beatitudinibus iſtis & ſi diſcipulos ſuos, qui præſentes aderant, non præ-
teriuit, ſed eos quoq; tetigit, maxime dicẽdo, beati pacifici: non tamen ſic locutus eſt aut ita
dixit, ut enuntiaret eis, qualem ad gratiam ſiue gratiæ gradum prædeſtinati fuiſſent atque
uocati, quia non ad ſecundã perſonã uerba fecit, protinus autẽ in ſequentibus facere incipit.

Beati

¶Beati estis, cũ maledixerint vobis, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos mentientes propter me. Gaudete & exultate, quoniã merces vestra copiosa est in cœlis. Sic enim persecuti sunt prophetas, qui erãt ante vos.¶ Ecce de persona tertia facta conuersione ad secundã, ad eos qui præsentes aderant discipulos suos uerba facit, eosq; assimilat uel coæquat prophetis, quoꝝ utiq; magnũ & gloriosum erat memoriale apud uiuentes filios, quoꝝ patres illos maledixerunt & persecuti sunt, & plerosq; ex eis etiã occiderũt. Magnificẽtia est summi gradus & honoris optimi in hoc dicto, sic enim persecuti sunt prophetas, qui fuerunt ante uos. Veruntamẽ pro magnificentia rei parũ erat hoc dixisse, sic enim fecerunt prophetis. sed adde quod protinus ait. ¶Vos estis sal terrę. Quod si sal euanuerit in quo salietur? Ad nihilũ valet vltra, nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Vos estis lux mundi.¶ Quo pertinuit, sedẽdo in monte, statim post apertionẽ oris, in exordio tanti sermonis mentionẽ facere salis & lucis, taliter ut diceret, uos estis sal, uos estis lux? Quo respexit uel quales ad thesauros sapiẽtiæ & scientiæ, suos auditores præmittere uoluit? Nimiꝝ ad montẽ illũ, imò ad legẽ sanctã & iustã & bonã, quã ipse olim dedit in monte Synai, ubi & lux quædã apparebat, sicut scriptũ est: Iam aduenerat tertius dies, & mane inclaruerat, & ecce cœperunt audiri tonitrua ac micare fulgura. Itẽ: Cunctus aũt populus uidebat uoces & lampades, &c. ¶Inter illius, quę nunc data est, legis mysticæ sacramenta, diligentissime salẽ cõmendat. Quicquid (ait) obtulerис sacrificij, sale cõdies, nec auferes sal fœderis domini dei tui, de sacrificio tuo. In omni oblatione offeres sal. Tertio repetiuit in uno eodemq; scripturę loco commendationẽ salis, ne forte primã aut secundã uicẽ non intellexeris, aut curę non magnæ putes deo esse mysteriũ salis. Cum igitur sedens in monte & dicturus, non ueni legẽ soluere sed adimplere, præmisit, uos estis sal, uos estis lux, utiq; discipulos suos intelligere uult, sicut postea spiritũ sanctũ accipientes, & illuminati ab eo, sine dubio intellexerunt, quod ea, quæ uisa uel facta sunt in monte Synai, cognata fuerunt his, & ad rationẽ pertinuerunt horũ, quæ facere incipiebat, sedendo in monte & docẽdo discipulos suos, quæq; perfecturus erat sedendo in excelsis ad dexterã maiestatis, & mittendo illis spiritũ sanctũ in linguis igneis, unde & factũ est, ut essent lux mundi. ¶Vt nũc interim differã de ratione salis, profecto in eo quod dicit, uos estis lux mundi, hoc dat intelligi, quod ista lux mundi per fulgura & lampades illas designata fuerit, quæ ibi lucebãt in medio fumi siue densissimæ nubis, sicut illic manifeste dictũ est: quia cœperunt micare fulgura, & nubes densissima operire montẽ, itemq; cunctus populus uidebat uoces & lampades & sonitũ buccinæ montemq; fumantẽ. Fulgura & lampades in medio fumi & densissimæ nubis, apostoli fuerunt, doctrina lucentes, & miraculis choruscantes, in medio Iudæoꝝ, quos inuidiæ fumus excæcauit, & incredulitatis densissima nubes operuit. ¶Sed iam per ordinẽ literã sequẽtes, sermonẽ hunc ipso duce ingrediamur, qui locutus est: Cum dixisset, sic enim persecuti sunt prophetas, qui fuernnt ante uos, cõtinuo quasi quærerent beati illi, quibus inter maledicta & persecutiones gaudendum atq; exultandũ decernebat, quoniã merces uestra (inquit) magna est in cœlis, & diceret: nos quid sumus, & quis finis erit eorũ, qui prophetas ante nos persecuti sunt, & nos persequenẽ, dixit eis: Vos estis sal terræ. Breuiter dixit, sed in breuitate dicti grandis est sensus, & rationis magna uis. Non dixit tantũmodo, uos estis sal, quo dicto sola poterat significari bene utentiũ cõmoditas: sed dixit sal terræ, quo dicto quid portendit, nisi uastationẽ hostilis terræ? Legimus enim urbes quasdã ira uictoꝝ sale seminatas, ut nullũ in ipsis germẽ oriretur. Sic ergo accipiendũ est, ac si diceret: Omnis sanguis iustus qui effusus est super terrã, à sanguine Abel iusti, confluens cum sanguine uestro, quos persequentur sicut persecuti sunt prophetas ante uos, sic erit generationi isti tanq; seminatio salis, ut sit sterilis & nullius boni ferax germinis, sicut ciuitas ira uictoꝝ sale seminata sterilis fit & inhabitabilis. Hoc aduersus illos, qui salẽ in terra sua seminare, potius q; in cibũ sumere, id est doctrinã apostolicã persequi, & quantũ in ipsis fuit maluerunt adnihilare q; uenerari & susципere, indignos se iudicantes uitæ æternæ, præuaricatores legis sanctæ dicentis: Quicquid obtuleris sacrificij, sale condies, nec auferes sal fœderis domini dei tui, de sacrificio tuo. In omni oblatione offeres sal. Huius præcepti, quod ne parum aut paruipendendum putes, scriptura triplicauit, & sic sublimiter extulit, ut diceret, sal

Matth. 23

Exo. 19

Salis cõmẽdatio in sacrificiis

Leuit. 2

Vos estis lux mundi

Exo. 19

Vos estis sal terræ.

Matth. 23

Leuit. 2

fœderis domini dei tui: præuaricatores futuri erant Iudæi, contemnendo imò & perſequen
Sal, doctrina euangelica. do doctrinã euangelicã, quæ per iſtos uel cum iſtis incipiebat adminiſtrari. ¶ Quomõ ſal ſu
perfluos ſiue nocituros humores carniũ deſiccat & à putredine purificat, ſic apoſtolica do
ctrina neceſſaria decalogi præcepta, cunctaq; iuſtitiæ legalis inſtituta, deſiccatis carnalibus
cerimonijs, purificare habebat, & ubiq; terrarũ cõſilio caſtitatis ſalire credentiũ corpora, qua
tenus non putreſcerent, aut uſq; quaq; putenti corrũperentur luxuria. O quantas ſalierũt pu
erorũ quoq; aut puellarũ turmas, ita ut carnes eorũ omnino deſiccarent, & uſq; ad decrepitã
ſenectutẽ, uſq; ad finẽ uitæ, incorruptæ pſeuerarent atq; durarẽt imputribiles continẽtia &
ſani uirginali pudicitia. Secundo poſt apoſtolos meriti uel gratiæ loco uiri apoſtolici, patres
orthodoxi & doctores catholici, ſal dicunt & ſunt atq; lux mundi: quia uidelicet ſapienter
atq; fideliter tractãdo atq; retractãdo ſacrã legis & prophetarũ ſcripturã, quicquid in ea qua
ſi carnaliter ſonat, ita ſermone uiuido condiũt, ut ſpiritualiter ſapiat, & q̃d erat clauſum, pate
ſcat: quod obſcurũ & tenebroſum uidebatur, clarũ & lucidũ fiat. Magna igitur dignitas, ma
Ne quis ſuper beat ſcientia aut eloquio. gna in hoc dicto gloria, uos eſtis ſal. ¶ Sed audi quid ſequit: Quod ſi ſal euanuerit, in q̃ ſalietur?
Ad nihilũ ualet ultra, niſi ut mittatur foras, & conculcet ab hominibus. Noli ergo altũ ſape
re, ſed time, ô tu omnis qui te ad ordinẽ illorũ pertingere confidis, quibus dictũ eſt, uos eſtis
Rom.11 ſal, conſcius tibi ſermonis ſapientiæ uel ſciẽtiæ, qui forte tibi ſuper alios abũdat. Nonnunq̃
enim accidit, ut euaneſceret ſal, nonunq̃ accidit, ut ſcientiã quis habẽs, abuteret ea in ſupbia,
& per mentis elationẽ loqueret ſcientiæ uel cõſcientiæ ſuæ contraria, ſciens ueritatẽ, dũ alte
1.Cor.14 rii inuidet, & alteri cedere, qui forte prior locutus eſt, aut cui iuniori reuelatũ eſt q̃d melius
eſt, damnũ ſuũ putat, & quaſi tormento grauatur, quia ſuperbus & elatus eſt. Taliter niti,
Rom.1 hoc eſt ueritatẽ in iniuſtitia detinere, hoc eſt ueritatẽ dei cõmutare in mendaciũ, hoc eſt uer
Matth.12 bum dicere contra ſpiritũ ſanctũ. Et hoc fuit peccatum phariſæorũ, quando dixerunt: Hic
Luc.11 non eijcit dæmones niſi in Beelzebub principe dæmoniorũ: ita per inuidiã loquentes, cum
Peccatũ hæreſiarcharum. ſcirent, quod in digito dei, id eſt, in ſpiritu dei eijceret dæmones. ¶ Hoc peccatũ Arrij, pec
catum hoc omnium hæreſiarcharũ fuit, quoſcunq; remedio pœnitentiæ ſpiritus ſanctus in
dignos iudicauit, quia cognoſcentes deũ, non ſicut deũ glorificauerunt, aut gratias egerunt,
ſecuti ſub nomine Chriſtiano peccatores antiquos, peccatores paganos, qui cõmutauerunt
Rom.1 (ait Apoſtolus) ueritatẽ dei in mendaciũ, & coluerũt & ſeruierũt creaturæ potius q̃ creato
ri, qui eſt benedictus in ſecula, amen. Vbicunq; taliter acciderit, ubi doctor uel magiſter ſe
cundũ taliũ exemplũ deſipuerit, dicito, quia ſal euanuit, Vbi aũt taliter euanuerit, in q̃ ſalietur?
Quo doctore alio emendabitur? Verè nullo, & fruſtra effundes ſermonẽ, quia nõ eſt ibi audi
Tit.3 tus. Eum q; eiuſmodi eſt, hęreticũ hominẽ poſt primã & ſecundã ammonitionẽ (ait Apoſt.)
deuita, ſciẽs quia ſubuerſus eſt & delinquit, cũ ſit proprio iudicio cõdẽnatus. Ad nihilũ ua
let ultra (ait dñs) niſi ut mittat foras, & conculcet ab hoĩbus. Et iccirco taliũ patres ac pceſſo
res phariſæos foras miſit, non ſolũ à regno dei, uerũetiã à regno loci terreni & tẽpli manuſa
cti, quia non erat unde ſaliret, q̃d euanuerat ſal infatuatũ, quia dicebãt & dicere non ſinebãt
uerbũ cõtra ſpiritũ ſanctũ. i. quia non p ignorantiã negabãt, ſed p inuidiã blaſphemabãt eũ,
Ioh.15 qui uenerat, Ieſum Chm̃. Nunc enim (ait) & uiderũt & oderũt & me & patrẽ meũ. ¶ Secũ
Lux illuminata, duplex eſt. do ſimiliter gratiæ uel meriti loco dictũ ſibi non dubitẽt, uos eſtis lux mũdi, quicunq; haben
do ſcientiã dei, ſic lucent, & adeo ſunt illuminati, ut alijs lucere & alios illuminare poſſunt.
Vna eſt lux non illuminata, ſed illuminans, lux naturaliter lucẽs, non unde luceret ex accidẽ
Iohan.1 ti dono habẽs, & iccirco uel proinde lux uera, ſicut habemus apud aliũ Euangeliſtã: erat lux
uera quæ illuminat omnẽ hominẽ uenientẽ in hunc mundũ: quę & illuminãdo hoc effecit,
ut ueraciter dicere poſſet iſtis, uos eſtis lux mũdi. Ad illã lucẽ uerã quæ illuminat, lucis hui
quæ illuminata eſt, nulla eſt cõparatio, quãuis ſit aliqua ſimilitudo. Porrò ad iſtos, qui ſic illu
minati ſunt ut alios uerbo doctrinę illuminare poſſint, eorũ qui illuminati ſunt quidẽ ſed illã
facultatẽ non habent ut alios illuminare & erudire poſſint, talis eſt cõparatio, quaſi ſi ſtellis
Dan.12 cõparetur ſplendor firmamenti. Sic enim de iſtis ad Danielẽ dictũ eſt: Qui autẽ doctiſue
rint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti, & qui ad iuſtitiã erudiunt multos, quaſi ſtellæ in
perpetuas æternitates. ¶ Quid porrò ſibi uult, quod præmiſſo, uos eſtis lux mũdi, cõtinuo
ſubiũgit. Non poteſt ciuitas abſcõdi ſupra montẽ poſita, neq; accendũt lucernã,

ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo sunt. sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorifi-
cent patrē vestrū qui in cœlis est. ¶ Quid nisi humilitatē contingit, & humilitati respon-
det eorū, qui tali sunt nomine digni, ut lux mundi nominentur & sunt? Denique taliū quisq; parvulus est in oculis suis, latere vult, quia dignū se aspectibus hominū aut hominē esse nō arbitratur, & vix animaduertere audet quod altissimus, quamuis omnia sciens, q̄uis omnia videns, eum scire uel uidere dignetur. ¶ Et q̄ magna, q̄ ampla ciuitas, q̄ is, quē cœlū & cœli cœlorū capere non possunt, deus inhabitat? Et quo in monte, nisi in altitudine cœli, ciuitas huiusmodi posita est, iuxta illud: nostra aūt cōuersatio in cœlis est? Non potest abscōdi, nō patet ordo uel ratio iudicij seu cōsilij diuini, ut abscondat & incognita sit, q̄ ad hoc ædificata est, & ad hoc mille clypei pendēt ex ea, ois armatura fortiū: ut oēs qui inter aduersarios peri-
clitantur, qui inter Iudæos, paganos, atq; hæreticos, pro fide agonizant, recurrere sciant ad ciuitatē hāc & in ea cōmuniri, de ea sumptis sentētiis armari, ut habeāt unde animā, pro qua illis res est, defendere possint. ¶ Ecce alia similitudo: Neq; accendūt lucernā, & ponūt eā sub modio sed super candelabrū, ut luceat omnibus qui in domo sunt. Iuxta hanc similitudinē uos, quibus dixi, uos estis lux mundi, non iccirco illuminati estis, non iccirco sapiētiæ & scie-
tiæ dei claritatē accipitis (q̄d fieri nunc incipit, perficiet aūt, quando accipietis donū supueni-
entis spiritus sancti in uos, linguis apparētibus igneis) ut sub silentio tegamini uel abscōdami-
ni, perpetuis contenti latibulis, nec uos nec aliqui illorū, qui ante uos habuerūt, uel post uos habituri sunt gratiā eiusmodi, ut p eor̄ ministeriū deus mūdo innotescere possit. Etiāsi quis-
libet eor̄ in spelūcis & in cauernis terræ delitescere uoluit & ad tēpus delituit, nihilominus tamen, ubi causa poposcit, foras prodijt, in publicū deo iubente uel ordināte uenit, ut ei cui prædestinatus, ad quod fuerat uocatus, insistens officio, beneficiū lucis, cuius erat particeps, plurimis impartiretur. ¶ Exēpli gratia. Iohannes lucerna ardens & lucens, in deserto latere voluit, & illic à teneris annis usq; ad annū fermè tricesimū hominibus incognitus, uitā suam detriuit. Nonne interim lucerna quasi sub modio latuit? Sed profecto lux uera, quæ illumi-
nat omnē hominē uenientē in hunc mundū, de quo habebat Iohannes ut lucerna existeret, q̄d & ipse profitetur dicēdo, & de plenitudine eius nos omnes accepimus, non iccirco illū sic illuminauerat, non iccirco de spiritu sancto adhuc ex utero matris suæ repleuerat, ut illic soli sibi uiueret, soli sibi sub modio uitæ heremiticæ, lucē bone cōsciētiæ taciturnus insume-
ret. Vbi patri eius cœlestis nuntius natiuitatē eius euāgelizauit, nomē q̄q; & uitæ seriē gerē dæ ordine deprōpsit, nihil tale denūtiauit, sed hoc quod erat in proposito dei uenerabiliter pronuntiauit, ipse (inquiens) p̄bit añ illū in spū & uirtute Heliæ, parare dño plebē pfectā. i. cū zelo iustitiæ redarguēdo & corripiendo peccatores, p̄dicare pœnitentiā. Illud deserti lati-
bulū spōte subijt, istud publice p̄dicatiōis officiū obedienter suscepit ab eo, quē dicit: Sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quē uideris spiritū descendentē, &c. ¶ Igit uerbis & exēplis diuinæ autoritatis perdocemur, ut sciamus quia deus cuicunq; sapientiæ uel scientiæ suæ lucidā gratiā dat, iccirco utiq; dat, ut super candelabrū aliq̄d ponat eiusmo-
di lucerna, quatenus luceat omnibus qui in domo sunt, & plures lucrifaciat. Aliquod autē candelabrū ideo dixi. quia iuxta Iohānis Apocalipsim septē sunt cādelabra aurea, quorū in medio filius hoīs deābulat, & septē cādelabra (inquit) septē ecclesiæ sunt. Porro septenario nūero, q̄ significari solet uniuersitas, uniuersas intelligimus, quas p orbē terrar̄ Chr̄s habet ecclesias, & hoc utiq; uult, ut q dono ipsius apostolica p̄pollet fide & sciētia, non discrepāte unitate, nec ipse negligat, uel cōtemnat alieno, neq; ipse proprio refugiat iudicio, qn ponat sup cādelabrū, & i domo dei luceat uerbo et exēplo, memor p oīa dicti huius. Sic luceat lux ura coram hoībus, ut uideāt opa ura bona, & glorificēt patrē uestrū q in cœlis est. Hoc etenim di-
cto & inanis gloria propellit, & utilitas multor̄ desiderat: cū ea iubeat esse intētio bene operā-
tis coram hominibus, ut nō ipse, qui opari uidet, sed deus q p eū operat: Deus pater luminū à quo est omne datū optimū, & omne descēdit donū pfectū, laudet & glorificet. ¶ His præ-
missis in exordio sermōis, p q̄ præparati esse poterāt, ut ad audiendū existerēt attēti, dociles, ac benevoli: ingredit ampla spatia profundi sermonis cœlestis magister, & dicit. ¶ Nolite putare, quia veni solvere legē aut prophetas. Non veni solvere sed adimplere. ¶

Nō potest ciuitas abscōdi. 3. Reg. 8. Philip. 3 Canti. 4.

Non debet lucerna poni sub modio. Act. 2.

Ioan. 5. Iohānes bapti. diu latuit, prius q̄ luceret. Iohan. 1. Luc. 1

Iohan. 1 Cādelabrū ec clesiā aliquā denotat.

Apoc. 1.

1. Cor. 12. Iaco. 1.

Humilis et magna professio Chri de seipso

Postquam enuntiauit aliis cuius forent dignitatis, & sic minores suos, discipulos suos honorauit, ut diceret eis, uos estis sal terræ, uos estis lux mũdi, de semetipso quoq; qd deberet sperari, q̃ humiliter significare uoluit, & hoc sciri non inaniter idoneum duxit. Nam magnum est quod de semetipso dicit, legem adimplere ueni, sed magnitudinem rei ne iactantiam sermo redolere uideretur, pulcherrime temperauit modus dicendi, dum in prima fronte excusationem prẽmittere, & iustam suimet æstimationem quodammodo flagitare curauit, dicẽdo: nolite putare, quoniam ueni soluere legem aut prophetas. Profecto si solam legem posuisset ita, nolite putare quoniam ueni soluere legem, & tunc demum dixisset, non ueni soluere sed adimplere, magnum (ut iam dictum est) hoc esset, & longe plusquam aliquis homi num de semetipso unquam potuit dicere ueraciter. Cum autem addit, & prophetas, & de utriscq; scilicet, lege & prophetis dicit, quod hęc adimplere uenerit, rogo quantum est: Nón ne æquipollens est, ac si diceret, cuncta in me adimplebuntur sacramenta legis & prophetarum etenim cuncta de me scripta sunt: Sed (ut iam dictum est) magnitudinem rei suauiorem audiẽtibus efficit modus locutionis, similiter & in eo qd protinus subiungit. ¶ Amen quippe dico uobis, donec transeat cœlum & terra, iota unum, aut unus apex, non præteribit a lege, donec omnia fiant. ¶ Quanto suauius ac reuerentius sonat taliter dictum, donec omnia fiant, q̃ si ita diceret, donec omnia compleam. Quæ omnia? Videlicet, quæcunq; loquuntur lex & prophetæ. Non (inquit) præteribit iota unum aut unus apex, donec omnia fiant. Et quousq; uel quanto tempore fient? Donec transeat cœlum & terra,

1. Cor. 7. 2. Pet. 3. Heb. 7.

id est, usq; ad consummationem seculi, usque in diem iudicij, quando prætereunte siue iam præterita, quæ nunc est, figura mundi erit terra noua & cœli noui. ¶ Quid ergo est quod

Legis præcepta, quædam bona, quædã non bona.

Apostolus dicit, reprobatio quidem fit præcedentis mandati propter infirmitatem eius & inutilitatẽ, quoniã hic ait ipse dñs, iota unũ aut unus apex nõ præteribit à lege donec omnia fiant? Ad hæc sciẽdum, quia nõnulla est distãtia rerũ quæ significant nomine legis. Ne longum in respondendo funẽ trahã, aliud est legẽ dedisse deũ pro beneplacito suo qd fecit antereatũ uituli, aliud legẽ imposuisse nõ sine animaduersione uel seuero iudicio, post reatũ uel

Ezech. 20.

in ipso reatu uituli. Hic iã uerba eiusdẽ dñi ad prophetã Ezechiel memorãda sunt. Eieci eos (inquit) de terra Aegypti, & eduxi in desertũ, & dedi eis præcepta mea, & iudicia mea ostẽdi eis, quæ faciat hõ & uiuat in eis. Et irritauerũt me domus Israël in deserto, & cætera, usq; & post idola patrũ suorũ fuerũt oculi eorũ. Statimq; sequit. Ergo & ego dedi eis præcepta non bona, & iudicia in qbus nõ uiuẽt, & pollui eos in muneribus suis. Præcepta & iudicia,

Exod. 20. Exod. 21.

quæ faciat homo & uiuat in eis, se illis dedisse uel ostẽdisse dicit: præcepta uidelicet, nõ habebis deos alienos corã me, nõ facies tibi sculptile, & cætera uerba decalogi. Iudicia uero, si emeris seruũ Hebrẽum, sex annis seruiet tibi, in septimo egrediet liber gratis, & cætera quæ

Exod. 24. Exod. 32.

Moyses plebi oĩa narrauit, & scripsit ita cõcludẽs. Hic est sanguis fœderis, qd pepigit dñs uobiscũ sup cũctis sermonibus his. Postq; aũt fecerũt uitulũ, & sicut apud prophetã iam dictũ habemus: Post idola patrũ suorũ fuerũt oculi eorũ (ubi intelligẽdũ ẽ uituli pctm, qd fecerũt secundũ morẽ Aegyptiũ sicut patres eorũ) præcepta nõ bona, & iudicia in quibus nõ ui

Leui. 11. Leui. 13. & 14.

uẽt, quę sese illis dedisse dicit, illa sunt, de qbus ferè totus existit liber Leuitici. Verbi gratia, de mũdis & immũdis animalibus comedẽdis & nõ comedẽdis, de lepræ cõtaminatione & leprosi emũdatione & cæteris eiusmodi, in qbus, sine dubio uita nõ cõsistit, sicut nec in sacri

Hiere. 7.

ficijs carnis & sanguinis, taurorũ & hyrcorũ & arietũ, siue agnorũ, de qbus & apud Hieremiã deus ipse dicit: Holocaustomata uestra addite uictimis uestris, et comedite carnes, quia nõ sum locutus cũ patribus uestris, & nõ pcepi eis in die, qua eduxi eos de terra Aegypti, de uerbo holocaustomatũ & uictimarũ, sed hoc uerbũ pcepi eis, dicẽs, audite uocẽ meã, & ero uobis deus, & uos eritis mihi populus. ¶ Cũ igit hic dñs dicit: iota unũ aut unus apex nõ pteribit à lege: illic aũt Apostolus ait: reprobatio fit mãdati pcedẽtis, ppter suã infirmitatẽ et inutilitatẽ operæpreciũ est scire hãc distinctionẽ legis, ut hic intelligas pcepta bona & iudicia,

Cõcordantia inter uerba Chri & Pauli de lege.

quæ faciat hõ & uiuat in eis: illic aũt pcepta nõ bona, et iudicia in qbus nõ uiuẽt, de quibus

Heb. 7. Heb. 10.

ibidẽ Apostolus, nihil eĩ (ait) ad pfectũ adduxit lex. Et alibi: Vmbrã eĩ habẽs lex futurorũ bonorũ, nõ ipsam imaginẽ rerũ, p singulos annos ijsdẽ ipsis hostijs quas offerũt indefinẽter, nunq; potest pfectos facere. Et multa in hunc modũ. Cæterũ et si secundũ literã lex siue

mandatũ

mandatum eiusmodi infirmum erat & inutile, propter quod & reprobatio eius facta est, at tamen his qui secundũ spiritum sentiunt, qualiũ habuerit umbram futurorꝝ bonorum, no ta fere in Christo uel per Christũ adimpleta sint, & quod reliduũ est nunc adimpleatur, & adimplendũ sit usqꝫ in finẽ seculi. Verũtamen loco præcedenti cũ dicit, iota unũ aut unus apex non præteribit à lege, maxime legẽ præceptorꝝ et iudiciorꝝ illorꝝ oportet intelligi, quę (ut supra iam dictũ est) primũ dedit uel ostendit eis, ut apud Ezechielem dicit, anteq̃ irrita rent eum, id est, ante reatum uituli. Nam de huiusmodi tractat in sequẽtibus, incipiẽdo sic. Ezech 20.

¶Qui ergo soluerit unũ de mãdatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cœlorꝝ. Qui aũt fecerit & docuerit, hic magnus uocabitur in regno cœlorꝝ. ¶In primis in quatuor diuisiones totũ sermonẽ distinguere libet, ni secundũ cœlestẽ uel spiritualẽ ipsarꝝ dignitatẽ cognoscere meruerũt, scilicet iustitiã, tẽperãtiam, fortitudinẽ, prudentiã. Prima distinctionis huiusce diuisio siue pars hic incipit, ubi ait: ¶Dico enim vobis quia nisi abũdauerit iustitia vestra plusq̃ scribarꝝ & pharisęorũ, nõ intrabitis in regnũ cœlorꝝ. ¶ Et illic finitur ubi dicitur, estote ergo perfecti sicut & pater uester cœlestis perfectus est, totaq̃ huius partis series ad perfectionẽ tẽdit iustitiæ, iuxta propositũ dicẽtis, quod iam pertractũ est, nõ ueni legẽ soluere sed adimplere. Secũda inchoatur ab eo quod protinus ait, attẽdite ne iustitiã uestrã faciatis corã hominib⁹ ut uidea mini ab eis, & illic terminat, ubi dicit, nolite ergo soliciti esse in crastinũ, sufficit diei malitia sua, & tota hæc tendit ad uirtutẽ tẽperantiæ, & maxime ut tẽperetur ab appetitu inanis glo riæ, & deinde à uẽtris uel corporis solicitudine, simulq̃ à seruitio mãmonæ. Tertia ab eo qđ ait, nolite dare sanctũ canibus, neq; mittatis margaritas uestras ante porcos, usqꝫ ad id, intra per angustã portã, q̃ angusta porta & arta uia, quæ ducit ad uitã: sine dubio tendenti ad re gnum cœlorꝝ demonstrat habere fortitudinẽ perseuerantẽ, perseuerantiã fortẽ. Quarta ab eo quod ait, attendite à falsis prophetis, usqꝫ ad finẽ sermonis, indubitãter auditorẽ ad prudẽ tiam adducit, & informat Christianum, ut prudens ac prouidus sit. Tractatus de quatuor uirtutibus.

¶ In singulis partib⁹ istis ex opposito uirtutum, scribas & pharisæos cũctis uirtutibus uacuos acerrime culpat, & nominibus quadrifariã diuersis denotat. Nam prima quidem parte sermonis, manifestis eos nominibus scribas & pharisæos nuncupat dicendo: Nisi abundauerit iustitia uestra plusquã scribarum & pharisæorꝝ. In secunda semel & iterum ac tertio hypocritas insuper ethnicos quoq; uocat, dicendo: Noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciũt: &, cũ oratis nõ eritis sicut hypocritę: &, orantes aũt nolite multũ loqui sicut ethnici: &, cũ aũt ieiunatis, nolite fie ri sicut hypocritæ tristes. Et quidẽ de gentibus q̃q; fuerũt & sunt hypocritæ, q̃s & præsens sermo dãnat intẽperantiæ: qm̃ adeo sunt festiui ad mercedẽ suã, ut malint perdere sempiter nam, quæ differtur, quam carere temporali, id est laude hominũ, quæ præsens habetur. Sed omnium maximi hypocritarũ, omnisq; hypocriseos erant magistri scribæ & pharisæi, & maxime cõtra illos presentẽ saluator sermonẽ dirigit. Similiter in tertia diuisionis huius par te, dũ dicit: nolite sanctũ dare canibus neq; mittatis margaritas uestras ante porcos, omnes quidẽ, de quacũq; gẽte sint, tali appellatione illos denotat, quorꝝ fœda est fortitudo, morde re scilicet more canũ, & irruere more porcorꝝ ad cõculcandũ & dirũpendũ, sed taliũ quoq; maximi scribæ & pharisæi fuerũt. Nihilominus in quarta illorꝝ quos denotat dicẽdo: Attẽ dite à falsis prophetis, qui ueniũt ad uos in uestimẽtis ouiũ, intrinsecus aũt sunt lupi rapaces: illorꝝ inquã scilicet falsorum prophetarꝝ scribæ & pharisæi maximi fuerũt. Itaq; uirtutibus Scribę et pharisæi cunctis uirtutib⁹ uacui.

quarum singulas in singulis huius sermonis diuisionibus sublucere perspeximus, scilicet iustitia, temperantia, fortitudine, prudentia, penitus uacui demonstrantur, per hæc nomina, quibus in singulis earundem partium denotantur, quia uidelicet scribarum & pharisæorũ nulla est uera iustitia: hypocritarum, quales erant ĩdem, nulla est à recipienda mercede sua temperantia: porcorum margaritas conculcantium, & homines disrumpentium, quales ipsi met erãt, nulla est fortitudo uera: falsorũ prophetarꝝ, imò luporũ sub ouina pelle latentium, nulla est prudẽtia, nã quæ illorꝝ putat prudẽtia, malitia est. ¶ His prælibatis iã uelut magnõ & euidẽti ostio pulcherrimi sermõis aperto, ipso duce qui aperuit, introrsus incedendũ est.

¶Qui

L Qui ergo soluerit vnum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cœlorum. ⌋ Ergo quoniã (inquit) non solũ ueni soluere legem, uerumetiã adimplere ueni, meũ est facere iudiciũ, sententiãq; dicere super eos, qui non solũ modo non adimplent, uerumetiã soluunt. Qui nã illi sunt uel erãt tunc? Vtiq; scribæ & phariſæi, quos cõtinuo & per totũ ſermonis huius textũ alijs quoq; euãgelijs locis uehemẽter tãgit. ¶ Quæ aũt sunt mãdata ista minima, quæ quasi digitum intendẽs dicit unũ de mãdatis istis minimis? Nimirũ ista q̃ subiecta sunt. L Audistis quia dictũ est nõ mœchaberis. ⌋ &c. Ergo ne ista sunt minima? Vtiq; minima. Alioquin quid opus erat adimplere ea, quẽad modũ dicit, non ueni soluere sed adimplere, si erãt grandia uel sufficiẽtia? In quo aũt uel in quantũ minima sint, cõmodius in subsequentibus dicetur. ¶ Quid aũt est magistrũ eiusmodi minimũ uocari in regno cœlorũ? Vtiq; nõ intrare in regno cœlorũ. Sequitur em̃: Dico em̃ uobis, qa nisi abundauerit iustitia uestra plusq̃ scribarũ & phariſeorũ, nõ intrabitis in regno cœlorũ. Quàm uere minimus est, qui de alto cadit & episcopatũ suũ perdit. Fiant (inquit Psalmista) dies eius pauci, & episcopatũ eius accipiat alter. Hoc primũ Iudas proditor pertulit, cuius apostolatũ alter accepit, & post illũ scribæ & phariſæi, quorũ ille, sicut dux in cõprehendẽdo Iesum, ita et exẽplar fuit in perdẽdo episcopatũ, & in suspẽdendo uel strangulando semetipsum. Sicut em̃ ille abiẽs laqueo semetipsum suspẽdit, & apostolatũ siue episcopatũ eius (ut iã dictũ est) alter accepit: ita cœtus phariſaicus, cũctusq; populus Iudaicus, persuasus & ab illis & à põtificibus, propria seſe sentẽtia dãnauit clamãdo: Sanguis eius sup nos & super filios nostros. Et pontificatũ siue sacerdotiũ eius populus alter, populus Christianus accepit. Et sicut ille triginta argẽteos sanguinis pretiũ retulit, ita & huic cuilibet, qui non est aduersario cõsentiens, post pauca dicit hic: nõ exies inde donec reddas nouissimum quadrantẽ. Igitur cũ dicit minimus uocabit in regno cœlorũ, sic accipiẽdum est, minimus, tanq̃ improperiũ maximũ, ut minimus idẽ sit q̃d contẽptibilis, iuxta illud in uisione Abdię, ubi cũ dixisset ad Edom: Ecce paruulũ te dedi in gẽtibus, statim subiũxit, contẽptibilis tu es ualde! L Qui autem fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum. ⌋ Quid fecerit & docuerit? Nunquid unũ de mãdatis istis minimis? Non sicutiq; non sic. Si em̃ qui totã legẽ obseruat, offendit aũt in uno, factus est omniũ reus: quãto magis qui facit uel obseruat unũ, forte aũt offendit in alijs omnibus? ¶ Proinde ergo dicẽdo, qui aũt fecerit & docuerit, nec unũ de minimis, nec unũ de magnis mãdatis istis expresse dicit: sed cõtẽtus dixisse, q̃ fecerit & docuerit, quasi manũ uel digitũ mitis & humilis corde reducẽs in semetipsum. Hic, ait, magn⁹ uocabitur in regno cœlorũ. Hoc em̃ & huic similia de semetipso profitetur, non iactãter, sed (sicut ait Apostolus) ille fidelis permanet, negare seipsum non potest. Et quidẽ fecerunt & docuerunt q̃ plures, qualiũ optimi fuerunt beati illi auditores discentis: uos estis lux mundi, luceat lux uestra corã hominibus &c. sed non adeo fecerũt, non adeo stabiles uel assidui siue inuariabiles in faciẽdo fuerũt, ut de facto suo magnificari omnino debuerint, si absq; misericordia uocarentur ad iudiciũ. Omnes declinauerũt simul inutiles facti sunt, nõ est q̃ faciat bonũ, nõ est usq; ad unũ. Hic unus & solus est, qui integre fecit & integre docuit p semetipsum, p illos aũt, quantũ fuerat gratiæ suæ cõplacitũ. Et proinde magni quidẽ illi q̃q; uocãt siue uocabũt in regno cœlorũ, sed eorũ magnitudo ad huius magnitudinẽ nõ attingit, quã significat in sermõe isto toties dicẽdo: Dictũ ẽ antiqs, ego aũt dico uobis. ¶ Inter magnũ istũ q̃ fecit & docuit, & illũ minimũ q̃ soluit & docuit: medij sunt, & ille q̃ fecit & nõ docuit, qa scientiã siue facultatẽ docẽdi nõ habuit, & ille q̃ nec fecit nec docuit, forte qa tẽpus faciẽdi nõ habuit. De oĩbus his magnus iste iudicabit, ita ut minimus ille, qui soluit & docuit, nõ intret in regno cœlorũ, q̃uis uideat sibi eẽ filius regni: ille aũt q̃ nec fecit nec docuit, qa nec potuit nec sciuit, per gratiã fit nõnullus in regno cœlorũ qualẽ cõsiderans Apostolus: Ei uero, inquit, qui non operatur, credenti aũt in eum qui iustificat impiũ, reputat fides eius ad iustitiã, &c. Ille qui fecit et nõ docuit, uidelicet omnis qui in populo fuit adiutor, et non potuit esse doctor, locum uel ordinem suum in eodẽ regno cœlorũ habebit, non nihil differentẽ ab illis qui fecerunt et docuerunt: qualiũ primi fuerũt apostoli, & his quoque magnus iste (ut iam dictum est) longe prę erit. Ex illa suę magnitudinis autoritate protinus ait. L Dico enim vobis, quia nisi abũdauerit iustitia vestra plus

q̃ scribar-

Mandata ista minima.

Minimus uocabitur in regno cœlorũ.

Pſal. 108. Act. 1.

Matth. 27.

Abdię. 1.

Iacob. 2.

Qui fecerit et docuerit.

2. Timo. 2.

Aliqui medii inter faciẽtẽ et nõ faciẽtẽ

Roma. 4.

q̄ scribaꝝ ꝙ pharisęoꝝ, non intrabitis in regnum cœloꝝ. ⌋ Ergo scribæ & pharisæi nō intrabūt in regnū cœloꝝ, & hoc dico uobis (ait) tanq̄ magnus, tanq̄ regni cœloꝝ arbiter, uelut ille cuius dictū in potestate, cuius in dicto potestas summa est. Et quare scribę & pharisæi nō intrabunt in regnū cœloꝝ? Videlicet, quia non abundat, imò deficit & nulla est iustitia illoꝝ. ¶ Quid em̄, si manibus suis me nō occidunt? ⌊ Audistis quia dictū est antiquis, Non occides: qui aūt occiderit, reus erit iudicio. ⌋ Et hoc dictū siue præceptū se nō transgredi fingunt, dū suis me manibus non occidūt. ⌊ Ego aūt dico vobis quia omnis qui iraſcit fratri suo, reus erit iudicio. ⌋ Quæris quare? Videlicet, qa ira uoluntas occidēdi est. Et qm̄ occidere uult, recte iā homicida esse iudicat, iuxta illud. Omis q odit fratrē suū, homicida est. Nō em̄ qualēcūq; irā, uerbi gra, repētinū calētis animi motū, leuiter surgētē, leniter nihilominus residētē, hic intelligere debemus: sed irā eiusmodi, quali arbitur iratus fuisse Cain. Iratusq; ē Cain (ait scriptura) uehemēter, et cecidit uultus eius. Dixitq; dns ad eū. Quare iratus es, & cur cōcidit facies tua? Sic nāq; iratus ē ut occidere cogitaret. Qui siḡ iraſcitur, quisqs ille est, reus erit iudicio, subauditur dūtaxat diuino: qa uidelicet humano necdū teneri p̄t homicida iudicio, latet em̄ hoīes odiū qđ in corde est, scripturā dicēte. Homo uidet in facie, deus aūt in corde. Q; si odiū, qđ prius latebat, signo aliquo proditū fuerit, iā nō solū diuino, uerū etiā humano reus erit iudicio. Aīt ergo. ⌊ Qui em̄ dixerit fratri suo, ⌉ Racha, reus erit concilio. ⌋ Cōciliū nāq; cōuentus est hoīm ad iudicādū, eoꝝ, q de peccatis agēdi siue iudicādi ecclesiasticū sortiti sunt ministeriū. Racha em̄ nōnulli dixerūt esse uocē nō significantē aliqd, sed indignātis animi motū exprimētē. Has interiectiones grāmatici uocant partes oratiōes significātes cōmoti animi affectū, uel ab ira cū dicitur à dolēte heu, uel ab iraſcēte hem. Aliī dixerūt hoc uerbū proprie esse hebraicū. Racha em̄ dicitur inanis aut uacuus, quē nos possumus uulgata iniuria, absq; cerebro nūcupare. Igitur q dixerit fratri suo Racha, id est, q odiū, intus in corde cōceptū, tali signo uocis uel oris sui prodiderit hoībus, quale est Racha, ut nō dubiū sit, certisq; testibus argui possit ꝙ fratrē suū oderit, reus erit concilio. Legitimūq; fiet sup eū iudiciū ab hominibus, ut etiā ab altari dñi iure amoueatur, donec & satisfaciat deo & reconcilietur fratri suo. ⌊ Qui aūt dixerit, fatue, reus erit gehenne ignis. ⌋ Insultantes malis alienis, solent dicere, fatue, Exempli gratia. Iuliano apud Persas interempto, dū nunciatus fuisset eius interitus in urbe Antiochia, putātes cuncti habētes festiuitatē, & nō solū in ecclesiis & sepulturis martyꝝ, sed etiā in theatris exultātes & uictoriā Christi p̄dicantes, cōmuniter clamabant omnes. Maxime fatue, ubi sunt uaticinia? Vicit deus & Chs eius, uerū sic illi recte insultauerint & recte dixerint, utpote nō fratri, quinimò hosti & inimico acerrimo, fratris nostri fratris optimi Iesu Chri, de cuius fide procedit oīs fraternitas siue paternitas utilis, q̄ in cœlo & in terra nominatur. Fratri aūt taliter insultare, taliter dicere, fatue, peccatū est nimis grande, utpote testimoniū cordis obdurati, quod habeat odiū insatiabile. Igitur iusta sententia dicentis, reus erit gehennæ ignis, & subaudiendū est, nisi pœnitentiā egerit. ¶ Ad huius peccati modū ptinuit illa maledictio Semei, qm̄ regē Dauid fugientē à facie filij sui Absalon, flentē & operto capite nudisq; pedibus incedentē, maledicebat dicēs. Egredere uir sanguinū & uir Belial, ecce p̄munt te mala, qm̄ uir sanguinū es: & ita gradiebat, maledicens, & mittēs lapides aduersus eū, terrāq; spargēs. ¶ Scribæ & pharisæi p̄ cunctis hoībus maligni, & (ut propheta p̄dixit) in diē malū separati, sic irati sunt fratri suo, sic dixerūt fratri suo Racha, sic dixerūt fatue, filij gehennæ, rei gehēnalis incēdij, cū nihilominus in se confiderent tanq̄ iusti. Non occiderūt fratrē suū manibus suis, sed irati sunt fratri suo, qui dicit in psalmo, & odio habuerunt me gratis. Irati sunt ei nimis odio implacabili, nō aliā ob causam, nisi q̄ sapiētia testat eos dixisse, qm̄ cōtrarius est opibus nr̄is. Vniuersa eccl̄iæ schola legit & cōcinit, longoq; usu iā detriuit, qa qđ iratus est Cain uehemeter, & concidit uultus eius, cū nō aliā haberet causam, nisi qa opa ipsius maligna, fratris aūt eius iusta erāt, typus fuit huius odij, q̄ hūc fratrē suū secundū carnē Iesum Chm̄ oderūt scribę & pharisęi, nō aliā ob causam, nisi qa huius bona, ipsoꝝ aūt mala erant opa, & auaritiam eoꝝ in doctrina sua redarguebat. Nonne pro huiusmodi odio rei iam erant iudicio? ¶ Addiderunt autem huic peccato, ut nō tantū illum haberent odio in corde suo, uerum etiam dicerent Racha eidem

Scribę & pharisæi occiderunt Christū.

I. Iohan. 3

Gene. 4.

I. Reg. 16

Qui dixerit fratri suo racha

Qui dixerit fatue.

Ephe. 5.

2. Reg. 16

Amos. 6

Psalm. 34. 68

Sapi. 2. Gene. 4

Matth. j3 Iohan. jo

eidem fratri suo, scilicet omne uerbum malũ quodcunq; suggerere potuit hostilis indignatio. Exempli gratia. Nonne hic est filius fabri? Et alibi. Dæmoniũ habet, & insanit. Quid eũ audis? Et multa his similia. Et si nihil plus fecissent aut dixissent, nonne rei iam fuissent non solũ iudicio diuino, uerũ etiam ecclesiæ concilio. Propterea quippe sententiã haberet

Esaiæ. 5. Matth. 27.

in eos omne patriarcharũ & prophetarũ conciliũ, ut dicerent, uæ his qui dicũt bonũ malũ. ¶ Addiderunt etiã adhuc, ut insultarẽt ei, in ipsius passione & subsanarẽt in ipsa morte,

Psalm. 34. Matth. 27

qđ erat (ut supra demonstratũ est) dicere fatue. Cũ em̃ moreretur frater ille, qui dicit in psalmo. Quasi proximũ, quasi fratrẽ nostrũ, sic cõplacebã, p̃tereuntes blasphemabant eũ, mouentes capita sua & dicẽtes. Vah, qui destruit templũ dei, & in triduo illud reædificat. Salua temetipsum. Antea quoq; cũ cœpissent eũ, sic illudebãt ei tanq̃ fatuo, sic deridebant eũ tanq̃ fatuũ, cædendo colaphis, & dicendo, prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit. Inter hæc omnia uidebantur sibi, aut uideri uolebãt iusti, & nõ transgressores legis

Exodi. 20. Iohan. j8

dicentis, nõ occides: cũ dicerent, nobis nõ licet interficere quenq̃, & nõ occiderent eũ manibus suis, sic iusti, sic integri factores legis, ut non saltẽ introire uellent in prætoriũ gentilis hominis, ut nõ cõtaminarentur (ait Euãgelista) sed manducarẽt pascha. Recte igitur & uere dixit, quia nisi abundauerit iustitia uestra plus q̃ scribarũ & pharisæorũ, nõ intrabitis in regnũ cœlorũ, id est, nisi non solũ manus uestras cõtineatis ab occidendo, uerũ etiã libere tis animũ uestrũ ab ira uel odio, & qđ plus est, os uestrũ ab indignationis quolibet sono, & qđ abundantius est, linguã uestrã ab insultando fratri cuilibet, in quocũq; fuerit malo.

Dr̃a inter iudiciũ dei & hominis.

¶ Quid tãdẽ distat inter iudiciũ, qđ dictũ est antiquis, qui aũt occiderit, reus erit iudicio & iudiciũ istud qđ hic audimus, Ego aũt dico uobis, quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio? Non em̃ nulla debet esse distantia iudicij, ubi tanta distãtia est reatus iudicandi, quanta hic intelligitur inter homicidiũ qđ perpetratũ est manibus, & homicidiũ, quod ut fieri possit, animo uel cogitatione uersatur. De homicidio, qđ ppetratur actu, iudicat homo lege constitutus: de homicidio, qđ non est opere peractũ, sed ut fiat, mente tractatur, solus iudicat deus, saltem per legẽ naturalem, quæ in cordibus scripta est, quæ est huiusmodi, quod tibi non uis fieri alij ne feceris. Hoc iudiciũ primo in Cain sancitũ est, qui cum iratus fuisset uehementer, dixit dominus ad eũ: Quare iratus es, & cur cõcidit facies tua? &c̃.

Gene. 4

Illud aũt iudiciũ, ubi homicidij manifestũ est opus, sic iudicat homo, ut se habet causæ modus, quẽadmodũ lex loquitur. Qui (inquit) percusserit hominẽ, uolens eũ occidere, morte

Exodi. 21

moriatur. Qui aũt non est insidiatus, sed deus illũ tradidit in manus eius, &c̃, quę prosequi longũ est. Quid igitur superest consilij? Iudiciũ audiuimus, quia cuius ira in tantũ progressa est, ut diceret fratri suo, fatue, reus erit gehennæ ignis, q̃ uidelicet gehenna iam nõ tantũ modo iudiciũ, sed extrema iudicij sententia est. Nunquid hoc tẽpore, dũ in euangelio prędicatur iudiciũ, misericordiæ unquã obliuiscitur euangeliũ? Non utiq;, sed semp & ubiq;, antequàm terminetur iudiciũ, misericordiæ porrigit manũ, quærendæ indulgentiæ pbet consiliũ. Hinc est illud, qđ protinus subsequitur. L Si ergo offers munus tuũ ad altare, ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuũ ante altare, & uade prius reconciliari fratri tuo, & tunc ueniẽs offeres munus tuũ. J Sicut cætera, ita istud q̃q; sic sibi putet cõsuli oĩs peccator siue reus homicidalis odij, quacũq; ex gẽte uel natõe sit, ut sciat primũ esse in intẽtione sermonis huius Iudæorũ siue scribarũ & pharisęorũ cœtũ: qm̃ ad illos, imò & cõtra illos totus ille fere hic sermo habitus ẽ, sicut ex ipsa serie cognosci pr̃optũ est. ¶ O igit collegiũ malũ, cõciliũ malignãtiũ scribarũ & pharisęorũ, põtificũ & seniorũ: si uis, potes recordari, qa frater tuus habet aliqd aduersum te, frater quẽ odio habuisti gratis, cui mlta indignãter exprobrãdo dixisti Racha, multũ crudeliter insultãdo dixisti fatue. Quid munꝰ tuũ ad altare cõtẽdis offerre?

Muneral udę orum frustra f.unt.

Malach. I. Esaiæ. I.

Nũqd nescis? Nũqd nõ audisti? Dicit em̃ in ppheta deus. Nõ ẽ mihi uolũtas in uobis, & munꝰ nõ suscipiã de manu vr̃a, & alibi. Ne afferatis ultra sacrificiũ frustra. Kalẽdas uestras & solẽnitates uestras odiuit anima mea. Cũ extẽderitis manus uestras, auertã oculos meos à uobis: & cũ multiplicaueritis or̃ones, nõ exaudiã. Quã ob cãm? Manus ei vr̃æ plenę sanguine sunt. Hoc est qđ nũc dicit, qa frater tuus habet aliqd aduersum te. Si ergo huius recordatus fueris, & munus instãter offerre cupis, relinque munus tuum ante altare, & uade

prius recõ

prius reconciliari huic fratri tuo: uidelicet secundũ consilium Petri quoq; apostoli dicentis. Pœnitẽtiam agite, & baptizetur unusquisq; uestrũ in nomine Iesu Christi, in remissionem peccatoꝝ uestroꝝ: hoc em̃ est reconciliari fratri huic. ¶ Hoc facto tunc ueniens offeres munus tuum, munus sanctũ, sacrificium uerũ, non sicut carnes tauroꝝ, sanguinem hircorum aut uituloꝝ: sed ipsum fratris eiusdem, cui reconciliatus es, corpus uiuificum, sanguinem uerũ, sacrificium sanctum & immaculatum. Quotus ex illo scribaꝝ & pharisæorum concilio uel ordine supercilio so atq; odij pleno, recepturus erat istud humilitatis cõsilium, istud gratiæ consulentis bene placitũ? Et quidem recepturi erant aliquí, quamuis pauci, ut, auditis Petri cæteroꝝq; sermonibus apostoloꝝ, reconciliantur fratri huic, baptizati in nomine eius: sed inter ipsos quanta diuisio, quanta fuit dissentio, sicut Actuum apostoloꝝ liber testatur, maxime de relinquendo siue immutando munere uel ritu, quo antea munus offerebatur? Sequitur ergo. L Esto consentiens aduersario tuo cito, dum es in uia cum eo, ne forte tradat te aduersarius iudici, & iudex tradat te ministro, & in carcerem mittaris. Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas nouissimũ quadrantem. ¶ Huic dicto apostolus consonans. Quapropter, ait, sicut dicit spiritus sanctus, hodie si uocem eius audieritis, nolite obdurare corda uestra, &c̃. Quibus præmissis, longã & optimam ingreditur disputationẽ de relinquendo (sicut iam dictũ est) prisco munere, & offerendo meliore: sic inter cætera dicens. Reprobatio quidem fit præcedentis mandati, propter infirmitatẽ eius & inutilitatem. ¶ Deniq; aduersarius eoꝝ, qui erant eiusmodi, sermo fuit euangelij & omnis prædicator euangelicæ ueritatis, potestatem habens, nõ cõsentientem sibi tradere iudici, & non solũ iudici, uerũ etiam malo ministro, sub præsentia, uel iudicio iudicis, quemadmodum unus illoꝝ iam memoratus apostolus ad Corinthios dicit. Ego quidem absens corpore, præsens aũt spiritu, iudicaui ut præsens eũ qui sic operatus est, in nomine domini nostri Iesu Christi congregatis uobis & meo spiritu cũ uirtute domini Iesu, tradere huiusmodi Satanæ in interitũ carnis. Et ad Timothæũ scribit. Ex quibus est Hymenæus & Alexander, quos tradidi Satanæ, ut discant non blasphemare. Et quid mirũ, si sermo dei uel cuiuis sermonis dei minister in euangelio, dicatur peccatoris maximeq; Iudæi siue scribæ & pharisæi, rebellis & increduli aduersarius, cũ inimicus autoritate prophetica dictus sit eiusdẽ ipse deus uel dei spiritus? Ipse aũt (inquit Esaias) ad iracundiã prouocauerunt, & afflixerunt spiritũ sancti eius, & conuersus est eis in inimicũ, & ipse debellauit eos. Et Hieremias lamẽtando loquitur. Factus est dominus uelut inimicus præcipitauit Israhel, præcipitauit omnia mœnia eius. Itemq; ait. Tetendit arcũ suũ quasi inimicus, firmauit dexteram suã quasi hostis. ¶ Igitur ò scriba literæ occidentis, ò pharisæe magni supercilij, refuga spiritus uiuificantis, ò Iudæe declamator manifestæ circũcisionis, cũ sacerdotibus & põtificibus tuis carnarijs atq; sanguinarijs, noli obdurare cor tuum, sed esto cõsentiens aduersario huic, sermoni huic gratiæ & ueritatis, & linguæ eius, & ori eius in q̃ tibi cœpit aduersari, linguæ aplicæ, ori euangelicæ p̃dicationis: ne forte excutiendo puluerẽ pedum suoꝝ in te, tradat te iudici illi qui per Moysen dixit. Qui aũt uerba eius, q̃ loquetur in nomine meo, audire noluerit, ego ultor existam. Iudex & ultor ille ministrum habet, ministrũ (inquam) & seruũ, de quo ad Iob loquitur, Nunquid fieret tecũ pactum, & accipies eum seruũ sempiternũ? Ille seruus, ille minister, si traditus ei fueris, mittet te in carcerem, in inferiorẽ infernũ. Quàmdiu illic eris. Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas nouissimũ quadrantem. Tu triginta argenteos appendisti præciũ sanguinis eius, & donec eos reddas usq; ad nouissimũ quadrantem, non inde exies. Quando aũt totũ reddere poteris? Nunquid in carcere illo argenteos illos, quos tu proditori dedisti, & proditor tibi retulit, tecũ habebis, ita utrependere possis? Nunquid & quadrantes & trientes & uncias siue libras quoq; integras ibi trutinare uacabit, de thesauris quos hic tibi thesaurizasti? Non uiq; non thesaurus tuus, sed solũ peccatũ & pœna peccati te sequetur illuc. Ne timueris (inquit Psalmista) cũ diues factus fuerit homo, & cũ multiplicata fuerit gloria domus eius: quoniam cũ interierit, non sumet omnia, neq; descendet cũ eo gloria eius. ¶ Ergo non exies inde, donec reddas usq; ad nouissimũ quadrantem, id est, non inde exies in æternũ. Quadrans habet duo minuta. Veruntamen in rationibus ponderũ, quas Abacistæ

Actuũ. 2. Sacrificiũ ueꝝ rum corporis & sanguinis Christi.

Actuũ. 15. 21.

Hebræ. 3. Psalm. 94.

Hebræ. 7.

1. Cor. 5.

1. Timo. 1.

Esaiæ. 63.

Threñ. 2.

Apostrophæ in Iudæos.

Deut. 32.

Iob. 40.

Matth. 26. Zacha. 11.

Psalm. 48.

Donec redd. nouiss. quaꝝ drantem.

in usu habentes etiam scripserunt, quadrans tres uncias habet, uncia uero duodecima pars assis est. Porrò assis totũ quiddam est, siue libra siue quippiã aliud, quod in duodecim partes æquas diuidendũ est. Proinde notandũ quia non dixit, donec reddas usq; ad quadrantem, sed usq; ad nouissimũ quadrantem, ut per quadrantem nouissimũ intelligas de minutissimis, quale apud illos dicitur calcus siue sicilicus, in quæ extrema & unciæ & unciarum particulæ diuiduntur, Nam & apud aliũ Euangelistam ita scriptũ est. Dico tibi, non exies inde, donec etiam nouissimũ minutũ reddas. ¶ Non solum aũt supradictos argenteos pręciũ sanguinis fraterni, ò infelix & inreconciliate negociator, à te putes in illo carcere exigẽdos, uerũ etiam prædã uniuersam quã fecisti, tanta insania, tanta cupiditate lucrandi, ut ipsam domũ dei, quæ domus orationis uocari & esse debuit, speluncã facereslatronũ. Et proinde quia frater iste contra tuam disputabat auariciã, implacabile aduersus eũ mente conciperes odiũ. Ab initio quo patres tui uiginti argenteis uendiderunt fratrem suũ Ioseph, usq; nunc auariciæ morbo languidus incessisti, & huc usq; processisti, ut disputantẽ (sicut iam dictũ est) fratrem istũ interficeres, ita ut in præciũ sanguinis triginta argenteos dares, & reciperes. Totam tanto & malo exactionem potuisses euadere breui ac cõpendiosa reconciliatione, & amica uoce confessionis lucrari remissionẽ uniuersi delicti. ¶ Secundo loco frater tibi est omnis qui tecũ unũ eundemq; deũ colit, & benedicit deũ & patrẽ domini nostri Iesu Christi, patrẽ misericordiarũ & deum totius consolationis. Si fratri eiusmodi iratus es, si dixisti Racha, si dixisti fatue, etiã pro illo eius es gehennæ ignis, utpote homicida, sicut testatur apl'us Iohãnes, quia omnis qui odit fratrẽ suũ, homicida est. Si ergo offers munus tuũ ad altare, si orationẽ, si quamlibet oblationẽ, festina secundũ præsens consilium auferre huiusmodi fermentũ: quia † & secundũ sanctam ac mystieã legẽ fermentatũ maliciæ & nequiciæ. Forte uel ipse frater quẽ odisti siue alius quis, solus sciens qđ pecces, irascẽdo fratri uel odiendo fratrẽ, corripit te inter te & ipsum solũ, & quia corripit, quodãmodo tibi aduersarius est, & aduersari nõ definit, adhibendo aliũ secũ si solũ eum audire noluisti, dicendo etiã ecclesiæ si nec duos audire uoluisti. Iam ex eo tibi cauendũ est, ne aduersarius tradat te iudici, id est, ne fias ei sicut Ethnicus & publicanus, si nec ecclesiã audire uolueris. Nam hoc est sine dubio tradere iudici, reputare cũ his qui foris sunt, de quibus dñs iudicabit. Quid enĩ mihi (ait apl'us) de his qui foris sunt iudicare? Nonne de his qui intus sunt uos iudicatis? Nã eos qui foris sunt deus iudicabit. Porrò frater quisq; ille est, cui iratus es, quẽ odisti, & per ódiũ malo uel contumelioso uerbo lesisti, nõ erit tibi difficilis reconciliationẽ flagitanti, propter illũ qui dixit. Si peccauerit in te frater tuus, & conuersus pœnitentiam egerit, uel dixerit pœnitet me, dimitte ei. Et multa his similia. ¶ Veruntamen non propter hæc iniustus inuenitur in facto suo Dauid, ad quẽ uenit Semei, qui maledixerat ei, & prostratus dixit, Ne reputes mihi dñe mi iniquitatẽ, neq; memineris iniuriã serui tui. Agnosco enĩ seruus tuus peccatũ meũ, &c. Et tunc quidem dixit non morieris, iurauitq; ei, sed postea cũ appropinquassent dies, ut moreretur, dixit inter cætera filio suo Salomoni. Habes quoq; apud te Semei, qui maledixit mihi maledictione pessima, quãdo ibam ad castra, uir aũt sapiens es, & scies quæ facies ei, deducesq; canos eius cũ sanguine ad infernũ. Non (inquã) iniustus in hoc facto inuenitur Dauid, quia non uero corde reconciliationẽ quæsiuit Semei, non præ desyderio iustitiæ pœnituit, sed seruil'r metu pœnæ concidit, quia rex quẽ oderat in corde suo, cui profugienti maledixit, iterũ salutatus in regno sedit. Mutauit uocẽ, non mutauit mentẽ. Hoc quoq; innuit scriptura cũ dicit. Ipse quoq; uidelicet Banaias filius Ioiadæ interfecit uirũ Aegyptiũ, uirũ digno spectaculo, habentẽ in manu hastã. Aegyptiũ moribus, non genere, dixit illũ Semei, & habentẽ in manu hastã, id est, datã in potestate sua propriæ mortis sententiã, quã hoc modo dedit Salomon. Quacũq; aũt die egressus fueris, & transieris torrentẽ Cedron, scito te interficiendũ. Dixitq; Semei. Bonus sermo. Itaq; sic fecit Dauid, tanquam non suimet, sed dei & legis uindex, cuius hoc edictũ est. Principi populi tui non maledices. Sic illum puniri iussit, ut nihilominus secure dicat, Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidã merito ab inimicis meis inanis.

Lucæ. 15 Auaricia Iudæorum.

Matth. 23. Iohan. 2

Gene. 37

2. Cor. 1.

1. Iohan. 3.

Iego † est

Matth. 18

1. Cor. 5.

Lucæ. 17 Vindicta Dauid cõtra Semei iusta.

2. Reg. 19

3. Reg. 2.

2. Reg. 23.

3. Reg. 2.

Exodi. 22.

Psalm. 2.

FINIS LIBRI QVARTI.

¶ De gloria

DE GLORIA ET HO-
NORE FILII HOMINIS LIBER .V.



VM PLVRIMA DICTA SINT ANtiquis, et omnia cõprehendantur uno nomine legis, quam dominus ipse, non ueni (inquit) soluere legẽ, sed adimplere: rationẽ non frustra quærat aliquis, cur pauca de pluribus, id est, tantummodo sex dicta pro exemplo posuerit, ut appareret, quibus modis agenda foret adimpletio, quã dixit: & cur ista potius, q̃ cætera, hic assumpserit, taliq; ordine digesserit. Primũ est, non occides: secundũ, non mœchaberis: tertiũ, quicunq; dimiserit uxorẽ suam, det illi libellũ repudij: quartum, non peierabis: quintum, oculum pro oculo & dentem pro dente: sextum, diliges proximũ tuum, & odies inimicum tuum. Hæc (ut iam dixi) nõ frustra quærat aliquis, cur potius assumens, quàm cætera, tali ordine digesserit, per singula subiungens, ego autem dico uobis? Ad hæc breuiter dicendum, quia quæ sub istis continentur dictis siue præceptis, ita sunt necessaria Christiano homini ad perfectionem iustitiæ tendenti, ut sine his perfectus esse non possit eadem perfectione, quam post eadem dicta diligenter commendans, tandem dicit. Estote & uos perfecti, sicut & pater uester cœlestis perfectus est. ¶ Hoc nanq; primũ est opus iustitiæ, esse unanimes in fide & fraterna dilectione. Quid aliud nobis intimare curauit, dum præmisso, dictum est antiquis, non occides, adiecit, ego autem dico uobis, quia omnis qui iracscitur fratri suo & cætera, usq; esto cõsentiens aduersario tuo? Post hoc initium iustitiæ, quid tam pulcrum, tam deo dignum, q̃ pro adipiscenda castitate labo rare? Hoc plane uehementi intentione declamat, dum præmisso, dictum est antiquis, non mœchaberis, adiecit, ego autem dico uobis, quoniam omnis qui uiderit mulierem ad concupiscendum eam, & cætera usq;, quàm totum corpus tuũ mittatur in gehennam. Porrò studium castitatis sic discrete erat exercendum, ut nullum ipsi naturæ generaret scandalum, id est, ne prædicatio castitatis occasio fieret adulterij, qđ & apostolus præcauens, his autem qui matrimonio uincti sunt præcipio, non ego, sed dominus, uxorem à uiro non discedere. Super hoc nimirum confestim nos instruit, dum præmisso, dictum est, quicunq; dimiserit uxorem suam, det illi libellum repudij, subiungit, ego autem dico uobis, quia omnis qui dimiserit uxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam mœchari. Cum aũt huc usq; christianus profecerit, ut castitatis uirtute præcinctus sit, confestim & ille iustitiæ successus eũ delectare poterit, ut cunctis quoad potest sese eximat negocijs seculi. Hoc intendens, cũ deinde dixisset, dictũ est antiquis, non peierabis, adiecit, ego autẽ dico uobis, non iurare omnino, &c. Deniq; sine iuramentis quomodo tractari possint negocia seculi? Cũ ergo dicit, non iurare omnino, libere esse uult ab omni secularj negocio. Profectò qui hanc susceperit partẽ consilij, consequenter & illud suscipiet, ut iniuriam non solũ non facere, uerũ etiam pati propter deũ uelit. Mox itaq; præmisso, dictum est, oculum pro oculo & dentem pro dente, adiecit, ego aũt dico uobis, non resistere malo, &c. Post hæc unum adhuc necessarium est iustitiæ signaculum, quod protinus superponens, dictum est, ait, diligesproximũ tuum, & odies inimicum tuum: ego autem dico uobis, diligite inimicos uestros, benefacite his qui uos oderunt, & cætera, quæ ita concludit. Estote & uos perfecti, sicut & pater uester cœlestis perfectus est. ¶ Nunc horum omnium series iuxta propositum siue inceptum diligentius percurrenda est. L. Audistis quia dictum est antiquis, non mœchaberis. Ego autem dico vobis, quia omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo. ¶ Quomodo supra homicidij, ita hic adulterij uoluntas damnatur, etiam non sequente effectu. Videre nanq; mulierem ad concupiscendum eam, quid aliud est nisi contemplari mulierem, habendo uoluntatẽ adulterandi eam? Recte ergo, sicut qui iracscitur fratri

Quæstio.

Responsio.

Sex dicta legis, pro exemplo iustitiæ.

Non mœchaberis.

ſuo,uel qui odit fratrem ſuum,homicida eſt,& iccirco reus erit iudicio:ita qui uiderit mu-
lierem ad concupiſcendum eam,iam(inquit)mœchatus eſt eam in corde ſuo, & iccirco ni
hilominus reus erit iudicio. Veruntamen adhuc parum eſt, eiuſmodi uiſum continere, ſi
uis in te ueracem facere eum, qui hic præloquens dixit,non ueni legem ſoluere,ſed adim-
plere.Proinde audi quod ſequitur adhuc, ⌊ Quod ſi oculus tuus dexter ſcandalizat
te,erue eum,⁊ proijce abs te. Expedit enim tibi, vt pereat vnum membrorum tu-
orum,q̃ totum corpus tuum mittatur in gehennam.⌋ Etenim hic † ſenſus. Vt ſis in
caſtitate perfectus,non ſolum ſiniſtrum oculum eruere,uerum etiam dextrum debes pro-
ijcere abs te,ſi tamen ſcandalizat te,id eſt,non ſolum adulterini concubitus concupiſcen-
tiam fugere,uerum etiam licitum amorem, licitam coniugij copulam ſoluere & abijce-
re,ſi dūtaxat tecum non conſentit mulier habitare,aut ſi propter cohabitationem eius pe-
riculum tibi ſubeūdū eſt uitæ uel ſalutis æternæ.Nam hoc modo reuera dexter oculus tu
us ſcandalizat te, ſi uel te uirum mulier uel te mulierem uir coniunx non patitur in fide
Chriſti permanere. ¶Huic fundamento fideliter inſiſtens apoſtolus,infidelis(ait) ſi diſce-
dit,diſcedat.Non eſt eñ ſeruituti ſubiectus frater aut ſoror in eiuſmodi. Exempli gratia.
Pone Iudæum ſiue gentilem uirum ſiue mulierem conuerti uelle ad Chriſtū,ſiue iam cre-
didiſſe in Chriſtum,& de coniugali copula pati huiuſmodi ſcandalum, ut aut ſoluendum
coniugium,aut fidei ſubeundum ſit diſpendium. Nonne huic incunctanter & certiſſime
dicas,expedit tibi ut pereat unum membrorum tuorum,quàm totum corpus tuum mittatur in
gehennam? Sic & fratrum & liberorum atq; affinium & propinquorum in cauſa hac neſcire
debemus affectum,imò truncare expedit huiuſmodi portiones,ne dum uolumus lucriſa-
cere cæteros,ipſi in æternum pereamus. Vnde & de ſacerdote magno dicitur, cuius ani-
ma cultui dei dedicata eſt. Super patre et matre & filijs non polluetur,id eſt,nullius affectū
ſciet,niſi eius,cuius cultui dedicatus eſt. ⌊ Dictum eſt autem. Quicunq; dimiſerit vx-
orem ſuam,det illi libellum repudij. Ego autem dico vobis,quia omnis qui dimi
ſerit vxorem ſuam,excepta fornicationis cauſa,facit eam mœchari. Et qui dimiſ-
ſam duxerit,adulterat.⌋ Ne ergo nimium ſis feſtinus,ò auditor euangelicæ pacis,ad eru-
endum oculū tuum dextrū,ne multum feſtines quaſi propter euangelium rumpere coniu
gij uinculum,quod ſupra diximus competenter ſignificari per oculū dextrum. Dixit tibi
ſupra,erue oculū tuum dextrū ſi ſcandalizat te:& non dixit,erue oculum tuū dextrum,ne
forte ſcandalizet te. Vt manifeſtius fiat quod dico,non tibi dicit euangelium,dimitte uxo
rem tuam,quam tecū Chriſtiana fides inuenit,ne forte ſeducat te:ſed dicit tibi,dimitte eā,
ſi propter fidem odit te,& tecum non conſentit habitare. Adiuuat ſenſum ueſtrum Apo
ſtolus ad cautelam neceſſariam,cum dicit. Si quis frater uxorem habet infidelem,& hæc
quidem conſentit habitare cum illo,non dimittat illam. Et ſi qua mulier habet uirum infi-
delem,& hic quidem conſentit habitare cū illa,non dimittat uirum,& ſubinde. Vnde eñ
ſcis mulier,ſi uirum ſaluum facies? Aut unde ſcis uir,ſi mulierem facies ſaluam? Fieri nam
q; potuit & nonnunquam factum eſt, & nonnunquam futurum apoſtolus ſcire poterat,
ut per mulierem uir,& per uirum mulier ſalua fieret. Rachel uero uxor Iacob per idola-
triæ culpam penè perdita erat,quippe quæ & cum † ultro proficiſcens, furata fuerat idola
patris ſui Laban,ſed ſaluata eſt per uirum,dicentem paulo antequam moreretur, pericli-
tata partu. Abijcite deos alienos,& mundamini,ac mutate ueſtimenta ueſtra. Surgite &
aſcendamus in Bethel,ut faciamus ibi altare deo,qui exaudiuit me in die tribulatiōis meæ,
& fuit ſocius itineris mei. Dederunt ergo ei omnes deos alienos quos habebant. At ille in
fodit eos ſubter Therebinthum. Ergo coruſcante Chriſti euangelio,ò tu quicunq; coniu
gatus quæcunq; coniugata inuenta es, comparem ſiue thori conſortem ad fidem Chriſti
præueniens,expecta:nec deſperes quandoq; ſequi poſſe quamuis tardantem. Habes nam
q; non ſolum rationem, uerumetiam exempla,cur de ſalute comparis deſperare non debe
as. Sanctificatus eſt eñ uir infidelis in muliere fideli,& ſanctificata eſt mulier infidelis per
uirum fidelem,uidelicet,ut illa,quam dixi,Rachel. Sed hoc aliquando factum eſt,& ado
huc fieri poteſt. ¶ Vna dumtaxat cauſa eſt,propter quam dimittere liceat etiam inuitam,
& tecum habitare conſentientem,ſcilicet fornicatio. Sola eñ cauſa iſta te liberat,ut non iu
dicetis

addo † eſt Quid eſt, oculum dextrum proijcere.

I.Cor.7.

Leuit.21. Deut.24.

Quo licet inſ delē cōiugē dimittere.

I.Cor.7.

Gene.35. lego † uiro Gene.35.

I.Cor.7.

Euāgeliū non admittit libellū repudij.

dicēris fecisse illam mœchari, cū alius eam duxerit, quia prius illa mœchata est, quàm tu illam dimitteres. Lex quoq; ubi dixit antiquis dare libellū repudij, non omnino de isto iudicio tacuit, quod scilicet & qui dimisit & qui dimissam duxit, uterq; adulterij reus fuit. Quid ergo amplius hic dixit quàm dictū est antiquis? Videlicet quod in euangelio causa ista non recipienda sit, ut uxorem suam propter odium dimittat quis, nec aliam prorsus ob causam hoc licitū sit, nisi ob illam, quā dixit, causam fornicationis, quæ sola cū interciderit, reatu mœchiæ non inuoluitur is qui dimisit. In posteriore parte huius euangelij plenius exponit saluator, quod Moyses libellū repudij dari iusserit propter duriciam cordis magis q; non discidium concedens, sed auferens homicidiū. Multo em̄ melius est, licet lugubrem, euenire discordiam, quàm fundi sanguinē per odiū. ¶ Iterum audistis, quia dictum est antiquis, non peierabis. ¶ Reddas autem domino iuramenta tua. Ego autem dico vobis, non iurare omnino, neq; per cœlum, quia thronus dei est: neq; per terram, quia scabellum est pedum eius: neq; per ¶ Hierosolymam, quia ciuitas est magni regis: neq; per caput tuum iuraueris, quia non potes vnum capillum album facere aut nigrum. Sit autem sermo vester, est est, non non. Quod autem plus est a malo est. ¶ Sciendū hic in primis, quia dictum hoc domini, non iurare omnino, nonnihil in rationibus nostris differt à cæteris dictis eiusdem domini. Denicq; ut non iracaris fratri, ut non uideas mulierē ad concupiscendū eam, ut non dimittas uxorē excepta fornicationis causa, ut non resistas malo, quinimò percutienti dexteram maxillā præbeas & alterā, ut bene faciashis qui oderunt te, & ores pro persequentibus & calumniantibus, nec litera, nec spiritus legis usquam contra dicit. At uero ut non iures omnino, non uidetur lex in tuo reliquisse arbitrio, Dicit em̄. Si latet fur, dominus domus, à quo sublatū est furto quippiam in custodiā sibi commēdatū, applicabitur ad deos, id est sacerdotes, & iurabit quod non extenderit manū in rem proximi sui, ad perpetrandam fraudē. Item, Si quis cōmendauerit proximo suo quodcunq; iumentū ad custodiam, & mortuum fuerit aut debilitatū uel captum ab hostibus, nullusq; hoc uiderit, iusiurandū erit in medio, quod non extenderit manū ad rem proximi sui, suscipietq; dominus iuramentum, & ille reddere non cogetur. ¶ Quomodo ergo dicit nobis, non iurare omnino, nisi ita dū taxat, ut uelit nos eorum, quæ occasionem siue etiam necessitatē prębent iurandi, nihil pro priū possidere in mundo? Et reuera hic est ordinatus ad perfectionē iustitiæ profectus, ut postquàm erueris abs te oculū dextrum eo modo, quo supra dictū est, totū deinde sequaris consiliū, quod huiusmodi est. Si uis perfectus esse, uade & uende uniuersa quæ habes, & da pauperibus, & ueni sequere me. Cum em̄ hoc feceris in tuo iam erit arbitrio, non iurare omnino. ¶ Quod deinde dicit, neq; per cœlū, neq; per terram, neq; per ciuitatem Hierosolymā, neq; per caput tuū iuraueris: iam non solummodo consilium, uerū etiam præceptū est, quia uidelicet per elementa mundi iurare, omnino delictū est. Hanc per elementa iurandi pessimam consuetudinem semper habuere Iudæi, sicut prophetalis eos sermo frequens arguit, utpote creaturas resq; carnales uenerantes honore & obsequio dei. Qui em̄ iurat, profecto aut ueneratur aut diligit id per quod iurat. ¶ Porrò hic uenerationem circa hæc habendam uidetur augere, cum dicit de cœlo, quia thronus dei est, de terra, quia scabellū est pedū eius, de Hierosolyma, quia ciuitas est magni regis, & iccirco per ista neiuraueris inquit, Nunquid hoc sensu res istas magnificat, ut earundē rerū non sit ausu iurandi temeranda maiestas? Imò hæc iurisiurandi uocibus indigna iudicat. Solus em̄ deus solus creator est, per quem iurandum sit, si necessitas iurare compellat. Ait em̄ lex. Et per nomen externorum deorū non iurabitis, nec audietur ex ore uestro. Item. Dominū deum tuum timebis & ei seruies, ipsi adhærebis, iurabisq; in nomine illius. Et hoc quasi paruulis fuerat lege concessum, ut quomodo uictimas immolabant deo, nec eas idolis immolarent sic & iurare permitterentur in deū, non quod recte hoc facerent, sed q̄ melius esset deo id exhibere q̄ dæmonijs. Cū igitur dicit, neq; per cœlū iuraueris, & causam istā subiungit, quia thronus dei est, itemq; de terra, quia scabellum est pedū eius, idem est, ac si dicat, quia cœlū tanto minoris est eo per quem solū iurare concessum est, quanto minoris est sedes, itemq; terra tanto minor illo est, quanto minoris est scabellum eo cuius subpe-

Matth. v.

Leuit. xix.

Nō iura omnino, differt ab alijs dictis domini.

Exodi. xx.

Ibidem.

Matth. xx.

Nō iurandū est, neq; p cœlum, neq; per terram, &c.

Exodi. xxiij. Deut. vi.

dibus est. Similiter Hierosolyma, quæ (ut multũ dicam) ciuitas magni regis est, forte Dauid qui illam cœpit, aut Salomonis qui illam ampliauit, siue etiam dei, propter fundatum in ea templum dei. Quid ergo per ista iuras, cum cœlum non deus, sed tuo sensu scabellum
Esaiæ.66. pedum dei sit, propter illud quod in propheta dicit, cœlum mihi sedes est, & terra scabellum pedum meorum: cum Hierosolyma non deus, sed ciuitas sit regis magni? De capite tuo quid dicam? Quid iuras per caput tuum, id est, per temetipsum, cum tu non feceris temetipsum? Illum nanq; solum iurare decuit per semetipsum, quẽ alius non fecit, quia ma-
Hebræ.6 iorem se (ait Apostolus) per quẽ iuraret, non habuit. Hæc secundum tempus illud maxime contra Iudæos dixerit, qui per angelos & urbem Hierusalem & templũ & elementa iurantes, creaturas resq; carnales uenerabantur honore & obsequio dei. Deniq; considera, quod hic saluator non per deum iurare prohibuerit, sed per cœlũ & terram & per Hie-
Sit sermo uester, est est, nõ non. rosolymam, & per caput tuum. ¶ Porrò euangelica ueritas non recipit iuramentum, cum omnis sermo fidelis pro iureiurando sit. Dicit enim. Ego autem dico uobis, non iurare omnino. Sit autem sermo uester, est est, non non. Quod autem his abundantius est, à malo est subauditur illius, cuius infirmitate seu duricia iurare coactus est. Exempli gratia, Vt is qui
Gene.23. primus ex hominibus iurasse legitur Abraham. Quod enim iurauit à malo eius fuit qui dixit. Iura ergo per dominum, ne noceas mihi & posteris meis stirpiq; meæ, sed iuxta misericordiam, quam feci tibi, facias mihi & terræ in qua conuersatus es aduena. Rex enim erat ille, & nisi rogatus ab eo iurasset Abraham, magis illi suspectus esse poterat: Similiter
2. Cor.jj quod apostolus iurauit Corinthijs, si tamen nihil minus habet à iuramento quod dicit, deus & pater domini nostri Iesu CHRISTI, qui est benedictus in secula, scit quod non mentior, itemq; quotidie morior per uestram gloriam fratres: à malo fuit ipsorum, quos
2. Cor.jz. ipse culpans ait. Factus sum insipiens, uos me coegistis. Ego enim debui à uobis commendari. Postquam consilium hoc sequi cœperit Christianus homo, ut non iuret omnino, quod (sicut iam supra dictum est) tunc demum obseruare poterit, si semetipsum expediat ab omni seculari negocio, quod iam sequitur secundum propositum eius ad perfectionẽ iustitiæ tendentis, nisi hoc, ut nulli malum pro malo reddere uelit, nec saltem resistere iniu-
Exodi.23. Deut.j9. riam facienti. Sequitur ergo. ⌊ Audistis quia dictum est, oculum pro oculo & dentem pro dente. Ego autem dico uobis, non resistere malo. ⌋ Sicut illud dictum antiquis, quicunque dimiserit uxorem suam, det illi libellum repudij, ita & istud, oculum pro oculo, dentem pro dente, non præcipientis, sed concedentis siue permittentis fuit, uidelicet ob duriciam cordis, cui nequaquã sufficit æqua repensio, nec requiescit, nisi de pœna crudelitatis satiata fuerit. Ergo & in hoc est adimpletio legis, dum non solum uicariã non reposcere docetur pœnã, uerum etiam ad omnis iniuriæ uir ecclesiasticus formatur patientiam. ⌊ Si quis (ait) te percusserit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram. Et ei qui vult tecum iudicio contendere, remitte & pallium. Et quicunque te angariauerit mille passus, vade cum illo alia duo. Qui petit a te, da
Matth.jj. ei. Et volenti mutuari a te, ne auertaris. ⌋ Vere propter huiusmodi doctrinã saluator quodam loco dicit. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiã uos. Tollite iugum meũ super uos, & discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris. Etenim q econtra faciunt, qui percutientẽ in maxillã, quoad possunt, repercutiunt: qui pertinaci contentione agunt, ne uincantur ab eo qui uult tollere tunicã uel palliũ, nonne laborant? Nonne onerati sunt? Econtra qui præsens
2.Cor.9. sequuntur consiliũ, nonne requiem etiã in præsenti seculo inueniunt? Iam fiet illud quod dicit, qui petit à te, da ei, si hilariter fiat, quoniã (ut testatur apostolus) hilarẽ datorẽ diligit deus, quanta ibi iocunditas? Quanta festiuitas? Veruntamen notandũ, quod non ita dixit & qui petit à te, da ei quicquid petit. Quis enim hoc semper facere potuit? Forte petit aurum, tu autem non habes aurũ uel argentũ. Propterea dic illud, quod Petrus Apostolus
Actu.3. dixit, dum claudus mendicans intenderet in eũ, sperans ab eo se aliquid accepturum. Argentum & aurũ non est mecũ, quod habeo, hoc do tibi. Etenim si uoluntas prompta est
2 Cor.8. (ait Apostolus Corinthijs) secundũ id quod habet accepta est, non secundũ id quod non
Proueib.jj. habet. Et si non est aliud, sermo responsionis porrigatur bonus, quia scriptum est, sermo

bonus

bonus super datum optimum. ¶ Sciendum quia dominus noster, qui hæc docet, in primis uel maxime fecit quæ docuit. Petenti dedit, immò non expectauit ut peteretur, sed ultro dedit plus quàm petere sciret aliquis. Quomodo cœpit: Scitis enim (ait idem Apostolus) gratiam domini nostri Iesu CHRISTI, quoniã propter nos egenus factus est cum esset diues, ut illius inopia uos diuites essetis. Ipse percutienti maxillam præbuit non solũ alteram, uerum etiam totum corpus ut saturarerur obprobrijs, sicut dictum fuerat per prophetam Hieremiam. Ipse uolenti cum eo contendere iudicio, uidelicet Pilato siue populo Iudaico, non respondit uerbum, tollentiq; tunicam eius inconsutilem & desuper contextam per totum, remisit & omne uestimentum, ut facerent quod scriptum est. Diuiserunt sibi uestimenta mea, & super uestem meã miserunt sortem. ¶ Porrò quod adhuc dicit, & quicunq; te angariauerit mille passus, uade cum illo alia duo, subauditur milia passuum: multo insignius quàm litera sonat, ipse paulo ante fecerat. Hic primo sciendum, quia mille passus sabbatizantem lex sacra concedit. Quod autẽ uel quale est aut esse debet spiritualis uiri sabbatum, nisi secreta & quieta meditatio rerum spiritualium? Nimirum eiusmodi sabbatũ sabbatizabat ipse in deserto, quando accessit ad eum tentator. Veraciter hoc fuit mille passus angariari, cum tentatore in illo tali sabbato altercari. At ipse tantummodo mille passus angariari, id est, non tantummodo semel passus est tentari, sed iuit cum illo alia duo, quia duas præter priorem tentationes pertulit, assumptus ab illo in sanctam ciuitatem, & ductus in montem excelsum ualde, & tunc dixit ei. Vade Satanas. ¶ Forte & tu o anima magni apostoli, siue cuiuscunq; uiri apostolici, sabbatizare uis. Expoliasti te tunicatua, lauisti pedes tuos, & in cubiculo secretæ contemplationis sabbatizare uis. Sed ecce uox dilecti tui pulsantis. Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea. Hæc dicens, Vtiq; angariare te uult mille passus, quod est sabbati iter, ut ante iam dictũ est. Angariare (inquam) te uult, ut postposita, quã elegeras solitariæ contemplationis requie, surgas illi aperire, uadas euangeliũ eius annunciare, & hoc in una parte orbis terræ in Asia, ubi sita est Hierusalem siue Iudea, ubi euangelium eius primũ loqui oportebat. Vade cum illo alia duo milia passuum, id est, noli contentus esse in una Asia prædicare, sed & in Affrica & in Europa prædicando labora, laborando prędica euangelium, & hoc modo pulchre angariatus es, uadens cũ illo non solũ mille passus, sed & alia duo, fiuntq; tria milia passuum, quia tres sunt partes orbis terrarũ. Nunquid in huiusmodi angaria plus iniuriæ tu pro illo, quàm ille pro te passus est? Illum quippe deum & hominem diabolus tentator, te purum hominem angariauit ipse deus saluator. ¶ Interea iustificare debemus deum & patrem domini nostri Iesu CHRISTI, ipsumq; filium qui hic loquitur nobis & dum non accipimus quod ab ipso petimus, nihilominus cũ Psalmista dicere, Fidelis dominus in oĩbus uerbis suis, & sanctus in oĩbus operibus suis. Quid enĩ? Nunquid illã solũ dixit, Amen amen dico uobis, si quid petieritis patrẽ in nomine meo, dabit uobis, petite & accipietis, petite & dabitur uobis? Nonne & hoc dixit, Date & dabitur uobis, & quod hic in præsenti loco habemus, qui petit à te, ne auertaris? Volumus audire, petite & dabitur uobis: & dissimulamus audire, date & dabitur uobis. Profecto sicut apud Esaiam ubi præmittens, quærite iudicium, subuenite oppresso, & cætera, tunc demum subiungit, & uenite & arguite me: ita & hic iurisperitus esse debebis, ut cum feceris quod dicit, Qui petit à te da ei, & uolenti mutuari à te, ne auertaris, tunc demum uenias & arguas eum, eo quod non acceperis, iuxta promissum hoc, petite & accipietis. ¶ Adhuc unum superest o Christiane dictum uel dicendum tibi, & sex erant dicta domini, & cum sex, quasi diebus dictorum huiusmodi bene operatus fueris, legemq; adimpleueris, tunc demum uir emeritus iure introire in requiem domini, & sabbatismum filiorum dei sabbatizare dignus es. Quid est illud? L. Audistis (inquit) quia dictum est, Diliges proximum tuum, & odies inimicum tuum. Ego autem dico uobis, Diligite inimicos uestros, benefacite his qui oderũt uos, & orate pro persequentibus & calũniantibus uos, ut sitis filij patris uestri qui in cœlis est, qui solẽ suũ oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. ¶ Poteras percutienti maxillã dextram, etiam iratus præbere alteram, & dicere non (ut apostolus) prænũtiando, percutiet te dominus, sed im

Chrs q̃ docuit, ipse in primis fecit. 2. Cor. 8.

Threñ. 3.

Iohan. 19. Psalm. 21.

Actu. 1.

Matth. 4 Lucæ. 4

Bona angariatio apostoli & similium Cant. 5.

Date & dabitur uobis. Psalm. 144

Iohan. 16 Lucæ. 11. Lucæ. 6.

Esaiæ. 1.

Actu.23 precando, percutiat te dominus paries dealbate: poteras auferenti tunicam, etiã iratus re-
mittere & palliũ, & dicere, non (ut idem apostolus) cõminando siue prẽnunciando, reddet
2.Timo. 4 illi dominus, sed maledicendo siue imprecando, reddat illi dominus secundũ opera eius, ut
non esset contra hoc legis mandatũ adhuc minimũ, Diliges amicũ tuũ, neq; contra hoc le-
gis permissum, & odies inimicũ tuũ. Porrò tendẽti tibi ad gradũ optimũ, ut sis filius patris
tui qui in cœlis est, permisso uti non conuenit, ut odio habeas inimicũ tuũ, imò expedit ut
Quæstio. diligas eũ iam, dũ adhuc inimicus est, & pro illo ores. ¶ Quare ergo lex dixit, & odies ini-
micũ tuum? Nonne ipsa eiusdem uox est, cuius & euangelium? Quare ergo tam diu distu-
lit dictum hoc tam benignum. Dilige inimicum tuum? Videlicet, quia hoc impossibile e-
Roma. 7. rat legi, & in hoc infirmabatur per carnem, sicut apostolus ait. Quorum per carnem infir-
Responsio. mabatur? Nimirum eorum qui sub lege erant, quia carnales erant. Sicut ad duriciam cor-
dis eorum permisit eis dare coniugibus libellos repudij, ita nihilominus ad duriciam cor-
dis eorum & propter infirmitatem carnis eoꝝ alia quoq; multa permisit, quorum de notis-
simis est hoc unum, & odies inimicum tuum, siue ita, propinquus occisi statim, ut homici-
Nume. 35 dam apprehenderit, interficiet eum, Dicis itaq; mihi. Nonne & hodie in hominibus eadẽ
Christianis minus licet q̃ licuit Iudæis. est tam duricia cordis quàm infirmitas carnis? Est quidem, sed exemplum accessit, quod
antiquis defuit. Debet plus ualere doctrina, ubi docentem sua commendant opera. Au-
diri debet præceptum, quod præceptoris roborauit exemplum. Ecce filius dei præcep-
tor & doctor de cœlo uenit: quod præcipit, fecit: quod docet, opere ostendit. Dilexit in-
Roma. 5. imicos, nam cum inimici essemus (ait aplus) reconciliauit nos deo. In ipso mortis articulo
Lucæ. 23 pro persequentibus & calumniantibus se orauit, pater (inquiens) ignosce illis, non em̃ sci-
unt quid faciunt, cunctisq; credere uolentibus reatum suæ mortis indulsit. Hoc exemplũ
doctrinã eius adiuuat, quod quia defuit quando data est lex, erat ipsa lex infirma: simulq;
quia spiritũ dilectionis dare non poterat, tale quid illi efficere & ad perfectionem cogere
homines impossibile erat. Iste quia & perfectionis exemplũ & dilectionis spiritũ dedit, ic
Roma. 8. circo iam extunc iure à nobis imitationẽ exigit grandi proposita spe, quæ cũ uenerit, pro-
Differẽtia in- fectò meritum omne excedit, ut simus filij dei, fratres & cohæredes unici filij dei. ¶ Et in
ter unicũ filium dei & mꝝ hoc dicto cũ dicit, ut sitis filij patris uestri qui in cœlis est, magna subinnuitur distantia fi-
tos filios dei. liorum multorũ & ipsius unici filij dei. Ille nanq;, non ut esset filius dei, sed quia erat filius
dei, dilexit inimicos, secundũ naturam suæ bonitatis: alij omnes, non quia sunt, sed ut sint
filij dei, diligant inimicos imitatione illius bonitatis, qui solem suum oriri facit super bo-
nos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Hoc si sensu duplici intelligas, abundantius
ualet, Nam est quidem magnum bonitatis siue benignitatis eius experimentum, quod so-
lem istum uisibilem facit oriri super bonos & malos, & pluuiam terræ necessariam pluit su-
per iustos & iniustos, sed maius multo est, quod solem iustitiæ, solem uerum, Christũ filio-
um suum notum facit bonis & malis, tam qui ex Iudæis, quàm qui ex gentibus sunt, & uo-
luntaria prædicationis euangelicæ pluuia cunctos irrigans, cohortatur eos facere bonum
fidei uel pœnitentiæ fructũ. ⌊ Si enim diligitis eos tantum qui vos diligunt, quã
mercedem habetis? Nonne ⁊ Publicani hoc faciunt? Et si salutaueritis fra-
tres vestros tantum, quid amplius facitis? Nonne ⁊ Ethnici hoc faciunt?
Estote ergo perfecti, sicut ⁊ pater vester cœlestis perfectus est. ⌋ Vbi opus labo-
Christi præcepta nobis possibilia. riosius, ubi labor est operosior, ibi uel inde merces maior, & corona adquiritur gloriosior.
Porrò multi præcepta dei, imbecillitate sua, non sanctorũ uiribus, æstimantes, putant esse
impossibilia quæ præcepta sunt, & dicunt sufficere uirtutibus, non odisse inimicos, cæte-
rum diligere plus esse quàm humana natura patiatur. Non sunt impossibilia, sed possibile
est obseruari hæc omnia, quippe cum de iustis hominibus exempla nonnulla sunt, qui
hæc obseruauerunt. Stephanus protomartyr deprecatus est pro lapidantibus inimicis, &
Actu. 7. Paulus optabat anathema esse pro persecutoribus suis. Sed & ante exemplum huius filij
Roma. 9 dei, cuius est dictum, quicq; fecit hoc ipsum dicens, pater ignosce eis, quod em̃ faciunt nes-
Lucæ. 23 ciunt. Dauid iniussus planxit Saulem, luxit ABSOLON, ambos persequentes am-
1.Reg. I. bos ipsius animam quærentes, Iniussum DAVID iccirco dixi, quia lex non iusserat
2.Reg. 3 inimico parci, siue doleri de morte inimici: Euangelium autem, sicut in cæteris ante dis-

ctis, ita in isto supplet defectũ legis. ¶ Dictũ hoc, estote ergo & uos perfecti sicut & pater uester cœlestis pefectus est, quantæ gratiæ sit, ex opposito magis elucet, scilicet ex eo, ꝙ serpens primis parentibus nostris dixit, suadens transgredi præceptũ, comedite, & eritis sicut dij, scientes bonũ & malum. Malam uiam quasi ad perfectionẽ ille sibilando susurrauit, bonã uiam ad ueram perfectionem iste, demonstrando prædicauit. Estote (inquit) perfecti, estote nõ dico sicut dij, sed uere filij dei. Estote (inquã) ita perfecti, secundum modũ perfectionis, quo pater uester cœlestis perfectus est, id est, nõ odiendo amicũ deum, quod ut fieret, serpens suasit: sed diligendo etiam inimicos, cuius rei uobis exemplum præbet ipse pater cœlestis. Illius doctrina nequam abduxit hominem ad omnimodam dei dissimilitudinem. Hæc doctrina æqua conformabit uos ad eiusdem dei similitudinem, ut fiat qđ scriptum est, ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes. ¶ In hoc (inquit apostolus Iohannes) manifesti sunt filij dei & filij diaboli. Nam filij diaboli sunt, qui nec amicos diligunt: ĩ hoc imitantes diabolum, qui non dilexit, imò odio habuit creatorem suum, cũ ille gratis & magnum & speciosum & sapiẽtem (sicut apud Ezechielem testatur) fecisset, & in monte sancto dei, id est in cœlo, posuisset eum: persuasitq; homini, ut neq; fidem neq; dilectionem haberet erga eundem creatorem suum, suoq; exemplo contemneret eum, habendo peruersum similitudinis, id est diuinitatis, eius appetitum. Filij dei sunt econtra qui etiam inimicos diligunt, optando ut amici fiant, imitantes ipsum deum, qui cum inimici essemus, ultro nobis obtulit reconciliationis gratiam, tanta dilectionis abundãtia, ut proprio filio suo non parceret, sed pro nobis omnibus traderet eum, Ad huius imitationem suos filius dei auditores inuitans, cum dixisset, estote & uos perfecti, protinus non quantitatem, sed qualitatẽ perfectionis proponẽs, addidit, sicut & pater uester cœlestis perfectus est. Quod est dicere. Sicut ille uos dilexit, cum essetis inimici, ut amicos faceret de inimicis: ita & uos diligite inimicos, dando operam, quoad potestis, ut conuertantur & efficiantur amici. His explicitis, protinus dicit. ⌊ Attendite, ne iustitiam uestram faciatis coram hominibus, ut uideamini ab eis. Alioquin mercedem non habebitis apud patrem uestrum qui in cœlis est. ⌋ Post illa, quæ hactenus tractata sunt, dicta iustitiæ, dicta legis adimplendæ, secundum propositum dicentis, non ueni soluere legem, sed adimplere, nũc aduersus intemperantiam loqui incipit, exhortando suos, & informando ad uirtutem temperantiæ. Hoc ita facere incipit, ut attentos nos esse uelit, dicendo, attendite ne iusticiam uestram faciatis coràm hominibus, ut uideamini ab eis. ¶ Venerabilis igitur & uere cœlestis temperantiæ uirtus hic inchoatur prædicari, quam nescierunt (sicut & cæteras uirtutes) Ethnici, id est gentiles, philosophi inanes: qui nomina quidem earum circa res aniles declamauerunt, sed naturam uel dignitatem ignorauerunt, & fundamentum, super quod eas ædificarent, non habuerunt. Ego (inquit) uobis supra dixi, luceat lux uestra coràm hominibus, quod sine dubio est iustitiam facere coràm hominibus: sed non dixit, ut uideamini ab eis, quod esset, sine deo uelle sabbatizare siue gloriari: immò dixi, ut uidentes opera uestra bona, glorificent patrem uestrum qui in cœlis est, quod est quærere gloriam dei, & tendere in sabbatismum eius, ubi requiescit & ipse ab operibus suis, Alioquin si mercedem hic recipere festinatis, mercedem momentaneam, quæ in usu hominum, in laude uel fauore popularium, quàm lenis, quàm exilis est, mercedem (ait) non habebitis apud patrem uestrum qui in cœlis est, ⌊ Cum ergo facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocrite faciunt in synagogis ꝛ in uicis, ut honorificetur ab hominibus. Amen dico uobis, receperunt mercedem suam. ⌋ Ergo (inquit) quoniam mercedem non habebit, qui iccirco iustitiam suam facit coràm hominibus, ut uideatur ab eis, cum facis eleemosynam, & cætera. Operum bonorum ex radice dilectionis prodeuntium, primum uel præcipuum eleemosyna est, sequens oratio, Deinde ieiunium. Paulo ante, radicem dilectionis intus in corde plantatam uel fixam esse uolens, dixit, audistis quia dictum est, diliges proximum tuum & odies inimicum tuum, ego autem dico uobis, diligite inimicos uestros, & cætera. Si ergo fixa est in corde radix dilectionis, bona est eleemosyna, bona oratio, bonum & utile ieiunium: de quibus hic agit ipse plantator eiusdem dilectionis, quia fructus uitales sunt, & mercedem uitæ

Gene. 3.

Psalm. 81.
1. Iohan. 3.
Quõ drñt filij diaboli a filiis dei.
Ezech. 28. 31.

Gene. 3.

Roma. 5. 8.

CAP. VI.

Philosophi ñ uere cognouerũt ꝟtutes

Radix bonorũ operũ dilectio est.

æternæ

æternæ adquirũt. ¶Possunt autem hæc eadẽ foras extrudi absq; radice dilectiõis, sed tali prouentu omnis hoꝝ fructuum pulchritudo est hypocrisis. Interpretatur eñ hypocrisis deauratio, quod nomen latinum sic à nobis intelligitur, ut res quælibet in superficie colore lucens aureo, sentiatur intus esse sine auro. Vt ergo uicinius dictum sit, ille hypocrita est qui eleemosynam quidem dat & orat & ieiunat, sed intus aurum dilectionis non habens, dupliciter ambulat, penetralibus siue interioribus fœtidis, superficie aurea: Eleemosyna, quæ non eiusmodi est, quæ non hypocrisis, id est deauratio, sed tota aurea, tota ipsa aurum est, cuius uena seu uenaꝝ principum dilectio est, unde aurũ uerũ misericordiæ manu effodi solet, hæc præciosa est, hæc in cœlũ ascendit, & ibi regem regũ, dominũq; dominantiũ delectabiliter pascit, potusq; illi est delectabilis, eũq; uelut uestimentũ cooperit, ficut & ipse ore proprio testificabitur in die iudicij. Esuriui eñ, & dedistis mihi manducare, & cætera usq;, quãdo feciſtis uni de his fratribus meis minimis, mihi feciſtis. ¶Et notandũ quod huius gratiæ sex opera sunt, quandã habentia similitudinem sex dierũ, quibus deus mundũ perfecit & omnia quæ in mundo sunt, in eo uidelicet, quod & ipsa suũ promeretur sabbatũ: ut qui hæc fecerit, etiã ipse requiescat ab operibus suis (ait apſus) sicut & à suis deus. Primũ est, esuriui & dedistis mihi manducare: secundũ, sitiui & dedistis mihi bibere: tertium, hospes erã & colligistis me: quartũ, nudus & operuistis me: quintũ, infirmus & uisitastis me: sextũ, in carcere erã & uenistis ad me. Ingredientur eñ in sabbatũ, id est, in requiem domini, qui hæc sunt operati, uocante ipso qui post sex dies in septimo requieuit, ac dicente, Venite benedicti patris mei, possidete paratũ uobis regnum à constitutione mundi. Tali ac tanto illius sabbatismi bono animam suam intemperans hypocrita defraudauit, quia faciẽs eleemosynam, tuba cecinit ante se, uoluit uideri in synagogis, uoluit audiri in uicis, cupiuit ab hominibus honorari, & hanc mercedem uanus ambiuit, uacuus recepit, inanis tulit. ⌊Te autem (inquit) facięte eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua.⌋ Quid eñ opus est sinistrã adhiberi, ubi sola dextera sufficit? Quid opus est totũ corpus moueri siue inquietari discurrendo, clamando, tuba canendo, cum sola manus dextera leui ductu sese porrigẽdo, plus fundere possit quàm pauper petere ausus fuerit, plus ingerere quàm tuum posse aut uelle sit? Vtinam quieta manente sinistra tantum dare uelis quantum porrigere ualet priusquam lassetur aut deficiat portenta dextera. Iccirco sic facito, ⌊vt sit eleemosyna tua in absconso,⌋ Olim in parabolis quoq; sapientia dixerat. Munus absc̃ditum extinguet iram, & donum in sinu indignationem maximam. Hæc est illa redditio dei, quam protinus familiariter promittens. ⌊Et pater tuus (inquit) qui videt in absconso, reddet tibi,⌋ Vnde pater tuus? Nimirum ex eo, quòd non contentus es obseruare illud antiquis dictum, diliges amicum tuum, & odies inimicum tuum, sed ad illius dicti supplementum, si esuriuit inimicus tuus cibasti illum, si sitiuit, dedisti illi potũ, ut uinceres in bono malum, quæ totius eleemosynæ laudanda perfectio est. Inde est ille pater tuus, & tu tanti es patris filius, iuxta conditionem dicentis, bene facite his qui oderunt uos, ut sitis filij patris uestri qui in cœlis est. Eadem de oratione, eadem de ieiunio ratio siue sententia est, cauendam scilicet esse in eis nequitiam hypocriseos, qua fermentabatur omnis iustitia scribarum & pharisæorum, & eleemosyna uidelicet & oratio & ieiunium: quippe qui sicut eleemosynam facientes tuba canere ante se, ita & ⌊in synagogis & in angulis platearum amant (inquit) stantes orare, vt videantur ab hominibus,⌋ & cum ieiunant tristes fiunt, ut pareant hominibus ieiunantes. Vnam eandemq; per singula iustus iudex depromit sententiam. ⌊Amen dico vobis, receperunt mercedem suam,⌋ Nunc iam quid dicat dignæ orationis formator & institutor pensandum est. ⌊Orantes (inquit) nolite multum loqui sicut Ethnici. Putant enim quod in multiloquio suo exaudiantur. Nolite ergo assimilari eis. Scit enim pater vester, quid opus sit vobis, antequam petatis eum,⌋ Ethnicoꝝ non paruũ circa uoces cõpositiõesq; uerborũ fuit studiũ, qualiũ maximi uel notissimi sunt inter poëtas Vergili⁹, inter historiographos Salustius, inter oratores M. Tullius. Taliũ scripta si sctis ac diuinis scripturis cõferas ea maxime discernũtur distantia, quod apud illos res exiles atq; ignobiles utpote terrenæ, & de cœlestibus siue spiritualibus nihil habentes, uerbis ornantur: in sanctis autem scripturis non

Matth. 25.

Sex opa misericordiæ pducũt in sabbatum domini.

Hebræ. 4

Prouer. 25.

Vnde deus ẽ pater noster.

Roma. 12

Supra cap. 5.

ris non res uerbis, imò uerba rebus uenerabiliter decorantur. Ibi uerba conquisita † iusq; se quentia rebus caducis maiestatem quandã afferre coguntur: hic autẽ res magnas, res diui nas sponte uerba sequuntur, & quamuis pulchra sint, ita rerũ maiestate operiuntur, ut nisi diligenter attendas, uix appareat eloquentia, quod præsens assit, dominamq; suam sapien tiam libenter comitetur. Nolite ergo (inquit) assimilari eis, nolite putare, quemadmodum ipsi, quod in multiloquio exaudiamini, deumq; iudicem magis longa & eleganti oratione quam rerum ueritate flectere aut uincere postulatis, aut quod docilem facere siue docere de um opus sit. Scit enim pater uester quid opus sit uobis, antequàm petatis eum. ¶ Consur git in hoc loco quædam hæresis philosophorum quoq; dogma peruersum, dicentium. Sinouit deus quid oremus, & antequàm petamus, scit quibus indigeamus, frustra scien ti loquimur. Quibus breuiter respondendum est, nos non narratores esse, sed rogatores. Aliud enim narrare ignoranti, aliud scientem petere. In illo iudicium est, hic obsequium Ibi fideliter referimus, hic miserabiliter obsecramus. Plus adhuc dicendum & uenerabili ter sentiendum est, quia speciosum hoc inter deum & homines commercium, scilicet ora tio, non debet esse solummodo ad accipiendum, uerum etiam ad occurrendum, scilicet ut beneficijs dei uenientibus, donis altissimi gratis affluentibus, solennem & religiosum ora tio sancta præbeat occursum, iuxta illud Psalmistæ, Et mane oratio mea præueniet te. Ex empli gratia. Ecce ancilla domini (ait MARIA) fiat mihi secundum uerbum tuum. Denicq; iam fiebat, iam ex ore angeli uerbum audierat & concipiebat: & tamen orando di xit, imprecando sibi clamauit clamore cordis inenarrabili, fiat mihi secundum uerbum tu um. ¶ Hoc propemodum est tale, ac si personam dignam chorus excipiat, aut cœtus so lennis procedens obuiam, non iam ut ueniat, sed quia uenit. Hinc est quod quotidie ci bum tam spiritualem quàm corporalem cum oratione percipimus, iamq; habentes præ oculis aut prope tenentes in manibus panẽ dominicum uitæ æternæ, panẽ uictualem ne cessariũ huic temporali uitæ: nihilominus oramus & dicimus, panem nostrum quotidia num da nobis hodie, quia uidelicet benigna uoluntas dei omnia tribuentis, similes optat sibi esse uultus interioris hominis accipientis: ut quod datur diuinæ charitatis beneficio, suscipiatur cũ desyderio, desyderioq; ipsum testatur oratio, socialiterq; orationẽ subsequẽs gratiarũ actio. Cũ igitur dicit, scit enim pater uester, quid opus sit uobis, antequã petatis eũ: non ociosum aut superfluum nos existimare uult orationis studium, sed uitare multilo quium, scientes quod & olim de Behemoth ad beatum Iob dixit, non parcam ei uerbis po tentibus, & ad deprecandum compositis. ¶ Quid si ex affectu diuinæ inspirationis oratio protendat? Nunquid pro multiloquio reputabitur, & erit contra institutionẽ dicentis, orã tes aũt nolite multũ loqui sicut Ethnici? Nequaq̃, Alioquin quid fiet de orationibus psal mi ticis, id est, psalmis pluribus modo locutionis oratorio uel deprecatorio currentibus, & non adeo breuibus, nec parũ bene compositis? Taceo de multis orationibus ecclesiasticis, quas religiosus passim conuentus priuatim ruminare & publice personare consueuit, ple rasq; prolixas & luculento sermone à scholasticis cõpositas: de psalmis dumtaxat nunc di co, quos esse cõpositos nõ dubitamus autore spiritu sancto, spiritu prophetico. Nunquid debebunt contemni pro hac autoritate dicentis, nolite multum loqui? Proinde diligenter animaduertendum est, quia nõ tantummodo dixit, nolite multum loqui, sed addidit, sicut Ethnici: & sic intelligendum, ac si dixisset, nolite multũ loqui, nisi forte affluant uerba pre cum ex affectu diuinæ inspirationis. ¶ Ecce aliud, Scientia inflat (inquit apostolus, subiun gens) charitas autem ædificat. Nunquid hoc dicto scientiam condemnat? Non utiq;, sed charitatem commendat, eamq; socialiter cum scientia nobis inesse desyderat. Scien tia namque sine charitate, uerum quidem est, quia inflat, est enim secularis scientia: cũ cha ritate uero scientia multum ædificat, est enim donum dei, cum sit spiritus scientiæ u rtus de septem spiritibus domini, quintus in ordine, quem propheta taliter præscripsit. Spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & spiritus timoris domini. Itaq; sicut scientiã non propter semetipsam, sed proter uiduita tẽ quandã, dũ sine charitate est, uituperat aplus dicens, scientia inflat: ita longam & facun dam orationẽ dominus, nõ propter semetipsam uel propter suimet longitudinẽ reprobat sed pro

† lego † uixq;

Obiectio hæ reticorum

Solutio bre uis & elegãs de orãdo deũ

Psalm. 87. Lucæ. I.

Apta similitudo

Iob. 41. Oratio longa cũ affectu lau dabilis.

Similitudo. I. Cor. 8.

Esaiæ. II.

sed propter similē ignobilitatem, cū desyderiū sanctū non habens, quislibt more Ethnicorum uerba multiplicat. ¶ Nam si utrunq; adsit, non solū orantem iuuat, uerū etiam audientem ædificat: utq; abundantius ædificet. pleraq; oratio ecclesiæ musicæ dulcedinis suauitate condita est. Valet eñ auditus musicæ dulcedinis psallendo atq; orando ad inuitandam siue excitandā in pectore nostro spiritus sancti gratiam, secundū Helisæi prophetæ exemplū, de quo taliter scriptū est in libro Regum. Viuit dominus exercituum, in cuius conspectu sto (ait ipse ad Ioram regē Israhel) quod si non uultū Iosaphat regis Iudæ erubescerem, nec attendissem quidem te, nec respexissem. Nunc aūt adducite mihi psaltem, Cumq; caneret psaltes facta est super eum manus domini, & ait. Hęc dicit dominꝰ. Facite in hoc alueo torrentis fossas & fossas &c. Non dubio plęrosq; esse, qui huius rei experimētum quantulūcunq; assecuti sunt, & secundū illud exemplū nonnunq̄ persenserint in auditu siue decantatione laudis siue orationis bene & morose cū musico modulamine sonantis, quod ipsoꝝ uiscera concuteret impetus spiritus sancti, inundans affectus diuinæ inspirationis, uis magna sanctæ compunctionis. Fit deniq;, nescio qua naturæ ui, ut multo amplius afficiar audiendo sublimiter canentem ecclesiæ choꝝ cum multitudine sonoꝝ, Exempli gratia, Illam orationem Moysi, obsecro domine, dimitte peccata populi tui, itemq; quod orauit idem Moyses eundē dominū & dixit, si inueni gratiam in cōspectu tuo ostende mihi teipsum manifeste, ut uideam te, quā si simplicē eiusdem orationis literaturā, ut in libro historico scripta est, legā uel audiam. ¶ Quid igitur ualet nobis hæc institutio breuitatis, qua nos informare uolens, L sic ergo (inquit) vos orabitis? ⌋ Hoc nimirū quod iactantiæ siue elationis uitiū, quæ in multiloquio solet obrepere, per compendiū siue breuitatem melius potest animus infirmus effugere: & præterea quia modus hic orationis, qui breuitati studet, cæteris modis facilior, cunctisq; pusillis pariter atq; maioribus magis accommodatus est. ¶ Sunt nanq; tres orationis modi, in quibus domino beneplacitum est, quartus illi omnino displicet. Primus modus est, cū oratio ex affectu (sicut iam dictum est) diuinæ inspirationis protenditur, sicut fiebat Annæ, quæ in tantū multiplicabat preces, ut eam æstimaret Heli temulentam. Factū est (inquit scriptura) cū illa multiplicaret preces coràm domino, ut Heli obseruaret os eius. Porrò Anna loquebatur in corde suo, tantūq; labia eius mouebantur, & uox penitus non audiebatur. Aestimauit ergo eam Heli temulentam, dixitq; ei. Vsq; quo ebria eris. Digere paulisper uinū quo mades. Secundū similitudinem illius ecclesia de gentibus, quæ dudū sterilis deo erat, nunc aūt peperit plurimos, preces coràm domino bene multiplicat, & exquo sic cœpit loqui, æstimauit eam temulētam Heli, scilicet uana sapientia ueteris sacerdotij. Dixerūt eñ, quia musto pleni sunt isti, nescientes & deridentes gratiam, quæ postea sterilem istā parere fecit. ¶ Secundus orationis modus, quē dominus loco præsenti cōmendat, ut uidelicet sciat orans quod non in clamosa uoce, non in multiloquio, sed in contritione cordis dominus exaudiat: quodq; oratio breuis & pura esse debeat, ut ista, pater noster qui es in cœlis, &c. ¶ Tertius modus est, dū non solum sine clamosa uoce, ueꝝ etiam absq; motu labiorū quis orat intrinsecus oratione clausa, sicut orabat Moyses, quando persequente Pharaone dixit ad eū dominus. Quid clamas ad me? Nihil eñ tunc ore loquebatur ad dominū, sed magnus clamor magnū erat desyderiū. Hinc Psalmista. Desyderiū pauperum exaudiuit dominus, præparationes cordis eoꝝ audiuit auris tua. ¶ Quartus orationis modus omnino (ut iam dictum est) domino displicet, uidelicet, ubi multiloquiū est absq; affectu diuinæ inspirationis, quem solum habent uel habere possunt hipocrytæ, multū loquentes sicut Ethnici, in synagogis & in angulis platearū stantes, uel stando orantes, & uideri uolentes, de tribus iam dictis modis orādi faciliorem modū tam pusillis q̄ maioribus magis commodum uel aptum, scilicet breuiorem paucisq; uerbis contentū, præscribit dicens. L Sic ergo vos orabitis. Pater noster qui es in cœlis sanctificetur nomen tuum. &c. ⌋ Hęc oratio forsitan discipulis domini adhuc rudibus ob sui breuitatem insufficiēs uisa est, Nam (sicut Lucas memorat) cū esset in loco quodam orans, ut cessauit, dixit unus ex discidulis eius ad eū. Domine doce nos orare, sicut & Iohannes docuit discipulos suos. ⌋ Quale hoc erat discipulos domini rogare, ut sicut docuerat homo, Iohannes ita doceret orare, Iohannes eñ homo erat. Vt autem,

Oratio musicalis plus afficit.

Exodi. 32.
Exodi. 33

Tres modi orādi, deo placiti.
I. Regum. I.

Actuum. 2.

Exodi. 14.

Psalm̄. 9.

Quartus modus hypocritarum est.

Lucæ. 11.

autem, ſicut oportet, oremus, nemo docere poteſt, niſi ſolus deus. Hinc apoſtolus. Nam quid oremus ſicut oportet, neſcimus, ſed ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Ergo quoniã doceri uolebant, ſicut homo hominẽ docere poteſt, ſicut homines diſcipulos ſuos docere potuerat homo Iohannes, quid uel quomodo eis reſpondit? Cum oratis (inquit) dicite. Pater, ſanctificetur nomen tuũ, adueniat regnũ tuũ, panẽ noſtrũ quotidianũ da nobis hodie, & dimitte nobis peccata noſtra, ſiquidẽ & ipſi dimittimus omni debenti nobis, & ne nos inducas in tentationẽ. ¶ Si paꝛ compoſitus uel inſufficiens uidebatur illis modus orationis, quæ ſecundũ hunc Euangeliſtã Matthæum ipſe ultro in monte docuit, & iccirco in loco alio rogauerunt ſe doceri, ſicut Iohannnes orare docuit, pulchre nimiꝛ illis compoſitionẽ ſiue longitudinẽ orationis non ſolũ non auxit, uerũ etiam diminuit. Nam de ſeptẽ petitionibus duas omiſit, tertiã & ultimã, fiat uoluntas tua ſicut in cœlo & in terra, ſed libera nos à malo, & laudẽ breuiſſimam, quã hic in Matthæo præmiſit, ut ſolẽne eſt orationẽ à laude inchoare, poſt primã appellationẽ, pater noſter qui es in cœlis. Nec mora, ut magis ac magis notũ ſit oranti, qui cũ deo uerba facit, quod non opus ſit ei longo uel cõpoſito ſermone fatigari. Quis ueſtrũ habebit amicũ, & ibit ad illũ media nocte & dicet illi, amice cõmoda mihi tres panes, quoniã amicus meus uenit de uia ad me, & non habeo quod ponam ante illũ. Nimiꝛ qui ſic uenit ad amici ſui oſtiũ, non ſermonẽ affert longum præmeditatũ, diligenter compoſitũ ſiue accuratũ, ſed & ſi tota nocte ſtandũ ſibi & rogandũ eſt, unus idemq; ſermo eſt, breuis eſt, & hoc idem repetit centies, reſonatq; milies, amice cõmoda mihi tres panes. Secundũ hoc exemplum, petite (inquit) & dabitur uobis, quærite & inuenietis, pulſate & aperietur uobis. Quid petimus? Quid quærimus? Spiritum bonũ (ait) Si eñ uos cum ſitis mali, noſtris bona data dare filiꝭ ueſtris, quanto magis pater ueſter de cœlo dabit ſpiritũ bonũ petentibus ſe, ſubauditur qui doceat uos orare? Dixiſtis eñ, domine doce nos orare, ſicut & Iohannes docuit diſcipulos ſuos, ignorantes quia doctrina huiuſmodi non eſt Iohannis ſiue alicuius hominis, ſed ſolius ſpiritus boni, ſpiritus ſancti. ¶ Proinde ſi cõpendioſum quæris iter ad conſequendam orandi ſcientiam neciſta ſecundũ Matthæũ breui, nec illa ſecundũ Lucam breuiori oratione adeo opus tibi erit, tantũmodo perſiſtas rogans patrem, poſtulans amicũ, da mihi ſpiritũ bonũ, da mihi ſpiritũ ſanctũ. Quem cũ ille dederit tibi, iam uere orandi ſcientiam habebis, & miro modo ſic in oratione uehemẽter occupatus eris, ut uerbũ aliquod proferre uix poſſis, quia nõ uacabit gemitu continuo totũ præoccupante officium uocis. Hinc eſt illud, Nam quid oremus ſicut oportet neſcimus, ſed ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui aũt ſcrutatur corda, ſcit quid deſyderet ſpiritus, quia ſecundũ deum poſtulat pro ſanctis. ¶ Igitur hanc orationẽ dominicã, partesq; eius, id eſt, petitiones ſeptem, quaꝛ prima eſt, ſanctificetur nomen tuũ: ultima, ſed libera nos à malo: ſic recte accipimus tanq; primã ſcientiæ uel doctrinæ huius, qua ad orandũ ſumus informati, elementa: quoniã ueluti pueris hæc tradita ſunt, cum nec dũ accepiſſent ſpiritũ paracletũ, dicentibus interdũ, domine doce nos orare, ſicut & Iohannes docuit diſcipulos ſuos. Etiam ſi fuerimus perfecti, in, ut (ſicut iam ſupra dictũ eſt) ſpiritus ille gemitibus inenarrabilibus oret uel poſtulet pro nobis, non tamen oratio hæc, oratio dominica, prima cunctaꝛ orationũ ab ore noſtro cadere debet, ne uideamur nobiſpiſis magni & orationis huius non indigentes, quæ quaſi puerilis, id eſt incipientibus propoſita ſit, ut habeant aliquod initiũ diſſimilitudinis, ab improbitate hypocritaꝛ, quoꝛ tota oratio eſt multiloquium. ¶ Et quidẽ breuis & paruis apta eſt, ſed & magnos delectare atq; exercere poteſt, & in primis appellatio hæc, pater noſter. Qui eñ, cui dicimus, pater noſter? Nos quondã filiꝭ iræ, filiꝭ gehennæ, filiꝭ mortis, filiꝭ diaboli, dicimus pater noſter, patri miſericordiaꝛ, patri cœleſtis patriæ, patri uitæ ſempiternæ, patri domini noſtri Ieſu Chriſti, dei ſibimet coæqualis & coæterni. Gratia huius unici filiꝭ ſic loquimur patri huic, ex quo ſumus renati, qui male fueramus nati, & mirabili cõpendio mala ſors noſtra ſic mutata eſt, q̃ effecti ſumus filiꝭ dei, credendo in eũ, qui cum ſolus filius dei eſſet, naturæ noſtræ particeps factus eſt. Gratiam iſtam miratur omnis creatura, prædicat per orbem ſancta eccleſia, uenerantur angeli, reuerentur archangeli, magnificant throni, glorificant dominatiões, laudant principatus, adorant poteſtates, benedicũt uirtutes,

Roma. 8.

Lucæ. jj.

Pater nr̃, breuius apd Lucam q̃ apud Matthæum.

Ibidem.

Roma. 8.

Oẽs tũ magni tũ parui, orare debent pater noſter Lucæ. jj.

Ephe. 2.

Roma. 6 Galat. 3.

1. Pet. 1.

Qui es i cęlis. uirtutes, desyderant in eam prospicere Cherubin atq; Seraphin. ¶ Admirationem tantæ gratiæ nos quoq; habere innuit laus ista quàm breuis, qui es in cœlis. Quis enim docilis ad orandum puer, docilis ad inuocandum patrem, non admiretur, quod iste pater cum in cœlis, id est, tantum in inuisibilibus quæ nobis inuisibilia sunt possit uideri, hic in isto seculo

Iacobi.I. uisibili, ubi eum non uidet homo, nos genuit: quemadmodum Apostolus Iacobus, Voluntarie enim (inquit) genuit nos uerbo ueritatis, ut simus initium aliquod creaturę eius. Quàmuis autem cœlorum nomine patria significetur inuisibilis, ubi sancti habitant angeli, & quo Christus quadragesimo post resurrectionem suam die, uidentibus apostolis ascendit: nihilominus tamen cœli dicuntur & sunt supra memorati nouem ordines angelorum

Exodi.3. & in eiusmodi cœlis hic pater noster est, quod est beatitudo illorum: quia uidelicet deum in illis esse, hoc est, permanere & non mutari, quemadmodum dicit ad Moysen, ego sum qui sum, & huius essentiam inuariabilem in semetipsis semper habent, semper & absq; ullo fine beati & immortales habebunt, & immortaliter pascentur hoc summo bono, quo pleni sunt, quo pleni permanebunt. ¶ Hinc omnes Christiani, magni & parui, diuites & pauperes, nobiles & plebei, domini & serui, reges & mendici principes cum uulgo ignobili, omnes omnino absq; ulla distinctione gentis siue conditionis, sexus & ætatis, ordinis uel

Nos, Pr nr, Chr̃s pr̃mi, dicere debuit officij, pater noster dicimus huic, & nemo nostrum dicit, pater mi. Vnus est filius primo genitus & unigenitus, non uti nos gratiæ, sed solus naturæ filius, cui conuenit dicere, pater mi, & dixit cum traderetur, mi pater si possibile est, transeat à me calix iste, & pater noster nusquam legitur dixisse. Cur hoc? Videlicet quia dissimiliter illi & nobis deus pater

Matth. 26 est: Illum genuit, non adoptauit. ¶ Tali appellatione præmissa, prima petitio hæc est.

Prima petitio, sanctificetur nomẽ tu, Ezech. 36 ⌊ Sanctificetur nomen tuum. ⌋ Sanctum semper fuit & est nomen domini, uerumtamen modus quidam est sanctificationis eius nobis utilis, quem per prophetam hoc modo promisit. Sanctificabo nomen meum magnum, dicit dominus, ut sciant omnes gentes, quia ego dominus cum sanctificatus fuero in uobis coràm eis. Protinus ac si quæreret aliquis, quomodo nomen tuum sanctificabis? ait. Tollam quippe uos de gentibus, & congregabo uos de uniuersis terris, & adducam uos in terram uestram, & effundam super uos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis uestris, & dabo uobis cor nouum, & spiritum nouum ponam in medio uestri, & cætera: quibus utiq; uerbis gratia præsignatur baptismi Christi. ¶ Ergo tolli de gentibus, & congregari de uniuersis terris credentes in Christum, & baptizari eos in remissionem peccatorum, hoc sanctificari est

Psalm.113 nomen tuum ò deus pater omnium: quia sic sancti fiunt hi, super quos inuocatur nomẽ tuum. Etenim sanctificatio hæc reuera nominis tui sanctificatio est, quia non tam ipsis datur,

Lucæ.12 q̃ tuo nomini, iuxta illud quod dictum est per Psalmistam, Non nobis domine non nobis sed nomini tuo da gloriam. Vt autem sanctificatio hæc in plures redundaret, primus ipse Christus sanctificatus est, eodem baptismo quo moriendo baptizatus est, sicut prædixerat, ego inquiens baptismo habeo baptizari, & quomodo coartor usq; dum perficiatur?

Iohan. 17 Et sub ipso passionis articulo, cum dixisset orans ad patrem, sanctifica eos in ueritate, subinde, & pro eis sanctifico (ait) meipsum, ut sint et ipsi sanctificati in ueritate. Quid enim sanctificari ipsum sanctum sanctorũ, nisi sanctificari pro peccatis omnium, et auferri illi quas

Esaiæ.53 posuerat in eo deus iniquitates omniũ nostrum? In illo sanctificationis actu, ò deus pater, sanctificatum est nomen tuum, quia per effusionem sanguinis et aquæ de latere eius sancti ficati sunt, et remissionem acceperunt hi, super quos inuocatum erat nomen tuum. Igitur quod dicimus, sanctificetur nomen tuum, hoc dicere est, conuertantur gentes et remissionem peccatorum accipiant per nomen tuum, et omnium orationum quascunq; offerimus siue pro cathecuminis nostris, siue pro hæreticis et sciſmaticis, siue etiam pro perfidis Iudæis, et pro paganis nunc usq; incredulis, ut conuertantur ad deum uerum et uiuum, et unicum filium eius Iesum Christum, deum et dominum nostrum, summa hæc est, sanctificetur nomen tuum. ¶ Secunda petitio est, ⌊ Adueniat regnum tuum. ⌋ Quando hac oratione discipulos suos informabat, sicut baptismi sacramen.um, quod nobis est sanctificatio nominis, domini, necdum conditum fuerat, ita et regnum dei nondum uenerat, sed appropinquabat, iuxta hoc euangelicæ prędicationis initium, pœnitentiam agite, appropin

Secũda petitio, adueniat reg.tuum. Matth. 4 quabit

quabit enim regnum cœlorum. Ex eo nanq; regnum dei aduenit & intra nos est, ex quo princeps mundi huius foras missus est, quod per passionem & resurrectionem suam mox fore prænuncians, ecce enim (inquit) regnum dei intra uos est. Eatenus mors regnabat. Quamuis lex subintrasset, nihilominus tamen peccatum tyrannizabat, quemadmodum Apostolus cum dixisset, sed regnauit mors ab Adam usq; ad Moysen, & cętera, demum subintulit, Lex autem subintrauit, ut abundaret delictum. Quid ergo ad huc oramus, adueniat regnum tuum? Videlicet ut regi regni eius omnia sint subiecta, totumq; complea tur illud, quod Psalmista cum dixisset, gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum, addidit adhuc. Omnia subiecisti sub pedibus eius. Hinc a postolus. Nunc autem (ait) necdum uidemus omnia subiecta ei, eum autem qui modicum quàm angeli minoratus est, uidemus dominum Iesum propter passionem mortis gloria et honore coronatum. Et alibi dicit. Deinde finis, cum tradiderit Christus regnũ deo & pa tri, cum euacuauerit omnem principatum, & potestatem, & uirtutem, & dominationem. Oportet autẽ illum regnare, donec ponat inimicos suos sub pedibus eius. Nouissima autẽ inimica destruetur mors. Igitur quamuis iam aduenerit, iamq; sit intra nos regnum dei, ex quo Christus propter passionem mortis gloria & honore coronatus est: nihilominus ta men adhuc oramus, adueniat regnum tuum, id est, nouissima destructione mortis perfici atur, nihilq; relinquatur illi non subiectum, nullumq; remaneat scandalum. iuxta quod ali bi dicebat. Et colligent de regno eius omnia scandala. ¶ Tertia petitio, L Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra. Iuxta sensum iam dictũ fere superabundat, unde & apd Lucam studio breuitatis prætermisit eam, ut supra iam dictũ est. Quis em̃ regnat & non sit eius uoluntas? Veruntamen nonnihil interest, quia uidelicet regnat super bonos & ma los, super eos quoq; qui dixerunt, nolumus hunc regnare super nos, quemadmodum in propheta dixit, Et regnabo super uos in furore meo: in solis autem bonis & sanctis uolun tas eius est. Hinc ad Hierusalem dicit. Non uocaberis ultra derelicta, & terra tua non uo cabitur amplius desolata, sed uocaberis uoluntas mea in ea. Econtra reprobis, loquitur. Non est uoluntas mihi in uobis. Recte igitur cum dicimus, adueniat regnum tuum, quo niam super aduersarios quoq; suos regnabit, oramus, ut faciat ipse, quatinus nostra sit sub iectio uoluntaria, dicẽdo, fiat uoluntas tua ficut in cœlo & in terra. In cœlo nanque, id est in beatis spiritibus, facta est & fit uoluntas eius, nihilq; illi repugnat, deiecto cum suis sa tellitibus aduersario, qui iccirco cecidit, quia repugnabat rebellione uoluntatis malæ, un de & uocabatur diabolus & Satanas. Et si sunt plurimæ uoluntates eius, quia plura sunt præcepta eius, unde & in psalmo dicit, sanctis qui in terra sunt eius, mirificaui omnes uo luntates meas in eis. Hæc summa est uoluntas eius, ut uiuamus, ut salui fiamus. Hinc ipse filius loquitur. Hæc est autem uoluntas eius, qui misit me, patris, ut omne quod dedit mi hi non perdam ex eo, sed resuscitem illud in nouissimo die. Et rursum. Hæc est autem uo luntas patris mei, qui misit me, ut omnis, qui uidet filium, & credit in eum, habeat uitam æternã. ¶ Quarta petitio, L Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie, L Hic quidem supersubstantialem, in Luca uero panem legimus quotidianũ. Possumus super stantialem panem intelligere, qui super omnes substantias sit, & uniuersas superet creatu ras, qui & dicit, Ego sum panis uiuus, qui de cœlo descendi. Alĩ simpliciter putant secun dum apostoli dictum, habentes uictum & uestitum his contenti sumus, de præsenti tãtum cibo sanctos curam gerere, unde & in posterioribus sit præceptum, nolite cogitare de cra stino. ¶ Huiusmodi panem à deo petisse uel speraſſe primus legitur Iacob peregre profi ciscens. Si (inquit) fuerit dominus mecum, & custodierit in uia per quam ambulo, & dede rit mihi panem ad edendum & cætera. Alius est panis sermo dei, de quo Moyses dicit. Non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo quod egreditur de ore dei. Cuius defe ctum comminatur per prophetam deus populo peccatori, Mittam (inquiens) uobis fa mem audiendi uerbum dei. Tertius est panis caro Christi, quam nobis de sancto altari dat quemadmodum dixit, & panis quem ego dabo caro mea est pro mundi uita. Quidlibet horum trium cogites, dei donum est, nec alius quis præter eum dare potest. Si de pane ui tali quæras, quis alius facit, ut eum terra producat? Si de pane spirituali quod est uerbũ

Lucæ. 17 Iohan. 12

Roma. 5.

Psalm. 8.

Hebr. 2.

1. Cor. 15

Matth. 13 Tertia petitio fiat uol. tua.

Lucæ. 19 Ezech. 20 Esaiæ. 62.

Malach. 1.

Apoc. 12

Psalm. 55.

Iohan. 6

Quarta petitio, panem nostrum, &c.

Ibidem. 1. Timo. 6. Matth. 6 Triplex panis Gene. 28 Deut. 8.

Amos. 8

Iohan. 6

Roma. 10. dei, quomodo nisi per dei aspirationem datur? Quomodo (inquit Apostolus) prædicabunt, nisi mittantur. Si de pane sacramenti, quis nisi deus facere potest, ut tibi ad uitam detur, & in remissionem peccatorū à te percipiatur? Igitur panem nostrum quotidianum da nobis hodie, sic dicat sapiens etiam rex, ut ueraciter confiteatur, nec erubescat confiteri dicens, Ego autem mendicus sum & pauper. ¶ Quinta petitio, ⊥ Et dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. ⊥ Qualiter nos, quorū multa

Psalm. 39 Quinta petitio, Et dimitte nobis, &c.

Lucæ. 23 sunt debita, dimittamus debitoribus nostris, ipse huius orationis autor exemplo suo docuit, qui nulli quicquam debuit. Cum em̄ crucifigeretur, dicebat. Pater, dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt. Sciebat em̄ inter eos esse nonnullos, nescientes quid facerent, eosq; dicturos esse ad Petrum & ad reliquos Apostolos. Quid faciemus uiri fratres? Cre-

Actu. 2. dituri erant ex illis plurimi, & dimissus est illis sanguis eius, secundū petitionem dicentis, pater dimitte illis. Similiter optare debemus cunctis debitoribus nostris, & non quærere ultionem ex eis, & tunc ore libero, mente secura dicere poterimus, Dimitte nobis sicut & nos dimittimus. Quid, si non nesciunt quid faciunt, sed inuidendo persequūtur nos & occidunt, maxime propter Christum? Nunquid exigitur à nobis ut dimittamus eis, si uolu-

Psalm. 78. mus nobis debita nostra dimitti? Imò non solum inculpabiliter, uerum etiam iuste clamamus id, quod ualde notum & usitatum est, uindica domine sanguinem sanctorū tuorum qui effusus est, & redde uicinis nostris septuplum in sinu eorū. Nonne his similia, imò &

Hierem. 18 fere grauiora, ipsa CHRISTI persona loquitur in propheta. Fiant (inquit) uxores eorū absq; liberis & uiduæ, & uiri eorum interficiantur morte, & cætera quæ ita concludit. Ne propitieris iniquitati eorum, & peccatum eorum à facie tua non deleatur. Fiant corruentes in conspectu tuo, in tempore furoris tui abutere eis. Debita pecuniæ seu quarumlibet rer̄, quæ nobis iure debentur, ut dimittamus debitoribus nostris, conuentio nos ista nō cogit, nisi forte pro misericordia, si debitor attenuatus paupertate, reddere non possit. Si quidem & ipse dominus, quod iure sibi debetur uel quod ei semel quispiam uouit, nequaquā

Leuit. 27 dimittit, siue bonum siue malū sit, sed nec altero cōmutari concedit, imò dicit. Si quis mutauerit, & hoc quod mutatum est, & pro quo mutatum est, sanctificabitur domino, & nō redimetur. ¶ Sexta petitio. ⊥ Et ne nos inducas in tentationem. ⊥ Ergo ne deus in-

Sexta petitio & ne nos ind. ducere solet in tentationem, ut dicamus ei, & ne nos inducas in tentationem? Nonutique in tentationem mali, tentationē concupiscentiæ siue peccati, Nemo cū tentatur (ait Iaco-

Iacobi. 1. bus Apostolus) dicat quia à deo tentatur. Deus em̄ intentator malorum est. Ipse autem neminem tentat. Vnusquisq; uero tentatur à concupiscentia sua abstractus & illectus. Est alia tentatio, scilicet tribulatio, quæ ab hoc seculo multis infertur modis, & eiusmodi

Sapien. 3. tentatione deus sanctos suos tentare consueuit. Hinc est illud per sapientem dictū. Deus tentauit illos, tanquam aurū in fornace probauit eos. Recte & sapienter sic tentari, id est, tribulari metuentes, & pauidi dicamus deo, rogemus patrem, & ne nos inducas in tentationem. Sed dicit aliquis. Nonne & gloriosum & optabile est in tribulatiōe tentatos & probatos coronari? Nonne ex huiusmodi tentationibus martyres sancti facti sunt gloriosi? Nōne ergo magis optare debemus tentationē? De tentatiōe q̄q; peccati si placet hic intelligi, nō aliter intelligendū est, & ne nos inducas in tentationē, nisi ac si diceretur, & ne nos permittas induci in tentationem. ¶ Septima petitio. ⊥ Sed libera nos a malo, Amen. ⊥

Septima petitio, sed libera nos a malo. Hanc, ut superius iam dictum est secuncum Lucam, sicut & tertiam illam, Fiat uoluntas tua sicut in cœlo et in terra, studio breuitatis omisit, dum plenius inculcare uult eis qui nondum intellexerant ex hac prima institutione, quod orantes non oporteret multum loqui. Et quidem unum idemq; uidentur significare, et ne nos inducas in tentationem, sed libera à malo: quoniam in tentationem non induci, id plane est à malo liberari: ueruntamen magis uniuersale nomen est malum eorum quæ nocent, et naturæ uel saluti humanæ aduersa sunt. Nam, ut de cæteris taceam, mors ipsa malum est, et infernus malum est, et diabolus malus est, à quo gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum nos liberet Amen. Hoc signaculum orationis dominicæ interpretatur uere uel fideliter. ¶ Ecce hæc est

Pr̄n̄ exemplar omniū orationum. oratio dominica, septem distincta partibus, id est petitionibus, et ipsa est cunctarum exemplar orationum, ut quicquid à patre nostro deo petere uolumus, hic probemus utrum deo placitum

placitum uel ad salutem nostram sit idoneum quod postulamus. Nam si ab istarum quaʃlibet petitionum petentis intentio discordat, nequaquam in nomine saluatoris postulat: & iccirco non arroget sibi sponsionem dicentis, si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis. Et in cunctis quidem petitionibus claret patris bonitas, in quinta autem quæ est, & dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, bonitas simul & seueritas, quam protinus ita confirmat. ¶ Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis pater vester cœlestis delicta vestra: si autem non dimiseritis hominibus, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra. ¶ Quàm benę bonitas & seueritas pĩj patris & iusti iudicis per istam conditionem prouidit cunctis reconciliationem quæsituris, sicut ipse superius dictauit dicens, si ergo offers munus tuum ad altare, & recordatus fueris quia frater tuus habet aliqd aduersum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & uade prius reconciliari fratri tuo, & tunc ueniens offeres munus tuum. ¶ Legimus hunc ipsum dominum, ubi præcepta & iudicia sua populo suo per Moysen proposuit, ita dicentem. Qui percusserit hominem uolens eum occidere, morte moriatur Qui autem non est insidiatus, sed deus illum tradidit in manus eius, cõstituam tibi locum, quo fugere debeat, subauditur, ne propinquus occisi interficiat eum, quod alibi constituens plenius edicit. Quæ fortior uel magis munita ciuitas reis ad refugiendum esse potuit, quàm ista coniunctio iustitiæ seu charitatis, si non dimiseritis, nec pater uester dimittet uobis? Quis enim patris huius filius esse uolens, ciuitatis huiusce uectes & seras effringere audebit, & in eum uindicare qui in illam confugit, cupiendo reconciliari? Igitur quoniam dixerat superius, uade prius reconciliari, & ille poterat causari de difficultate reconciliationis. puta dixisse dominum, constituam tibi locum quo fugere debeas, id est ponam conditionẽ de peccatis dimittendis, in quã timens incidere frater tuus, satisfactionẽ tuã suscipiat.

Iohan. 16

Matth. 5.

Optima ciuitas refugij, dimittere fratri, Exodi. 21.

Nume. 35.

Matth. 5 Exodi. 21.

FINIS LIBRI QVINTI.

DE GLORIA ET HONORE FILII HOMINIS LIBER .VI.

MISERICORDIAM ET VERITATEM (ait Psalmista) diligit deus, gratiam & gloriam dabit dominus. Secundum hoc ueridicum carmen hæc loquitur dei filius, quæ nunc tractauimus & tractamus, te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua, ut sit eleemosyna tua in absconso, & pater tuus qui uidet in absconso reddet tibi: Et, tu autem cum orabis, intra in cubiculum, & clauso ostio, ora patrem tuum, & pater tuus qui uidet in absconso, reddet tibi. Ibi misericordia, ibi ueritas est, quam deus diligit. Et quid nisi gratiam & gloriam reddet tibi? Econtra similatores & callidi proꝛuocant iram dei, qualium uidelicet maximi erant hypocritæ illi scribæ & pharisæi, contra quos dicit, Cum ergo facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut faciunt hypocritæ: Et, cum oratis, non eritis sicut hypocritæ. In tribus

Psalm. 83.

Matth. 6

hic operibus ueritatem se diligere testatur, & enim tertium hoc est. ¶ Cum autem ieiunatis, nolite fieri sicut hypocrite tristes. Exterminant enim facies suas, vt pareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis, quia receperunt mercedem suam. Tu autem cum ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua, ne videaris hominibus ieiunans, sed patri tuo qui est in absconso, & pater tuus qui videt in absconso, reddet tibi. ¶ Primus omnium ieiunasse legitur Moyses, nam ex quo primus homo continentiæ legem transgressus est, non obaudiens ut ab uno esse ligno contineret, nullus recogitasse legitur, ut per ieiunium faciem domini utcunq; complacaret, quam ille per cibum uetitum inobediens offenderat. Nam ille iam dictus Moyses iussus esse non legitur ut ieiunaret, sed sponte ieiunauit, ut sermonem ex ore dei procedentem, in quo uiuit homo, accipere atq; conscribere dignus existeret. Rursus ieiunauit, ut dimissionem peccati populo impetraret, quemadmodum dicit ipse Moyses. Et procidi ante dominum sicut prius quadraginta diebus & quadraginta noctibus, panem non comedens & aquam non bibens, propter omnia peccata uestra, quæ gessistis contra dominum, & eum ad iracundiam prouocastis. Peccatum autem uestrum quod feceratis, id est, uitulum arripiens, igne combussi. Est ergo ieiunium diuinæ autoritatis res, non quod deus illud præceperit, aut digitus eius in tabulis scripserit, sed quia non sine uirtute dei mortalis homo quadraginta diebus & quadraginta noctibus semel & iterum ieiunare potuit, & ieiunando multum deo appropinquauit, à quo primus homo manducando nimis longe recessit. ¶ Causam uel intentionem ieiunādi Moyses & Helias & Daniel bonam & deo dignam habentes, glorioſum & laudabile fecerunt ieiunium: uidelicet hoc intendentes, hoc expectantes, ut mitteret deus illud quod Abrahæ promiserat semen, id est Christum. Qui ubi uenit iam non fuit ieiunandum donec auferretur ab eis, quemadmodum ipse dixit pharisæis facientibus quæstionem, quare discipuli eius non ieiunarent. Nunquid possent filij sponsi lugere, quàm diu cum illis est sponsus? Venient autem dies, cum auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt. Causam istam ieiunandi non habuerunt nec habent hypocritæ tristes, & tamen ieiunauerunt, & ieiunant frequenter, desyderium CHRISTI non habentes, & mira uani cordis duricia nonnunquam plus ieiunando laborant, quàm hi qui Christum & uitam æternam desyderant. ¶ Verbum exterminant aliud multum significat quàm uulgo intelligitur. Exterminatur quippe exul, qui mittitur extra terminos. Pro hoc ergo sermone, demoliuntur semper debemus accipere. Demolitur autem hypocrita faciem suam, ut tristitiam simulet, & animo forte lætante luctum gestat in uultu. ¶ Quod deinde dicit, tu autem cum ieiunas, unge caput tuum, & faciem tuam laua: iuxta ritum prouinciæ Palestinæ loquitur, ubi diebus festis solent ungere capita. Præcipit ergo, ut quando ieiunamus, lætos nos & festiuos esse monstremus. Quid autem faciemus nos, quibus consuetudo non est, nec fuit diebus festis ungere capita? Quomodo faciemus id quod dicit, tu autem cum ieiunas, unge caput tuum, ne uidearis hominibus ieiunans? Ergo non superfluum est, anagogicum hic admittere sensum, ut ungere caput nostrum, hoc sit exhilarare cor, quod est principale nostrum, & enim sicut de eleemosyna, ita & de ieiunio recte dictum intelligitur. Hilarem enim datorem diligit deus. Denicq; gaudere in spiritu sancto, hoc est ungi oleo, quia spiritus sanctus oleum dicitur, ut illic, Vnxit te deus deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Hoc autem gaudio tunc gaudere possumus, in ieiunio, si conscientia nostra testimonium habet, quod inter ipsum ieiunium pascatur sponsi, qui ablatus est à nobis, sancto desyderio. ¶ Gaudium istud hypocritæ non quærunt, & iccirco tristes hic dicuntur, illi autem nescierunt, de quibus propheta Zacharias ita loquitur. Miserunt ad domum dei Sarasar & Rogomelech & uiri qui erant cum eo, ad deprecandum faciem domini, ut diceret sacerdotibus & prophetis domini. Nunquid flendum mihi est in mense quinto, uel sanctificare me debeo sicut feci iam multis annis? Videlicet quia soluta erat captiuitas Babylonica, templumq; manufactum reædificabatur, causam nullam putabant superesse, cur flere deberent aut ieiunare. Quasi uero sola captiuitas illa deflenda fuerit, & non potius uniuersalis captiuitas generis humani, quæ in Adam contigit

Primus oim ieiunauit Moyses.

Deut. 8. Exodi. 32 Deut. 9

Causa ieiunādi bona & deo digna.

Matth. 9

Exterminare demoliri.

Vnge caput tuum.

2. Cor. 9. Psalm. 44

Ieiuniū hypocritæ triste. Zacha. 7

contigit: & quasi reædificatio templi illius manufacti malorum omnium finis fuerit, & non potius templum futurum, templum dominici corporis, quod tandem fabricari, & deinde solui, & post triduum oportebat excitari. Propterea sic responderi debuit, & sic responsum est illis. Cum ieiunaretis & plangeretis, in quinto & septimo per hos septuaginta annos, nunquid ieiunium ieiunastis mihi? Et cum comedistis & bibistis, nunquid nõ uobis comedistis & uobismetipsis bibistis? Quod est dicere, Nonne hoc pacto non dei, sed uestram gloriam quæritis, dum pro rebus temporalibus, quia desunt siue ut affluant, lugetis & ieiunatis, & de regno dei, quod differatur, quod nondum uenerit, non curatis? Non ita, sed ieiunium quarti, & ieiunium quinti, & ieiunium septimi, & ieiunium decimi erit domui Iuda in gaudium & lætitiam, & solennitates præclaras, usq; quo uenient populi & habitabunt in ciuitatibus multis, & apprehendent decem homines ex omnibus linguis gentium fimbriam uiri Iudæi, & cætera. Quod hic in euangelio dictum est ieiunanti caput ungere & faciem lauare, hoc illic in propheta dictum fuerat ieiunium in gaudium & lætitiam & solennitates præclaras esse debere. ¶ Est igitur ieiunantium distantia triplex, dum ieiunant alij propter dei regnum quia differtur, & nondum uenit eis per occultum diuinitatis consilium, iustumq; iudicium: alij propter infaustam memoriam casuum aduersorum, qui circa res temporales acciderunt: alij propter humanæ laudis appetitum, ut glorificentur ab hominibus tanquam iusti, quia misera ambitione repleti sunt. ¶ Secundum distinctiones istas sequitur adhortans suos, & dicit. ⌊ Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, vbi erugo ⁊ tinea demolitur, ⁊ vbi fures effodiunt ⁊ furantur. Thesaurizate autem vobis thesauros in cœlo, vbi neque erugo neq; tinea demolitur, ⁊ vbi fures non effodiunt nec furantur. Vbi est enim thesaurus tuus, ibi est ⁊ cor tuum. ⌋ Nunquid enim thesaurizare id solummodo est, pecuniam congregare? Imò & opera qualiacunq; seu bona seu mala facere, thesaurizare est. Nam sicut qui bona agit, gloriam æternam thesaurizat, quapropter & de timente dominum scriptum est, iocunditatem & exultationem thesaurizauit super eum: sic & qui mala agit, recte iram dicitur thesaurizare, unde et Apostolus, Tu autem (inquit) secundum duriciam tuam et cor impœnitens thesaurizas tibi iram in die iræ, Maxime de bonis hic sentiendum est, uidelicet de eleemosynis, orationibus et ieiunijs, quia de his hactenus sermo fuit. Deniq; qui ieiunantes, caput suum non unxerunt, nec faciem suam lauerunt, hi sunt, quorum thesauros in terra thesaurizatos tinea uel erugo demolita est, quia uidelicet ualde tiniosum caput est et eruginosa facies, ubi totus ieiunij fructus est, uideri et glorificari ab hominibus, dum propter tristitiam tristemq; uultus maciem, hypocritæ nequam sancti putantur. Econtra qui caput suum unxerunt oleo supradicto, et faciem suam lauerunt, iuxta illud, Hilarem enim datorem diligit deus, qualium hilaritas est spes quæ in cœlo reposita est: hi sunt, quorum thesauros in cœlo thesaurizatos nec tinea nec erugo demolitur, quia uidelicet ariditas tineæ nunquam contingit caput quod in spiritu sancto delectatur. ¶ Fere medij sunt, quorum ieiunij causa terrenum quidem habet fundamentum, sed non usq; quaq;, non sicut causa hypocritarum, sed simpliciter et penè pueriliter, sicut illi supra memorati, qui soluta captiuitate Babylonia, dum templum reædificaretur, dixerunt. Nunquid flendum mihi est in die quinto, uel sanctificare me debeo, sicut feci iam multis annis? Nam et qui eiusmodi sunt, non quidem habent ritè ieiunandi scientiam, sed propter hoc non imputamus eis hypocritarum maliciam: quia uidelicet aliud est, propter damnatorum temporalium ueraciter dolere, et absque fictione lugere: aliud, sine ulla mentis uel spiritus contritione propter adipiscendam sanctitatis opinionem caput inunctum quasi circulum contorquere, et sacco et cinere sternere. Sic em̃ ieiunare etiã potuerũt crudeles homicidæ in ipsa crudelitatis uel homicidij meditatiõe, Exẽpli gratia. Prædicate ieiuniũ (inquit Iezabel) et sedere facite Naboth ĩter primos populi et submittite duos uiros filios Belial contra eũ, et falsum dicant testimoniũ, benedixit Naboth deũ et regem, et educite eũ, et lapidetur, sicq; moriatur. Aliud fuit hoc, atque aliud, quod cum audisset Achab sermones Heliæ, scidit uestem suam et operuit cilicio carnem suam, ieiunauitq́ue et dormiuit in sacco, et ambulabat demisso capite, ut malum non induceretur in diebus eius.

Ieiunantiũ triplex distãtia.

Thesaurizare quid est.

Eccl. 15.

Roma. 2.

2. Cor. 9.

Ieiunãtes medij ĩter bonos & hypocrit.

Zacha. 7

3. Reg. 21.

Ibidem.

Ieiunium Achab.

4.Reg.9

Ibi Achab ieiunando non quidem hypocrita fuit, thesaurizans sibi aliquid ut diceret dominus, quia igitur humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus eius: uerunta men hoc ipsum in terra thesaurizauit, ubi fures effodiunt & furantur. Qualis utiq; extitit Iehu, quia uidelicet, quamuis iubente domino deleuerit domum illius, non tamen gloriæ domini, sed suæ cupiditati studuit, quippe cum regnaret non fecit uoluntatem domini, ut

Cœlũ cœli, locus spirituũ beatorum Gene. 1.

uitulos, quos fecit Hieroboam, desereret. ¶ Quid tandem thesaurizare in cœlo? Vel certe quod est illud cœlum in quo nobis est thesaurizandum? Non utiq; cœlum aëreum, neq; illud quod secundo die factum est, sicut scriptum est, Dixitq; deus, Fiat firmamentum in medio aquarum, & uocauit deus firmamentum cœlum: sed cœlum tertium, quod in principio factum est, sicut itidem scriptum est, In principio creauit deus cœlũ & terram. Cœlum illud inuisibile est, inuisibilis patria spirituum beatorum, diciturq; cœlum cœli, quia uidelicet comparatione eius terra est, & hoc cœlum & quicquid uideri potest oculis terre

Thesaurizantes in cœlo.

nis. ¶ Quomodo in illo cœlo debemus thesaurizare thesauros? Nimirum iccirco ieiunando & eleemosynas faciendo, cæterisq; modis omnibus lugendo, quia illuc abijt & nondum redijt sponsus, qui ablatus est nobis filijs suis. Causa ista cœlestis est, & proinde qui hanc habet, rectè in cœlo thesaurizare dicitur, nimirum tuto in loco, quia fures ibi non ef-

Fures olim in cœlo.

fodiunt, nec furantur, neq; erugo, neq; tinea demolitur. Fuerunt ibi olim quidam fures, scilicet diabolus & angeli eius, qui quasi effodientes diuinitatis honorem furari uoluerunt, sed non ualuerunt: imò quicquid honoris uel pulchritudinis habebant à creatore sibi col-

Ezech.28

latum, erugo & tinea ne quissimæ hypocriseos demolita est, quia (sicut illi per prophetam exprobratur) in medio lapidum ignitorum ambulauit perfectus in uijs suis, quæ perfectio fuit hypocrisis, ut uideretur esse quod non erat, altissimo similis, & illa hypocrisi erugina-tus, iam non splendidus angelus, sed teter est diabolus, tinioſum utiq; præferens caput. Eiusmodi fures ibi fuerunt, sed iam ibi non sunt nec erunt, nec tineam siue eruginem admi-

Vbi thesaurus tuus, ibi & cor tuũ.

sit postea, nec admittet unquam illud cœlum casu illorum purificatum. ¶ Illic thesauriza-te (inquit) ac demum familiariter conscientiam cuiusq; conueniens, ubi est enim (inquit) thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Quod dictum quale sit ille aliquantisper intelligit per similitudinem sui, qui sollicitudinem habens uoti seu promissi, uel cuiuscunq; debiti necessitate ductus uel commonitus, corde suo illuc sæpe respicit, ubi nouit se reposuisse aliquid, per quod sese liberare possit. Et quis eum iure repellere possit, quin thesaurum suum reci-piat, cum uoluerit, uel tempus fuerit? Porrò in cœlo nulla unquam iniuria fit, quin cũ tempus fuerit, cor eius, id est, ipsemet admissus, accedat illuc, ut fruatur thesauris suis quos thesaurizauit illic. Et interim dum uiuit, semper cor eius illic est, ubi in manus domini commisit ac præmisit qualiacunq; bona opera, per quæ redimi possit in die iudicij. Lucerna

Homo p bona opa redimitur in die iudicij.

corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit. Si ergo lumen quod in te est tenebræ sunt, ipse tenebræ quantæ erunt? ⌊ Etenim sensus iste est. Iccirco non dixi sic uniuersaliter uobis omnibus faci-entibus eleemosynam, sit eleemosyna uestra in absconso. Et, uos autem cum oratis, intrate in cubiculum, & clauso ostio orate patrem uestrum. Et, uos autem cum ieiunatis, ungite capita uestra: sed dixi singulariter, te autem faciente eleemosynam, & cætera, quia uidelicet non omnibus dico hoc, neq; omnibus dicendum est hoc, sed tibi uni vel alteri simi-liter vni cuilibet, cuius oculus forte infirmus est, cuius intentio nondum satis firma est. Etenim lucerna corporis tui est oculus tuus, & subaudire debes, quia secundum huius rei similitudinẽ, lucerna operis tui est intentio tua. Si oculus tuus fuerit simplex, totũ corpus tuũ lucidũ erit, & subintelligere debes, quia secũdũ rei huius similitudinẽ si intentio tua fuerit absq; hypocrisi & absq; nebula cuiuslibet miseræ uanitatis, tunc opus tuũ totum lucidum erit. Si autem oculus tuus nequam fuerit, totũ corpus tuũ tenebrosum erit: & similiter scire debes, quia si intentio tua fuerit in hypocrisi, totum opus tuum tenebrosum erit, sive ieiunium, siue oratio, siue eleemosyna sit. Si ergo lumen quod in te est, tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ erunt? Quod est dicere. Si opera bona, quæ facis coràm hominibus, propter hypocrisim reproba sunt, ipsa opera mala quæ in occulto sunt quale iudi-

cium me-

cium merentur? ¶ Proinde simplicem oculum, id est, intentionẽ bonam in corde habeas, & quomodo uis fac. Nam fuerit simplex oculus eiusmodi, tunc profecto acceptum est deo quod facis, siue cinere aspergas, siue oleo perungas caput tuum dum ieiunas, siue lon gam siue breuem orationem facias, siue multis uidentibus, siue nullo sciente pauperi[bus] ele emosynam porrigas. Hic autem oculus simplex, hæc intentio bona est, cupere ut homi nes opera tua bona uidentes, glorificent patrem qui in cœlis est, sicut econtra nequam ocu lus intentio mala est, ambire ut ab hominibus glorificeris: quo fit ut tenebrosum sit quod cunq; facis, siue cinis siue oleum in capite tuo sit, siue longa siue breuis oratio tua sit, siue pu blica, siue occulta eleemosyna tua sit. Interim dum nondum purificatus est oculus, dum fieri potest, ut leui uento uel aura miseræ uanitatis intentio lædatur, facito (ut dixi) ut non uidearis hominibus ieiunans, aut eleemosynas faciens aut orans. L Nemo potest duo bus dominis seruire. Aut unum enim odio habebit, & alterum diliget, aut unum sustinebit, & alterum contemnet. Non potestis deo seruire & Mammo næ. Ideo dico vobis, ne solliciti sitis animæ vestræ, quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini.] Hactenus temperandum esse debuit à maligna su perfluitate hypocrytarum, quorum in ipsa temperantia ciborum grande est intemperan tiæ uitium, nunc addit quod adhuc melius & perfectius est, ut hi „ qui spiritualibus studijs idonei sunt, soluti ac liberi esse cupiant, ab omni occupatione curarum secularium, ab om ni sollicitudine rerum quoque uenalium, iuxta illud. Martha Martha, sollicita es & tur baris erga plurima. Porrò, unum est necessarium, Maria optimam partem elegit, quę non auferetur ab ea. Hoc ita incipit. Nemo potest duobus dominis seruire. Aut enim unum o dio habebit, & alterum diliget: aut unum sustinebit, & alterum contemnet. Hanc genera lem de dominis sententiam, quam ueram esse ratio sponte concedit, iccirco præmisit, ut specialem oportune subinferret, eadem nixam ueritatis firmitate, non potestis deo ser uire & Mammonæ. ¶ Sciendum quippe est, quòd non idem sit, duobus dominis, ac si di xisset, duobus hominibus siue duobus regibus aut potestatibus. Nam duobus hominibus, duobus regibus siue potestatibus, potest unus homo seruire, quia possunt duo reges duo principes sibimet concordes existere, ut fuerunt Salomon & Hiram rex Tyri inuicem fœ derati, & ambobus seruire potuit artifex Hyram in ædificatione domus domini, quem mi sit rex Hyram prudentem & scientissimum, qui nouerat operari in auro & argento, & æ re & ferro, marmore & lignis, purpura quoque & hiacyntho & bysso, & coccino, & ad inuenire prudenter quodcunque in opere necessarium esset. ¶ Porrò duobus dominis ne minem posse seruire, iccirco dictum est ueraciter, quia dominatio superbiæ fastus est, & dualitas dominationis nunquam absque scissura contrarietatis esse potest. Vnus enim do minus, unus deus est, cæteri qui dicuntur dñi uel domini, putatiue dicuntur & non sunt. Attamen usus obtinuit, ut in suo quisq; iure dominus dicatur & sit, ut exempli gratia in suo regno dominus & rex dicebatur rex Dauid, Duo domini tunc ibi esse cœperunt, quia dominationis unitas in dualitatem scissa est, quando filius eius Absolon dominationem contra eundem patrem suum arripuit. Vtiq; duobus illis nemo seruire potuit. Aut enim unum odio habuit, & alterum dilexit, ut, Verbi gratia, Ille Chusai, qui quoniam seruus erat bonus, bonum dominum dilexit, & malum odio habuit, apud Absolon degens, & sa luti Dauid miro atq; amabili artificio consulens ac deseruiens: Aut unum sustinuit, & al terum contempsit, ut ille Achitofel, qui utiq; non dilexit Absolon, sed iccirco sustinuit eum, ut Dauid dominum legitimum contemnere posset. Nunquid enim diligebat aut di ligere nouerat, qui talia, quæ legimus, illi consilia dabat? Imò & de toto penè Israhel ita sen tiendum est, quod uidelicet neq; Absolon neq; Seba filium Bochri, neq; Hieroboan, cæ terosq; reges, quos habuit, dilexit, quippe quos totiens occidit & mutauit, sed ob hoc tan tum dominationem illorum sustinuit, ut contemnere posset legitimam dominationem domus Dauid, totiens dicendo, ut scriptura meminit, quæ pars nobis in Dauid, uel quę hæreditas in filio Isai. ¶ Non ergo (ait) potestis deo seruire & mãmonæ. Hi nãq; sunt duo dñi ualde sibi cõtrarij, sicut veritas et mẽdaciũ, sicut iustũ et iniquũ: qa videlicz deus uerus est dñs, et hic solus iure dñatur: Mammon aũt, id est princeps huius mũdi, falsus est dñs, et inique

Lucæ. 10.

Duobus ho minibus idẽ seruire potest 3. Reg. 5. 2. Para. 2

Duobus do minis nẽo ser uire potest Ephe. 4.

2. Reg. 16.

2. Reg. 20. 3. Reg. 12.

Matth. 4 & inique dominatur, et omnino mentitur, de om̃i gloria mundi dicens, quia mihi hæc
omnia tradita sunt, & cui uolo, do illa, quia non ipse, sed solus excelsus dominatur in regno
Dani. 4. hominum, sicut Nabuchodonosor dictum est cœlitus, & cuicunq; uoluerit, dat illud. Istis
duobus dominis nemo potest seruire, ambos istos nemo diligere, ambos istos nemo po-
test odio habere uel contemnere. Si em̃ dominum uerum diligit, falsum odio habet, ut su-
Psalm̃. jj8. pradictus Dauid, qui in psalmo loquitur, iniquitatem odio habui, legem autem tuam di-
lexi. Si autem falsum diligit, uerum dominum odit, ut Iudæi, de quibus saluator, nunc au-
Iohan. j5 tem (ait) & uiderunt & oderunt & me & patrem meum, quiq; dicunt iuxta Esaiæ uatici-
Esaiæ. 28 nium, Percussimus fœdus cum morte, & cum inferno pepigimus pactum. Horrisonum
est hoc, & ipso auditu nimis asperum quenquam odisse deum, & cum diabolo & cum in-
Exempla de Dauid. ferno pepigisse pactum, & hoc omnino est impiorum atq; desperatorum. ¶ Porrò unum
sustinere & alterum contemnere, & non solũ sustinere deum, contemnere autem diabolũ
etiam electis interdum accidit, Exempli gratia, ut ipsi iam dicto Dauid. Aliquando em̃ il-
le diabolum sustinuit, quem nunquam dilexi: deũ autem contempsit, tunc uidelicet quan
2. Reg. jj. do tentatus est, & in Vriã peccauit. Quare ergo (inquit dominus) contempsisti uerbũ do
2. Reg. j2 mini, ut faceres malum in conspectu meo? Quam ob rem non recedet gladius de domo
tua usq; in sempiternum, eo quod despexeris me, &c̃. Bonum ergo dominũ ipse contem-
psit, malũ sustinens dominũ propter emolumentũ prauæ delectationis, qui & peregrinus
dicitur illic, eo quòd longe sit à ciuitate dei. Quod em̃ dictum est illic per Nathan, quia di-
ues parcens sumere de ouibus & de bobus suis, ut exhiberet conuiuium peregrino illi qui
uenerat ad se, tulit ouem uiri pauperis: parabolica locutio est, significans qualiter malũ do
minum sustinuerit, bonũ autem contempserit. Rursus uero idem Dauid, malum domi-
num contemnens, ut in omnibus solitus contemnere fuit, præter illum sermonem Vriæ
2. Reg. 24 Ethæi, bonum dominũ sustinuit, subauditur corripientem, eo quod numerasset populum
I. Para. 23. & dixit. Coartor nimis, Sed melius est, ut incidam in manus domini, multæ em̃ misericor
diæ eius, quàm in manus hominis. ¶ Quoniã ergo non potestis duobus istis dominis ser-
Sollicitudo rer̃ tẽporalium scandalizat pferunq; uire, ideo dico uobis, ideo suadeo uobis, à malo domino, scilicet à Mammona tam longe
recedere, ut ne saltem solliciti sitis animæ uestrę quid manducetis, neq; corpori uestro quid
induamini. Multos em̃ sollicitudo ista scandalizauit, ut malum dominũ sustinerent, & bo
num dominũ contemnerent, & non ad horam tantũ, sicut scandalizauit tentatio sanctũ
Dauid, sed usq; in finem, sicut Saulem, qui ante illũ fuit. Ille em̃ nimiũ sollicitus de honore
seculi & de uita præsenti, malum dominũ non solũ uiuens inuitus sustinuit propter con-
I. Reg. 28 temptũ domini, uerũ etiam in fine uitæ suæ uolens subijt, consulendo spiritũ Phitonis. &
comedendo uitulum quem Phitonissa mulier apposuit. Alius plus, alius minus à curis hu
Varia p̃iculosa i diuitijs ius seculi, à sollicitudinibus huius uitæ scandalizatur. ¶ Est quidẽ licitũ & lege cõcessum,
habere facultates, prouidere quod domui uel rei familiari necessarium est, inter filios
ac nepotes, inter seruos & clientes curare quod dominum uel patrem decet: sed hæc uia
periculosa est, ne forte dum quasi ex necessitate cœperis, ad hoc peruenias, ut ex amore ser
lego † illis uias Mammonæ, id est diuitijs, & non tu † solus, sed illæ dominetur tibi, & dum putas ire
fortiter contra ictũ fluminis, uictus cupiditatũ seruus ad inferiora deuoluaris. Forte dicis.
Matth. j9. Si istud perfectionis consilium secutus fuero, si om̃ibus quæ possideo uenditis & in pau-
peres erogatis, te Christe secutus fuero, unde esca, unde uestimentum? Ad hæc inquam.
L Nonne anima plus est quam esca, ⁊ corpus plus quam uestimentum? ⌋ Qui
maiora præstitit, utiq; et minora præstabit. L Respicite volatilia cœli, quoniam non
serunt, neque metunt, neque congregant in horrea, ⁊ pater vester cœlestis
pascit illa. Nonne vos magis pluris estis illis? ⌋ Si ergo uolatilia, absq; cura et erum
nis, dei aluntur prouidẽtia, q̃ hodie sunt et cras nõ erunt, quor̃ anima imortalis est, cũ esse
cessauerint, semp̃ nõ erũt: quãto magis hoies, q̃bus æternitas repromittit, dei regũtur arbi
Psalm̃. j03. trio? ¶ Nonne in psalmo cantatis, saturabũtur ligna cãpi et Cedri Libani quas plantauit,
Herodius Chr̃s, passeres paupes Chr̃i i monasterijs. illic passeres nidificabunt, Herodij domus dux est eorũ, Nolite timere, sub nominibus et
uerbis illis de uobis prophetia est, quod patri uestro cura sit de uobis, cũ pauperes om̃ibus
relictis, nullã habentes sollicitudinẽ, quid manducare aut quo iudui debeatis, quasi passe-
res fueritis

resueritis effecti, qui non serunt neque metunt neq; congregant in horrea, & pater ue-
ster cœlestis pascit eos. Magister enim uester unus est CHRISTVS, & hic tanquam
herodius, auis magna, & fortis ad deuincendum etiam aquilam reginam auium: quamuis Matth. 23.
in cœlum uolauerit, nihilominus tamen uobiscum est omnibus diebus usq; ad consumma
tionem seculi. ¶ Domus huius Herodij uita est apostolica, quã ipse magister uester Chri-
stus extruxit. Si passeres esse cupitis, si relictis omnibus, hunc magistrum sequi uultis, do-
mus eius præcedet uolatum uestrum, clamans ad ligna campi, dicens ad Cedros Libani,
præcipiens potentibus & diuitibus huius seculi. Expandite ramos uestros & suscipite pas-
seres istos, effundite thesauros uestros, & pascite uoluntarios pauperes istos. Nidificent a-
pud uos passeres isti, construite cœnobia, fundate ecclesias, ubi habitent pauperes isti, ut
uacet illis uespere & mane & meridie narrare & annunciare, & exaudiet deus uocem eo-
rum, tam pro uobis, quàm pro semetipsis clamantium atque exorantium. Quid ergo de
esca uestra solliciti estis, & præ sollicitudine huiusce rei tuę relictis omnibus, sequi timea- Psalm. 54.
tis? Nonne uos magis pluris estis illis? subauditur passeribus, quorum per similitudinem
uos inuitaui ad sapientiam fidei. Homo quippe unus ad imaginem dei factus, pluris est,
plus ualet apud deum, multis & magnis bubalis aut bobus, ne dicam passeribus paruis.
Quis autem uestrum cogitans potest adijcere ad staturam suam cubitum u-
num? Forte enim dicicis. Passeres parui sunt, paruum habent corpusculum, & iccirco
de modico pasci possunt: nos autem grandes sumus, & iccirco pluribus & grandioribus
alimentis indigemus. Dico autem. Quis uestrum cogitans potest adijcere ad staturam su-
am cubitum unum? Noui enim uos, quia dum erubescit alter altero apparere breuior, ex-
tendit se quisquis ille uel illa sit, sed quantumcunq; extendat, non potest adijcere ad statu-
ram suam cubitum unum, & multum est, si per extensionem possit adijcere palmum u-
num. Cum ergo dicit, quis autem uestrum potest cogitans adijcere ad staturam suam cu-
bitum unum, & tu respondes nemo, si quidem nemo potest hoc facere cogitans, facit au-
tem annos adijciens & proficiens per naturam de infantia in iuuentutem perfectam, non
cogitatione, sed posita à deo lege naturæ: iterum argueris, quia qui te grandem fecit, &
crescentem ultra quantitatem uel modulũ passeris, ipse & escam tibi augere potest ultra
q̃ passeri necessarium sit. Et de uestimento quid solliciti estis? Conſyderate li-
lia agri, quomodo crescunt, non laborant neque nent. Dico autem uobis, quo-
niam, nec Salomon in omni gloria sua coopertus est, sicut unum ex istis.
Qui passeribus propter uoluntariam paupertatem & cœlestem conuersationem, ipsi lilijs Paupes Chri,
cæteris q̃ pulchris floribus similes dicuntur in scripturis propter castitatis pulchritudinem ut lilia agri.
cæterarum q̃ uirtutum pulchram uarietatem. Hinc † Esaias loquitur. Audite me diuini leg. † Sapiẽs
fructus, & quasi rosa plantata super riuos aquarum fructificate. Quasi Libanus odorem Ecci. 39
suauitatis habete, florete flores quasi liliũ, & date odorẽ. Et in Canticis CHRISTVS
dicit. Ego flos campi, & lilium conuallium. Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter Cant. 2.
filias. Et multa in hunc modum. Congrue ergo dum uictus atq; uestitus interdicit sollici-
tudinem, ad quorum mittit suos electos conſyderationem, scilicet passerum atque lilio-
rum, quorum in antiquis scripturis diuina autoritas asscripserat similitudinem. Conſy-
derate (inquit) lilia agri & cætera, quæ ita concludit. Si autem fœnum agri, quod
hodie est, cras in clybanum mittitur, deus sic uestit: quanto magis uos mi-
nimæ fidei? Plane multo magis, & subaudiendum est in regno dei. Nam ut isto secu-
lo sic uestiri uelimus, pro stultitia reputatur, quia nec Salomon (inquit) in omni gloria sua
cooperatus est, sicut unũ ex istis. Quid porrò sibi uult, quòd tam acriter edicit, quanto ma-
gis uos minimæ fidei? Aut quid est esse minimæ fidei? Non enim leuiter aut negligenter
attendendum est, quod & hic dicit, uos minimæ fidei, & alibi collaudat magnitudi-
nem fidei, ut illic. O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut petisti. Certos ergo Matth. 15.
terminos nosse cupiamus, quos cum attigerit fides, magna sit: cum nondum attigerit,
parua uel minima sit. ¶ Ne longum in quærendo circuitum faciamus, promptum adest Exemplũ ma
signaculum siue iudicium magnæ fidei, ubi ad Nabuchodonosor regem dixerunt, bea- næ fidei.
tissimi tres pueri, eadem hora mittendi in fornacem ignis ardentis, Ecce em̃ deus, quem co-
limus, po-

limus, potest eripere nos de camino ignis ardentis, & de manibus tuis rex liberare. Quod si noluerit, notum sit tibi rex, quia deos tuos non colimus, & statuam auream, quam erexisti non adoramus. In hoc quippe agnoscitur magnitudo fidei, fortitudo fidelis animi, quod cũ dixissent, potens est deus eripere nos, addiderunt, ꝙ si noluerit, notũ sit tibi rex, quia non colimus, non adoramus deos tuos. Secũdum quoꝝ exemplum quicunꝙ dicunt, potens est deus, quem colimus, pascere nos, quoniã & passeres pascit: potens est uestire nos, quoniam & fœnũ quod hodie est, & cras in clybanũ mittitur, sic uestit: & adhuc adijciunt, ꝙ si noluerit pascere uel uestire nos, nihilominus tibi ò Mammon nequaq̃ seruiemus, imò relictis omnibus ipsum sequemur, non solliciti quid mãducemus aut quid induamur: nimirũ isti magnæ sunt fidei, quia fides illoꝝ in futuꝝ seculũ totã se extendit. ¶ Econtra minimæ sunt fidei, quia scandalizantur, nisi à cunctis protegantur uel defendãtur aduersis, cunctisq̃ fruantur prosperis, nec putant quod de ipsis deo cura sit, uel quod ulla sit prouidentia dei. Et dixerunt (ait Palmista) quomodo scit deus, & si est scientia in excelso? ecce ipsi peccatores & abundantes in seculo obtinuerunt diuitias. Ergo sine causa iustificaui cor meũ, & laui inter innocentes manus meas, & fui flagellatus tota die, & castigatio mea in matutinis. Tales quiq̃, quoniã de uictu uel uestitu nimium sunt solliciti, & murmurant nisi fuerint saturati: in ipsa professione perfectoꝝ, qui relictis oĩbus, Christũ sequuntur, recte dicuntur minimæ fidei. congruitq̃ his illud quod quibusdã ad se uenientibus ipse dixit. Amen amen dico uobis, quæritis me, non quia uidistis signa, sed quia mãducastis ex panibus meis & saturati estis. ¶ Certos igitur magnæ fidei, certos minimæ fidei terminos inuenisse nos arbitramur: quia uidelicet hæc dicit & sentit simile quid illi dicto beati Iob, etiam si occiderit me, in ipso sperabo: Hæc autẽ tale quid, ut est hoc, timeo & non possum exire de Aegypto, ne aquæ penuriã patiar, & sitiam in deserto. Magna res & utilis est, quã nobis intimare molitur, & iccirco non semel dixisse contentus, iteꝝ ac tertio repetit hoc ipsum, dicens. ⌊ Nolite ergo solliciti esse, dicentes: quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur. ⌋ Hæc enim omnia, gentes inquirunt. Scit enim pater uester, quia his omnibus indigetis. Querite ergo primum regnum dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur uobis. Nolite ergo solliciti esse in crastinum. Crastinus enim dies sollicitus erit sibijpsi. Sufficit diei malicia sua. ⌊ Quia ualde utile est & necessariũ hoc unũ, quod est sabbatizare uel requiescere in studio siue contẽplatione uerbi dei, quæ optima pars est, quã (ut ait ipse dominus) Maria elegit, iccirco (ut iam dictũ est) non tantũ semel, sed & iteꝝ ac tertio sententiã repetiuit de abijciendo graui onere sollicitudinis, quã uenter indicit, & occasio plerisq̃ miseræ seruitutis, ut seruientes Mammonæ, deo seruire non possint. Vbi secundo dicit, nolite solliciti esse, duas rationes continuo subiungit. Hæc eñ omnia gentes inquirunt, scit eñ pater uester, quia his oĩbus indigetis: Altera terrore cõpescit, altera plena est cõsolationis. Quid eñ est dicere, hæc omnia gentes inquirunt, nisi ac si dicatur, eritis eñ gentibus similes, quorum deus uenter est, si sollicitudini huic, quã interdico, postponitis deũ. Cum eñ dicit, hæc oĩa gentes inquirunt, pariter subintelligendũ est, & præter hoc seculũ nihil amplius quærunt. Promptuaria eoꝝ plena sunt (ait Psalmista) redundantia ex hoc in illud, non est ruina maceriæ, neq̃ transitus, neq̃ clamor in plateis eoꝝ, & beatũ dixerunt populũ cui hæc sunt. Hæc eñ tanquã beatitudinẽ summã quærunt. Hæc ergo sententia ueluti iurgio nos percutit: & deinde, quoniã uictu & uestitu indigemus, uolens nos omnẽ sollicitudinẽ nostrã proijcere in eũ, quoniã ipsi cura est de nobis, scit eñ pater uester, quia his oĩbus indigetis. Scit (inquam) & bene scit. Quid eñ ille nescit? ¶ Causam quoq̃ ipse scit, propter quã euenit istud, quod oĩbus his indigetis. In paradyso erant patres nostri, sola innocentia bene uestiti, ut non indigebant pane, quo nunc in sudore uultus uestri uescimini, sufficienter solis impleti pomis paradysi. Præuaricati sunt oculis concupiscendo, & ore comedendo fructũ ligni uetiti, & extunc oĩbus his indigetis, uictu ad repellendã famẽ, uestitu ad abigendũ frigus, & tegendã turpitudinẽ. Numquid uero solũmodo scit, quia indigetis, & non etiã uult, cũ sit pater uester, ea prouidere quibus indigetis? Numquid uoluntas deest illi, nisi uos murmuraueritis, & murmurando cõpuleritis ut uelit? ¶ Hæc eñ paterna

eius pro-

Qui sunt minimæ fidei

Psalm. 72.

Psalm. 58.

Iohan. 6

Iob. 13

Exodi. 17.

Sabbatismus in cõtẽplatõe Lucæ. 10.

Philip. 3.

Psalm. 143.

Cur, cur his indigemus, ex Adam est.

Genes. 3.

eius prouidentia testimonium habet ex aliis multis scripturarum locis, quod circa iustos & perfectæ fidei uiros semper adsit, & nunquam eos derelinquat, & ibi magis utatur uirtute sua, uirtute inusitata, ubi humana sibi prouidere nullatenus potest industria. Exempli gratia. Heliam alibi dominus per angelum, alias rapaces quoq; corui, alibi uidua de parua farinæ hydria pauit. Et Helisæus paucos habens panes. Da (inquit ad puerum) populo ut comedat, & comederunt & superfuit iuxta uerbum domini. ¶ Quærite ergo (ait) primũ regnum dei & iustitiam eius, & hæc omnia adiicientur uobis. Quid est regnum dei, nisi uerbum dei? Nam per quod facta sunt omnia, per ipsum uerbũ reguntur omnia, & in hoc seruire utiq; regnare est. Quotiens ergo ad audiendum siue tractandum uerbum dei conuenimus? quotiens lectiones sanctas legimus aut libenter audimus, & eas opere adimplere studemus, totiens quærimus regnum dei & iustitiam eius. Et hic quidem dum uiuimus, quærimus & quærere possumus, inuenire autem ad plenũ, nisi post hanc uitam non ualemus. Thesaurus est hoc dei regnum in agro absconditus: thesaurus in agro literæ legalis atq; propheticæ, literæ magna ex parte parabolicæ siue ænigmaticæ diligenter clausus atq; signatus. Hunc thesaurũ inuenire est scripturas sacras intelligere, & præ gaudio thesauri omnia uendere & emere agrum, hoc est, præ delectatione cœlestium bonorũ uel regni cœlorum, quale in sanctis scripturis promittitur, omnem sollicitudinem abiicere secundum hoc præsens euangelicum consilium, solumq; earundem amplecti studium scripturarum, ut semper homo sit expeditus ad uerbum dei tractandũ siue audiendũ. Hoc facite primũ, & hæc omnia (inquit) adiicientur uobis. O quantos studium huiusmodi non solũ usq; ad sufficientiam horũ, scilicet uictus & uestitus, uerũ etiam usq; ad amplissimos honores cito prouexit. Super salutem & omnem pulchritudinem (ait quidam) dilexi sapientiam, & proposui pro luce habere illam. Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa. Nolite ergo solliciti esse in crastinum. Crastinus enim dies sollicitus erit sibi. Sufficit diei malitia sua. Iam semel & iterũ dixerat, nolite solliciti esse. Quid adhuc tertio repetit, nisi quia magnum est negotiũ quod intendit, & difficile ualdeq; operosum est, euellere de profundo cordis nostri hanc radicem amaritudinis, radicem cupiditatis? ¶ Et nota q̃ terribiliter hac tertia repetitione sollicitudinem interdicit. Cum enim dixisset, nolite ergo solliciti esse in crastinũ protinus ait. Crastinus enim dies sollicitus erit sibiipsi. Audiat hoc homo ille dives, uel quicunq; similis eius, cui cũ fructus uberes ager suus attulisset, cogitabat intra se, dicens. Quid faciam, q̃ non habeo quo congregem fructus meos? & dixit. Hoc faciam, Destruam horrea mea, & maiora faciam, & illuc congregabo omnia quæ nata sunt mihi, & bona mea, & dicam animæ meæ. Anima, habes multa bona reposita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare. Multum ille de crastino sollicitus erat, qui sollicitudinem suã tam delectabiliter in annos plurimos extendebat. At uero crastinus dies, non futurę dico temporis breue aut longum, pro quo solet dici cras, ut illic, & respondebit mihi cras iustitia mea? sed crastinus dies, ut uulgo dici solet, dies qui noctem proximam subsequitur secundũ occasum & ortum solis, qui quotidianus est, sollicitus erit sibiipsi. Nam sequitur. Dixit autẽ illi deus. Stulte hac nocte animã tuã repetunt à te, quæ autẽ parasti, cuius erunt? ¶ Puta quod dixerit. Stulte quid sollicitus es, non dico in annos plurimos, sed in diem crastinum? Crastinus enim dies sollicitus erit sibiipsi. Quod idem uidetur esse, ac si dicatur illi. Crastinus dies alia sollicitudine plenus erit, non tibi, sed sibiipsi, nec tibi concedet status diei crastini, diei mali quicquam habere rationis, ne dicam sollicitudinis, quia sicut Ecclesiastes dicit, nec ratio, nec scientia, nec sapientia erunt apud inferos, quo tu properas, hac nocte anima tua abs te repetita. Dira occupatio, quæ totum hominem sic inuoluit, ut nec rationis, nec scientiæ, nec sapientiæ solaciũ quærere uel admittere possit. Aliter. Crastinus dies, id est, ille qui crastino die uenit, sollicitus erit uel esse poterit, siue in eo, ut habẽs Moysen & prophetas audiat illos, siue in eo, ut maiora sibi facere cogitet horrea sicut tu cogitasti. Quod si cogitauerit, dicetur & fiet illi, sicut dictum est, & factum illi qui præcessit siue tibi siue alii. Stulte hac nocte repetunt animam tuam abs te, quæ autem parasti cuius erunt? Nam quotus quisq; est seruorum Mammonæ, qui non etiam pridie q̃ anima eius ab ipso repetatur, & sub ipso fere mortis articulo in annos plurimos male perseuerat sollicitus? ¶ Cũ multa

Dei prouidẽtia erga pauperes suos 3. Reg. 17. 19. 4. Reg. 4

Quid ẽ regnũ dei quærere.

Matth. 13.

Sapien. 7

Fugiẽda sollicitudo diuitiarum.

Luc. 12

Gene. 30

Luc. 12 Crastinus dies es sollicitꝰ erit sibiipsi.

Eccl. 9.

Luc. 16

Sēsus anagogicus de crastino.

his similia de die crastino possint dici, et à prioribus nostris dicta sint, sensus anagogicus magis placet, & expeditius procedit. Nam iuxta anagogen dies crastinus dies malus & ma-
Psalm̄. 94 dictus est, diei præsenti oppositus, diei quem benedixit dominus, de quo in Dauid loqui-
Hebræ. 4. tur spiritus sanctus. Hodie si uocem eius audieritis, cuius meminit apostolus his uerbis. Quapropter sicut dicit spiritus sanctus, Hodie si uocē eius audieritis, nolite obdurare corda uestra. Videte fratres, ne sit in aliquo uestrum cor malum incredulitatis discedendo à deo uiuo, sed adhortamini uosmetipsos per singulos dies, donec hodie cognominatur, dū dicitur, hodie si uocem eius audieritis. Ac deinceps. Et quidē ab operibus ab institutione mundi factis, dixit quodam loco de die septimo sic. Et requieuit deus die septimo ab omnibus operibus suis. Et in isto rursum, si introibunt in requiem meam. Quoniam ergo hi, quibus prioribus annunciatum est, non introibunt propter incredulitatem, iterum de-
Dies crastin⁹ cui maledixit Iob, Māmō ē. terminat diem quendam, hodie dicendo in Dauid, &c̄. ¶ Huic hodierno diei quem benedixit, & in quo requiescit deus, contrarius est dies ille crastinus, scilicet diabolus, siue Mammon, contra quem dixerat supra, nemo potest duobus dominis seruire, non potestis deo
Iob. 3. seruire & Mammonę. Nam quē alium diem putas esse diē illum, quem maledicit sanctus Iob? Aperuit em̄ os suū Iob, & maledixit diei suo, et locutus est. Pereat dies in qua natus sum, et nox in qua dictum est, conceptus est homo. Dies ille uertatur in tenebras, non requirat eum deus desuper, & nō sit in recordatione, & nō illustretur lumine, &c̄. In illo nanq; die nascitur omnis homo, quia nascitur in peccato, uiuit in peccato, & moritur in peccato, nisi uisitetur à die isto, die hodierno, sancto et benedicto, et ab hoc usitatus siue illustratus mutet originem, renouet natiuitatem, ut natus in Adam, renascatur in Christo: mortuus peccato, uiuat deo. Dicitur autem dies ille crastinus, eò ꝙ interueniente iniquitatis nocte, ab isto die hodierno sit omnino separatus. Porrò non uere est, sed dicitur et uideri uult ille deo. Nam reuera nox est. Propterea sanctus ille maledicens, hoc utrunq; dixit. Pereat dies in qua natus sum, et nox in qua (dictum est) conceptus est homo. ¶ Nunc iam dicendum, quomodo sit uel non sit sollicitus quis in illum diem crastinum, quomodo ille dies sibimetipsi sit sollicitus, et quomodo sufficiat ei malicia eius. Nam hæc tria dixit dominus, nolite ergo solliciti esse in crastinum, crastinus em̄ dies sollicitus erit sibijpsi, sufficit em̄ di-
Sollicitus in diē crastinum ei malicia sua. Sollicitum esse in illum diem crastinum, est seruire Mammonæ, seruire cupiditatibus, diligere mundum et ea quæ in mundo sunt. Quod iccirco rectè prohibetur, quia sicut profectò nemo potest utrunq; præsentem et crastinum diem simul uidere, ita nemo potest mundum simul et deum diligere, deo seruire simul et Mammonæ. Quam ob causam? Crastinus em̄ (inquit) dies sollicitus erit sibijpsi. Quid ē crastin⁹ dies sollicitus erit sibijpsi? Nimirum diabolus, Mammon, siue princeps huius mundi, nihil deo de sua sollicitudine communicabit, nihil eum deo commune habebit. Et quidem si ita dixisset, sollicitus est sibijpsi, id est esse uideretur, sed futuro tempore dictum, sollicitus erit, hoc plus habet, quia sempiternitatem innuit diuisionis siue separationis: quia sicut nunc est, ita semper
Philip. 2 et in æternum à deo diuisus et separatus erit, et absq; ullo fine seorsum quęret quę sua sunt non quæ sunt dei, nec ulla unquam respectione deo cupiet rursus cōfœderari. Vnde hoc illi (Vnde tanta separationis perseuerantia? Ait. Sufficit diei malicia sua. Quomodo uel in
Ezech. 28. quo sufficit huic tali diei malicia sua? Videlicet in eo ut dicat, nullius egeo, deus ego sum, et
Esaiæ. j4 in cathedra dei sedi et ero similis altissimo, et cætera his similia. Igitur sufficit (ait) diei malicia sua, id est, hoc superbiæ uidetur, quod sibi sufficiat. Humilitas autem dicit. Non quod
2. Cor. 3. sufficientes simus cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex deo est.
Psalm̄. j6 Et alibi. Satiabor cū apparuerit gl'ia tua. ⌊ Nolite iudicare, vt nō iudicemini. In quo
CA. VII. enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini, ⁊ in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. ⌋ Non mandatum nouum est hoc, sed mandatum uetus quod ab initio audiui
Leuit. j9 mus. Nam per Moysen dixerat hoc idem dominus. Ne oderis fratrem tuum in corde tuo sed publice argue eū, ne habeas super illo peccatū. Deniq; qd̄ de iudicij odio dominus hic dixerit, nolite iudicare, ut non iudicemini, et cætera quæ iam dicta sunt, protinus manifestat, cum dicit per similitudinē huiusmodi. ⌊ Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, ⁊ trabem que in oculo tuo est non vides? Aut quomodo dicis fratri tuo,

sine, eij

sine, eijciam festucam de oculo tuo, ⁊ ecce trabs est in oculo tuo? Hypocrita, eijce primum trabem de oculo tuo, ⁊ tunc videbis eijcere festucam de oculo fratris tui. Ilgitur quod dicit, nolite iudicare ut non iudicemini, hoc dicere est, nolite in iudicando habere odium in cordibus uestris. ¶ Nam ut omnino non iudicemus siue arguamus uel corripiamus, & euangelica simul & legalis simul repugnat autoritas. Legalis, ut eodem capitulo, protinus cum dixisset, ne oderis fratrem tuum in corde tuo, subiunxit, sed publice argue eum, subauditur hac intentione ut uelis eum lucrari, quod non est odij, sed dilectionis. Euangelica ut illic. Si peccauerit in te frater tuus, uade & corripe eum inter te & ip̄m solum: Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum: Si autem te non audierit, adhibe adhuc unum tecum uel duos, ut in ore duorum uel trium testium stet omne uerbum. Q; si nec eos audierit, dic ecclesię. Simul & hoc euangelica suppleuit autoritas, quod in legali minus apparebat, quia uidelicet legalis hoc tãtum dixit, sed argue publice: euangelica uero perscripsit, quali ordine debeas ad hoc peruenire, ut arguas publice, siue dicas ecclesię peccatum quod non est publice admissum, sed te solo sciente. Cauẽdum est ergo iudicium, quod ex odij radice procedit: & si non amore iustitiæ, at saltem metu uicissitudinis iustæ, quã protinus subiungit. In quo em̃ iudicio iudicaueritis, iudicabimini. Etenim si per odiũ, non causæ, sed personæ iudicaueritis, iudicabimini & uos, iudicio non dilectionis, sed odij dei, qui odit omnem odiose iudicantem, imò & omnes odisti (inquit Psalmista) qui operantur iniquitatem. ¶ Veruntamen hæc & cætera ferè omnia maxime contra scribas & pharisæos, hypocritas dicuntur, ut ab illorum similitudine quàm longissimè recedant, qui discipuli ueritatis esse uolunt, & Christiano nomine censentur. Illi nanq; tunc temporis malè iudicabant, & iniqua mensura metiebantur, peccatores & publicanos cõdemnantes, & ipsum dominum reprehendentes, pro eo q; illos suscipiebat, seq; coniungebat illis & dicebant. Quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis, & his similia. Profectò ipsi potius erãt iudicandi, quia peccatum illorum tanto maius erat peccato publicanorum & meretricum quanto magnitudo trabis paruitate festucæ maior est. Proinde cuilibet eorum aptissime dicit. Quid autem uides festucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non uides? huic simile hoc est. Quid ignorantiam publicani detestaris, ut dicas, uerbi gratia, sed turba hæc, quæ non nouit legem, maledicti sunt, non attendens odium quod in corde habes, qa uidisti & odisti & me & patrem meum. Non solum autem me uel patrem meum, uerum etiam qualemcunq; fratrem odisse, hoc est trabem in oculo habere. Quomodo ergo dicis fratri tuo, sine, eijciam festucam de oculo tuo, & ecce trabs est in oculo tuo? Et forte quod uides aut uidere te putas in oculo fratris tui, non festuca, sed festucæ umbra est: tu autem male uides, & male discernis, quia trabem in oculo tuo geris. ¶ Sed esto, ut ueraciter festuca sit in oculo cuiuscunq; fratris, festuca iræ repentinæ, siue concupiscentiæ subito irruentis, sicut fuit in oculo Dauid, quando iratus propter maledicta Nabal, semetipsum ulcisci uoluit: quando uxorem Vriæ Ethæi lauantem se de solario prospiciens uidit & concupiuit. ¶ Tu cum sis quasi Semei, quomodo de eiusmodi festucis iudicare uel consilium dare poteris, aut istud conueniet tibi, tantam habenti in oculo tuo trabem odij, ut maledicens & lapides mittens terramq; spargens dicas tale quid, ut est hoc, egredere uir sanguinum & uir Belial, reddidit tibi dominus uniuersum sanguinẽ quem effudisti, Nempe etiam si mitius loquaris, cum tua trabe inueterati odij, ut dicas tale quid, ut est hoc: Increpationem ergo ne reprobes domini, quia ipse uulnerat & medetur, percutit & manus eius sanabunt: siue illud. Non ergo te superet ira, ut aliquem opprimas, nec multitudo † locorum inclinet te. Dicentur tibi. Hypocrita, eijce primum trabem de oculo tuo, & tunc uidedis eijcere festucam de oculo fratris tui. ¶ Deniq; quia sapiens Abigail, uxor Nabal insipientis et stulti, trabem eiusmodi non habuit in oculo suo. iccirco perspexit et perspicere potuit, qualiter eijceret festucam de oculo Dauid repente irati, quod et fecit ratione huiuscemodi. In me sit (ait) domine mi hæc iniquitas et cætera usq;, cum ergo fecerit tibi dominus domino meo omnia quæ locutus est bona de te, non erit tibi hoc in singultum et in scrupulum cordis domino meo, quod effuderis sanguinem innoxium, aut ipse te ultus fueris. Ille nanq; purgato statim oculo, id est, sedato iræ impetu, dixit ad Abigail. Benedictus domin⁹ deus

Quõ arguendus est frater, nõ ex odio, sz ex dilectione Matth. 18.

Psalm. 5

Scribę & pharisæi hic p̄cipue reprehẽduntur.

Matth. 9.

Iohan. 7

Festuca ĩ oculo Dauid. I. Reg. 25 2. Reg. 11. 2. Reg. 16

Trabs in oculo Semei.

Iob. 5

Iob. 36. als † dõnor.

Abigail recte eiecit festucã de oculo Dauid. I. Reg. 25

Israhel, qui misit te hodie in occursum meum, & benedicta tu quæ prohibuisti me hodie, ne irem ad sanguinem, & ulciscerer me manu mea. Vnde illa secundum nomen suum Abigail, quod interpretatur patris mei exultatio, memorabile exemplum esse debet omni animæ fideli, quatinus studeat paci, & reconciliet siue mitiget iratum quemcũq; potest, ante effectum uel opus peccati, quod ira suggerit, quod studium reuera est patris altissimi. ¶ Item propheta Nathan, quia trabem illam in oculo suo non habuit, iccirco perspexit & perspicere potuit, qualiter festucam peccati, quod per cõcupiscentiã commiserat Dauid in uxorem Vriæ Ethæi educeret de oculo eius, incipiendo ita quasi de alio loqueretur, & ad hoc illum suauiter perducẽdo, ut diceret ille pœnitẽs peccaui domino. ¶ Porrò supradictus Semei, quia magnam habebat in oculo suo trabem odij, non solum non eduxit festucam, † quasi tunc erat in oculo Dauid, uerum etiam zeli iusti longæuum siue diuturnum iniecit ignem, ut mox dormiturus cum patribus suis, diceret ad Salomonem filium suum. Quia descendit mihi in occursum, cum transirem Iordanem, & iuraui ei per dominum dicens, non te interficiam gladio, tu noli eum pati esse innoxium. Vir autem sapiens es, & scies quæ facias ei, deducesq; canos eius cum sanguine ad infernum.

Sisr & Nathã propheta.

2.Reg.jz

lego † quæ

3.Reg. 2

FINIS LIBRI SEXTI.

DE GLORIA ET HONORE FILII HOMINIS LIBER .VII.

Modus specialis q̃ de⁹ homini cõuenienter loquitur.

Cant.2.

Ibidem.

EXPERIMENTO DIDICI, SED HOC ipsum timens confiteor, confitens timeo, quia didici & expertus sum quippiam, licet exiguum, de modo quodam diuinæ locutionis, qua dilectis sanctis & dilectis loqui solet animabus, sicut audiuimus in Canticis, dum quælibet illarum dicit. En ipse stat post parietem nostrum, respiciẽs per fenestras, & dilectus meus loquitur mihi. Surge propera amica mea, columba mea, formosa mea & ueni. Item hoc ipsum repetens, surge amica mea, speciosa mea, ita subiungit. Ostende mihi faciem tuam, sonet uox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis, & facies tua decora. Et quæ me necessitas cogit istud confiteri, quod tale quid experimento didicerim? Existimo nonnulla, quia peccat aliquis, dum penè scandalizatur in me, hoc ipsum quod scribo, quod scripturarum mysteria pertracto, præsumptioni reputans & uanæ gloriæ, & subsannando quæritans, quid opus sit ut scribam istis, cum sancti patres tam multi ante nos tam multa tamq; sufficientia scripserunt. Quid igitur? Scribam ne etiam illud experimentum dilecti, quomodo dicat, surge propera, quomodo dicat, sonet in auribus meis uox tua? Vere non ausim, sed hoc tibi ò amice, qui & ipse me ad scribendum sæpe hortaris, in aurem dicere non ueritus sum, nec uerebor si iterũ audire uolueris. ¶ Cæteris dico & hoc dixisse satis sit, quia reuera et iam si tacere siue à scribendi studio cessare uoluero, non ualeo, & hoc non concedi mihi scio & bene sentio, & hoc gaudeo. Veracem esse didici, si uirtutem discretionis habuisset, amicum beati Iob, ubi dixit. Sed conceptum sermonem tenere quis possit? Et quidem conceptum sermonem superfluum siue malum non posse tenere, uiciosum est & stultum, iuxta illud sapientis, sagitta infixa in fœmore canis, sic uerbum in corde stulti: sed econtra conceptum sermonem bonum & necessarium non posse tenere gloriosum, quemadmodum Hieremias tenere non ualens, cum dixisset, & factus est mihi sermo domini in opprobrium & in derisum tota die, & dixi, non recordabor eius

Autor iste nõ potuit nõ scribere sicut & Hieremias

Iob.4.

Eccl.j9

Hiere.20

bor eius, neq; loquar in nomine ipsius, ita subiunxit. Et factus est in corde meo quasi ignis exæstuans, claususq; in ossibus meis, & defeci ferre non sustinens. ¶ Veruntamen quomo docunq; uolunt præsentes de nobis iudicent, futuri clementius iudicabunt. Dum em̃ uiuimus (ait uir illustris Hieronymus) & uase fragili continemur, uid entur amicoꝝ prodesse studia & nocere æmuloꝝ opprobria: Postq̃ autem reuersa fuerit terra in terrã suam, & tam nos qui scribimus, q̃ eos qui de nobis iudicant, pallida mors subtraxerit, & alia uenerit generatio, primisq; cadentibus foliis uirens sylua succreuerit: tunc sine nominũ dignitate sola iudicantur ingenia, Nec consyderat qui lecturus est, cuius uel quale sit qd̃ lecturus est, siue ille episcopus siue sit laicus, imperator & dñs, miles & seruus, aut in purpura aut serico aut in uilissimo panno iaceat, non bonoꝝ diuersitate, sed operum merito iudicabitur. Nunc cœpta prosequamur. ⌊ Nolite sanctum dare canibus, neq; mittatis magaritas uestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis, ⁊ conuersi elidant uos. ⌋ In doctrina sua seruus domini scientiam habens scripturarum, unde & dicitur scriba doctus in regno cœloꝝ, magnam habere debet temperantiam, maximeq; illi congruit attendere locũ, tempus, personam. Nam si absq; consyderatione hoꝝ sermonem effundat intemperans doctor, immoderatus p̃dicator, sæpe cõtingit illi dare sanctũ canibus, & mittere margaritas suas ante porcos. Nonne etiam plerosq; illoꝝ, qui margaritas de quibus agitur, diligenter pro tẽpore & loco absconderunt, canes & porci, id est, homines immũdi & proterui, iniuriose discusserunt ac perscrutati sunt, & conculcatis magaritis ipsos diripuerunt? Multos em̃ occiderunt, q̃ plures persecuti sunt, non ut ipsi margaritas haberent, sed ut margaritæ ipsæ nusquã cõparerent. ¶ Magnũ cautelæ huius exemplũ primus ipse, qui hæc loquitur, in facto suo præbuit: quia uidelicet scripturam suam ita cõdidit, ut non ab omnibus uel à quibuscũq; posset intelligi. Non ei sufficere uisum est, quod labium, qd̃ omnibus unũ erat, & sermones, quos eosdẽ habebat omnis terra, confudit in cõstructione Babylonicæ turris, atq; ita remouit omnes gentes à lectione scripturaꝝ quas erat traditurus uni, scilicet Hebrẹæ genti, Nam & in illa dei gente unica, quẹ legem accipiebat, cui credebantur eloquia dei, non defuerunt nec defuturi erãt porci uel canes huiusmodi, margaritis cœlestium sacramentoꝝ indigni, et quibus omne sanctũ non deberet dari, quod fieret uel factũ esset, si nudo sermone absq; figuris et ænigmatibus lex & prophetæ fuissent elocuti. ¶ Proinde igitur talem scripturã condidit, quæ non facile posset intelligi quo tenderet, uel quale cõtineret mysterium regni dei: et sicut ipse tunc fecit, ita docet cum dicit, Nolite sanctũ dare canibus, neq; mittatis margaritas uestras ante porcos. Quare? Ne forte cõculcent eas pedibus suis, et cõuersi elidant uos. Duplex causa est, uidelicet, ne et margaritis fiat iniuria, et nobis uitæ periculum siue mortis occasio nostra indiscretio fiat. ⌊ Petite ⁊ dabitur vobis, querite ⁊ inuenietis, pulsate ⁊ aperietur vobis. Omnis em̃ qui petit, accipit: ⁊ qui querit, inuenit: ⁊ pulsanti aperietur. ⌋ Nihil ergo obest aut oberit sancto gregi humilium, quod porcis et canibus margaritẹ absconditæ sunt et quod propter canes omne sanctum intus repositum est, Nam qui habet clauim, imò qui ipse est clauis Dauid, qui aperit et nemo claudit, claudit et nemo aperit, semper præsto est, qui et sicut nouit quibus uel qualibus claudendum, ita et optime scit qualibus sit aperiendũ, qualibus dandum. Petendo, quærendo et pulsando semetipsos manifestant hi qui digni sunt. ¶ Hic fortitudine opus est. Qua fortitudine? Illa nimirum uel simili illi, qua pater fortium Iacob cum angelo luctatus est, et uictor existens, dicenti sibi, dimitte me, non dimittam te, ait, nisi benedixeris mihi. Et benedixit ei in eodem loco. Qualis ergo fuit illa fortitudo? Quid senserat ipse qui dixit, quoniam si contra deum fortis fuisti, quanto magis contra homines præualebis? Nimirum fortitudo illa gemitus fuit inenarrabilis, fletus fuit spiritus cõtribulati, et rogatus cordis contriti et humiliati, quo et Moyses eundem deum dicẽtem, dimitte me, tenere potuit. Deniq; et hoc testatur Osee, immò ipse deus loquens in Osee, qui cum dixisset de illo, in utero supplantauit fratrem suum, et in fortitudine sua directus est cum angelo, et inualuit ad angelum et confortatus est, addidit dicens, fleuit et rogauit eum. ¶ Igitur humili fortitudine, forti humilitate hic opus est, ubi sanctum absconditum et in litera obfirmata clausæ tenentur margaritæ sensuum cœlestium. Et sicut ille Iacob

Fiducia bonę conscientiæ autoris.

Matth. 15

Gene. 6

Cur scriptura obscure tradita est.

Apoca. 3

Fortitudo Iacob luctantis cum deo.

Gene. 32

Exodi. 32

Osee. 12.

luctatus est cum illo angelo, in quo sine dubio deus erat, qui & uictum se fatebatur: ita luctari debet uerbi dei amator cum sermone uel scriptura quæ est ex deo, nec dimittere antequàm uincat uinci uolentem, sensumq; comprehendat utilem in litera latentem. Luctatio enim pulcherrima est, tam diu perseuerare petendo, donec inueniat pulsando, donec sibi aperiatur. Quantum sibi placeat huiusmodi lucta, quam ueraciter uinci cupiat ipse, qui reluctari uidetur, dum non citius aperit, nos animaduertere uult, cum protinus dicit.

LQuis ex vobis homo, quem si petierit filius suus panem, nunquid lapidem dabit illi? Aut si piscem petierit, nunquid serpentem porriget ei? Si ergo vos cum sitis mali, nostis bona data dare filijs vestris, quanto magis pater vester, qui in cœlis est, dabit bona petentibus se? ⌋ Argumentum hoc suam habet intentionem, nec dubium est, hanc esse, ut non simus filij diffidentiæ propter hoc, si pater uester petentibus dare & pulsantibus distulerit aperire. Non uult hoc pater, sed istud potius, ut ubi magis clausum est, ibi magis te exerceas, spemq; tuam in exercitio robores ex ea cõsyderatiõe quia pater est, & cum differt dare siue aperire, iccirco differt ut experiaris, quia

1.Cor.4. nihil habes quod non acceperis, & non in te ipso glorieris, tanquam sufficiens tibi sis, quæ gloriatio fuit uel est maligni, sed cogites & loquaris secundum exemplum apostoli, qui

2.Cor.3 dixit. Fiduciam autem talem habemus, non quod sufficientes sumus cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex deo est. Si ergo uos (inquit) cum sitis mali, no-

Matth. 7. stis bona data dare filijs uestris, quanto magis pater uester? Et qualis pater? Vtiq; bonus, et solus bonus, cuius comparatione uos omnes mali estis, & nihil boni, nisi ex accidentali dono eius habetis. ¶ Adam pater utiq; malus, quippe qui & se & omnem posteritatem suam morti addixit: hic tamen filio suo petenti panem, non daret lapidem: petenti piscem, non porrigeret serpentem. Herodes quidem, sub quo natus est hic ipse dominus, qui hæc loquitur, filijs suis plus quàm lapidem, scilicet mortiferum præbuit ensem, sed hoc non fecit petentibus panem aut piscem, immò (ut uidebatur sibi) patri machinantibus mortem.

Patres mali, Adam & Herodes.

Deus, pater bonus.

¶ Quanto magis (inquit) pater uester uobis ad intelligendam scripturam, quæ uerè est panis, petentibus apertionem cordis, nequaquam econtrario faciet, ut cor obtusum & lapideum det uobis. Similiter si petieritis piscem, id est, si legentes uolueritis cognoscere Christum: cuius sacramentum quodammodo ita latet in scriptura legali atq; prophetica, sicut piscis in aqua: nequaquam porriget uobis serpentem, inducendo uos in errorem, & sensum à CHRISTO, quem in scripturis pio quæritis desyderio, longe recedentem. Non

Lucæ.11. Quũ mysticũ beata uirgo est hoc suum, ut petentibus spiritum ueritatis, spiritum det erroris. ¶ Apud alium Euangelistam adhuc scriptum est. Aut si petierit ouum, nunquid porriget illi scorpionẽ? De hoc dicere delectat, quia sancti omnes antiqui, sicut panem uerbi dei, & sicut piscem, id est, Christum petebant & quærebant: ita & ouum à patre misericordiarum desyderantissimè postulabant, & prophetica oracula sine dubio dandum esse, confirmabant. Quod uel quale ouum? Illud nimirum, cui spiritus sanctus obumbrare dignaretur, superueniens in illud in modum uolucris ouo suo superfedentis, donec pullus in eo formetur. Sic enim futurum erat, & sic factum est. Spiritus sanctus, ò beata uirgo Maria, superuenit in te, & uirtus altissimi obumbrauit tibi, & ita concepisti, & peperisti filium uolucrem, id est, non terrenum, sed cœlestem, non carnalem, sed spiritualem, quamuis ueram carnem & terrenum corpus habentem. Huiusmodi ouum petebant sine dubio priores filij, maxime qui non so-

Lucæ.1.

Gene.32 lum fidem, uerum etiam prophetiam habebant tanti sacramenti, Exempli gratia, Qui (ut supra iam dictum est) luctabatur cum uiro usq; mane, nec dimittam te (ait) nisi benedixeris

Hiere.31 mihi: sine dubio benedictione illa, ut de stirpe mea fiat illud nouum, ut obumbrante sancto spiritu fœmina circumdet uirum. Nos quoq; dum de scripturis diligenter & desyderanter quærimus testimonium, ut certo sciamus quod ita iam sit factum, profectò patrem petimus omnium, nec pater nobis porriget scorpionem, ut de beata uirgine quicquam suspicemur quod sit contra ueritatem, quod pertineat ad hæreticam prauitatem: LOmnia ergo, quecunq; vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis. Hec est enim lex & prophete. Intrate per angustam portam, quia lata & spaciosa via est que ducit ad perditionem. Et multi sunt qui intrant per eam: Quam angusta

¶usta porta ⁊ arta via, que ducit ad vitam, ⁊ pauci sunt qui inueniunt eam. ⌋ Ergo (inquit) quoniam in patre uestro promptum est bona petentibus dare, petite rationabiliter, quærite sapienter, pulsate prudenter. In quo? In eo uidelicet, ut quæcunq; uultis ut facisnt uobis homines, & uos faciatis eis. Si enim uos non dederitis, quo iure dabitur uobis? Si non dimiseritis, qua rectitudine dimittemini? Facite ergo ut dixi. Hęc est enim lex & prophetæ. Hæc tota est summa illorum, Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Hinc Apostolus. Qui enim diligit proximum, legem impleuit. Nam non adulterabis, Non occides, Non furaberis, Non falsum testimonium dices, Non concupisces, & si quod est aliud mandatum, in hoc uerbo instauratur, Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Plenitudo ergo legis est dilectio. Quàm laborioſum hoc est carni & sanguini? ¶ Hæc enim regula, Quodcunq; uultis ut faciant uobis homines, & uos facite illis, siue quod tibi non uis fieri, alij ne feceris, usq; ad inimicum hominem se extendit. Nonne tu uis, ut inimicus tuus si te inuenerit, parcat tibi, sicut Dauid pepercit Sauli? Ergo & usq; ad inimicum hæc regula se extendit, præsertim, quia sapientia dicit, & Apostolus meminit. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum. Si sitierit, da ei aquam bibere. Et Dominus. Benefacite his qui uos oderunt. Quàm laborioſum (inquam) hoc est? Ait ergo. Intrate per angustam portam. Non negat esse laborioſum, qui hæc dicit, intrate per angustam portam, & cætera. Sed qualibus angusta est hæc porta, & arta hæc uia? Vtiq; superbis & tumidis, qui multi fuerunt & sunt. Tales per latam & spacioſam uiam ierunt in perditionem. ¶ Nunquid mitibus & humilibus similiter hæc porta angusta & arta est hæc uia? Non utiq;, sed sicut dicit eis, iugum enim meum suaue est, & onus meum leue, ita ueraciter dicat eisdem, porta mea uia mea, & si incipientibus angusta uidetur & arta, postmodum talis inuenitur, ut dicas illud, quod dicebat Psalmista, huius habens experimentum. Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum. ⌊ Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. ⌋ Hic prudentia opus est, prudentia spiritus quæ una est ex diuisionibus gratiarum, est enim discretio spirituum. Neq; enim absq; gratia ista falsi prophetæ cognosci possunt, quia duplices sunt, introrsum turpes, specioſi pelle decora: intrinsecus lupi rapaces, extrinsecus quasi oues simplices, omnem humilitatem & mansuetudinem mentientes. Tales olim uenerunt & uenturi erant ad subuertendum, si fieri posset, pariter & nouum testamentum. Vnde sumenda discretio siue discretionis huius certitudo? ⌊ A fructibus (inquit) eorum cognoscetis eos. ⌋ Fructus eorum opera sunt. Possunt enim cognosci & dijudicari ex uerbis suis. Hic (ut iam dictum est) prudentia opus est, quæ armata sit uerbo dei, & oculata oculis scientiæ scripturarum, quales laudantur in Canticis, quod sint sicut columbæ, residentis super riuulos aquarum, iuxta fluenta plenissima. ¶ Quicquid dicat quis, conferendum est cum scripturis, quas non ab homine neq; per hominem, sed à spiritu sancto per reuelationem Iesu CHRISTI acceperunt, ut loquerentur & scriberent homines sancti, & licet nos (ait Apostolus) aut angelus de cœlo euangelizet uobis præter id quod accepistis, anathema sit, & iterum anathema sit. Hoc dictum, hæc sentẽtia similiter omniũ illorũ est, qui neq; ab homine neq; per hominem acceperunt, sed per spiritum sanctum, unde & scripturæ illorum omnes solæ canonicæ dicuntur & sunt. Si quis (ait Iohannes in calce suæ Apocalypseos & alij cuilibet prophetarum & apostolorum dixisse congrueret) si quis (ait) addiecerit supra hæc, adijciet deus supra illum plagas quæ scriptæ sunt in libro hoc: & si quis diminuerit de uerbis prophetiæ huius, auferet deus partem eius de libro uitæ. Sed iam ipsa domini uerba sequamur. A fructibus (inquit) eorum cognoscetis eos. ⌊ Nunquid colligunt de spinis uuas, aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona fructus bonos facit. Mala autem arbor fructus malos facit. Non potest arbor bona fructus malos facere. Omnis arbor que non facit fructum bonũ, excidetur ⁊ in ignẽ mittetur. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos. ⌋ In his omnibus sensum quidem habemus euidentem, sed principalem quærimus intentionem. Boni auditoris officiũ est, animaduertere cœlestis orator non solum quid dicat, uerũ etiã qd maxie intẽdat.

Sũma legis ē. Diliges proximũ sic. te ipm.

Roma. ĵĵ

Hæc regla etiã ad inimicũ extenditur diligendum.

Prouer. ĵĵ Roma. ĵĵ Lucæ. 6.

Humilibꝰ nõ ē uia angusta. Matth. ĵĵ.

Psalm. ĵĵĵ.

Prudẽtia donum spiritus I. Cor. ĵĵ

Cant. ĵ.

Gala. ĵ.

Apoca. ĵĵ

¶Est itaq; hic sensus uel hæc intentio in istis uerbis eius. Sicut discernere scitis lignum un
de ficum uel vuam colligitis, quod spina uel tribulus aut mala arbor non fit: ita & me, cu
Matth.8. Iohan.4 Lucæ.5 ius ex ore ueritatem simul & opus ueritatis accipitis. Exempli gratia, cum dico cuidã Cen
turioni, uade, & sicut credidisti fiat tibi, itemq; cuidam alij, uade quia filius tuus uiuit, cum
dicam cuidam leproso, uolo mundare, & statim fit, & multa alia multo maiora his: me (in
Deut.18 quam) per hæc discernite à falsis prophetis, quia nõ potest utrũq; esse, ut & de corde meo
confingendo, & falsum loquendo in nomine domini, arbor mala sim & fructus faciã tam
bonos, ut uosipsi sentitis, quia multa bona opera operor in medio uestri. Ecce loquor in no
mine domini, scilicet profitendo quod dominus nomen meum sit, uel quod non semper
Exodi.23 me, sed in me sit nomen domini, teste domino patre meo patre deo, cum dicit de me quo
dam loco sic. Obserua eum & audi uocem eius, nec contemnendum putes, quia non dimit
tet cum peccaueris & est nomen meũ in illo. Sic (inquã) loquor in nomine domini, ut pro
firear quod dominus nomen meũ sit, & quod de prophetis ego propheta magnus domi
nando prædicaturus sim. Dico enim. ❡ Non omnis qui dicit mihi, domine domine in
trabit in regnum cœlorũ, sed qui facit voluntatem patris mei qui in cœlis est, ipse
intrabit in regnũ cœlorum. ❡ Multi dicent mihi in illa die, domine domine, nonne
in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo demonia eiecimus & in tuo nomi
ne uirtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis, quia nunq; noui uos. ❡ Bisce
dite a me qui operamini iniquitatem. ❡ Ergo & dñs & inuocantiũ me dñm iudex ego
sum, adeo tutus & dominationis meæ compos ipse, ut cauendũ sit his qui inuocant me do
Assentatio nis repulsæ minũ, ne indigni iudicentur à me, quẽ inuocant, ipsa huius nominis mei inuocatiõe. ¶ Mi
ra assentationis repulsio, qua plurimũ delectari solent maxime in initijs suis reges gentiũ &
qui dominãtur eorũ. Nam quotus quisq; tunc erat, qui iã sciret et dicere illi, domine domine,
Iohan.3 nisi forte qui curatione indigebant, & uirtutem eius sentire incipiebant. At ipse de talibus
non curans, quoniam in hoc natus erat, & ad hoc uenerat in mundum, ut testimonium p
Iohan.8 hiberet ueritati, id est, sibimetipsi: ego enim sum (ait) qui testimonium perhibeo de meipso
& testimonium phibet de me qui misit me pater: ita loquebatur ut erat dignum se, scilicet
iam cum potestate magna & maiestate. Vnde & postmodum Euangelista, admirabãtur
Matth.7 (inquit) turbæ super doctrina eius. Erat enim docens eos sicut potestatem habens, non si
Scribę & pha risæi, suã, non dei, gloriam quærebant. cut scribæ eorum & pharisæi. ¶ Non (inquam) sicut scribæ & pharisæi, quia uidelicet non
eũ delectabat assentatio uel adulatio hæc, ut uocaretur ab hominibus Rabbi. Illi et similes
eorum quicunq; alij, quam uel qualem in docendo habent potestatem? popularis auræ
serui, gloriolæ cupiditati, qui totum curant de opinione sermonis sui, de profectu audi
Iohan.5. entium nihil. Vere impotes, uere nullam potestatem habentes, quos si laus uentosa per
flauerit, tristes extenuantur. Iste, qui lucrum solum quærit animarum, & claritatem ab ho
minibus non accipit, magister & exemplum omnium, qui non suam, sed dei gloriam
quærunt, facit prior ipse quod doceat, assentationem tam præsentium quàm futurorum,
repellens et dicens. Non omnis qui dicit mihi, domine domine, intrabit in regnum cœlo
rum, sed qui facit uoluntatem patris mei, qui in cœlis est, ipse intrabit in regnũ cœlorum.
Duplex mo dus loquendi de pẽe. Ps.44 ¶ Pater eius una est persona, quæ in psalmo dicit de isto filio suo uerbo suo. Eructauit
cor meum uerbum bonum: nobis autem adoptionis filijs pater est unus deus pater & fi
lius et spiritus sanctus. Vnde animaduertendum, quia ferè ubicunq; absque determina
tione possessiui huius pronominis meus uel mei, dicit pater uel patris, ea quæ loquitur mi
Iohan.14 nora sunt maiestate suæ diuinitatis, ut illic. Et ficut mandatum dedit mihi pater, sic facio,
quia pater maior me est. Vbi autem determinat, pater meus uel patris mei, non sine indi
cio loquitur diuinæ maiestatis, quemadmodum hic, sed qui facit uoluntatem patris mei
qui in cœlis est, subauditur, cum eo quod dicit mihi, domine domine, ipse intrabit in
regnum cœlorum, addens adhuc. Multi dicent mihi in illa die, domine domine, nonne
in nomine tuo prophetauimus? et cœtera, ut supra. Quam ob rem confitebor illis,
quia nunquam noui uos, Discedite à me qui operamini iniquitatem. Nimirum, quia
quod prophetauerunt, sibimet prophetauerunt, id est, non prophetando dei, sed sua
am gloriam, suumq; temporale commodum quæsierunt, sicut Balaam qui cum bona

et uera

& uera prophetasset, malum dedit consilium, nam ad suggestionem eius, mulieres Madian deceperunt filios Israhel in Beelphegor. ¶ Similiter multi in nomine eius dæmonia eiçientes, siue de hominibus exorcizando & baptizando, siue de aris & templis dedicando illa deo uero, in quibus habitabat & colebatur dæmonum multitudo, & multas uirtutum simulationes, mercedem aliam quam domini quæfierunt, & mercedem suam receperunt. Iccirco confitebor illis, quia non noui uos. Confitebor inquam, id est dicam id qđ quasi parturiens loquar. ⌊Omnis ergo qui audit verba mea hec, & facit ea, assimilabitur viro, qui edificauit domum suam supra petram. Et descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit, fundata enim erat supra petram. Et omnis qui audit verba mea hec, & non facit ea, similis est viro stulto, qui edificauit domum suam super harenam. Et descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina eius magna. ⌊Formidabilis confessio, quæ in illa die sic reuelabit uel conscientias fundamenta pseudoprophetarum & omnium qui operantur iniquitatem, quemadmodum tempestas pluuiarum & inundatio fluminum, & flatus uentorum irruentium, reuelant fundamenta domus, quæ non supra petram, sed super dissolutam & fluxam fundata est harenam. Cadent enim & ruent ruina magna in turbine uocis huius. Discedite à me maledicti in ignem eternum, qui paratus est diabolo & angelis eius non quia non audistis uerba mea, sed quia non fecistis ea. Domus autem illorum, qui audiendo & faciendo posuerunt fundamenta supra petram, firmiter stabit: neq; enim hi qui à dextris erunt, cadent eundo cum sinistris in supplicium, immò ascendent in uitam æternam, ad percipiendum regnum sempiternum, ab originine mundi sibi paratum. ⌊Et factum est cum consummasset verba hec Jesus, admirabantur turbe super doctrina eius. Erat enim docens eos sicut potestatem habens, non sicut scribe eorum & pharisei. ⌊Qualem, q̄ uehementem dicit rationem admirationis illius, qua admirabãtur turbæ super doctrina eius. Erat eñ (inquit) docens eos sicut potestatẽ habens, nõ sicut scribæ eorũ & pharisæi. Quid nã (rogo) est potestatẽ habere in docendo? Imò quid est potestatẽ non habere in docendo? Nã ex hoc oppositio melius cognoscitur, qd sit potestatẽ habere in docẽdo. ¶ Ergo potestatẽ non habere in docẽdo, est bona loqui & esse malos scribas & pharisæos, uolẽdo placere hominibus & adulãdo diuitibus, ut ex eis aliqd cõmodi adipiscantur. Contra tales apud Ezechielẽ sermo propheticus hoc mõ grauissime inuehitur. Hæc dicit dñs deus. Væ qui cõsuunt puluillos sub omni cubito manus, & faciunt ceruicalia sub capite uniuersæ ætatis, ad capiendas animas. Cũ caperent animas populi mei, uiuificabant animas eorũ, & uiolabant me ad populum meum, propter pugillũ ordei, & fragmen panis, ut interficerent animas quæ nõ uiuunt, mentientes populo meo credenti mendaciis. Quid eñ est uiuificare animas quæ non uiuunt, & interficere animas quæ non moriuntur, nisi iustificare impium & condemnare pium pro muneribus? Hoc nanq; tale est, quale esset consuere puluillos sub omni cubitu manus, & facere ceruical sub capite uniuersæ ætatis, & hoc propter pugillum ordei et fragmen panis, id est propter emolumentum uel commodum temporale, uile nimis et exile comparatione detrimenti iustitiæ, quod facit talis adulator peccati alieni scienter adquirit. Num ergo hi tales in docendo potestatem habent? Immò serui seruorum, impotes et uenales clientuli sunt. ¶ Iste magister unus, magister uerax, et uiam dei in ueritate docebat, qui inter cætera quæ contra auariciam illorum disputauit, adeo nulli nunquam adulatus est, ut in Hierosolyma, ciuitate magna et opulenta, nec saltem unius noctis hospitium aliquando habuerit. ⌊Cum autem descendisset de monte, secute sunt eum turbe multe. Et ecce leprosus veniens, adorabat eum, dicens. Domine, si vis potes me mundare. Et extendens manum tetigit eum, dicens. Volo, Mundare. ⌊Et ante et post sermonem habitum in monte, ualdè multos narrat Euangelista dominũ Iesum infirmos curasse, nõ exprimẽs singillatim, qualiter et quibus ab infirmitatibus fuerint liberati. Ante etenim dixit. Et circuibat

Num. 24

Esaiæ. 42.

Matth. 7.

Adulatores, & suaq̄rẽtes, nõ hñt potestatẽ in docendo. Ezech. 13.

CA. VIII.

Matth. 4.

Christus nulli prorsus adulatus est unq̄.

cuibat totã Galilæam, docens in ſynagogis, & prædicans euangelium uerbi, & obtulerũt ei omnes male habentes, uariis languoribus & tormentis cõprehenſos, & curauit eos. Poſt ſermonem uerò facta de tribus narratione ſingillatim, ſcilicet de iſto leproſo, & de puero Centurionis, & de ſocru Petri, rurſum dicit. Veſpere autem facto obtulerunt ei multos dæmonia habentes, & eiiciebat ſpiritus uerbo, & omnes male habentes curauit. Pauca ergo de multis conſcripta ſunt, ſed ſecundum intentionem ſcribentis Euangeliſtæ proſuſcepto negocio ſufficientia ſunt. ¶ Iſte ergo glorioſus filius dei, honorabilis filius hominis, propterea de monte cœli deſcenderat in campum huius mundi, ut infirmitates, id eſt, peccata ſanaret omnis hominis, Iudæi primum, & deinde Gentilis. Curationem Iudæi meditabatur in emundatione leproſi, qui & Iudæus erat: propter quod & dixit ei, tanquam alumno legis. Vade, oſtende te ſacerdoti, & offer munus quod præcepit Moyſes in teſtimoniũ illis. Porrò curationem gentilis meditabatur in ſanatione pueri Centurionis, qui & ipſe gentilis erat. Proter quod & indignum ſe introitu domini iudicauit, & ſicut Lucas meminit, ſeniores Iudæorũ quaſi ſuffragium ferebant ei, dicentes quia dignus eſt ut hoc illi præſtes, diligit enim gentẽ noſtram, & ſynagogam ipſe ædificauit nobis. Recte igitur leproſo, non ſolũ, uolo, uel ſolũ, mundare, dixit, uerũ etiam manũ extendit, eúq; tetigit: puerũ autẽ Centurionis non tetigit, & nec ſaltem ad eũ introiuit, quia uidelicet Iudæũ ita curauit, ut ex ipſo carnem aſſumeret, & in medio eius habitaret, quod nimirũ tangere fuit: ad Gentiles autẽ per ſemetipſum non acceſſit, ſeſt poſtq; totam ſalutẽ operatus eſt, & in cœlũ aſcendit, ſuos eis prædicatores miſit. ¶ Cũ autẽ dicimus aut legimus prius Iudæum, id eſt, iudaicum populũ, per præſentiã ſaluatoris eſſe curatum, non ſolos illos paucos attendimus, qui tunc in corpore inuenti, ante uel poſt paſſionem eius crediderunt, ſed uniuerſam populi illius electionẽ, omnes qui iam à ſeculo migrauerant, à tẽpore promiſſionis quę facta eſt ad Abrahã, uſq; ad tempus illud: quia tunc ſaluati & ab inferis educti ſunt per ipſum, cuius uenturi fidẽ habuerant. ¶ Proinde & ipſa infirmitatũ diuerſitas non negligenter penſanda eſt, quia uidelicet ille ex Iudæis tantũmodo erat leproſus: puer aũt Centurionis & paralyticus erat & malè torquebatur. Hoc enim ſecundũ ſimilitudinem illorũ duorum hominum, plus mali habuit populus gentilis q̃ populus Iudaicus: quia poſſidebatur à diabolo, dæmonia colens pro deo, neq; eum notus illi erat deus. Iudæus autẽ tanquam ratione non priuatus, in ipſa lepra ſua deũ cognoſcens, legi erat ſubditus. Cui enim grauius q̃ leproſo lex dominabatur? Scribuntur fuiſſe graues manus Moyſi, & reuera nulli magis q̃ leproſo grauis fuit manus legis literalis. Quicunq; (ait) maculatus fuerit lepra, & ſeparatus ad arbitrium ſacerdotis, habebit ueſtimenta diſſuta, & caput nudum, os ueſte contectum, contaminatum ac ſordidum ſe clamabit omni tempore quo leproſus eſt & immundus, ſolus habitabit extra caſtra. De cæteris quoq; immundiciis, ſcilicet de fluxu ſeminis, & de menſtruis eſt iudicium legis: ſed & de aliis corporalibus maculis, uidelicet ſi cæcus fuerit, ſi claudus, ſi uel paruo uel grandi uel torto naſo, ſi fracto pede uel manu, ſi gibbus, ſi lippus, ſi albuginem habens in oculo, ſi iugem ſcabiem, ſi impetiginem in corpore uel herniоſus: non accedet (inquit) offerre hoſtias domino, nec panes deo ſuo. ¶ Porrò de illo, qui malè torquetur, id eſt qui dæmonioſus eſt, ut erat puer iſte Centurionis, nullum uſquam iudicium lex decreuit. Per omnia igitur congruè (ſicut iam dictum eſt) per leproſum legis alumnum Iudaicus, & per gentilis hominis puerum gentilis populus, à ſuis curandus peccatis, ſinificabatur: per gratiam huius filij hominis, qui in operibus ſuis exterioribus ſine dubio ſalutem animarum, propter quam uenerat, die ac nocte meditabatur ſalutem, & eorum qui ſub lege erãt, ut ille leproſus, & eorum qui ſine lege erant, ut iſte puer à proprio ſenſu captiuus. ¶ Quid ſi uel Iudæus poſtquam à lepra phariſaica mundatus eſt, uel gentilis poſtquam à dæmonio, id eſt, à cultura dæmonum liberatus eſt: quid inquam, ſi uel ille uel iſte per fidem leſu CHRISTI, per lauacrum regenerationis ſpiritus ſancti ſaluus factus, iterum peccauerit? Nunquid & poſtea ſaluari uel ad ſalutem reuocari poterit? Poterit planè, ſi digne nos pœnitentiæ fructus fecerit. Filioli mei (inquit IOHANNES Apoſtolus) hæc ſcribo uobis, ut nõ peccetis. Sed & ſi quis peccauerit, aduocatũ habem⁹ apud patrẽ Ieſum Chriſtũ iuſtũ, & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris. Nõ pro noſtris aũt tantũ, ſed etiã pro totius

Chr̃s diuerſis mode curauit leproſum & puerũ Centurionis.

Lucæ. 7

Quos Iudeos curauit Chr̃s

Diuerſa infirmitas Iudæi & Gentilis.

Exodi. 37

Leui. 13.

Leuit. 13 Leui. 21

Roma. 2. Queſtio de relapſis in pcm̃ p⁹ baptiſmũ.

Titi. 3.

Reſponſio I. Iohan. 2.

pro totius mundi. Exemplum huius rei mysticum diuinus Euangelista continuo subordinauit. Ait enim. ¶ Et cum venisset Jesus in domum Petri, vidit socrum eius iacentem & febricitantem & tetigit manum eius, & dimisit eam febris. Et surrexit & ministrabat eis. ¶ Quid enim domus Petri, hominis utiq; fidelis & fidei ardentis, nisi ecclesia est dei uiuentis? Ergo socrus Petri febricitans, anima est habens quidem fidem christianã sed alicuius peccati seu uitij passione cum periculo uitæ laborans. Lucas Euangelista hoc etiam memorat, qui rogauerunt illum pro ea. Igitur socrus Petri, cuius in domum dominus Iesus uenerat, anima est (ut iam diximus) Christiana uel fidei domestica, quæ cum uitijs & peccatis febricitare cœperit, & penè spiritũ uitæ amiserit, rogant fideles pro ea, & orando ab omnibus cõfirmatur charitas in ea. Præterea & hoc Lucas meminit, quia stans super illam imperauit febri, & dimisit illam. Matthæus dicit, quia tetigit manum eius, & dimisit eam febris. Lucas autem (ut iam dictum est) stans (inquit) super illam, imperauit febri, & dimisit illam. Vterq; surgentis hoc exprimit opus, quia surrexit continuo, & ministrabat eis, uidelicet domino & discipulis eius. ¶ Hinc breuiter dicendũ, quia super febricitantem stare est, eiusmodi animã respectu timoris sui ualde terribiliter concutere, iudicijq; futuri memoria cõturbare: ita ut dicat. Cõturbata sunt omnia ossa mea, & anima mea turbata est ualde. Non enim sicut ante noticiã ueritatis lactatur anima dulcibus gratiæ mamillis, ut creatorem suũ cognoscat: non (inquã) ita, cũ post ueritatis agnitionem & suceptã fidem aliquid criminale peccauerit, rursus tã facile prona indulgentia sese illi Iesus impendit, sed quasi desuper stantis terretur animaduersione iudicis, uerbi gratia dicentis. Qui peccauerit mihi, delebo eũ de libro meo quem scripsi. ¶ Porrò iacentis manũ tangere est, confortare & adiuuare uolentẽ uiolentiæ peccati resistere. Quo enim alio modo quispiam liberaretur de corpore mortis huius? Denicq; cũ uult, potest homo iacere & febricitare, uel qualemcũq; passionẽ corpori suo adducere: sed ut de lecto surgat, eadẽq; passione careat, non in sua uoluntate, sed potius in medici positũ est curatione. Similiter cũ uult, potest sine lege uiuere, id est, sine timore dei mala securitate in peccatis iacere: sed ut surgat, & animæ sanitatẽ recipiat, non in uirtute sua, sed in sola positũ est gratia liberatoris. Etiã si uelle adiaceat, non inuenit bonum perficere, postq; malo uolens tradidit se. ¶ Hinc est illud apostoli, sub persona taliũ suspirantis. Condelector legi dei, secundũ interiorem hominẽ. Video autẽ aliã legem in membris meis repugnantẽ legi mentis meæ, & captiuũ me ducentẽ in lege peccati quæ est in membris meis. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christũ. Igitur secũdum mysteriũ, ueritatis quidem est, quod (ut Lucas scribit) stetit super illã: adiuuantis aũt siue liberantis gratiæ, qđ (sicut ait hic Matthæus) tetigit manum eius. Porrò & apud illum et apud istum, sicut in cæteris, ita & in isto facto manifesta & rata est astipulatio ueritatis, quia credendum est illi in sermonibus suis, quia sicut dominus potestatem habens uitæ & mortis, siue uitæ & sanitatis, tantummodo fremit & imperauit, stetit & tetigit, & febris fugit. ¶ Interea & hoc dicendũ tibi, quicunq; es uel esse cupis prudens auditor euangelij, ne ordinem requiras factorũ in omnibus quæ ab Euangelistis conscripta sunt. Non enim ordini intendunt rerum gestarum, siue temporibus describendis quibus res gestæ sunt: sed prouisum singuli sequuntur cœleste mysterium, utpote animalia spiritualia, quæ ante & retro oculis plena sunt. Nunquid enim ordo factorum apud hunc & apud Lucã tam diuersus esset, sicut perpendere potes, nisi causa mystica subesset? Imò sicut periti artifices, sicut optimi aurifices, dum quisq; illorũ uas quodcũq; præciosum, siue decoram regio capiti fabricare cupit coronã appositis sibi gemmis, nõ curat attendere de singulis, quo tempore uel quali præcio comparatæ fuerint, sed hoc solum intendit, qualiter auro superordinatæ, uarietate sua melius placere possint intuentium oculis. Ita isti fidissimi fabricatores euangelicæ ueritatis, non tantum attendere debuerunt, quibus temporibus uel quo temporum ordine miracula gesta fuerint, quantum eorundem miraculorum qualitates: quæ sumpta de innumerabilibus gestis, & subordinata cõgruentibus locis, sufficere possent ad splendorem ueritatis, ferendumq; suffragium gloriæ & honori huius filij hominis, quod sicut uerus homo, ita & uerus deus sit. ¶ Hinc est illud in psalmo, Quoniam præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis, posuisti in capite

Mysteriũ in febricitante socru Petri & in eius curatõe. Lucæ. 4.

Quid est stare super febricitantem. Psalm. 6.

Exodi. 32.

Roma. 7.

Roma. 7.

Nõtã ordo q̃ mysteriũ ĩ gestis Christi ab Euang. obseruatur. Ezech. 1. 10. Apoca. 4.

Psalm. 20.

capite eius coronam de lapide præcioso. Quid em̃ est corona de lapide prẽcioso in capite nisi scriptura hæc testimoniorũ eius opifex diuinis illustrata miraculis, in initio prædicationis euangelicæ? Non igitur magnopere requiras in gestis ordinem temporum, ubi longe pulchriorum fulget ordo mysteriorum, de quo iam dictum est, & adhuc dicendum. ¶ Dictum quippe est, quia futurꝫ erat, ut de populo iudaico prius à lepra sua pars aliquantula, & deinde gentilis populus à phanatico errore suo curaretur: ac deinceps quisqꝫ iam fidelis, iam Christianus peccatis actualibus iterum oppressus, gratia miserentis dei liberaretur. Secundum similitudines istorũ, uidelicet leprosi mundati, & pueri Centurionis à dæmonio liberati, & socrus Simonis quam febricitantem, idem dominus potenti imperio sanauit. Nonne & hoc futurꝫ erat de hæreticis, quod factum est? sicut Iohannes Apostolus dixit. Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis. Sequitur ergo. ℒ Vespere autem facto obtulerunt ei multos dæmonia habentes, & ejiciebat verbo spiritus, & omnes male habentes curauit. ℐ Hoc ipm Lucas scribens, Exibant autẽ (inqt) dæmonia à multis, clamantia & dicentia, quia tu es filius dei. Et increpans non sinebat ea loqui, qa sciebãt ipm esse Christũ. In pſenti facto manifestũ magnũqꝫ & euidẽs erat diuinitatis siue diuinæ fortitudinis experimentum: quia sicut cætera, sic & istud in potestate faciebat, & hoc ad testimoniũ pertinet ueritatis, ut ueraciter posset dicere. Opera quæ dedit mihi pater ut perficiam ea, ipsa testimonium perhibent de me. Porrò iuxta mysterium iam præscriptum, spiritus uel dæmonia, quæ uerbo ejiciebat, & quæ exibant à multis, clamantia & dicentia, quia tu es filius dei: ipse autem increpans non sinebat ea loqui, hæretici sunt, uel fuerunt homines ficti, simulatores & callidi, qualium primus in actibus Apostolorꝫ Simon extitit, qui & ipse credidit, sed fides uel confessio eius & similium clamantium, tu es filius dei, similis est confessioni dæmoniorũ, quę non sinebat loqui filius dei, quia non est speciosa fides uel confessio in ore, si dilectio non sit in corde. Quid autem est, quod cũ dixisset Euangelista, & omnes male habentes curauit, statim subiũxit. ℒ Vt adimpleretur quod dictum est per Esaiam prophetam dicentem, ipse infirmitates nostras accepit, & egrotationes portauit. ℐ Denicꝫ ubi hoc per Esaiam dictũ est, de passione eius sermo propheticus erat, sicut manifeste docent sequentia hæc. Et nos putauimus eũ quasi leprosum, & percussum à deo & humiliatũ. Ipse autem uulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostræ super eũ, & liuore eius sanati sum⁹, &c̃.

¶ Et reuera hoc fuit illi infirmitates nras accipere & ægrotatões portare: scilicet uulnerari propter iniqtates nras, & atteri propter scelera nra, flagellis cædi usqꝫ ad liuorẽ sanctissimi corporis sui, & in similitudinẽ ouis siue agni ad occisionẽ duci, & in ipsa occisione cũ sceleratis reputari: q̃ omnia illo prophetiæ loco conscripta sunt, de quo capitulũ hoc Euãgelista sumpsit. Quid ergo est talis capituli pſens cõmemoratio, nisi pia & prudens tanti medici uel propositi eius cõsyderatio? Nã quia propositũ eius hoc erat, ut peccata nostra portaret, q̃ uere infirmitates, uere sunt animarꝫ nrarum ægrotationes: ualde pium atqꝫ pulcherrimũ fuit cordi huius Euãgelistæ, cõsyderare, scriptoqꝫ suo nobis innuere, qa suũ opus, qđ est ægrotationes (ut iam dictũ est) animarꝫ portare siue sanare, ab ægrotationibus corporũ cœpit operari: ut prius ab illis, dum uisibiliter curaret, medicus uerus innotesceret, et tunc demũ ad curandas ægrotationes animarꝫ perueniret. Nam fecit quidem initiũ signorum coràm discipulis suis, conuertendo aquas in uinũ: sed hoc fuit publicũ prædicationis suæ officium, cum necdum Iohannes suum impleuisset cursum. Postquam Iohannes traditus est, tunc siue exinde ipse & prædicare regnũ dei, & miracula facere cœpit huiusmodi, scilicet curare corporũ infirmitates, & perinde (sicut iam dictũ est) ad curationem animarum peruenire tur. Et de potestate quidẽ huius filij hominis, potestate diuina hui⁹ dei & hominis, & ea quæ iam dicta, et ea quæ adhuc sunt dicenda, magna et mystica experimenta siue testimonia sunt. ¶ Sed quid sibi uult hæc interpositio, quam rebus gestis Euangelista taliter interposuit. ℒ Videns autem (inquit IESVS) turbas multas circum se, iussit ire transfretum. Et accedens vnus scriba, ait illi. Magister sequar te quocunque ieris. Et dicit ei Jesus. Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos: filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet. Alius autem de discipulis suis, ait

Lucæ. 4 Dæmonia, q̃ increpabat Iesus, hæreticos prefigurabãt Iohan. 5.

Actu. 8.

Esa iæ. 53

Chr̃s ægrotatiões nostras portauit.

Iohan. 2.

fuis, ait illi, Domine, permitte me primum ire, & sepelire patrem meum. Jesus autem ait illi. Sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos. ¶ Quid (inquã) hoc sibi uult, ꝙ hæc dicta filij hominis ad duos homines, tam diuersa, rebus gestis, id est, mirabilibus eius interposuit? Nam hactenus potestatem eius euidenter demonstrauerat, quomodo cũ potestate dixisset ad leprosum, uolo mundare, quomodo dixisset Centurioni, uade, & sicut credidisti fiat tibi, quomodo tactũ siue imperium eius fugisset febris, quomodo spiritus uerbi eiecisset, & omnes male habentes curauisset, inter quos exeuntia dæmonia (sicut Lucas meminit) increpans non sinebat ea loqui: & cõtinuo dicturus est, quomodo surgens imperauit uentis & mari, ut fieret tranquillitas, & obedierunt ei. Quid ergo dicemus? Planè si in his rebus gestis, rex in ecclesia gerendaꝝ processum, qualem exponere cœpimus, diuinũ Euangelistam attendisse persentis, causam habes in promptu, cur hęc ad duos homines dicta tam diuersa non præterire, uel tali loco inserere uoluerit. ¶ Futurũ quippe erat, ut curata animarum lepra in Iudęis, sedata in gentibus dæmoniaca uexatione phanatici erroris, dum rursus in domo Petri, quę est ecclesia, curatur uitiorum febris, & de ecclesia eliminantur hæretici, spiritũ malum habentes, & iccirco indigni loqui de filio dei, Futurum (inquam) & hoc erat, ut multi arriperent aut suscipere uiderentur propositũ perfectionis: Alij per improuidam præsumptionem, alij per timoratam deuotionem. Nimirum eorũ qui per præsumptionem accessuri erant, exemplum est ille qui dixit, magister sequar te quocunq; ieris: eorũ autem qui cum timore uocati siue admoniti accedunt, ille qui ait, Domine, permitte me primũ ire & sepelire patrem meum. Quantos putas in ecclesia fuisse uel esse, qui secundũ horum utrorũq; exempla tam diuersa diuersos exitus habuerũt uel habent professionis suæ? ¶ Digne igitur & hoc Euangelista non prætereundum existimauit, ut deinde futuras in ecclesia seditiones prospiciens, siue ex falsis fratribus, siue ex manifestis aduersarijs persequentibus, subiungeret dicens. Et ascendente eo in naviculam, secuti sunt eum discipuli eius, & ecce motus magnus factus est in mari, & cætera. Nunc eadem dicta perspiciamus. Videns (inquit) turbas multas circũ se iussit ire trans fretum. Sicut tunc turbas multas circum se uidebat, ita & multitudines gentium oculis suæ diuinitatis, cui omnia præsentia sunt, crediturus in se fore præuidebat. ¶ Item quod uenerabiliter aspiciendũ est, sicut plerisq; credentium in se dicturus erat per spiritum sanctũ, diffusum in cordibus ipsorũ, per inspirationem sancti desyderij, in quo est fastidiũ præsentiũ, & appetitus cœlestium siue futurorum: sicut (inquam) dicturus & ineffabili dictione sua facturus erat, ut transirent uel relinquerent seculũ, tumultumq; effugerent curarum secularium (ut faciunt nunc hi qui cœnobialem siue solitariam uitam eligunt) ita tunc iussit ire trans fretum. Non dictum est, iussit turbis multis, quæ circũ se erant: neq; dictum est, iussit discipulis suis qui tunc admodũ pauci erant, sed dictũ est ab Euangelista indiffinite, iussit ire trans fretum. Cur hoc? nisi quia iussio hæc iuxta sensum hunc mysticũ non tam præceptum est ꝙ consilium? Sicut em̃ quodam loco dicentibus discipulis eius, si ita causa est hominis cum uxore, non expedit nubere, respondens ait, nõ omnes capiunt uerbum istud, ac deinceps, qui potest (inquit) capere capiat: ita de omni freto curarũ secularium, quibus licito quidem fideles implicari possunt, sed cũ illis perfecti esse non possunt, prudenter aut discrete sentiendũ est, quod sic quosdam iusserit uel iubeat ire trans fretum, ut non tamen omnibus imponat necessitatem omnino relinquendi coniugium, curamq; omnium rerũ familiarium. Et taliter quidem transfretare, Christũ sequi est. ¶ Sed attende diligenter, qd uel quomodo fortis ille scriba dixerit, Magister (inquit) sequar te quocũq; ieris. Primũ ipa appellatio insuauis est, cũ dicit, magister, & non dicit, domine: insuauis (inquam) & sine dilectione. Nam si ritè recolis, eorum appellatio qui cũ dilectione appellauerunt talis erat ut dicerent, domine, Exempli gratia, ut appellatio Petri dicentis, domine, si tu es iube me uenire ad te. Talis appellatio magister siue Rabbi pharisaica extitit, quibus delectabile erat sibi salutare, & sic salutari, uocare & uocari ab hominibus Rabbi. Iudas impius sic appellare potuit, ut cæteris singillatim dicentibus, nunquid ego sum domine: ille (ut erat cordis amari & perfidi) diceret, nunquid ego sum Rabbi? Et quidem bonum & suaue est utrunq; dicere simul, magister & domine, unde & dicit ipse, uos uocatis me magister & domine, & bene

Quinta ægrotatio in Monasticis.

Votũ monasticũ cõsilij est nõ pcepti, qd nõ omnibus imponitur.

Matth. j9.

Triplex appellatio, dñe, mgr̃ seu Rabbi magister & domine

Matth. j4.

Matth. z3.

Matth. z6.

Iohan. j3

& bene dicitis, ſum etenim, ſed ſolum hoc dicere magiſter ſiue Rabbi, & non dicere, do-
Nimia p̄ſumptio hꝰ ſcribę mine, cordis eſt longinqui, id eſt, longe remoti à familiaritate dilectionis. ¶ Deinde quan-
tæ eſt præſumptionis dicere uel dixiſſe magiſtro & domino huic, ſequar te quocũq; ieris?
Quis eñ unquam fuit qui ſequeretur eum quocũq; iuit, uel cui diceret ipſe ore ſuo, ſeque-
re me quocunq; iero? Sed non mirum, ſcriba eñ fuit, cuius ordinis homines de iuſtitia ſua
Matth. 23. ualde fuere præſumptuoſi, & gloriabundi: unde & ab ipſo domino ſæpe grauiter notati
ſunt, exempli gratia cum dicit. Super cathedram Moyſi ſederunt ſcribæ, & phariſæi, om-
nia uero opera ſua faciunt, ut uideantur ab hominibus, & his ſimilia. Quomodo ergo illi
Diſſimis rñſio ad Petrum et ad ſcribam. Matth. 26. Iohan. 13. reſpondit? Nimirum ut debuit. Vulpes (inquit) foueas habent & uolucres cœli nidos, fi-
lius autem hominis non habet ubi caput ſuum reclinet. ¶ Quàm diſſimilis reſponſio hæc
reſponſioni illi, qua poſtea Petro reſpondit, nimis adhuc forti, & confidenti plus quàm o-
portuit. Nam qui dixerat, domine tecum paratus ſum, & in carcerem, & in mortem irei
itemq; quare non poſſum te modo ſequi, animam meam pro te pono reſpondit illi. Ani-
mam tuam pro me ponis? Amen amen dico tibi, non cantabit gallus donec me ter neges.
Vere reſponſio diſſimilis, quia fuit illa corripientis, iſta autem eſt omnino reprobantis. Et
recte debuit eſſe diſſimilis, quia confidentia Petri, de radice dilectionis: huius autem præ-
Vulpes & uolucres cœli, maligni ſunt ſpiritus. ſumptio de ſuperbiæ & radice nequitiæ prodijt. ¶ Plane poterat dicere ſicut uulpes occul-
te cubant in foueis, & ſicut uolucres cæli ſuauiter ſibi ſedent in nidulis: ita maligni ſpiritus
propter malitiam uulpeculæ, propter elationem, uolucres cœli iure nominandi, cũcta oc
cupauerunt diuerſoria pectoris tui, & iccirco falſum loqueris, dicendo, ſequar te quocũq;
ieris: In quo dicto & dolus eſt & ſuperbia ſimul, dum & me fallere, & ambitione nimia cu-
pis ſanctus uideri: ſed ſanctæ diſcretionis & temperantiæ magiſter uenerabilis, malignoꝝ
ſpirituum nomen tacuit, & rem nihilominus cãdem ſatis edixit. Quanti hodieq; ſunt, pro-
pter quos horum meminiſſe oportuit, quorum in cordibus, cum in ore ſanctam conuerſa-
tionem profiteantur, maligni ſpiritus ita cubant, ſicut uulpes in foueis, ſicut uolucres in ni-
dulis: & locus in eis non eſt ubi filius hominis caput ſuum reclinet? Simplices non ita ma-
giſter iſte & dñs repellit, imò & quaſi uim faciens, ad ſe trahit. Sequitur eñ. ¶ Alius autẽ
de diſcipulis ſuis, ait illi, Dñe, permitte me primũ ire & ſepelire patrẽ meum. Ieſus aũt ait
Deut. 33. illi. Sequere me & dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos. In Deuteronomio Moyſes
dicit, bñdicens Leui. Qui dixit patri ſuo & matri ſuæ, neſcio uos: & fratribus ſuis, ignoro
uos, & neſcierũt filios ſuos, hi cuſtodierunt eloquiũ tuũ, & pactũ tuũ ſeruauerunt, iudicia
tua ò Iacob, & legem tuam ò Iſrahel. Hoc de perfectiõe dixit. Præmiſerat eñ. Perfectio
tua & doctrina tua uiro ſancto tuo, quem probaſti in perfectione, & iudicaſti ad aquas cõ-
Apſtoꝝ Iacobi & Iohãnis perfectio. tradictionis. ¶ Ergo iſte qui dixit, Domine, permitte me primũ ire, & ſepelire patrem meo
um: aliquid minus à perfectione habebat, qui non dixerat patri ſuo, neſcio te, præſertim ta
li patri, propter quem diceret ei dominus cum ſuæ charitatis imperio, dimitte mortuos ſe-
pelire mortuos ſuos. Non utiq; talis erat pater huius, qualis extitit Iacobi & Iohannis pa-
Matth. 4 ter Zebedæus, alioquin non diceretur mortuus à mortuis ſepeliendus. Attamen illi, ſcili-
cet Iacobus & Iohannes, uocanti domino ut ſequerentur eum, non dixerunt, domine, per
mitte nos primum ire, & ſepelire patrem noſtrum. Non igitur eiuſdem perfectionis iſte iã
erat, cuius illi fuerunt in ipſa uocatione ſua, qualem in Deuteronomio Moyſes (ut iam di-
ctum eſt) collaudat. Sed quid? Nimirum talis & talium exemplum fuerit, quales hodie-
q; nonnullos ſumus experti, qui cum deſyderent, perfecta conuerſatione Chriſtum Do-
minum ſequi, retrahuntur per affectum carnis, per affectum patris & matris, uel cuiuſcun-
q; propinquitatis: cuius dilectioni tunc demum ſancta ſcriptura uel dei charitas contradi-
cit, ſi propinqui illi deo mortui ſint, id eſt, ſi aduerſentur uiæ domini. Adiuuantis igitur eſt
gratiæ, quod uerbum incarnatum dicit infirmo, ſequere me, & dimitte mortuos ſepelire
mortuos ſuos. Proinde ſecundum hoc exemplum recte dicas illi, cuius deſyderium cõuer-
ſionis cognoſcis retardari per affectum carnis. Verbi gratia per affectum patris ſecundum
carnem uiuentis, & iccirco mortui. Relinque mortuos ſepelire mortuos ſuos, tu autem
uade, & annuncia regnum dei. Quod ſi & patrem innoxium, qualis iam dictus erat Zebe-
dæus, relinquat alijs ſepeliendum, ut ſequatur Chriſtum, tunc multo magis cum apoſtolis
facit, ſcie-

facit, scilicet cum Iacobo & Iohanne, qui patrem Zebedæum reliquerunt. ⌊ Et ascēdente eo in nauiculam, secuti sunt eum discipuli eius, & ecce motus magnus factus est in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus. Ipse vero dormiebat. Et accesserūt & suscitauerunt eum, dicentes. Domine, salua nos perimus. Et dicit eis. Quid timidi estis modicæ fidei? Tunc surgens imperauit ventis & mari, & facta est tranquillitas magna. ⌋ Vt cætera, sic & istud in potestate fecit hic filius hominis, unde & cōtinuo. ⌊ Admirantes dixerunt. Qualis est hic? quia venti & mare obediunt ei. ⌋ In hoc genere uirtutum Moyses claruit, scilicet utendo elementorum officijs, contra Pharaonem in terra Aegypti, de hoc iam supra dictum est, quia signa quæ fecit, non eiusmodi erant ut ea quæ maxime operatus est hic filius hominis, qui (sicut prædictum fuerat per Esaiam & hic Euangelista meminit) infirmitates nostras accepit, & ægrotationes nostras portauit, circa substantiam hominis suarum beneficia uirtutum maxime impendit, incipiens à curatione corporum, ut deinde perueniret ad curationem animarum. ¶ Nunquid uero non & in ista parte uirtutis, scilicet in imperando elementis, & Moyse & omnibus uirtutum operator maior est hic? Vere incomparabiliter maior, quia nullus eorum quicquam imperando fecit, nec ipse Moyses imperio usus est, sed de plenitudine alterius accepit, scilicet dei uel uerbi eius, de plenitudine (inquam) huius, de quo solo dictum est, & dici debuit, quia imperauit. Non enim Moyses imperauit, sed ab hoc imperatum est illi dicendo, extende manum tuam super aquas Aegypti & uertantur in sanguinem, extende manum tuam super fluuios & educ ranas super terram Aegypti, & post multa his similia tandem inquit. Eleua uirgam tuam, & extende manum super mare, & diuide illud, ut egrediantur filij Israhel in medio mari per siccum, & rursum extende (ait) manum tuam super mare, ut reuertantur aquæ ad Aegyptios, super currus & equites eorum. Cuncta hęc alterius imperio fecit, scilicet dei, suo autem imperio nihil. Homo enim, & non deus erat. Hic solus suo imperio imperauit uentis & mari, deus enim erat, & obedierunt ei. ¶ Porrò ut de mysterijs cœptum tenorem sequamur, pulchre diuinus Euangelista miraculum hoc tali ordine scripsit: quia uidelicet post illa, quæ hactenus dicta sunt, futurum & hoc erat in ecclesia, ut manifestæ persecutionis uiolentia per magnos principes in gentibus, quasi per magnos uentorum motus in mari tempestas excitata, detonaret, ipsam q; ecclesiæ nauiculam, quasi dormiente Iesu, penè usq; ad periculum uitæ & salutis uehementer uexaret. Quid enim est dormire Iesum in nauicula? nisi subtrahi auxilium gratiæ adiuuantis ab ecclesia? Hoc autem cum fit, ideo utiq; fit, ut & qui probati sunt, manifesti fiant: & qui per prosperitatem falli poterant, per aduersitatem instruantur: & qui in peccatis erant, purgentur: & multi martyres coronentur. Igitur totiens dominus Iesus in nauicula quasi dormit, aut dormiuit, motus q; magnus factus est in mari, ita ut nauicula operiretur fluctibus, quotiens tardante illo per ordinatissimam dispositionem, & necessaria ad tempus subtrahente præsidia, diabolus uentorum huius seculi agitator inquietus (qualis utiq; uentus Nero fuit, aut Funestus Decius, uel certe Diocletianus siue Maximinus) persecutiones excitauit, et in mortes siue oppressiones sanctorum mare, id est, multitudines gentium per ipsorum leges et edicta commouit. Heu, quotiens motu huiusmodi facto nauicula operata est fluctibus? quotiens persequentibus et occidentibus paganis crudelissimis, ecclesia sancta calamitatibus oppressa est innumerabilibus? ¶ Tunc nimirum accesserunt discipuli, et dormientem suscitauerunt Iesum, inuocantes eundem saluatorem, Exempli gratia, dicendo illud Dauiticum. Exurge, quare obdormis domine, exurge, & ne repellas in finem. Et rursum. Exurge domine adiuua nos, et libera nos propter nomen tuum, Et alibi. Adiuua nos, ne forte dicant in gentibus, ubi est deus eorum. Debuit autem semper et esse debet suscitatio ista suauis et dulcis, et non molesta, id est, cum fide sine desperatione, cum perseuerantia absq; impatientia. ¶ Alioquin suscitantibus se ipse dicit. Quid timidi estis modicæ fidei? Ac si patenter dicat, Nonne scriptum est, quia non relinquet dominus uirgam peccatorum super sortem iustorum, ut non extendant iusti ad iniquitatem manus suas, et quid est, non relinquet, nisi diu durare non permittet? Recordamini priorum et nouissimorum Aegyptiorum atq; Assyriorum siue Babyloniorum, Mœdorum atq; Persarum, cæterarumq; gen-

Differūt miracula Christi & Moysi.

Exodi. 7. 8

Exodi. 14.

Ecclīæ persecutiones i maris tēpestate præfiguraī.

1. Cor. 11.

Psalm. 43. Ibidem. Psalm. 78. Non p mittit Iesus diu durare psequutionem. Psalm. 124

rumq; gentium Barbaro rum, regumq; hominum impiorũ, quicunq; uirgam suam, id est potentiam suam uel dominium extenderunt atq; eleuauerunt super sortem iustorum, ad affligendos siue delendos illos, qui sorte, id est, gratuita electione misericordiæ ad uitam æternam prædestinati sunt. Nunquid diu durauerunt? Nunquid nõ hoc ipsum, qd ad tempus prævalere uisi sunt, cooperatũ est in bonũ iustis & diligentibus deũ? Quid ergo timidi estis? Num quia Nero Petrum crucifigit, & Paulum gladio cedit? Nolite timere, nolite timidi esse, sed in patientia uestra possidete animas uestras, quia non tãdiu durabit uirga hæc ut necessario extendant iusti, quasi auxilio destituti, ad iniquitatem manus suas: sed cito frãgetur, & in ignem mittetur ut ardeat. ¶ Tunc surgens imperauit uentis & mari, & facta est tranquillitas magna. Dominum Iheſum ſurgere, uentisq; & mari imperare, est potentiam suam exercere siue excitare, scilicet ad adiuuandum electos, & ad uindicandum in reprobos: ut sæpe particulariter factum est, fiet autem uniuersaliter & semel, cum in nouissimo iudicio surrexerit, sicut in Psalmo dictum est: Terra tremuit & quieuit, cum exurgeret in iudicio deus. Præterito namq; pro futuro tempore usus est, quod propheticis locutionibus familiare est, dicens: de cœlo auditum fecisti iudicium, terra tremuit & quieuit, pro eo ut diceret, de cœlo ueniens auditum facies iudicium, subauditur dicendo, uenite benedicti patris mei pcipite regnũ, & cætera: & tũc terra tremet & quiescet. i. impij timebũt & sctõs psequi desinent. ¶ Tũc utiq; cõtra uniuersos cõsurget, nũc aũt interdũ in partes exurgit, & stat terribilis, ut sanctorũ neces uindicet de aduersarijs & homicidis, ut uerbi gra, tunc exurrexerat & stabat, nimirũ cõminans Iudæis, iãq; facturus excidiũ gentis & loci, qñ Stephanus protomartyr intendens in cœlũ, dũ staret in concilio, uidensq; gloriã dei & Iesum stantem à dextris dei: ait: Ecce uideo cœlos aptos & filiũ hois stantẽ à dextris dei. Taliter & in alijs siue contra alios interdũ surgente domino post magnos motus, facta est tranquillitas, & pax Ecclesijs reddita est. ⊥ Et cũ uenissent trans fretum in regionem Gerasenorum, occurrerunt ei duo habentes demonia, de monumentis exeuntes, sæui nimis, ita ut nemo posset transire per uiam illam: Et ecce clamauerunt dicentes. Quid nobis & tibi Iheſu fili dei? Eleemisti huc ante tempus torquere nos. Erat autem non longe ab illis grex porcorum multorum pascens. Dæmones autem rogabant eum dicentes. Si eijcis nos, mitte nos in gregem porcorum. Et ait illis. Ite. At illi exeuntes, abierunt in porcos. Et ecce impetu abijt totus grex per præceps in mare, & mortui sunt in aquis. ⊥ Quali uel quanta cum potestate gloriosus iste filius hominis hactenus demonia eiecisset, sicut Euangelista paulo ante dixit, quia eijciebat spiritus uerbo: ab isto claret maxime experimento, & littera quidem in manifesto est, manifeste signans, quia hic filius hominis deus uerax est, cuius præsentiam tremunt & fere se non posse fatentur dæmonum legiones, & solo eius nutu torti atq; exire compulsi tot maligni spiritus, rogant, ut quoniam exire coguntur, saltem in porcos intrare permittantur. ¶ Veruntamen unum est, quod non ociose quæritur, uidelicet quomodo placuerit huic tam miti tamq; mansueto, qui nullum ex semetipso iniuste lædi pateretur, iuxta illud, Non contendet neq; clamabit, nec audietur foris in plateis uox eius: quomodo inquam placuerit et, ut porcos alienos daret uel mitteret spiritibus malignis, quatinus per præceps irent in mare & morerentur in aquis? Hoc quicunque requirit, scire debet, homines regionis illius tales fuisse, qui non solum porcorum suorum damna, uerumetiam pœnas omnimodas deberent sustinere. Nam si rite perpendas, sicut dixit, Væ tibi Corozaim, uæ tibi Bethsaida, quia si in Tyro & Sydone factæ fuissent uirtutes, quæ factæ sunt in uobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egissent: statimq; subiunxit, Veruntamen dico uobis, Tyro & Sydoni remissius erit in die iudicij q̃ uobis, Sic & istis, uidelicet Gerasenis, ueraciter dicere potuit. Isti etenim non solum non crediderunt, cum tantas uirtutes uidissent, uerumetiam rogauerunt eum, ut discederet a finibus eorum. Discessit autem, & contigit eis, sicut & cæteris regionibus † scusi, secundum similitudinem porcorum ipsorum, qui à dæmonibus agitati, per præceps in mare abierunt & mortui sunt. Huius expositionis myste-rij iam ab ipso incipienda est exordio præsentis lectionis. ¶ Igitur uenienti domino in regionem Gerasenorum, occurrerunt duo habentes dæmonia de monumentis exeuntes, sæui ni-

Lucæ 21. — Imperare uẽtis qd est. — Psal. 75. — Matth. 25. — Iesus exurgẽs in iudicio. — Actuũ 7. — Potestas Chri contra dæmones. — Quæstio — Esa. 42. Matt. 12. — Responsio. — Matth. 11. — forte † stultis.

sæui nimis: quia cum uenissent in huius uitæ incolatum, ad debellandum principem huius mundi diabolum, duæ mortes generis humani, duce ipso peccati & mortis principe, aduersus eum cucurrerunt. Quæ nam duæ illæ mortes sunt? Videlicet una mors corporum, & una mors animarum, contra quas erat illi dimicandum. Vnde & bene illi duo & sæui nimis, & de monumentis exisse uel in monumentis habitasse dicũtur: quia uidelicet & mors animarum sæua nimis est, & per mortem corporum in monumentorum habitationem deuenimus. Et illa quidem mors, quæ est animarum, occurrens nihil contra eum præualuit, quemadmodum ipse dicit, Venit enim princeps mundi huius & in me non habet quicquam. Porro illa mors, quæ est corporum, ad tempus illi prævalere permissa est, ut suscipiens uel admittens nostram simplam, euacuaret duplam. Quid autem uerius eo, quod ait, sæui nimis, ita ut nemo posset transire per uiam illam. Quis enim ex omni genere humano sæuitiam mortis intactus euasit? Omnes in Adam peccauerunt (ait Apostolus) & omnes in Adam moriuntur. Vbi peccauit Adam, protinus & ipse morte animæ mortuus est, & nos in ipso mortui sumus: & ubi dictum est ei, quia puluis es & in puluerem reuerteris, & ipse morti corporis, & cum illo nos addicti sumus. Vere igitur per uiam illam nullus transire poterat, quia qui mortem non uideret, & animam suam eueret de manu inferi, nullus erat. Sed uenit iste, in quo nihil iuris ulla mors habuit, & quia per unam uidelicet corporis mortem iniuria facta est illi, iure sub illo mors utraq; occubuit, non sine magno tormento principis utriusq; mortis & satellitum eius, quas cum illo foras misit. Sicut enim descensus eius ad inferos populo sanctorum desyderabilis, ita legionibus dæmonum grauis fuit & intolerabilis. Dicebant ergo. Quid nobis & tibi Iesu fili dei? Venisti huc ante tempus torquere nos. Tempus illud, quo se torquendos esse nouerunt, ultimum erit iudicium, quando princeps eorum cum ipsis, & ipsi cum principe suo, uidentibus cunctis (ut in Iob scriptum est) præcipitabũtur in ignem æternum. ¶ Quomodo tandem impletum est in mysterio, quod significabatur in miraculo, scilicet in eo, quòd grex porcorum totus cum impetu per præceps in mare abijt, & mortui sunt in aquis? Ita nimirum, ut fieret quod ipse filius hominis sciens prælocutus est. Cum (inquit) immundus spiritus exierit ab hoie, & cætera usq;, tunc uadit & assumit septẽ alios spiritus secũ nequiores se, & ingressi habitant ibi, & fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Per unum quippe hominem eiusmodi, Iudæos incredulos atq; blasphæmos uult intelligi, qui non tam Iudæi quàm Chananæi, non tam uituli æstimandi sunt quàm porci, Ipsi namq; de bono opere Saluatoris peiores effecti, & inde per inuidiam mortui, quòd ille unam in semetipso & utramq; in suis fidelibus mortem uicit, malignis sunt spiritibus traditi, & per furorem suum facto impetu, semetipsos in mari præcipitauerunt. Nimirum seditiones excitando implacabiles, ut plurimi scriptores & maxime Iosephus refert, in Romanum irruerunt imperium, & mira insania, mirabili pertinacia uictores omnium gentium in suas neces, in excidium loci & gentis excitauerunt. Quid fuit ita furere, nisi porcos à malignis spiritibus agitatos, per præceps & cum impetu abire in mare? Si ergo perpendas siue respicias quid olim in Aegypto ante acceptam legem fuerint, & quid nunc post aduentum fecerint redemptoris aut receperint, recte dicas, quia nouissima horum peiora sunt prioribus, & ita tam secundum animam quàm secundum corpus in omne miseriarum profundum præcipitati sunt, ut porci illi quibus propter furias dæmonum nec suus, quamuis brutus, subesse poterat sensus. ⊥ Et ascendens in nauiculam transfretauit, & venit in ciuitatem suam. Et ecce offerebant ei paralyticum, iacentem in lecto, Et videns Ihesus fidem illorum, dixit paralytico. Confide fili, remittuntur tibi peccata tua Et ecce quidam de scribis dixerũt intra se. Hic blasphemat. Et cum vidisset Ihesus cogitationes eorũ, dixit. Et quid cogitatis mala in cordibus vestris? Quid est facilius dicere remittuntur tibi peccata, aut dicere surge et ambula? Et sciatis aũt, quoniam filius hominis potestatem habet dimittendi peccata, tunc ait paralytico. Surge, tolle lectum tuum, et vade in domum tuam. Et resurrexit, et abijt in domum suam. Videntes aũt turbę timuerunt, et glorificauerunt deum, qui dedit potestatem talem hominibus. ⊥ Potestatem filij hominis, quam ad honorem & gloriã

Ioh. 14

Rom. 5

Gene. 3.

Ioh. 14. Mysteriũ huius miraculi, cõtra Iudæos porcis similes. Matt. 12.

Ioseph⁹ de bello Iud. p septem libros.

CAP. IX.

ipſius conſyderare & cognoſcere intendimus, ex mirabilibus eius factis & dictis ipſemet ore proprio hic enunciauit in re huiuſmodi, in qua potiſſimum expediebat nobis potentē eſſe hunc dominum, ſcilicet in remiſſionem peccatorum. Hoc eatenus non dixerat, q̄ po teſtatem haberet dimittendi peccata, ſapienti nimirum uſus prouidentia diſcretionis, qua tinus non hoc ante diceret q̄ factis comprobaret: & ipſi ſpiritus, quos uerbo eĳciebat, tor

Mich. 5. ti confiterentur, ipſum eſſe, de quo propheta prædixerat. Et tu Bethleēm terra Iuda, ne quaquam minima es in principibus Iuda, ex te ēm exiet dux, qui regat populum meū Iſra hel. Quæ enim illic in eodem propheta ſequuntur, eorum ſumma eſt, ſaluum facere po pulum ſuum à peccatis eorum. Poſtquam ergo præcedentibus factis comprobatum fuit, quod ipſe eſſet & credi deberet eſſe ille dux Iſrahel, dux Meſſias, id eſt Chriſtus, tunc de mum paralyticum, curaturus, confide (ait) fili, remittūtur tibi peccata tua, ut dum tam præ ſentia miracula, q̄ antiqua prophetarū oracula, ſermonem præſentis confirmant, minus of fendantur, qui abſq; offenſione doceri non poſſunt, tardi ad credendum, imò & impatien tes ad audiendum. Nam erant in hoc offendendi, & offendebantur offenſione uolunta ria, maxime ſcribæ & phariſæi, non ueritatem quærentes, ſed ueritati inuidentes. Nā pro tinus ubi dixit, confide fili, remittuntur tibi peccata tua, & ecce (inquit Euangeliſta) quidā de ſcribis dixerunt intra ſe. Hic blaſphemat. Quis poteſt dimittere peccata, niſi ſolus deus. Vidit ēm cogitationes eorum, & dixit. Vt quid cogitatis mala in cordibus ueſtris? Fortaſ ſis & hoc dixerunt intra ſe, ſed & de iſto reſpondit eis ſua ipſorū conſcientia, & de illo uir tus operis manifeſta, ſequente effectu iuſſionem dicentis, ſurge & ambula. Et utrinq; con uicit incredulos, quod excuſationem non habeant de peccato ſuo. Quid autem ad illam interrogationem reſpondendum erat, quid eſt facilius dicere, dimittūtur tibi peccata, aut dicere, ſurge & ambula: niſi facilius eſſe dicere, dimittuntur tibi peccata? Nam apud ipm quidem filius hominis ita unum ſicut alterum facile erat, ſed apud homines longe facilius eſt dicere, dimittuntur tibi peccata, q̄ ipſam peccatorum dimiſſionem comprobare teſti monio uirtutis qualis protinus eſt ſubſecuta. ¶ Secundum exemplum hoc fere quotidie

Myſterĭū huius curatiōis paralytici, in eccleſia.

fit in ciuitate dñi, ſcilicet in eccleſia, quæ utiq; eſt ciuitas dñi, ciuitas regis magni, ad quam ipſe transfretauit & uenit, poſt q̄ (ut dictū eſt ſupra) & mortis corpora noſtrorū ſeuiciā ſe dauit, & mortis animarum noſtrarum ſæuum impium ſoluit. Nam quotiens facimus illd,

Iacobi. 5. quod Iacobus Apoſtolus dicit. Infirmatur quis in uobis, inducat preſbyteros eccleſiæ & orent ſuper eum, ungētes eum oleo ſancto in nomine domini, & oratio fidei ſaluabit infir mum: & ſi in peccatis ſit, remittentur ei. Quotiens (inquam) hoc facimus, paralyticum ſiue undecunq; infirmum domino offerimus, & ſicut uidens fidem illorū dixit, remittuntur ti bi peccata, ita & nunc oratio fidei ſaluat infirmum: & ſi in peccatis eſt, dimittūtur ei. ¶ Præ terea iuxta ſenſum altiorem paralyticus tunc à domino curatur, quando fit, ut is qui nihil

Ephe. 4. operabatur, iam nunc operetur, quemadmodum dicit Apoſtolus. Qui furabatur iam non furetur: Magis autem laboret operando manibus ſuis quod bonum eſt, ut habeat unde tri buat neceſſitatem patienti. Nam qui nihil operabatur, & aliena furabatur, nonne uerā pa ralyſin habebat in manibus? Similiter qui ad bonum & utilem ſermonem mutus erat, nō ne ueram in lingua paralyſim habebat? Igitur cum circa huiuſmodi ſic operatur dominus, ſiue per ſemetipſum tantum, ſiue miniſtris ſuis cooperantibus: ut quitaliter paralyticus e rat, iam nunc & bene laboret operando manibus ſuis, et omnis ſermo malus ex ore eius non procedat (ut ait continuo idem Apoſtolus) ſed ſi quis bonus eſt ad ædificationem fi dei, ut det gratiam audientibus, merito turbæ glorificent dominum, qui dedit poteſtatem talem hominibus.

FINIS LIBRI SEPTIMI.

DE GLORIA ET HO-

NORE FILII HOMINIS LIBER .VIII.



SAPIENTIA DEI, QVAE APERV- Sapien. 10.
isti os muti, & linguas infantiũ feciſti diſertas: ego quon-
dam mutus & infans, nunc autem ore aperto & lingua pe
ne diſerta te magnificans, tibiq; de auro tuo ac de gemmis
tuis quandam quaſi regiam gloriæ & honoris facere ad-
orſus coronam, ſemper quidem multum, nunc autem ma
xime tua iuuari cupio diſpoſitione, atque opitulatione.
¶ Non enim nunc ita, ut hactenus, uni tantum intentus Duo opa aut-
ſum operi, neq; debitor unius tantum debiti, ſed circum- toris eodẽ tẽs
uentus, quaſi à duobus fœneratoribus magnis & auaris pore abſoluẽ
omittere non ualeo quin ambobus ſatisfaciam, cupiens da.
eſſe fidelis. Alter eorum eſt angelus, id eſt, præſul Agrip
Pinenſis eccleſiæ, cui me (ut credo) tu per miſericordiſſimam prouidentiam, in tempore
pſecutionis, tanq; patri filiũ adoptiuũ cõmiſiſti: alter uero, paterfamilias domus tuæ, ſcili-
cet cœnobij Sigebergenſis, cui nequeo dicere quãtum debitor ſim. Hic mihi primus ſua-
ſerat hoc opus ingredi, titulatum de gloria & honore filij hominis: cum ille alter, & maior
amicus, uehementer ſtudij noſtri bona opinione ſiue experimento delectatus, iuſſit atq; ro
gauit, et utroq; modo, ſcilicet iubendo atq; rogando compulit, quatinus in libros regum
totum cor meum cum tua, domine, gratia conuerterem, & quantumcunq; poſſem, te ad-
iuuante, magnum & (ut ſibi uidebatur) utile opus inciperem, & de tuo adiutorio ad perfi-
ciendum nunquam deſperarem. Quid ego inter iſtos animo pene diuiſo facerem? Reſul-
tarem pertinaciter patri & pontifici? At ille non ſolum fic iubebat, uerum etiam ſupplica-
bat aliquamdiu recuſanti, ut ſi non paruiſſem, mihi ipſi uiderer pietati rebellis. Relinque-
rem hoc opus, quod iam inceperam, rogatu (ut iam dictum eſt) inferioris amici? At il-
le tanto circa iſtud angebatur ſancti deſyderij ardore, ut uidens neceſſitatem meam, quod
non poſſem maiori & digniori denegare, aſpiciensq; hoc opus, quantum hactenus ſcrip-
tum fuerat, diceret hoc ſolum, doleo ſuper te, doleo ſuper te, codicem aſpiciens, quem e-
greferebat imperfectum remanere. Igitur neceſſitate compulſus, dimidium cordis mei
uni, & dimidium cordis mei præbui alteri, totum aũt, ò ſapientia, tibi præbere optaui, di-
centi, præbe fili cor tuum mihi. Credens quippe & ſciens omnia poſſibilia credenti, ecce Prouer. 23
iam me charitati impendi, ut uno eodemq; tempore circumſedentes duo calamum in men
te mea tinguant notarij. Vnde fit, ut ſi quid bene dictum fuerit, tibi totum imputetur: ſi
quid autem minus bene ſonuerit, neceſſitati digne condonetur. ⊥ Et cum tranſiret
inde Jeſus, vidit hominem ſedentem in theloneo, Matthæum nomine, & ait illi.
Sequere me, Et ſurgens, ſecutus eſt eum. ⊥ Hoc ad gloriam & honorem filij homi- Quibus oc-
nis prædicandum atq; audiendum eſt, quia hunc hominem uidit, & tam efficaciter uidit, lis uidit Ieſus
ut ueraciter cõueniat huic dicere, tu deus qui uidiſti me. Quomodo enim uel quibus ocu Matthæum.
lis uidit? Deniq; ſi de oculis humani capitis agitur, quibus ut homo erat oculatus, nunquid
ſolũ hũc hominẽ uidit? Imò & illos talibus oculis uidit, qui paulo ſupra rogabant eum, ut Matth. 8.
tranſiret à finibus eorum, ſed & illos qui crucifixerunt eum. Alij ſunt oculi quibus iſtum
uidit, oculi gratiarum: qui iuxta Zachariam in uno lapide, & iuxta Apocalypſim Iohan- Zacha. 3.
nis in capite unius agni ſeptem ſunt. Oculi iſti nominibus ſuis nulli ſunt aut eſſe debent Apoca. 5.
incogniti, quæ uidelicet nomina ſunt ſpiritus ſapientiæ & intellectus, cõſilij & fortitudi- Eſaiæ. 11.
nis, ſcientiæ & pietatis, & timoris dñi. Iſtis oculis hunc hominẽ uidit, & cũ uideret eũ exte
rioribus oculis per iſtos interiores oculos recognouit, qđ eſſet unus illoꝝ, quos ante ſecu-
la præſciuit, & prædeſtinauit. ¶ Itaq; uidens eum, ait illi. Sequere me. Et ſurgens, ſecutus Qualis Matt.
eſt eum. Erat enim ipſe Matthæus, tãquam ſpecular prælucidum, eatenus cõſpectui ſolis antea fuit.

nequaquam appositum, sed in tenebris reconditum, & sub tecto latens curarum nimis se-
cularium, utpote telonearius, de nauibus negociatorijs cum clamore uel strepitu forensi,
publicum exigens uectigal siue tributum. Vbi ergo uidit eum IHESVS? ubi uidit
Ezech.1.10 eum salus & sol uerus? resplenduit ex aspectu eius, & quia uidit eum talis filius hominis,
Apoca.4 reddidit imaginem eius, & formata est in ipso facies hominis. Alium quoq; uidit, & ex ui-
su eius formata est in eo facies uituli. Vidit & aliam, & eo uidente formata est in illo faci-
Prædestinauo diuina. es leonis. Vidit & alium, & uidendo formauit in eo faciem aquilæ uolantis. ¶ Iste uisus
Roma.8 admirabilis, illa est gratia, quam admirans uas electionis Paulus dicit. Nam quos præsci-
uit & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui. Quos autem prædestinauit, hos &
uocauit. Et quos uocauit, hos & iustificauit. Quos autem iustificauit, hos & magnificauit.
Et ante tempora quidem secularia præsciuit & prædestinauit, in tempore autem uocauit
unumquenq; in tempore suo, ut nunc istum uocauit, & sequere me ait. Qui quàm hilari-
ter uocanti sese præsentauerit, quàm alacriter siue amabiliter pulsanti ianuas cordis sui ape-
Apoca.3 ruit, illa res deforis satis indicat, quod fecit ei conuiuium magnum in domo sua. Ergo præ-
cipue in isto clarissimum est illius dicti dominici experimentum, si quis audierit uocem
meam & aperuerit mihi mannam, introibo ad illum & cœnabo cum illo & ipse mecum.
Introiuit enim in domum eius, & cœnauit ipse primus cum illo corporale conuiuium, &
deinde Matthæus cum eo cœnauit cœnam spiritualem. Hoc deniq; præsens scriptura
probat, scriptura euangelica, quia reuera cum domino cœnauit, qui hanc primam noui te-
stamenti scripturam tanquam uere saturatus nobis ructuauit. ¶ Hoc sacramentum phari-
sæi, neq; scientes, neq; scire uolentes, discumbente domino cum eo in domo, cum multi
quoq; publicani & peccatores discumberent cum domino Iesu & discipulis eius, dicebant
⌊Quare cum publicanis ⁊ peccatoribus manducat magister vester? ⌋ At ille sapi-
enter ac nimis terribiliter ora illorum obstruxit, sapienter quidem dicendo, ⌊Non est o-
pus valentibus medico, sed male habentibus, euntes autem discite quid sit, quia
misericordiam volo ⁊ non sacrificium, ⌋ terribiliter autem subiungendo ⌊Non enim
Iusti hic dicũt supbi, peccatores, q sunt humiles. veni vocare iustos, sed peccatores. ⌋ Hoc deniq; dicto seu uerbo terribiliter eos per-
cussit, qui in se confidebant tanquam iusti. Quos enim hic dicit iustos, nisi superbos? Et
quos dicit peccatores, nisi humiles? Væ talibus iustis, qui suo iudicio iusti sunt, at non dei:
qui iusti uolunt uideri, cum non sint. E contra fœlices peccatores, qui suam iniustitiam re-
cognoscunt, dei iustitiam esuriunt & sitiunt. Nam illos salus uocare nõ uenit, propter istos
Phlip.2. de cœlis descendit, & humiliauit semetipsum usq; ad mortem, mortẽ autẽ crucis. ⌊Tunc
accesserunt ad eum discipuli Iohannis dicentes. Quare nos ⁊ pharisei ieiuna-
mus frequenter, discipuli autem tui non ieiunãt? Et ait illis Iesus, Nunquid pos-
sunt filij sponsi ieiunare, quam diu cum illis est sponsus? Venient autẽ dies cum
auferetur ab eis sponsus, ⁊ tunc ieiunabunt. ⌋ Grauissima hæc atq; sapientissima res-
ponsio, quanti sit ponderis, melius ex propheticæ scripturæ collatione ualet agnosci, cum
Zacha.7 apud Zachariam dominus dicit. Cum ieiunaretis & plangeretis, in quinto & septimo per
4.Reg.ult. hos septuaginta annos, subauditur propter illud quod Nabuchodonosor ciuitate & tẽplo
succenso igni, populum in captiuitatem duxit, & propter illud quod Ismahel filius Natha-
Hiere.41. niæ Godoliam & cum eo reliquias populi interfecit, nunquid ieiunium ieiunastis mihi?
Zacha.8 Et cætera usq;, ieiunium quarti & ieiunium quinti, & ieiunium septimi, & ieiunium deci-
mi erit domui Iuda in gaudium & lætitiam & solennitates præclaras, usq;quo uenient po-
puli, & habitabunt in ciuitatibus multis: quod uidelicet futurũ erat per aduentũ huius spon-
Ibidem. si, de quo & subinde dictum est illic. In diebus illis, in quibus apprehendent decem homi-
nes ex omnibus linguis gentium fimbriam uiri Iudæi dicentes, ibimus uobiscum, audiui-
Matth.9 mus enim quod deus uobiscum est. Nam de fimbria uiri Iudæi protinus hic in euangelio
habes, quia mulier quæ fluxum sanguinis patiebatur duodecim annis, accessit retro, & te-
tigit fimbriam uestimenti eius. ¶ Summa sermonis illius prophetici hæc est, debuisse ieiu-
Cur ieiunare debuerunt Iudæi. nare illos, apud quos reposita erat uel esse debeat spes & expectatio repromissionis, non
tam propter temporalium (quæ acciderant) incommoda rerum, & propter captiuitatem
Babylonicam, quæ facta fuerat illis septuaginta annis: quam propter peccata sua, & pro-
pter illã

ter illam quæ contigit in Adam uniuersalem captiuitatem generis humani. At illi quo niam soluta erat captiuitas Babylonica, & templum reædificabatur, dicebant singuli. Nunquid mihi flendum est in mense quinto, uel sanctificare me debeo sicut feci iam multis annis? Videlicet quia templum reædificabatur, iam nullam superesse causam putabant, cur ieiunarent. Merito ergo redarguebantur à dicente, nunquid ieiunium ieiunastis mihi? quia uidelicet propter temporalia bona flent & ieiunant, quia desunt, non domino ieiunant. ¶ Sed qui propterea ieiunant, quia præsentem non habent sponsum, sicut illi nondum habebant, nos autem habuimus quidem, sed iam non habemus, ipsi ieiunium dominio ieiunant. ¶ Igitur quoniam causa ieiunij debuerat omnibus esse, desyderiſ & expectatio saluatoris, ut fuit Moysi et Heliæ et Danieli: ipse autem nunc præsens aderat, postmodum recessurus, dulce fuit & iocundum sanctæ charitatis officium, saltem ad breue tẽpus, propter præsentiam eius intermitti ieiunium, quia tempus illud, tempus præsentiæ eius, quasi tempus erat nuptiarum. Ait ergo. Nunquid possunt filij sponsi lugere quàm diu cũ illis est sponsus? Venient autem dies cum auferetur ab eis sponsus, & tũc ieiunabunt. Ac si dicat. Vos qui filij sponsi non estis nec esse uultis, sed nec filij illorum dici meremini, qui ieiunauerunt præ desyderio aduentus sponsi: imò illorum, quibus deus ueraciter dicit, nunquid ieiunium ieiunastis mihi? ieiunatis em̃ & uos sicut illi, pro eo quod aliquãdo de rebus transitorijs aliquid aduersi contigit: uos (inquam) ieiunate quantum uultis, nam isti ieiunare non possunt præ gaudio sponsi præsentis. Venient autẽ dies cum auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt. ⌊ Nemo autem immittit commissuram panni rudis in uestimentũ uetus. Tollit enim plenitudinẽ eius a uestimento eius, & peior scissura fit. ⌋ Plane ieiunabunt in illis proxime uenturis diebus, cum ablatus fuerit ab eis sponsus, cum passus, mortuus & sepultus resurrexerit & in cœlum ascenderit, iam non ultra cum eis in mundo hoc corporaliter conuersatus. Nunqd uero, ut uos ieiunatis, ita ieiunabunt & isti? Non utiq; nam hoc tale esset, ac si quis immittat commissuram panni rudis in uestimentum uetus. Deniq; ieiunia uestra, ieiunia sunt ueteris hominis: homines autem isti, cum sint filij nuptiarum cœlestium, sunt homines noui. ¶ Si ergo ieiunarent propter causas eiusmodi, propter quas & uos ieiunatis, scilicet quia Moyses tabulas priores scriptas digito dei proiecit de manu, & confregit eas ad radices montis. uel quia reuersis exploratoribus, quos miserat Moyses explorare terram, & detrahentibus terræ, cum omnis multitudo uereretur in seditionem, iratus deus iurauit quod non intrarent terram illam, donec consumeretur generatio illa quadraginta annis, iuxta numerum dierum quadraginta, quibus consyderauerant terram: uel quia Nabuchodonosor rex Babylonis, siue Nabuzardan princeps exercitus eius, capta ciuitate, succendit domum domini, & transtulit populum in Babylonem: uel quia deinde uenit Ismaël filius Nathaniæ & percussit Godoliam, quem præfecerat rex Babylonis terræ, & Iudæos qui erant cum eo: consurgens autem omnis populus reliquiarum, timens Chaldæos, fugit in Aegyptum. Si (inquam) ieiunarent propter causas eiusmodi, hoc esset nouos homines flere nenias ueteris hominis: quod omnino non congruit his, quibus datum est nosse mysterium regni dei. Nam sicut commissura panni rudis, ubi immissa fuerit in uestimentum uetus, tollit plenitudinem eius, & peior scissura fit: ita quilibet homo particeps factus sanctæ huius nouitatis, si eiusmodi pharisaicis traditionibus sese inseruerit, deterior quouis uetere homine fit, ita ut, neque uetus, neque nouus sit, & neutrum habeat, cum utrunque in se uno permiscere uoluerit. ¶ Quare autem hoc ipsum quod intẽdit, quod intelligi uult in uerbis istis, nemo autem immittit commissuram panni rudis in uestimentum uetus, tollit enim plenitudinem eius à uestimento & peior scissura fit, non manifeste dixit? Quare illis sensum tam bonum, tam uerum abscondit, clausit et signauit? Nimirum quia expediebat illis, non expediebat ipsis mysterijs regni dei, ut diuulgarentur uel committerentur eis. ⌊ Neque enim (ait) mittunt vinum nouum in vtres veteres. Alioquin rumpuntur vtres, & vinum effunditur, & vtres pereunt. Sed vinum nouum in vtres nouos mittunt, & ambo conseruantur. ⌋ Secundum istam similitudinem damnosum fuisset, docere illos uerbis manifestis, quam ob rem tunc non ieiunarent discipuli eius, essent autem postea

Zacha. 7

Qui ieiunare dicũtur dño. Præsente spõso ieiunãdum non erat.

Variæ causæ ieiunãdi apd Iudæos. Exodi. 32.

Nume. 14.

4. Reg. ult. 2. Para. ul.

Hiere. 41.

Expediebat Iudæis loqui in parabolis obscure.

postea ieiunaturi. Pharisæi em̃ cum his erant qui interrogauerant. Et sicut utres ueteres
misso intus uino nouo rũpuntur, & uinũ cũ utribus perit: ita illi, si manifeste diceret ipse,
audientibus eis, quippiam eiusmodi, amplius præ inuidia rumperentur, & sermo inutilis
esset taliter effusus: præsertim cum sapientia dicat, ne effundas sermonem, ubi non est audi-
Ecci. 32. tus. Propterea & alius Euangelista dicit. Ipse autem Iesus non credebat semetipsum eis,
Iohan. 2 eo quòd ipse nosset omnes, & quia opus ei non erat, ut quis testimonium perhiberet de
homine. Ipse enim sciebat quid esset in homine. ¶ Bene igitur cum dicere posset, ieiunan-
dum erat usq; ad me, & cum recessero, ieiunandum erit post me, secundum ueritatem scri-
Zacha. 7 pturæ propheticæ, cuius iam supra mentio facta est, maluit sermonem suum sic tempera-
re, ut & futuris innotescens res, eos secum seruaret, & pręsentes, qui tunc erant, per inuidi-
Vtres noui, apostoli. am non rumperet. Quid de eo, quod subiunxit protinus, sed uinum nouum in utres no-
uos mittunt & ambo conseruantur? Nunquid non uel ipsi filij sponsi, super quibus non ie
iunantibus quæstio hæc mota erat, iam uteres noui erant? Non iam omnino noui, sed ca-
Iohan. j6 paces erant sanctæ nouitatis. Propterea quodam loco dicebat & ipsis. Adhuc multa ha-
beo uobis dicere, sed non potestis portare modo. Quando sunt omnino innouati? quan-
Iohan. 20. do acceperunt spiritum sanctum post resurrectionem eius, cuius gratia nouos homines ef-
Actu. 2. ficit, tunc uinum nouum missum est in utres nouos, et ambo conseruata sunt, id est, reue-
lata sunt illis omnia mysteria scripturarum, et gustauerunt amorem sponsi dulcedinemq;
cœlestium nuptiarum, et hoc uino inebriati salui facti sunt, et uinum bene conseruatum
fideliter quibus iussum est refuderunt. ⌊ Hec illo loquente, ecce princeps vnus ac-
cessit, ⁊ adorauit eum dicens. Filia mea modo defuncta est, sed veni, impone ma-
num tuam super eam, ⁊ viuet. Et surgens Jesus, sequebatur eum ⁊ discipuli eius.
Et ecce mulier, que sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, accessit retro,
⁊ tetigit fimbriam vestimenti eius. Dicebat enim intra se. Si tetigero tantum ve-
stimentum eius, salua ero. ⌋ Nequeo satis admirari pulchritudinem glorię et honoris in
facie filij huius hominis, in mirabilibus eius gestis, secundum dispositionem quam hic di-
Mysteriũ in muliere fimbriam Christi tangente uinus Euangelista disposuit. ¶ Quid enim sibi uult, quod dum interrogatus de ieiunio res-
pondit, & non ieiunantes excusat filios sponsi, res gesta protinus subsequitur, huiusmodi
de muliere, quæ talem ob causam tanta cum fide fimbriam uestimenti eius tetigit? Quid
(inquam) sibi hoc uult, nisi ut insinuet factis, quod (sicut iam dictum est) nondum expedie-
Zacha. 7 bat palàm ostendere uerbis, se illum esse uirum, de quo in Zacharia loco supra memorato,
cum item de ieiunio fuisset interrogatus idem à dicentibus, nunquid mihi flendum est in
Zacha. 8 mense quinto uel sanctificare me debeo sicut iam feci multis annis, ita responsionem su-
am terminauit ut diceret, usquequo uenient populi, & apprehendent decem homines ex
omnibus linguis gentium fimbriam uiri Iudæi, dicentes, ibimus uobiscum. Hæc ergo
dispositio ualde uenerabilis, & pia consyderatione honoranda est. Quid enim aliud est,
quod in propheta prædixit post responsum de ieiunio, in diebus illis apprehendent de-
cem homines ex omnibus linguis gentium fimbriam uiri Iudæi: quam quod hic signifi-
cari uoluit per mulierem, quæ fimbriam uestimenti eius tetigit, & sanata est à fluxu san-
Mulier illa, typus gentiũ. filia archisynagogi, typus Iudæorum. guinis? ¶ Hæc nanque mulier forma fuit omnium gentium, quæ profectò in eum creden-
do, cuius faciem ante non uiderunt, quodammodo retro accedunt, & sequendo uestigia
eius, id est, custodiendo præcepta eius, reuera fimbriam uestimenti eius tangunt. Et quid
erat iuxta hunc sensum sanguinis fluxus, nisi peccatorum illuuies, maximeq; sordibus ido-
latriæ cultus? Porrò filia archisynagogi, pro qua rogatus erat & ibat, synagogam desig-
Marci. 5. nabat. Vnde ualde notandum, quia sicut Marcus manifestius scribit, notãdum archisyna-
gogi filia fuerat mortua, sed iam in extremis erat: ubi autem mulier fimbriam tangen-
do sanata est, tunc ad archisynagogum nuncij uenerunt dicentes, quia filia tua mortua
est. Quid ultra uexas magistrum? Item & hoc uigilanter animaduertendum, quia & pu-
ella, quæ mortua est, erat annorum duodecim, & mulier, quæ sanata est, fuerat in proflu-
uio sanguinis annis duodecim. Itaque & quando puella nata est, tunc illa mulier san-
guine fluere cœpit: & quando sanata est mulier, tunc puella mortua est. Quid hoc
sacramento pulchrius, uerius, ac pręclarius? Quando enim synagoga in patribus Abra-
ham, Isa

ham, Isaac, & Iacob nata est, tunc idolatriæ fluxus in gentibus fluere exorsus est. Quando autem multitudo gẽtium, credendo in Christum, ab eiusmodi fluxu per fidem suã sanata & salua facta est, tunc synagoga, quæ eatenus nimis ægra per multas tribulationes fuerat, omnino per inuidiam mortua & sine deo facta est. Rursus, cũ multitudo gentium intrauerit, tunc omnis Israël saluus fiet, atq; iccirco congrua pulchritudinis in mysterio consummatio hæc est, ꝙ postq̃ mulier à fluxu sanguinis sanata est, tunc demũ intrauit, & tenuit manũ puellæ, quæ erat mortua & surrexit puella. ⌊ Et transeunte Jesu inde, secuti sunt eum duo ceci, clamantes, Miserere nostri fili Dauid. Cum autem venisset domum, accesserunt ad eum ceci, ⁊ dicit eis Jesus. Creditis quia possum hoc facere vobis? Dicunt ei, Utiq; domine, Tunc tetigit oculos eorum, dicens. Secũdum fidem vestram fiat vobis, ⁊ aperti sunt oculi eorum. ⌋ Memores propositi sumus ut esse debemus, quod uidelicet propositũ in hoc opere est, cõsyderare quatuor facies unius animalis, scilicet faciẽ hominis, faciẽ uituli, faciẽ leonis, & faciẽ aquilæ uolantis, q̃ sunt quatuor sacramenta unius Christi filij dei & filij hominis, q̃ ignota esse non licet christianæ fidei, q̃ sunt incarnatio eius, passio eius, resurrectio eius, ascensio eius. In faciẽ hominis adhuc intendimus, & in hoc faciẽ hanc ex parte nos uidere, & per speculũ contẽplari arbitramur, si in factis & dictis eius, qualis intentio esse potuerit, sentire meremur. ¶ Quærimus igitur, in faciem intendentes huius filij hominis, quid sibi uoluerit tantopere requirens meritũ fidei, ut diceret cæcis istis, creditis quia possum facere hoc uobis, statimq; secundũ fidem uestram (ait) fiat uobis? Et paulo ante mulieri dixit, confide filia, fides tua te saluam fecit, & sparsim in omnibus scripturis tam ueteris instrumenti quàm noui, fidem quærit, fidem approbat, fidem collaudat. Causa siue intentio dignationis eius non paruipendẽda hæc est, curare antidoto competenti stultitiam antiquam nimiæ credulitatis, qua creditum fuit diabolo loquenti per serpentem ac dicenti. Scit eñ deus, quòd in quocunq; die comederitis ex eo, aperientur oculi uestri, & eritis sicut dij, scientes bonum & malum. Credidit mulier diabolo plus quàm deo, quod taliter deberet illuminari: credamus nos ecõtra ueritati, si ueraciter uolumus illuminari. Consyderatio hæc, cũ in cæteris, ubicunq; dominus fidẽ quærit uel inuenit, tum in istis cæcis perpulchra est, dũ antequàm illuminet eos, interrogans dicit. Creditis quia hoc possum facere uobis? Nostra quippe causa significabatur in illis, qd maxime ex eo cognoscendũ uel sentiendum est, quia cum aperti fuissent oculi eorum: ⌊ comminatus est eis dicens, videte ne quis sciat. ⌋ Hoc deniq; ualde utiliter in exemplum nobis reuocamus, quicunq; prærogatiuam aliquam illuminatiõis qua genus humanum per fidem illuminatum est, accepisse uidemur. Ad quid eñ uideamus, ne quis sciat, nisi ad hoc, ut occursum malum iactantiæ aut elationis illuminatus cordis oculus effugiat? Veruntamen illi fecerunt sicut protinus subiunctum est. ⌊ illi autem exeuntes diffamauerunt eum per totam terram illam, ⌋ Nos quoq; digne facimus si non illuminationẽ nostrã lingua nostra, sed illuminatoris gloriam prędicent opera nostra ¶ Igitur in duobus cæcis omnem intelligamus hominem, siue Iudæus siue Græcus ille sit, qui tunc reuera fiducialiter atq; efficaciter ab illa luce uera grãm petit illuminationis, si uerum & probatũ, quẽ offerat, nummum habet non fictæ fidei, ⌊ Egressis autẽ illis, ecce obtulerũt ei hominẽ mutũ, demoniũ habentẽ, Et eiecto demone, locutus est mutus, Et mirate sunt turbe, dicentes. Nunquã sic apparuit in Israhel. ⌋ Hoc est qd inter cętera miramur, faciem huius filij attendentes, quia nunquam sic apparuit in Israhel, nunquã super terrã talis facies uisa est, inter oẽs facies patriarchaꝝ atq; prophetaꝝ, oimq; hominũ quicũq; memorabilia sup terrã opati sunt. Hoc fida discretione discernendũ est, qa nunq̃ talis facies hominis fuit ut hęc. ⌊ Pharisei aũt dicebãt. In principe demoniorũ eijcit demones. ⌋ Pharisæi uero à deo diuisi, q̃tã spirabant angustiã atq; penuriã cordis sui, cordis amari, q cũ dicere nõ possent, nõ eijcit dæmones: illuc se uerterũt, ut dicerẽt, In principe dæmoniorum eijcit dæmones. Sed quia nõ semel hoc dixerunt, & alijs adhuc locis similiter blasphemauerunt, sicut sequentia post hæc indicabunt, iam nunc ad alia properemus, quippe qui ultra propositum diu nimis in contemplatione faciei hominis detinemur, cũ & alias facies cõtemplaturi, longũ nimis & fastidiosum opus fore suspicemur

Roma ii.

Propositũ in hoc opere

Quæstio de fide, cur sic exigit a curãdis.

Responsio.

Gene. 3.

Quid designant illi duo cæci.

⌊ Et circu-

¶ Et circuibat Iesus ciuitates omnes & castella, docens in synagogis eorum, & prædicans euangelium regni, & curans omnem languorem & omnem infirmitatẽ. ¶ Videns autem turbas, misertus est eis, quia erant vexati, & iacentes sicut oues non habentes pastorem. ¶ Hoc maxime loco, spectabilis est ea, quam aspicimus, facies hominis, quia facies est pietatis, facies misericordiæ & miserationis, & quidem homines illi, quos tunc aspiciebat facies ista, facies benigna, uexati erat & iacebant sicut oues nõ habentes pastorem, quippe qui sub nomine pastorũ lupos habebant Annam & Caipham, de quibus recte dictũ fuerit per prophetam. Principes eius in medio illius, quasi lupi rapientes prædam, ad effudendum sanguinem & perdendas animas, & auarè sectantes lucra. Quomodo eñ sub eiusmodi, non pastoribus, sed lupis oues uexatæ erant & iacebant. Nimirum sicut alibi per eundem prophetã inter cætera dicit. Quod infirmum fuit, non consolidastis: & quod ægrotũ, non sanastis: quod confractũ est, non alligastis: & quod abiectum, non reduxistis: quod perierat, non quæsistis, sed cum austeritate imperastis ei & cũ potentia. Quomodo autẽ, uel in quo misertus est eis, nisi in eo, ut iam insisteret facere illud quod facturũ se ibidem fortiter prædixit? Ecce (inquit) ego ipse super pastores requiram gregem meũ de manu eorum, & cessare eos faciam ut ultra non pascant gregem meũ, nec pascant amplius pastores semetipsos, & liberabo gregem meũ de ore eorum. Sed nũquid solas uidebat turbas, & earũ tantum miserebatur quas tũc oculis corporalibus aspiciebat? Imò & omnes omnium gentium turbas, quæ in eum credituræ erant, oculis interioribus uidebat, & omnium miserescens, aliam similitudinem induxit, dicens continuo discipulis suis. ¶ Messis quidem multa, operarij autem pauci. ¶ Rogate ergo dominum messis, vt eijciat operarios in messem. ¶ Hoc usq; hodie gemit omnis paterfamilias dominicæ messis, quia messis quidem multa est, operarij autem pauci. ¶ Nam, ut breuiter dictũ sit, multæ quidem sunt turbæ in Christo credentiũ, multi cœtus in cœnobijs siue xenodochijs sub sacra professione degentium: sed in multitudine horũ, pauci sunt qui operantur id est, qui ad illum peruenerint profectũ, ut eis securè cura uel prouidentia cõmitti possit infirmiorum. Quid ergo faciat is cui credita est dispensatio siue procuratio messis eiusmodi? Roget utiq; dominum messis, ut mittat operarios in messem, id est, omni instantia postulet à deo, quatinus in pluribus subditorum multiplicet gratiam spiritualem, imitatus primum procuratorẽ talium, scilicet sanctum & fidelẽ Moysen. Cur (inquit ille ad dominũ) afflixisti seruũ tuum? Quare non inuenio gratiam coràm te? Et cur imposuisti pondus uniuersi huius populi super me? Nunquid ego concepi hanc multitudinẽ uel genui eam, ut dicas mihi, porta eos in sinu tuo, sicut portare solet nutrix infantulum, & defer in terram pro qua iuraui patribus eorũ? Denicq; quid Moyses in uerbis istis intenderit, quid isto tam grandi, tam uehementi gemitu postulauerit, deus exauditor cordis eius, sua responsiõe manifestum facit. Ait eñ. Cõgrega mihi septuaginta uiros de senioribus Israhel, quos tu nosti quod senes populi sint ac magistri, & duces eos ad ostium tabernaculi fœderis, & facies ibi stare tecum, ut descendam & loquar tibi, & auferã de spiritu tuo, tradamq; eis, ut sustentent tecũ onus populi, & non tu solus graueris. Igitur quisquis procurator est dominicæ messis, secundum hoc exemplũ fidelis Moysi roget supplementum, & dabitur illi: ita taxat, ut ab omni sinistra æmulatione sit immunis, itidem secundum exemplum Moysi. ¶ Cum eñ cucurrisset puer, & nunciasset Moysi dicens. Heldad & Medad prophetant in castris, statimq; Iosue filius Nun, minister Moysi, & electus è pluribus dixisset, Domine mi Moyses prohibe eos, quid (inquit ille) æmularis pro me? Quis tribuat, ut omnis populus prophetet, & det eis dominus spiritum suum? ¶ Notandum interea, quod cum apud alium Euangelistam dicat, Rogate ergo dominũ messis ut mittat operarios: hic apud hunc Euangelistam uehementius dictũ est, ut eijciat operarios in messem. Quid eñ est dicere, ut eijciat, nisi quia libenter ociosi sunt, etiam illorũ quàmplurimi, quibus creditum est talentum operationis, & interdũ quasi specie sanctitatis atq; perfectionis uolunt secretius uiuere soli sibimetipsis, cũ prodesse possint & alijs. Eijciat dominus qui eiusmodi sunt, scilicet conueniendo conscientias eorũ, & redarguendo quod damnose abscondant talẽtum sibi creditũ. Eijciat (inquam) ut operentur ga reuera est eijci, optatam quietem relinquere præ timo-

Cõmiseratio Chri erga oues, qbus lupi pro pastoribus erant. & nunc sunt. Ezech. 22. Ezech. 34.

Operarij pauci

Nume. 11. Moses oĩbus platis imitandus ut exemplar.

Moses ab omni æmulatiõe sinistra immunis.

Lucæ. 10 Vt eijciat operarios in messem.

CAP. X.

prætimore domini. ¶ Et conuocatis duodecim discipulis suis, dedit illis potestatem spirituum immundorum, vt eijcerent eos, & curarent omnem languorem & omnem infirmitatem. Duodecim autem apostolorum nomina sunt hæc. Primus, Symon qui dicitur Petrus, & Andreas frater eius, Iacobus Zebedei & Johannes frater eius, Philippus & Bartholomeus, Thomas & Matthæus publicanus, & Iacobus Alphei & Thaddeus, Symon Chananeus & Judas Iscariothes, qui tradidit eum. ¶ Apud Lucam iam conuocatis ac denominatis duodecim Apostolis, missurus & alios ad prædicãdũ dominus hæc uerba dicit, quæ hic eum, antequàm istos duodecim conuocaret, dixisse legis, messis quidem multa, operarij autem pauci, &c. Causa ista recte animũ quæstione pulsaret, si prius constans existeret, quod dominus prędicãs euangelium regni, nunquam uel nusquam unũ eundemq; sermonem, nisi semel & uno loco dicere debuisset. Sed quis hoc à prædicatore exigit, ut quod uno in loco uel tẽpore dixit, non repetat aut dicat, locis uel temporibus alijs, præsertim cum nec omnes uno in loco adesse, nec omnes æqualiter semel audita perpeti memoria possint retinere? ¶ Nunc & in isto opere faciem dominantis uigilanter attende. Conuocatis duodecim discipulis suis, dedit illis potestatem spirituum immundorũ, ut eijcerent eos, & curarent omnem languorẽ, & omnem infirmitatem. Si paulo ante, ubi eiecto dæmone locutus est mutus, merito mirate sunt turbæ, & ueraciter dixerunt, nunquam sic apparuit in Israhel: quãto magis de isto quod talem discipulis suis dedit potestatem, mirentur omnes, & dicant, nunquam sic apparuit in Israhel? Nunquid talis Moyses? Nunquid sua potestate ranas produxit, & muscas, aut alicui potestatem hanc dedit, ut produceret eas? Igitur hic deus noster est, & non æstimabitur alius ad eum, qui non quales cunq; ranas aut muscas, sed principes muscarum, id ẽ, sordidum dæmones & ipse sua potestate eiecit, quod neq; Moyses neq; alius fecit. & hominibus, qbus uoluit, eijciendi potestatẽ dedit. ¶ Primus (inquit) apostolorum Symon, q dicitur Petrus. Et hoc ipsum nomen, qđ est Petrus, ab ipso domino impositum est ei, cũ diceretur Symon. Nã alius Euangelista, uidelicet Marcus, cũ dixisset, & dedit illis potestatẽ curandi & eijciendi dæmonia, protinus hæc ipsa duodecim apostolorũ nomina pscribens, & imposuit (inquit) nomen Symoni Petrus. Qui huic uni ex omnibus in nouo testamento commutauit, ut qui uocabatur Symon, uocaretur Petrus: ipse est, qui similiter uni in ueteri testamento nomen commutauit, ut qui uocabatur Iacob, uocaretur Israhel. Ipse est enim scriptor nominum, qualia ipse nosse dignatus sit, & habet librum conscriptum ex nominibus splendidissimis, quem sciens Moyses, dixit. Aut dimitte populo hãc noxam, aut si non facis, dele me de libro tuo quẽ scripsisti. Cui respondit dominus. Qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo, subauditur, & non te. Nam postmodum, inuenisti enim (ait) gratiam coràm me, & te ipsum noui ex nomine. ¶ Nec abre est, quod & illius in ueteri, & huius in nouo testamẽto nomen commutauit: sed si prudens inspector assit, pulcherrimũ est mysteriũ huiusce commutationis, quia uidelicet hoc agebatur, ut fieret quod per prophetam dictum est. Et seruos meos uocabo nomine alio, in quo qui benedictus est benedicetur super terram. Eorum uidelicet seruorũ dei multorum, ille secundum carnem: ipse autem dominus noster Iesus Christus secundum spiritũ pater est. Vnde et pulcherrimũ hoc est in mysterio spectaculum, quia pater ille secundum carnem principium multitudinis, duodecim filios, hic autem secundũ spiritum principium Christianitatis duodecim genuit apostolos: et sicut illi patri secundum carnem, sic non sibimet quidẽ pater iste spiritualis, sed primo uicario suo pristinum cõmutauit nomen. ¶ Interpretatur autem Symon obediens, Petrus à petra dictus est, ipse nomine suo soliditatem ecclesiæ uel fidei catholicæ præsagiens, quam ipse insigniter ita edixit, tu es Christus filius dei uiui. Saulo quoq; commutatũ est nomen, ut uocaretur Paulus, sed differt cõmutatio hæc, quia uidelicet non ipse dominus illi ore suo commutasse legitur. Andræas decorus siue respondens. Iohãnes in quo est gratia uel domini gratia, et frater eius Iacobus, ambo Boanarges, id est filij tonitrui, nominati, uidelicet ex firmitate uel magnitudine fidei. Philippus os lampadis. Bartholomæus filius suspendentis aquas. Thomas abyssus uel geminus, unde et græce Δίδυμος appelatur, Matthæus donatus qui et leui, uidelicet ex tribu ex qua ortus fuit. Iacobus Alphæi,

Lucæ. 10.

Chrs eũ dẽ sermonẽ qñq; sępius dixit.

Quanto maior ptãs Christi q̃ Moysi.

Marci. 3.

Gene. 32.

Exodi. 32.

Exodi. 33

Esaiæ. 65

Interpretatio nominum. 12 Apostolorũ Matth. 16.

Marci. 3

ob distinctionem prioris cognominatus, qui dicitur Zebedæi, sicut iste filius Alphæi. Symon Chananæus ad distinctionem Symonis Petri, de uico Galileæ Chana, ubi aquas dominus in uinum conuertit. Thaddæus, qui & Iudas Iacobi, subauditur frater, qui alibi appellatur Lebbæus, figuratum nomen habens à corde, quod nos diminutiue corculum possumus appellare. Iudas Iscariothes, uel à uico in quo ortus est, uel ex tribu Isachar, uocabulum sumpsit, quodam præsagio futuri in condemnationem sui. Isachar enim interpretatur merces, ut significaretur præcium proditionis, quo dominum uendidit. Quare autem (inquis) dominus talem non solum ad discipulatum, uerum etiam ad apostolatum admisit? Nunquid nesciuit? Ad hæc breuiter dicendum, quia fecit hoc ob consolationē nostri, ob consolationem ecclesiæ futuræ, uel eorum maxime qui ecclesiis præsunt, ut cum eis aliquis perierit, respondeant derogantibus, dicant insultantibus: ne miremini, & Christo accidit. ⊥ Hos duodecim misit Iesus, præcipiens eis, & dicens. In uiam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis, sed potius ite ad oues que perierunt domus Israhel. Euntes autem, predicate dicentes, quia appropinquabit regnum cœlorum. Infirmos curate, mortuos suscitate, leprosos mundate, demones eijcite. Gratis accepistis, gratis date. ⊥ Non, ut plerique arbitrantur, tunc duodecim apostolos dominus ordinauit, quando taliter eos conuocauit, & talem eis potestatem dedit, sed tantummodo elegit, & numerum eorum duodenarium præfixit. Non idem est elegi quod & ordinari siue sacrari. ¶ Quando ergo illos ordinauit siue sacrauit? Nimirum quando functus officio suo magnus ipse sacerdos, introiuit in sancta per suum sanguinem, tunc eos sacrauit, & tunc resurgens à mortuis, plenam atq; perfectam potestatem dedit eis, in hæc uerba, accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, itemq;, Euntes (inquit) docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti. Hæc nanq; summa est apostolicæ potestatis atq; uirtutis, remittere peccata per gratiam spiritus sancti, baptizatis in nomine patris & filij & spūs sancti. quam uidelicet potestatem seu uirtutem, neq; præsenti loco neq; usquam in toto euangelio, ante passionem suam dedisse illis repperire poteris. Siquidem hic illum dixisse legis ut prædicarent, infirmos curarent, dæmones eijcerent, mortuos suscitarent, leprosos mundarent: sed non etiam hoc ut baptizarent & peccata remitterent. Baptizauerunt quidem aliquando, scilicet cum impleret cursum suum nondum traditus Iohannes, sed non baptizauerunt ab ipso domino iussi, imò tantum exemplo uel baptismo Iohannis, cuius & plerique illorum erant discipuli. ¶ Quare autem duodecim mittens & eos instituens, in ipso institutionis initio dixit, in uiam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis? Nimirum quia necdum tempus erat: neq; hoc, ut iam fieret, diuinæ rationis aut euangelicæ prædicationis ordo poscebat. Quid enim iam tunc prædicaretur gentibus? Vt circumciderentur, an ut baptizarentur? Sed profecto circumcisio iam in Christo finem accipiebat, baptismi autem sacramentum necdum conditum erat, Hoc nanq; sacramentum in Christi passione uel morte conditum est. Hinc Apostolus. Quicunq; (ait) baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus, & cætera. Bene igitur in uiam gentium (inquit) ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis. ¶ Sed quid? Potius (ait) ite ad oues quæ perierunt domus Israhel. Deniq; ad illud quod tunc præsentialiter agendum instabat negotium, permittebat ire tantummodo ad oues quæ perierant domus Israhel, oues pastorem non habentes, homines uexatos atq; iacentes, quippe quibus neque dux, neq; princeps, neq; rex erat, neq; pontifex: sed sub nomine pastorum lupos habentes, lupos graues, lupos rapaces, & inde pereuntes. Et quid faciemus ad illas oues? Euntes autem (inquit) prædicate dicentes, quia appropinquabit regnum cœlorum. Nimirum quod pertinet ad ratioem ouium, appropinquare regnum cœlorum, hoc est aduenisse iam pastorem magnum ouium, ad uisitandum oues suas, sicut per prophetam Ezechiel prædixit. Ecce (inquit) ego ipse requiram gregem meum de manu eorum. Item. Ecce ego ipse requiram oues meas, & uisitabo eas sicut uisitat pastor gregem suum in die quando fuerint in medio ouium suarum dissipatarum. ¶ Et quia nec oues ipsæ omnes uisitationem suam uel pastorem suum cognoscere habebant, imò & hircinis cornibus pleræq; illarum per-

cussuræ

Iudas Iscariothes.

Qñ ordinati, et sacrati sunt Apostoli.

Heb. 9
Iohan. 20.
Matth. ul.

In usū gentiū ne abieritis.

Roma. 6

Ire ad oues Israhel.

Magnus pastor ouium Christus ☞

Ezech. 34

Iudicium de quibus.

cussuræ erant oues optimas, occidendo, crucifigendo, flagellando, & de ciuitate in ciuitatem persequendo. Item postmodum dicit. Ecce ego iudico inter pecus & pecus, arietem & hircum. Et rursum. Ecce ipse iudico inter pecus pingue & macilentum, pro eo quod lateribus & humeris impingebatis, & cornibus uestris uentilabatis omnia infirma pecora, donec dispergerentur foras. Huiusce iudicationis consummatio tunc erit, cum uenerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis, & congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos ab inuicem, sicut pastor segregat oues ab hœdis, & statuet oues quidem à dextris, hœdos autem à sinistris. Hoc erit regnum cœlorum, missis hœdis in ignem æternum, transire oues in uitam æternam. Et inducam eas (inquit) in terram suam, & pascam eas in montibus Israhel, in riuis & in cunctis sedibus terræ, in pascuis uberrimis pascam eas, & in montibus excelsis Israhel erunt pascuæ eorum, & ibi requiescēt. Hoc (inquam) est regnum cœlorum, & quia pastor iste iam uenit, propterea dico uobis nunc, ut euntes ad oues, quibus hoc per scripturam prophetica promissum est, prædicetis dicentes, quia appropinquabit regnum cœlorum. Et quia difficile est ut credant, me esse ipsum dominum deum uisitantem oues suas, sicut uisitat pastor gregem suum, facite quæ dico. Infirmos curate, mortuos suscitate, leprosos mundate, dæmones eiicite. Hęc facite in testimonium, ut de uisitatione sua gaudeant qui dem oues, sint autem hirci inexcusabiles. In his autem omnibus alina fit intentio cupiditatis ab operatione uirtutis. Gratis enim accepistis, & iccirco gratis data. Quis enim uestrum mihi prior dedit, & retribuetur ei? Potestas ista, quam dedi uobis, non est alicuius dati uestri retributio, sed est omnino spontanea & gratuita donatio. Non solum autem uos, uerum etiam ante uos, & prophetæ, & patriarchæ, & alij, quicunq; dicunt & ueraciter dicunt, de plenitudine eius nos omnes accepimus, quamcunq; operationem uirtutum, quamlemcunq; gratiam acceperunt, gratis acceperunt. Et uos igitur gratis date. Et enim quicū q; gratis non dederit, non erit, quemadmodum illi grati & gratiosi. Exempli gratia, quēadmodum Helisæus, qui Naaman Syro, quem à lepra sua mundauerat, dicenti sibi obsecro ut accipias benedictionem à seruo tuo, uiuit (ait) dominus ante quem sto, quia non accipiam, cunq; uim faceret, penitus non adquieuit: sed erit quemadmodum Giezi, qui dixit. Pepercit dominus meus Syro isti, ut non acciperet ab eo quæ attulit, uiuit dominus, quia curram post eum, & accipiam ab eo aliquid. Cucurrit & accepit, & cum reuersus esset, lepra Naaman adhæsit ei. ⌊ Nolite possidere aurum, neq; argentum, neq; pecuniam in zonis uestris. Non peram in uia, neq; duas tunicas, neq; uirgam. Dignus est enim operarius cibo suo. In quamcunq; ciuitatem aut castellum intraueritis, interrogate, quis in ea dignus sit, ⁊ ibi manete, donec exeatis. ⌋ Hæc est illa ordinatio domini, cuius apostolus, ad Corinthios scribens, ita meminit. Nescitis, quoniam qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt edunt? Qui altari deseruiunt, cum altari participantur. Ita & dominus ordinauit his qui euangelium annunciant, de euangelio uiuere. Ad quid enim, neq; aurum, neq; argentum, neq; pecuniam in zonis, neq; peram habeant prædicatores euangelij, nisi quia, neq; necesse est neq; expedit? Seminantes enim sua spiritualia, iure illorum, quibus seminant, metere debent carnalia: secundum istam sententiam à iustissimo prolatam domino, dignus est enim operarius cibo suo. ¶ Est autem hic aliquid quærendū, quia cū apud hunc Euāgelistam ita scriptum sit, neq; duas tunicas, neq; uirgam: apud alium Euangelistam ita scriptum est: & præcepit eis ne quid tollerent in uia, nisi uirgam tantum. Et quidem si unam tantum uirgam sciremus, difficilius ista quæstio solueretur. Nunc autem duæ uirgæ sunt, altera regum gentium, alia discipulorū Christi. Virga regum gentium, uirga est dominationis: uirga discipulorum Christi, uirga dilectionis, uirga pastoralis officij, super curam animarum sollicite uigilantis. Illa uirga, quæ dominationis est, non est concessa ministris euangelij pacis, & illa interdicitur hic, dicendo, neq; uirgam: amplius autem illic. Reges gentium dominantur eorum, & qui potestatem habent super eos benefici uocantur, uos autem non sic. ¶ Porrò uirgam disciplinæ, uirgam pastoralis sollicitudinis ac uigilantiæ, non solum nunquam interdixit, uerum etiam ab initio iussit, ab initio inquam, id est, ex quo primum pastores animarum mittere cœpit. Taliū

Ibidem.

Matth. 25.

Ezech. 34

I. Cor. 4

Iohan. 1.

4. Reg. 5

I. Cor. 9

Quæstio. Marci. 6

Resposio. Duplex uirga, una regū, altera pastoris

Lucæ. 22.

pit. Talium nanque primi fuerunt Moyſes & Aaron. Illis utiq; , cum mitterent eos, non
Exodi. 4 præcepit dominus, ut quicquam tollerent in uia, niſi uirgam tantum. Quid eſt (ait ipſe ad
Moyſen) quod tenes in manu tua? Reſpondit. Virga, ait. Proïce eam in terram. Proie-
cit, & uerſa eſt in colubrum, & cætera. Et ſubinde. Virgam quoque hanc ſume in manu
tua, in qua facturus es ſigna. Quid aliud præcepit huic uel fratri eius Aaron, ut tollerent
in uia, niſi uirgam tantum illam? Sic nimirum Euangeliſtis omnibus, cunctis euangelij
prædicatoribus, nihil aliud præcipit in uia ſua tollere, niſi uigorem paſtoralis curæ, niſi
legem uitæ ac diſciplinæ, & pro huius rei ſigno interdum uirgam quoque materialem ma
nu geſtare. ¶ Porrò uirgam dominationis (ſicut iam dictum eſt) apud iſtum Euangeli-
1. Petri. 5 ſtam interdicit. Quod ſciens Apoſtolus Petrus dicit. Neque dominationes in clero, ſed
2. Cor. 1. forma facti gregis. Et PAVLVS ad Corinthios, Parcens (inquit) uobis non ueni ultra
Chorinthum, non quia dominamur fidei ueſtræ, ſed adiutores ſumus gaudij ueſtri. Nam
fide ſtatis. Quid, ſi non fide ſtaretis? Vtique tunc in uirga uenirem ad uos, nunc autem
in ſpiritu manſuetudinis. Quid igitur Euangeliſtæ ſunt uel erant facturi, ſi neque aurum
1. Cor. 4 neque argentum poſſidere conceſſum eſt eis, neque pecuniam in zonis? Ait. Dignus
eſt enim operarius cibo ſuo. Et continuo ſubiungit. In quamcunque ciuitatem aut caſtel-
lum intraueritis, interrogate, quis in ea dignus ſit, & ibi manete donec exeatis, edentes &
Luc. 10. bibentes quæ apud illos ſunt, ſicut Lucas manifeſtius meminit. Hac fiducia neque aurum
neque argentum neque zonas ære fœcundas admittunt, aut admittere debent ſuo comi-
tatu, miniſtri uerbi domini, quia debitor eſt illis omnis auditor eiuſdē uerbi domini, ut illud
os impleat cibo corporali, de quo uerbum uitæ accipit, qui cibus eſt ſpiritualis, ut confi-
1. Cor. 9 denter dicat. Si nos uobis noſtra ſpiritualia ſeminauimus, magnum eſt ſi ueſtra carnalia
metamus? Nunquid aliquem unquam omnipotentis uernulam uerbi ſpes iſta fruſtrauit?
Pſalm. 36. Immò & ſi totus fere mundus aliquando eſuriat, & pane indigeat, iuſtum illum, cuius in
Prouer. 10 corde domeſticum, cuius in ore familiare eſt dei uerbum non uidebis derelictum, & ue-
rum eſt quod ſcriptura dicit, non interficiet dominus fame animam iuſti. Exempli gra-
tia. Cum reges & principes eſurirent in Iſrahel, & Helias fortiſſimus uerbi dei miniſter
3. Reg. 17 ſupereſſet, nec haberet qui eum paſceret. Recede hinc (ait dominus) & abſcondere in
torrente, & ibi de torrente bibes, coruiſq; præcepi ut paſcant te. Rurſus cum poſt dies ſic-
catus eſſet torrens, non enim pluerat ſuper terram, Surge (inquit) & uade in Sareptha
Sydoniorum & manebis ibi, præcepi enim ibi mulieri uiduæ ut paſcat te. Sublata eſt igi-
tur omnis cupiditatis uel miſeræ ſollicitudinis occaſio, ut ſit Euangeliſtarum liber animus
& non ipſi aurum dominetur, ſed ipſe auro & omnibus quæ poſſident homines domine-
tur, et de omnibus nihil niſi uictum et ueſtitum accipere dignetur. Quomodo autem qui-
quam audeat illis hæc, ſcilicet uictum et ueſtitum, ſubtrahere aut inuidere? Reuera nul-
lo modo, niſi ſemetipſum iudicare uelit indignum æternæ uitæ. Nam hæc eſt ipſius ſen-
tentia uerbi, miniſtros ſuos in ſuum opus emittentis. In quamcunque ciuitatem aut do-
mum intraueritis, interrogate quis in ea dignus ſit, et ibi manete donec exeatis. ⌊Intran-
tes autem domum, ſalutate eam, dicentes. ⌈Pax huic domui. Et ſi quidem fu-
erit domus digna, veniet ſuper illam pax veſtra. Si autem non fuerit digna,
pax veſtra ad vos reuertetur. Et quicunque non receperit vos, neque audie-
rit ſermones veſtros, exeuntes de domo vel ciuitate, excutite pulucrem de pe-
dibus veſtris. Amen dico vobis, tolerabilius erit terre Sodomeȝum ⁊ Go-
morreoȝum in die iudicij, quàm ciuitati illi. ⌋Hoc eſt quod gaudere grati, quod ti-
Pax ſup Loth mere debent ingrati. Diſcernuntur enim grati ab ingratis, recipientes à non recipien-
Ira ſuper So- tibus iudicio mirabili, iudicio terribili. Nam ſuper iſtos requieſcit pax, ſuper illos cœleſtis
doma. ſecundum exemplum Sodomorum et Gomorreorum irruit ira. ¶ Reuocemus ad me-
Gene. 17 moriam illam in Sodomis rem geſtam, et ſecundum illius ſimilitudinem clarius animad-
uertere poterimus præſentem rei ueritatem. Miſſi Sodomam uenerunt ueſpere duo an-
geli, ſedente Loth in foribus ciuitatis. Non expectauit ille, uidelicet Loth, ut illi hoſpiti-
um poſtularent, aut interrogarent qui in domo eius eſſent digni hoſpitibus tantis, ſed ob-
uiam uadens et adorans, obſecrauit, & obſecrando compulit, ut ad eum diuerterent. Et

quia in

quia ingressus domum suam fecit conuiuium, coxit azyma, & comederunt, uenit super domum illam pax eorum, ut dicerent ad eum. Surge, tolle uxorem tuã & duas filias quas habes, ne & tu pariter pereas in scelere ciuitatis. Salua animam tuam, noli respicere post tergum, & cætera. Simul hæc dicentes, apprehenderunt manum eius & manum uxoris eius ac duarum filiarum eius, eo quòd parceret dominus illi, & eduxerunt eum, posuerunt{q;} extra ciuitatem. Ita super eum pax quædam requieuit, super Sodomam autem & Gomorram ira uenit, scilicet ignis & sulphuris pluuia, quæ illos subuertit, ¶ Iuxta hanc similitudinem si fuerit domus digna (inquit dominus) Euangelistis suis, super eos ueniet pax uestra: si autem non fuerit digna, exeuntes (ait) excutite puluerem de pedibus uestris, & tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorreorum in die iudicij quàm ciuitati illi. Vt dictum, ita & factum est. Etenim super ecclesiam gentium, quæ Apostolos Christi recepit, & alacriter (ut dignum erat) respõdit dicentibus, pax huic domui, pax apostolica pax ipse Christus, quemadmodum dicunt, ipse est pax nostra, uenit & requieuit. ¶ Illi aũt ciuitati terrenæ Hierusalem, imò Sodomæ atq; Gomorrhæ, quæ pacem istam non recepit, nec solum non recepit, uerum etiam crucifixit, qualiter iam acciderit, totus orbis audiuit, & in die iudicij nulli est dubium, quin iudicandum sit peccatum eius, intolerabilius peccato Sodomorum, quemadmodum & Hieremias in lamentationibus dicit. Et maior effecta est iniquitas filiæ populi mei peccato Sodomorum, quæ subuersa est in momento, & non ceperunt in ea manus. Quid enim de illa Sodoma dictum est, & non ceperunt in ea domus, nisi quia uoluerunt quidem illudere uiros Sodomitæ qui introierant ad Loth, sed in ea uidelicet Sodoma nullus fuit, cuius manus caperent illos, Nam domum quidem circumdederunt, sed manus eorum uiros illos non ceperunt. At illa quam dicit idem propheta filiam populi sui, dominum ipsum & armis circumdedit & manibus cepit, atque comprehendit, illusit, conspuit, flagellauit, crucifixit, occidit. Rectissime igitur tolerabilius erit in die iudicij Sodomæ & Gomorrhæ, quam ciuitati illi & omni genti, quæ secundum exemplum illius missos ad se ministros salutis non recepit. ¶ Et nota uehementiam separationis & horrendi anathematis, in eo quod dicit, exeuntes de domo uel ciuitate illa, etiam puluerem excutite de pedibus uestris, quod eos fecisse, Lucas in Actibus Apostolorum manifestissime meminit. L Ecce ego mitto vos, sicut oues in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbe. Cauete autem ab hominibus. Tradent enim vos in conciliis, & in synagogis suis flagellabunt vos, & ad presides & ad reges ducemini propter me, in testimonium illis & gentibus. J Propterea supra dixit, & quicunq; non receperint uos, quia sciebat quod non essent ab omnibus recipiendi, imò à quàm pluribus eijciendi, & ad mortem tradendi. Et ipse quoque primus erat eijciendus, & ad mortem tradendus. Quomodo eijciendus? Qualiter tradendus? Sicut ouis (ait Esaias) ad occisionem ducetur, & sicut agnus coràm tondente se obmutescet, & non aperiet os suum. Sed & Iohannem Baptistam dicentem audierant. Ecce agnus dei, qui tollit peccata mundi. ¶ Multis in locis euangeliorum, nominibus utitur huiusmodi scilicet pastoris & ouium, atq; agnorum, pastoris non regis, ouium non militum. Sed & seipsum pastorem non regem, suos discipulos oues, nõ milites nuncupans. Quod cum ubiq; diligenter animaduertendum sit, illic maxime delectabile est, ubi cũ illi de regio nomine calumnia strueretur, à dicentibus. Quoúsq; animã nostram tollis, si tu es Christus, dic nobis palàm. Christus quippe regium est nomen, & hoc iccirco dicebant, ut in isto nomine captum possent accusare apud Cæsarem, aut etiam secure inuadere tanquam propter Cæsaris fidelitatem: taliter euasit sapiens corde, taliter elusit superbos & inuidos, mitis & humilis corde. Loquor (ait) uobis, & opera quæ ego facio in nomine patris mei hæc testimonium perhibent de me, sed uos non creditis, quia non estis ex ouibus meis. Oues meæ uocem meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me, & ego uitam æternam do eis, & cætera usq;, ego & pater unum sumus, qd' utiq; non minus est quàm si palàm dixisset eis, ego sum Christus. ¶ Igitur & hic cum dicit, ecce ego mitto uos sicut oues in medio luporum, & ubicunq; se pastorem profitetur, suosq; sequaces nuncupat oues, duplicem affert utilitatem, quia & illos informat ad man-

Pax Euãgelistarũ super recipientes eos

Ephe. 3.

Thren. 4

Gene. 19

Horrendum anathema. Actu. 13

Esaiæ. 53.

Iohan. 1.

Iohan. 10

Discipli Chri sicut oues in medio lupor

suetudinem, ut discant ab eo quòd sit mitis & humilis corde, & cum omnibus hominibus pacem studet habere, ut nullam habeant aduersus eum occasionem iustæ querelæ. Exitus probauit, quàm ueraciter ob hoc prædictum fuerit, Ecce ego mitto uos sicut oues in medio luporum. Vbi enim exequebantur suæ missionis officium, diuersis in locis ab hominibus impijs tanquàm oues à lupis inuasi sunt, lacerati sunt: & cum male tractarentur, non aperuerunt os suum, inter omnes & apud omnes ita prudentes sicut serpentes, ita simplices sicut columbæ. ¶ In quo prudentes sicut serpentes? In eo nimirum quod cum flagellarentur, occiderentur, lapidarentur, & de ciuitate in ciuitatem dispellerentur, cautissime ac uigilantissime agebant atque patiebantur, tradentes quidem lupis rapacibus corpora sua, custodientes autem deo creatori suo corda sua, secundum similitudinem serpentis, qui dum percutitur, totum percutienti obijcit corpus, maxime pro capite sollicitus, ut quoniam uulneribus carere non potest, saltem caput in quo sibi uita est, utcunq; protegatur. Nonne caput huiusce modi ouium est agnus dei Christus? Pro quo dum corpora sua tradunt ad supplicia, & dispendium uitæ præsentis sustinent, ut Christum lucrentur, profectò prudentes sicut serpentes inueniuntur. ¶ In quo autem simplices sicut columbæ? In eo uidelicet, quod nihil eorum faciunt, quæ corui solent facere: corui inquam, id est, homines mali, rapaces, cupidi, pro mundo uel pro his quæ mundi sunt litigantes, inuicem mordentes, inuicem laniantes. Ita fit, ut dum nihil rapiunt, nullius rem cõcupiscunt, & omnia innocenter aspiciunt oculis simplicibus, oculis columbarum, nec solum non rapiunt, uerum etiam derelinquunt, dando in usus pauperum: quemadmodum oues & lac suum & lanam suam capientibus non contradicunt, & insuper corpora sua percutientibus exponunt, solum custodientes caput suum Christum. Ita (inquam) fit, ut & lupis & leonibus & ursis nulla sit occasio porrecta lacerandi eos, flagellandi eos, occidendi, & de ciuitate in ciuitatem persequendi eos. ¶ Cauete autem ab hominibus, Tradent enim uos in concilijs, & in synagogis suis flagellabunt uos. Et ad præsides & ad reges ducemini propter me, in testimonium illis & gentibus. Hic est effectus similitudinis serpentium, quem dixit, Estote ergo prudentes sicut serpentes, scilicet cauere ab hominibus, ut subaudias uel subintelligas, ne homines percutiant caput, totumq; obducite, & percutiendum exponite corpus, secundum similitudinem serpentis, de quo iam supra dictum est. Nam hoc est cauere ab hominibus, scilicet intentos esse, & ualde sollicitos, ne fiat quod homines moliuntur, ne uos aut terroribus concutiant, aut blandimentis seducant, ut negligatis, metu mortis, Christum qui est caput uestrum. ¶ Terribile ualde est, si rite perpendas, quod cum dixisset, & in synagogis suis flagellabunt uos, & ad præsides & ad reges ducemini propter me, addidit, in testimonium illis & gentibus. Cuius nam rei in testimonium? & quo in tempore reuelandum est testimonium? Nimirum in die iudicij, quando faciendum erit, ut (quemadmodum supra dixit) tolerabilius sit terræ Sodomorum & Gomorreorhum quàm illi ciuitati, quæ uos (inquit) non receperit. Quale enim erit in illa die huiusmodi testimonium contra se uidere, ut non se possint excusare, & dicere, domine, quando misisti nuncios tuos ad nos, qui prænunciarent de iudicio isto, & non recepimus eos? Diceret enim illis rex sedens super sedem maiestatis suæ. Amen dico uobis, ecce isti sunt quos misi ego in medio uestrum, sicut oues in medio luporum, & ecce cicatrices flagellorum, quibus flagellastis eos in synagogis uestris: immò ecce signa clauorum in manibus & pedibus meis, quibus me confixistis, Vnde & nunc scio reprobare malum & eligere bonum, certum habens tam ex meipso, quàm ex istis, quos sicut me & propter me occidistis & persecuti estis, contra uos testimonium, atque inde est irreprehensibile iudicium. **L Cum autem tradent uos, nolite cogitare, quomodo aut quid loquamini: Dabitur enim uobis in illa hora, quid loquamini. Non enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis.** Sicut cauere ab hominibus (ut suprà dixit) prudentiæ serpentinæ, ita quod nunc dicit, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini, simplicitatis est columbinæ. Simplicitas eiusmodi socia est ueritatis, angulum non quærentis, dum foris pulsata quæstionibus, statim respicit intus, nec aliud scit aut uult eloqui, nisi quod in conscientiæ suæ libro scriptum inuenit, scribente, id est sug-

gerente

Estote prudẽtes sicut serpentes.

Simplices sicut columbæ

Quid est cauere ab hominibus.

In testimoniũ illis & gẽtib⁹

Nolite cogitare qũo aut qd loqmini.

gerente spiritu dei, qui & ipse ob significandam simplicem suimet ueritatem super dominum nostrum in specie columbæ apparuit. Simile quid & nobis agendum est, tanquam si hic idem optimus informator dicat nobis. ¶ Cum autem accedetis ad tractandum uerbum dei, nolite præcogitare qualibus uerborum Phaleris sanctæ scripturæ sensum exornetis, dabuntur enim uobis uerba sponte uenientia, de spiritu patris uestri, quæ utique quanto magis sponte uenient, tanto & uobis minus fatigationis, & audientibus siue legentibus plus afferent delectationis. O quàm dulce, quàm præclarum est ea, quæ loquimur aut scribimus, talia esse, ut ea prudens auditor siue beniuolus lector, nequaquam dignetur ascribere nobis, dicatq; non enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. ⌊ Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium. Et consurgent filij in parentes, & morte eos afficient. Et eritis odio omnibus, propter nomen meū. Qui autem perseuerauerit usq; in finem, hic saluus erit. ⌋ Sicut hic audiuimus prædictum, ita & uidimus factum, ut confidenter dicamus. Sicut audiuimus, sic uidimus in ciuitate domini uirtutum. Nam quod præmisit illic, ibi dolores ut parturientis, maxime sanctos martyres respicit, quorum dolores fuere non parui, tunc præcipue, quando frater fratrem, & pater filium in mortem tradidit, & filij in parentes consurrexerunt, & morte eos affecerunt propter nomen Christi. Reuera ibi dolores magni, ueruntamen non qualescunque, sed ut parturientis. Nam qui perseuerauerit usq; in finem (ait) hic saluus erit, & salus sic eum faciet dolorum omnium obliuisci, sicut filius natus mulierem quæ peperit. Cum enim pepererit puerum iam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum. Magnus igitur etiam in doloribus istis dominus & laudabilis nimis, magna gloria & magnus honor huius filij hominis: quia sicut de ipso spiritus sanctus prædixerat, De torrente in uia bibet, propterea exaltabit caput ita & ipse suis prædicit futuris militibus, quod bibituri sint similiter, propinantibus cognatis & amicis & parentibus, & propterea suum in salutem debeant exaltare caput. ¶ Quid si non ualeant aliqui teneriores eiusmodi sustinere dolores? Ait. ⌊ Si autem persequentur uos in ciuitate ista, fugite in aliam. Amen dico uobis, non consummabitis ciuitates Israhel, donec regnum dei ueniat. ⌋ O ergo quisquis es & prudens, & simplex prædicator siue auditor euangelij, prudens ut serpens, simplex ut columba, nō sic præsumas de spiritu fortitudinis, ut obliuiscaris huiusce consilij. Vnde enim scis utrum uere habeas spiritum fortitudinis? immò unde scis, utrum amore an odio dignus sis? Non ergo nimis cito temetipsum præcipites in caminum tentationis, sed timens ne forte martyrio dignus non sis, cum te persecuti fuerint in una ciuitate, fuge in aliam, quia non est uolentis neque currentis, sed miserentis dei, & iustius necessitas quàm uoluntas coronam parit. ¶ Veruntamen si expertus es ueraciter, quod donum uel gratiam habeas supernæ fortitudinis, & hoc tibi spiritus sanctus aliquo modo reuelauit, pulchrum est, laudabile est, ut uexillum crucis ultro arripias, & percurrens contra hostem in procinctu fidei, confirmes infirmos, & sperandæ à deo fortitudinis exemplum illis præbeas. Alioquin tutius est, ut fugias in spiritu humilitatis, in spiritu timoris domini: quia Petrum quoque Apostolorum principem, cum sibi uideretur fortis, ancilla ostiaria terruit. ¶ Forte dicis. Quo fugiam? Quam ciuitatem adeam? Nunquid nobis fugientibus multæ aperientur ciuitates? Ad hæc ille. Amen dico uobis, non consummabitis ciuitates Israhel donec regnum dei ueniat. Ac si dicat. Hactenus paucæ fuerunt ciuitates Israhel, ita ut cunctas olim una possideret mulier Iezabel, quæ regnauit in Samaria cum filia sua Ottholia impijssima, quæ regnauit in Hierusalem. Tunc ita paucæ fuerunt ciuitates Israhel, ut cum occiderentur prophetæ in una ciuitate, non haberent aliam, in quam fugerent, sed circuibant in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustati, afflicti, nisi quod Abdias, secundum nomen suum seruus domini, pauit ex eis centum uiros, quinquagenos & quinquagenos in speluncis. At nunc tot erunt ciuitates ISRAHEL, tot erunt per orbem terratum, ciuitates siue ecclesiæ meo nomini dicatæ, qui sum uerus ISRAHEL, ciuitates hospitales, ecclesiæ pauperum fidelium susceptrices, ut non possit quiuis consummare illas, donec regnum dei ueniat. Nemo quippe tam diu in ista peregrinatione uiuit

Lucæ. 3. Iohan. 1. Absq; phaleris uerborum tractāda scriptura.

Dolores, ut parturientis, in martyribus Psalm. 47.

Iohan. 16

Psalm. 109

In persecutionibus nō occurrendū, sed fugiendum est. Eccls. 9

Roma. 9

Matth. 26

3. Reg. 18.

Hebræ. 11.

uiuit aut uiuet, ut fugiendo pertransire possit omnes, quæ in me crediturae sunt, ciuitates, tales fugitiuos libenter suscipientes, consolantes, honorificantes, & me in illis se recipere non uane existimantes. ⌊Non est discipulus super magistrum, nec seruus super dominum suum. Sufficit discipulo, vt sit sicut magister eius, ⁊ seruus sicut dominus eius. Si patremfamilias Beelzebub vocauerunt, quanto magis domesticos eius? Ne ergo timueritis eos.⌋ Quo respectu uel qua intentione dixerit, non est discipulus super magistrum, nec seruus super dominum suum, Sufficit discipulo ut sit sicut magister eius, & seruus sicut dominus eius: manifestat subdendo, si patremfamilias Beelzebub uocauerunt, quanto magis domesticos eius? Sufficientia hæc cunctos discipulos ueritatis, omnes seruos altissimi suauissime consolatur, dum traduntur in concilijs, dum flagellantur in synagogis, dum ducuntur ad reges & præsides, & odio sunt omnibus, et morte afficiuntur propter nomen domini. Amplius quærere non debet, ne forte fiat discipulus contrarius magistro, aut seruus in contrarium dissimilis domino suo, quia nil magis contrarium quàm ut discipulus superior magistro, seruus maior esse uelit domino suo, quod est uelle ab hominibus glorificari, & beneficum uocari: cum ille tantus dominus ab hominibus reprobatus, & Beelzebub uocatus fuerit, uelle per delicias in regnum dei, cum ille magister humilitatis per mortem, mortem autem crucis, in regnum suum peruenerit. Hoc sibimet sufficere iudicet perfectus discipulus & fidelis seruus, ut sit sicut magister & domin⁹ suus: qui inde magister, quod homo: inde dominus, quod deus est. Et secundum hoc iudicium respondeat aduersario, si forte insultans in tribulatione dixerit, ubi est deus tuus, aut certe non curat de te deus tuus. Ne ergo timueritis eos. ⌊Nihil enim opertum quod non reuelabitur, ⁊ occultum quod non scietur. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: ⁊ quod in aure auditis, predicate super tecta.⌋ Ne (inquit) timueritis eos, ne timueritis eorum iudicium male de uobis iudicantium, dum odio uos habent propter nomen meum, & eijciunt nomen uestrum tanquam malum. Quid autem esset timere eos siue iudicium eorum, nisi sperare de prouidentia dei, quod non curet aut non dignetur respondere pro humilibus seruis suis, & bonæ illorum conscientiæ uerum perhibere testimonium? Timore huiusmodi omnino ne timueritis eos. Nihil enim opertum quod non sciatur. Veniet dominus (inquit Apostolus) qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit concilia cordium, & tunc laus erit unicuiq; à deo. ¶ Nam de malis quidem electorum actibus nonnihil opertum, nonnihil remanebit occultum, cum scriptum sit, Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Et sapientia dicat deo, dissimulans peccata hominum propter pœnitentiam. Quo dicto satis innuit misericordem deum uelle aliquid de peccatis nostris sibimetipsi quodam modo esse occultum, sed de bonis cuiusq; actibus, siue de conscientijs bonorum hominum, quas ignorantes homines plerumq; de bonis male sentiunt, & indiscretum super eos præcipitant iudicium, de bonis (inquam) nihil omnino est opertum quod non reuelabitur, & occultum quod non scietur. ¶ O quanta in præsenti quoq; uita reuelauit, & sciri fecit deus circa suos electos, etiam ipsis nolentibus, dum propter humilitatis custodiam semetipsos abscondunt, & opera sua uideri cauēt ab hominibus. Nouit ipse quos quomodo & quorum propter utilitatem oporteat reuelari, uel sciri etiam nūc, ante illam illuminationem siue manifestationem uniuersalem, quam Apostolus (ut iam dictum est) expectandam pronunciauit, nolite (inquiens) ante tempus iudicare, quo adusq; ueniat dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit cōsilia cordium, Beatum Iob reuelatum esse & sciri uoluit, quàm esset simplex & rectus ac timens deum, & recedens à malo, & sanctos innumerabiles, qui per humilitatem apud semetipsos latere uoluissent, non solum cognosci fecit ex operibus bonis, uerum etiam nonnunquam uerbis ipsorum secreta cordis eorum utiliter reuelauit, ut facerent quod hic continuo subiunctum est. ¶ Quod dico uobis in tenebris, dicite in lumine, & quod in aure auditis, prædicate super tecta. Quid enim ipse dicit in tenebris, & quid in aure loquitur, uerbum dei deus ipse Iesus CHRISTVS, nisi reuelationes dei, quas in occulto quasi in tenebris, ubi homines non uident, quando uult & prout uult per spm̄

Cōsolatio seruoꝝ Christi.

Non est discipulus super magistrum.

Ne ergo timueritis eos.

j. Cor. 4

Psalm̄. 3j

Sapien. jj.

j. Cor. 4

Iob. j.

Qd̄ dico uob̄ in tn̄bris, sc3 ꝑ reuelatōe3

per spiritum sanctum immittit? Et hoc bonum quidem per humilitatem abscondere, & occultum tenere, uidelicet quando & quomodo gratiam, qua illustratus est, quis acceperit, optimum autem reuelare pro gloria & honore dei, dum utilitatis causa exposcit, aut iusta necessitas exigit. ¶ Nam exempli gratia, nullatenus quisquam tam utiliter secretum dei donum qualiter acceperit silentio premit, quàm utiliter Paulus uas electionis prædicauit, scribens Corinthijs inter cætera de semetipsa, quod usque ad tertium cœlum siue in paradysum raptus, audisset arcana uerba, quæ non licet homini loqui. Nonne talia scribens dixit in lumine quod sibi dictum fuit in tenebris: & quod in aure audierat, super tecta prædicauit? Nempe & si non omnia dixit aut scripsit, quæ in cœlo illo tertio, in illo paradyso audiuit, quoniam audiui (inquit) arcana uerba, quæ non licet homini loqui, attamen hoc ipsum quod illuc usque raptus est, recte in tenebris dictum, & in aure auditum recte animaduertis, quia raptum eum illuc fuisse, & arcana uerba audisse nullus mortalium uidit, nullus audiuit, neque audire poterat, nisi de semetipso enunciasset ipse qui uidit & audiuit. Ecce ergo dixit in lumine, quod sibi dictum est in tenebris, & prædicauit super tecta quod in aure audiuit. Imitantur autem illum quicunque prædicant gratiam sibi datam, exigente causa iustæ necessitatis, procul absente uento miseræ uanitatis. ⌊ Et nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Sed potius eum timete, qui potest & animam & corpus perdere in gehennam. ⌋ Hic recte dicat quis. Da domine quod iubes, & iube quod uis. Ecce iubes, ut non timeamus eos qui occidunt corpus, & ratio consentit, eum potius esse timendum qui potest & animam & corpus perdere in gehennam. Sed quæ caro non timeat occidi? Petrus Apostolorum primus timuit, & mori timens, uitam negauit. Cur hoc, nisi nondum illi dederas ut non timeret, qui nisi seras ut non timeret? Postquam illi dedisti, potuit facere quod iussisti. Esto igitur fortitudo nostra, & fac in nobis quod tu nos facere uis. ¶ Veruntamen hoc primum debet scire fides, quod docendo iubes, & iubendo doces: & deinde spes orare, charitas impetrare, ut des ipse quod iubes. Oportet autem sicut ueram fidem, ita & firmam habere spem, ut non putet quisquam quamuis exiguus, quod ab altissimo non sit requirendus, eo quod paruus sibi uideatur & abiectus, cum scriptum sit. Quoniam requirens sanguinem eorum recordatus est, non est oblitus clamorem pauperum. Item. Quoniam non in finem obliuio erit pauperis, patientia pauperum non peribit in finem. Sequitur ergo. ⌊ Nonne duo passeres asse ueneunt? Et unus ex illis non cadet super terram sine patre uestro. Uestri autem & capilli capitis, omnes numerati sunt. Nolite ergo timere, multis passeribus meliores estis uos. ⌋ Ecce quàm fortiter humilitati huic maiestas ueritatis occurrit. Nonne (inquit) duo passeres asse ueneunt? Vera propositio, quia & fere omnibus notum est, quia duo passeres pro uili dantur prætio, & longe uiliores sunt corpore & anima, quibus ex duobus consistit siue subsistit unus rationalis homo, & unus ex illis (inquit) non cadet super terram sine patre uestro. Assume & hoc, quicunque es uel esse cupis discipulus tanti magistri. ¶ Sed forte titubas & dicis. Quomodo unus passer sine patre nostro in terram non cadit, cum nec de boue, qui utique maior est passere, deo cura non sit? Denique Apostolus cum dixisset, scribens Corinthijs, scriptum est enim in lege Moysi, Nõ alligabis os boui trituranti, protinus ait. Nunquid de bobus cura est deo? An propter nos hæc dicit? Vtiq; propter nos scripta sunt, quoniam debet in spe qui arat arare, & qui triturat in spe fructus percipiendi, & cætera. Quomodo ergo unus ex passeribus non cadit in terram sine patre uestro, si nec de bobus tanto maioribus, q̃ sint passeres, cura est deo? Ad hæc inquam, Apostolus de lege scripta loquebatur, & hic est eius sensus quod non fuisset deo cura, ut de bobus irrationalibus lex scriberetur. Porrò hic filius dei de prouidentia dei loquitur, quod ipse prouiderit, unde & quomodo det escam omni carni ut non solum educat de terra panem homini, uerũ etiam animantibus terræ & uolucribus cœli escam prouideat competentem illis, iuxta illud Dauidicum. Qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis coruorum inuocantibus eum. ¶ Proinde assume & hoc, & unus ex illis

Reuelatiõnes Pauli. 2. Cor. 12

Officium fidei spei & charitatis.

Psalm. 9

Obiectio.

1. Cor. 9. Deut. 25

Solutio.

Psalm. 35. Psalm. 103.

Psalm. 146

ex illis non cadet super terram sine patre uestro, simulq; quod subiungit, uestri autem & capilli capitis omnes numerati sunt, quia uidelicet Christiana fides exposcit, ut non dubites resurrectionem futuram, non solum cum omnibus membris corporis, uerum etiam & cum palpebris siue supercilijs, & cum omnibus capillis suis. Cum hoc ut Christianus homo assumpseris, statim fortissimo syllogismo suauiter stringeris, inferente illo. Nolite ergo timere, multis passeribus melioris estis uos. Melioris (inquam) id est, maioris præcij estis uos. Rationalis enim creatura est homo, & uita eius longiturnior est præsenti seculo, quia non moritur homo, sed solum corpus, & ipsum resurrecturum, ac sine fine cum anima semper uicturum est. ⌊ **Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo qui in cœlis est. Qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo qui in cœlis est.** ⌋ Ergo (inquit) quoniam unus homo multis passeribus melioris est, uos non dubitantes curam de uobis esse deo, nolite (ut iam dictum est) timere eos qui occidunt corpus, sed confitemini me coràm uestris interfectoribus: quia tale iudicium erit super hoc, ut qui me confessus fuerit, ego confitear eum, & qui me negauerit, negem & ego eum coràm patre meo Profectò gloria erit ei, quem talis in illa die confitebitur: confusio autem illi, quem negabit, siue confundetur (quod apud alium Euangelistam legimus) id est, erubescet confiteri, quòd suus sit. ¶ Huius rei Apostolus magnifice meminit, dicens ad Hebræos de sanctis patribus. Ideo non confunditur deus uocari eorum deus, uidelicet quia confessi sunt qđ peregrini & hospites essent super terram, manentem hic non habentes ciuitatem, & melior em appetentes, id est, cœlestem. Profectò dum de illis negatur, simul de oppositis, id est, de infidelibus affirmatur, quia confundetur deus uocari eorum deus, & uæ illis, quorum deus esse, quos confiteri & saluare ipse, saluo honore suo, non poterit. ⌊ **Nolite arbitrari, quia uenerim pacem mittere in terram. Non ueni pacem mittere, sed gladium. Ueni enim separare hominem aduersus patrem suum, & nurum aduersus socrum suam, & inimici hominis domestici eius.** ⌋ Cum dicit, Nolite arbitrari, quod uenerim mittere pacem, subaudiendum est, quo modo mundus dat, qualem mundus pacem mittit, qualem requirit. Nam & alibi, cum dixisset, pacem relinquo uobis, pacem meam do uobis, protinus ait, Non quomodo mundus dat, ego do uobis. Est ergo pax mundi, quam iste dominus & princeps pacis mittere non uenit. Est enim illa contraria paci dei de qua Apostolus ad Galathas, Fructus autem spiritus est, charitas, gaudium, pax. Item. Et pax dei, quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda uestra & intelligentias uestras. Huius pacis princeps ipse est, & hanc mittere uenit, primo pacificans per suum sanguinem omnia, quæ in cœlis & quæ in terra sunt, & deinde euangelizans (ait Apostolus) pacem uobis qui longe fuistis, & pacem his qui prope est. Pax ista remissio peccatorum est sed mundus in maligno positus, istam non quærit, sed qualem tunc habebat illa uallis uisionis, scilicet HIERVSALEM, cui dicebat iste pacificus uerus. Et quidem in hac die tua quæ ad pacem tibi. Hæc pax erat & hoc gaudium & hæc lætitia (ait Esaias in onere eiusdem uallis uisionis) occidere uitulos, & iugulare arietes, comedere carnes, & bibere uinum. Comedamus & bibamus, cras enim moriemur. Non (inquit) ueni mittere pacem eiusmodi, sed gladium, id est, separationem filiorum pacis dei à filijs illius non pacis, sed iniquitatis, quemadmodum ibidem continuo subiunctum est. Si dimittetur iniquitas hæc uobis, donec moriamini, dicit dominus exercituum. Quis nescit, quis non audiuit, persæpe factum esse uel fieri, quod hic se facturum prædixit, ueni enim separare hominem aduersus patrem suum, & nurum aduersus socrum suam. ¶ Simulq; nota, q̃ pulchre, q̃ conuenienter discipulos suos ad propheticam autoritatem mittit, ut cognoscat, q̃ antiqua ueritatis huius cõstantia sit, dicendo, & inimici hominis domestici eius Sic enim in Michæa prædictum fuerat. Nolite credere amico, & nolite confidere in duce. Ab ea, quæ dormit in sinu tuo, custodi clausura oris tui, quia filius cõtumeliam facit patri, filia consurgit aduersus matrem suam, nurus contra socrum suam, inimici hominis domestici eius, Commemorando hanc ultimam prophetiæ sententiam, & inimici hominis domestici eius, profectò prophetiam ipsam pulchre innuit testimoniũ ferre dictis suis,

nec posse

Hebr. ij

Duplex pax, una mundi, altera dei.

Iohan. j4

Galat. v.
Philip. 4

Esaiæ. 9
Colos. j.
Ephe. 2.

Lucæ. j9
Esaiæ. xx

Inimici hoīs, domestici ei9

Mich. 7

nec posse aliter scripturas impleri, nisi faciat ipse quemadmodum dicit, non pacem, sed gla
dium mittere ueni. Et quidem sunt aliæ quoq; affinitates, quas interdiuidit gladius euan
gelij, sed ex multis istæ duæ sufficiunt, quarum altera, scilicet hominis & patris sui de ma
ioribus, altera, uidelicet socrus & nurus suæ de minoribus affinitatibus est, adeo ut rara in
ter socrum & nurum concordia sit. Vnde apud Comicum quædam socrus, dum apud
nurum suspectam se huius uitrij persentiret, secq; excusare intenderet, non (inquit) facile est
excusatu. Ita animum induxerunt, socrus omnes esse iniquas, dum ergo dicit, ueni enim se
parare hominem aduersus patrem suum. & nurum aduersus socrũ suam, idem est ac si di
cat, Omnes omnino tam maiores quàm minores affinitates separare ueni, demonstrando,
rumpendam esse pacem malam, & tolerandam carnis discordiam propter dei concordi
am. L Qui amat patrem aut matrem plus quàm me, non est me dignus. Et qui a
mat filium aut filiam super me, non est me dignus. Et qui non accipit crucem su
am & sequitur me, non est me dignus. ⌋ Ecce gladius separantis, ecce separatio propin
quitatis. Ecce diuisio, quæ unum eundemq; hominem contra semetipsum diuidit, Non
est me dignus (ait) qui patrem aut matrem, qui filium aut filiam diligit plus quàm me, non
est me dignus qui crucem suam non accipit ut sequatur me. Hoc uerbum iudicantis, gla
dius est separantis. Quis enim habens cor carneum, quis non habens cor lapideum, æqua
niniter audire patitur, non est me dignus? Valeat potius pater siue mater, ualeat potius fi
lius siue filia, dispereat potius ipsa caro siue præsens uita (ait quisq; sensatus auditor huius
uerbi) quam ego ò CHRISTE dignus te non sim. ¶ Itaq; omnem propinquum & om
nem amicum relinquit, & semetipsum contemnit, ubi nihil horum se posse retinere per
pendit, salua dignitate discipulatus Christi. Nunquid mandatum hoc nouum est? Non
ne est mandatum uetus, quod ab initio audiuimus? Ait enim Moyses in benedictione Le
ui. Qui dixerit patri suo & matri suæ, nescio uos: & fratribus suis, ignoro uos, & nescierũt
filios suos, hi custodierunt eloquium tuum & pactum tuum seruauerunt, iudicia tua ò
Iacob, & legem tuam ò Israhel. Ponent timiama in fur ore suo, & holocaustum super al
tare tuum. Quod deinde sequitur, benedic domine fortitudini eius, & opera manuum illi
us suscipe: recte de fortitudine ista intelligas quæ hic exigitur, dicendo, & qui non accipit
crucem suam & sequitur me, non est me dignus. Accipere nanq; crucem & sequi Chri
stum, siue in persecutione tradendo corpus suum ad supplicia propter deum, siue in pace
frangendo desyderia carnis, seu propter metum gehennæ, siue propter uitæ æternæ de
syderium, fortitudo magna & opus est magnum, fortitudo benedicenda, opus acceptio
ne domini dignum. Qui hoc non facit non solum gloriam non amittit, uerum etiam pœ
nam incurrit. Sequitur enim. L Qui inuenit animam suam, perdet eam. ⌋ Quis nam
est qui inuenit animam suam, nisi qui non uult tollere crucem suam, ne non suauiter trans
igat præsentem uitam? De illo qui in persecutione ita inuenit animã suam, ut Christo ne
gato, lucrum istud faciat, quatinus in corpore retineat, quàm persecutoris gladius extru
dere poterat, animam, ex abundanti est astruere, quod æterna perditione perdat illam.
Et econuerso. L Qui perdiderit (ait) animam suam propter me, inuenet eam. ⌋ Non
indiget Christiana fides assertione ulla, ut demonstretur sibi ueram hanc esse sententiam,
quia ualde certum est, quod pius martyr perdens animam suam, in fasciculo uiuentium
custoditam inueniet eam. ¶ Quid tandem supereſt pupillis & orphanis istis, cum propter
euangelium patrem aut matrem amiserint: siue orbatis istis, cum filium uel filiam propter
CHRISTVM dereliquerint? Quid (inquam) nisi ut Christus ipse sollicitus sit pro il
lis. Non enim fallitur quisq; talium, cum in psalmo dicit. Ego autem mẽdicus sum & pau
per, dominus sollicitus est mei. Nonne hic protinus adsunt uerba illius sollicitudinis?
Sequitur enim. L Qui recipit uos, me recepit. Et qui me recipit, recipit eum
qui me misit. Qui recipit prophetam in nomine prophete, mercedem prophe
te accipiet, Et qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet.
Et quicunque dederit potum uni ex minimis istis calicem aque frigide tantum
in nomine discipuli, amen dico uobis, non perdet mercedem suã. ⌋ Quantos putas
futuros eẽ sciebat, q ipsum recipere cuperent qui mercedem prophetarum atq; iustorum

accipere

Mandatũ an
tiquũ de pa
tre & mẽ fi
liisq; relin
quendis.
Deut. 33.

Quid est inue
nire aiam suã

Sollicitus est
dñs suorum.

Psalm. 39

accipere optarent? Multos ergo receptores sollicitus dominus, hoc dicendo, præparabat illis, quos uidebat patrem aut matrem amissuros causa sui, quatinus posset quisq; illorũ eti-
Psalm. 26 Receptacula pauperum
am hoc dicere. Quoniã pater meus & mater mea dereliquerunt me, dominus autẽ assum-psit me. ¶ Vt dictũ, ita uidemus & factũ, quia plures sunt receptores taliũ, scilicet prophe-tarum & iustorũ, quos patres & matres dereliquerunt, quam ut uincantur multitudine eo-rũ. Nam ut taceã de cæteris recipiendi modis, tot cœnobia, tot xenodochia receptioni eo-rũ præparauerunt, ut deficientibus iustis eiusmodi, in quibus fatetur Christus se recipi, ple-risq; in locis res siue fundi pro talibus deo oblati, ad usus seculariũ patres & matres, filios & filias habentiũ, et Christũ non sequentiũ, magna ex parte redierunt. Nunc ipsa uerba per-pende. Qui recipit uos, me recipit. Et qui me recipit, recipit eum qui me misit. Hoc ipsum
Iohan. 13 apud alium Euangelistam hoc modo edicit. Amen amen dico uobis, qui accipit, si quẽ mi-sero, me accipit. Qui aũt me accipit, accipit eũ qui me misit. Ergo ueri adoratores nõ super-
Chrs, imo tota trinitas adoraẽ in susceptis hospitibus eius.
flue agunt, qñ superuenientes hospites ita suscipiunt ut proni in terrã adorent. Chrũs em̃ in eis adoratur, qui & susciputur. Dicã adhuc. Deus & pater dñi nostri Iesu Chri & spiri-tus sanctus in eis adoratur, qui & susciputur. Nã cũ dixisset, qui recipit uos, me recipit: ne quẽ forte cogitatio sua illo tẽpore pulsaret, dicẽs, quid magnũ est istũ recipi, hominẽ mor-talẽ, qui & iniurijs affici possit & crucifigi? Protinus addidit. Et qui me recipit, recipit eum qui me misit. Et quis est qui istũ misit, nisi deus pater & spũs sanctus? Licet em̃ istud apud
Esaiæ. 48 nos testimonio iã penè non indigeat, sic ipse in Esaia loquitur. Accedite ad me, & audite hoc. Nõ à principio in abscondito locutus sum, ex tẽpore anteq̃ fierent ibi eram. Et nunc dñs deus misit me, & spũs eius. Quod idem est ac si diceret. In principio deus erã, & homi-nibus loquens non in abscondito, sed magnis cũ signis & prodigijs uentur⁹ me testificatus sum, & ego qui loquebar quicq; ibi eram, scilicet apud deũ, ecce assum, factus homo, mittẽ-te dño patre meo, mittente & cooperãte per uter⁹ uirginis spiritu sancto. Igitur in illis qui mittuntur, recte ipse, qui mittit eos, deus adoratur. ¶ Nunquid aũt hoc sine exẽplo uel au-toritate antiqua facimus? Aut nunquid hoc facientes, tanq̃ creaturã adorãtes culpamur?
Gene. 18 Cũ staret ad Abraham ad radices Mambræ, apparuerunt ei tres uiri stantes propter eum
Gene. 19 Quos cũ uidisset, cucurrit in occursum eor⁹ de ostio tabernaculi sui, & adorauit & dixit, Domine, si inueni grãm in oculis tuis, etc̃. Item scriptura dicit. Venerũtq; duo angeli So-domam uespere, sedente Loth in foribus ciuitatis. Quos cũ uidisset, surrexit et abijt obui-am eis, adorauitq; pronus in terrã. Nunquid non angelica, æque ut humana, substantia cre-atura est. Sed deus in illis adorabatur, qui et susciebatur. Propter hoc et ille coràm tribus adorans, uni loquebatur. Dñe (inquiens) si inueni grãm in oculis tuis ne transeas seruũ tuũ et iste coràm duobus adorans, quæso domine mi, quia inuenit seruus tuus gratiam co-
Quanta merces recipientium hospites Christi.
ràm te, etc̃. ¶ Quæ tandem pro hac receptione merces erit? Ait. Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet. Et qui recepit iustum in nomine iu-sti, mercedem iusti accipiet. Ergo et deus qui recipitur et eius qui recipit, una eademq; mer-ces erit. Non em̃ dixit mercedem de propheta siue mercedem de iusto, sed mercedẽ pro-phetæ, mercedem iusti accipiet. Magna retributio, larga recompensatio. Quæ nã est mer-ces prophetæ siue merces iusti, qui ut prophetaret, siue regnum dei annunciaret, quicq; iu-stitiam dei custodiret, non patrem aut matrem, non filium aut filiam plus q̃ illos omnes a-mauit, & tollens crucem suam, Christum secutus est, non timens perdere animã suam pro-
Iohan. 14 pter iustitiam? Quæ (inquã) merces talium, nisi ipsum manifeste uidere Christũ? Hoc em̃ pro summa mercede promisit diligentibus se. Qui diligit me (ait) diligetur à patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. ¶ O igitur receptor prophetæ, acceptor iu-sti in nomine prophetæ in nomine iusti, id est propter hoc ipsum quod prophetam uel iu-stum esse animaduertisti, tanta tibi mercede proposita hilariter age quod agis, bona uolun-tate porrige quod porrigis, da quod habes, siue parũ siue multum sit. Non em̃ perdes mer-cedem tuam, etiam si non plus q̃ calicem aquæ frigidæ dare possis. Q; si nec illum in tem-pore possis, saltem uoluntas non desit, quia pax in terra hominibus bonæ uoluntatis.

FINIS LIBRI OCTAVI.

¶ De gloria

DE GLORIA ET HONORE FILII HOMINIS LIBER IX.



ET FACTVM EST, CVM CONSVMmasset Iesus, præcipiens duodecim discipulis suis, CAP. XI.
transijt inde, vt doceret & prædicaret in ciuitatibus eor. Iohānes aūt, cū audisset in vinculis opa Christi, mittens duos de discipulis suis, ait illi. Tu es qui venturus est, an alium expectamus? Iohannes propheta & plus quàm propheta erat, sicut de illo in hac eadem lectione dominus ipse testatus est. Quid (inquit) existis uidere? Prophetam? Etiam dico uobis, & plus q̄ prophetam. Quis autem prophetarum nesciuit aut tacuit passurum esse Christum? Omnes sciuerunt, omnes prænunciauerunt, & hodie legentibus clarum est, scripturas eorum ferè per omnem seriem significare salutiferum sacrasanctæ passionis eius sacramentum. Hinc Petrus in Actibus Apostolorum. Deus autem, qui prænunciauit per os omnium prophetarum, pati Christum suum, impleuit sic. Istud enim ignorare, illorū erat, qui prophetas, aut non legerant, aut non intellexerant. Quomodo ergo saltem propheta, ne dicam plus q̄ propheta, diceretur aut esset? ¶ Cum per huiusmodi rationem adducti, recte sensérimus, quia Iohannes, sicut cætera Christi sacramenta, ita & hoc ipsum sciebat quod interrogabat, restat, ut quæramus, quid interrogauerit dicendo, tu es qui uenturus es, an alium expectamus: & quid opus fuerit ut hoc interrogaret missis discipulis duobus. Profectò hoc interrogauit, utrum ipse esset Messias, id est Christus, qui utiq; expectabatur uenturus, ita ut mulier quoq; Samaritana dixisse legitur. Scio quia Messias uenit, qui dicitur Christus. Cum ergo uenerit, ille nobis annunciabit omnia. ¶ Nec mirum q̄ hic in unā eandemq; re circa unam eandemq; personam, præsenti simul & futuro tempore usus est, dicēdo, tu es qui uenturus es. Nam & turbæ, quas pauerat de quinq; panibus & duobus piscibus, ita dixerunt. Quia hic est uere propheta, qui uenturus est in mundum. Et hic & illic quod dicitur uenturus, id est, ac si diceretur, de quo scripturæ siue prophetæ testati sunt, q̄ esses uenturus. Hoc igitur (ut iam dictum est) interrogauit, utrum ipse esset Christus, an alius hoc nomine esset expectandus. ¶ Cur autem hoc interrogauit eum, quem ipsum esse, prophetando, baptizando, ostendēdo, clamauerat? Vtiq; magnam ob causam, quā Euangelista non præteriuit, præmittendo, cum audisset Iohannes in uinculis opera Christi. Quidnam sibi uult dictio huiusmodi, audisse Iohannem in uinculis opera Christi, & iccirco missis duobus discipulis interrogasse illum interrogatione huiusmodi? Nonne idem Iohannes, antequàm missus fuisset in carcerem, audierat opera Christi, quoq; illud pulcherrimum fuit, quod inuitatus ad nuptias, aquam in uinum conuertit? Nonne & uocem audierat patris de cœlo super eum dicentis, tu es filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui? Si interrogatione opus erat, cur non illis prioribus signis commonitus interrogauit? Perpendenda igitur subtilius est causa, quam (ut iam dictum est) Euangelista significauit, præmittendo. Iohannes autem cum audisset in uinculis opera Christi. Nimirum hoc uult intelligi, quia cū opera eius reuera essent opera Christi, id ē, talia opera, qualia nemo alius facere potuisset, nisi solus ipse Christus filius dei: inter ipsa tamen opera, Christum se esse, palàm nō dicebat, imò & discipulos suos hoc dicere prohibebat. Exempli gratia. Cum interrogasset discipulos suos dicens, Quem dicunt homines esse filium hominis, ac subinde Vos autem quem me esse dicitis? Respondente Petro, tu es Christus filius dei uiui, illum quidē beatificauit pro cognitione & confessione ueritatis, sed prohibuit eos dicere in uulgus, sicut protinus refert Euangelista. Tunc (inquiens) præcepit discipulis suis, ne cui dicerent q̄ ipse esset Christus. ¶ Causam quoq; propter quam istud præceperit, ex his quæ continuo sequuntur, promptū est agnosci. Exinde (inquit Euangelista) cœpit Iesus ostendere dis-

Quæstio super interrogatione Iohannis.

Actu. 3.

Responsio

Iohan. 4 Tu es qui uenturus es.

Iohan. 6

Causa, cur sic interrogauit Iohannes.

Iohan. 2. Matth. 9.

Matth. 16. Lucæ. 9.

dere discipulis suis, quia oporteret eum ire Hierosolymam, & multa pati à senioribus & scribis & principibus sacerdotum & occidi & tertia die resurgere. Deniq; per occasionẽ, siue accusationem regij nominis, scilicet Christi, futurum erat ut traderetur gentibus à Iu-
Iohan, j. dæis dicentibus. Omnis qui se regem facit, contradicit Cæsari. Si hunc dimittis, non es a-
micus Cæsaris. Maxime hanc ob causam ita præcepit. ¶ Ergo ne hoc dicimus, quod mor
tem refugere uoluerit, & iccirco mortis occasionem, scilicet regium nomen tacuerit, & dis
cipulis suis, ut de hoc tacerent, præcepit? Nequaquam, sed sicut mortẽ eius oportebat non
multum differri, ita profecto expediebat non nimis accelerari. Prius oportebat condi euã-
gelium, & tanta fieri quanta facta sunt, quorum pars aliqua conscripta, sufficientibus testi
monijs probare posset Christianæ fidei sacramentum. Vbi tempus fuit, postq; & docuit,
& signa sufficientia fecit, tunc (quod ualde notandum est) non solum neminem prohibuit
uerũ etiam turbam multam & pueros multos admisit sibi ad publicam acclamationem re
Matth. xj. Marci. jj. Lucæ. j. gij nominis, dicentes, Osanna, benedictus qui uenit in nomine domini, benedictum quod
uenit regnũ patris nostri Dauid, benedictus qui uenit rex in nomine domine, pax in cœlo
& gloria in excelsis. ¶ Demonstratũ est, quia dominus noster ante tempus suæ passionis,
licet filiũ dei se esse edixerit, & operibus cõprobauerit: tamen regium nomen, qd est Chri
stus, quia nimis inuidiosum foret, non solis Iudæis uerũ etiam Romanæ potestati, & ipse
tacuit, & discipulis suis ut de hoc tacerent præcepit. Hoc iccirco demonstrauimus, ut con
sequenter eluceſcat, qualis esse potuerit sollicitudo Iohannis, qui cum audisset in uinculis
opera Christi, mittens duos de discipulis suis, ait illi. Tu es qui uenturus es, an alium expe
Qualis fuit sollicitudo Iohannis. ctamus? ¶ Qualis ergo sollicitudo eius fuit? Pro qua re sollicitus fuit? Auribus nostris au-
diuimus, audiendo experti sumus, etiam adhuc dicere Iudæos aduersarios nominis huius.
Vos dicitis, discipuli eius dixerunt, ipse tamen non dixit, quod ipse esset Christus, quod ip
se esset Messias quem nos expectamus. Putas ne quod & discipuli eiusdem Iohannis, qui
Iohan. 3 æmulantes pro magistro suo, nonnunquam talia loquebantur? quale est illud. Rabbi qui
erat tecum trans Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat, & omnes
ueniunt ad eum, putas ne (inquam) quod aliquando etiam istud dixerint. Rabbi, tu illum
Christum esse dixisti, ipse autem Christum se esse non dicit? Volens igitur ipsius ex ore
2. Tim. 2. auditum esse, quod Christus ipse esset, & sciens, quia ille fidelis permanet, negare seipsum
non potest, mittens duos de discipulis suis, ait illi. Tu es qui uenturus es, an alium expecta
mus? ¶ Et respondens Jesus, ait illis. Euntes, renunciate Johanni, que audistis
& vidistis. Ceci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mor-
tui resurgunt, pauperes euangelizantur. Et beatus est, qui non fuerit scandaliza
tus in me. Illis autem abeuntibus, cœpit Jesus dicere ad turbas de Johanne.
Quid existis in desertũ videre? Harundinem vtẽo agitatã? Sed quid existis vide
re? Hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus re-
gum sunt. Sed quid existis videre? Prophetam? Ecce dico vobis, & plus q̃ pro
Malach. 3. phetam. Hic est enim, de quo scriptum. Ecce ego mitto angelum meum ante fa-
ciem tuam, qui preparabit viam tuam ante te. ¶ Diligenter animaduerte, ô lector siue
auditor, qualis, quàm rei uel tempori congrua fuerit responsio hæc. Deniq; in Malachia,
Ibidem. ubi scriptum est illud quod edixit, Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam qui
præparabit uiam tuam ante te, continuo sequitur. Et statim ueniet ad templum sanctum
suum dominator, quem uos quæritis, & angelus testamenti quem uos uultis. Ecce uenit,
dicit dominus exercituum. ¶ Forte optares, ô tu quicunq; es discipulus Iohannis, discipu-
lus gratiæ domini, necdum tamen perfectus ad cognoscendum, in quo sit constans illud
Psalm. jj. quod habes in psalmo totiens decantatum. Eloquia domini, eloquia casta, argentum igne
examinatum: optares (inquam) ut ad interrogationem istam, tu es qui uenturus es, an aliũ
expectamus, responderet, ego sum, nec alius est expectandus. Esset quippe responsio hæc
eloquium castum, argentum uerum: sed apud homines non uideretur eloquium castum,
non æstimaretur argentum igne examinatum: quippe quorum dijudicatio tam est iniqua,
Lucæ. 4 ut ipse sciens & prouidens diceret, maxime pro sua persona. Amen dico uobis, quia ne-
mo propheta acceptus est in patria sua, Sapiens igitur & ipsa sapientia, inde protulit suæ
responsiõis

responsionis eloquium castum, ubi nihil est dictum uel scriptum quod non sit argentum igne examinatum, nec audet dicere quisquam, nisi impius, quod non sit irrefragabiliter uerum. ¶Nunc igitur quoniam & nos discipuli sumus gratiæ domini, & dominus Iesus ad turbas loquitur de Iohanne, syllogismum amabilem perficiamus. Proponit ipse Christus. Hic est enim, de quo scriptum est. Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit uiam tuam ante faciem tuam. Assumamus nos. Sequitur autem protinus in eodem propheta. Et statim ueniet ad templum sanctum suum dominator, quem uos quę ritis, & angelus testamenti quem uos uultis. Concludant omnes turbæ Christianorum. Igitur iam non est expectandus alius, certissime enim iam uenit, qui expectabatur uentu ris dominator quem uos quærebatis ô serui domini: angelus testamenti quem uolebatis ô uos quibus & testamentum creditum fuit & promissio, eius spem in testamento ipso iste magni consilij angelus confirmauit, Iam (inquam) uenit statim quippe illum secundum ue ritatem scripturæ uenire oportuit, ubi missus est iste angelus ad hoc destinatus, ut pararet uiam ante faciem eius. ¶Si autem de facie dominatoris huius dubitatis & dicitis, ubi est ille uel quis est ille qui iam uenit, si uobis nõ sufficit index digitus dicentis, Ecce agnus dei, ac cipite aliud testimonium, quod huic testimonio scripturæ præmisit. Cæci uident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur. Hoc testimonium operum, quæ utiq; sunt opera Christi, quæ Iohannes in uinculis audi uit, quæ nemo alius nisi Christus facere potuit. Hoc (inquam) testimonium cum illo testi monio scripturæ collatum, ad quod misit nos dicendo de Iohanne, Hic est enim de quo scriptum ẽ, Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, non finit ignorare, nisi eum, qui uult istum Iesum à Nazareth, qui putabatur filius Ioseph, illum esse dominatorẽ & an gelum testamenti quem quærebatis, quem uolebatis. ¶ Hoc plane Iohannes quondam nesciebat, uidelicet quis homo, quali facie uel habitu inter homines ambularet, apud quos siue inter quos nutritus esset is qui rex Christus dici uel esse deberet, à quo mũdum uniuer sum & ipsum Iohannem baptizari oporteret. Sciebat tanquam propheta quod iam uenis set, sed nesciebat quis nam, ubi nam ille esset, prius quàm spiritus sanctus demonstraret eũ, descendens sicut columba, & manens super eum. Hinc ipse dicebat. Et ego nesciebam e um, sed ut manifestaretur in Israhel, propterea ueni ego in aqua baptizans. Item. Et ego nesciebam eum, sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit. Super quem uideris spi ritum descendentem sicut columbam, & manentem super eum, Hic est qui baptizat in spi ritu santo. ¶Hoc nimirum pro synceritate testimonium sui dixit, uolens scire auditores, quod non pro fauore humano testimonium illi perhiberet, testem idoneum esse designãs eum, qui in testificando non personam attendit, sed causam, ut ipse, qui in testimonio suo, cum sciret causam, nondum sciebat personam. Hoc (inquam) nesciebat, & salua prophe ticæ gratiæ magnitudine, nescire poterat quis homo, quali facie uel habitu esset Messias, id est Christus, quem uenisse constabat. Sic Samuel sciebat quidem de filijs Isai electum iam esse regem, locuto ad se domino, prouidi enim mihi in filijs eius regem, sed quis filio rum eius esset dei electus, nesciebat, in tantum ut diceret uiso Heliab. Num coràm domi no est Christus eius? Similiter in cæteris filijs ita suum executus est officium, & domini ex pectauit indicium, ut cum tandem ungeret Dauid, reuera dicere posset, & ego nesciebam eum. ¶ Ecce quod quærebat Iohannes interrogando dicens, tu es qui uenturus es. Hoc enim ille fidelis amicus quærebat, hoc intendebat, ut non contentus filius dei testimonio Iohannis, maiori testimonio manifestaret se, testimonio dei patris sui, quemadmodum a pud alium Euangelistam ipse dicit Iudæis. Vos misistis ad Iohannem, & ille testimonium perhibuit ueritati. Ego autem ab homine testimonium non accipio. Item. Ego autem ha beo testimonium maius Iohanne. Opera enim, quæ dedit mihi pater ut perficiam ea, ipsa opera, quæ ego facio, testimonium perhibent de me, quia pater me misit. Et cætera usque scrutamini scripturas, quia uos putatis in ipsis uitam æternam habere, & illæ sunt quæ testi monium perhibent de me. Quæ nam sunt opera quæ dedit pater in testimonium huic fi lio suo Iesu Christo, nisi ista quæ nunc dicit, cæci uident, claudi ambulant, leprosi mundan tur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur? Et quæ uel quales sunt scri

Syllogismus ex propheta Malachia.

Roma. 3. 9.

Testimoniũ ex operibus, Iohan. 5.

Lucæ. 3 Quũ Iohanni reuelatus est Christus

Iohan. 1.

Synceras testis Ioh. Bap.

1. Reg. 16.

Maius testimoniũ Iohanne, tũ ex opibus, tũ ex scripturis de Christo. Iohan. 5.

pturæ, quas ſcrutari præcipiens, & illæ ſunt (inquiens) quæ teſtimonium perhibent de mei
niſi quales hic deguſtare potes in iſto capitulo. Hic eſt enim de quo ſcriptū eſt, ecce ego mit
to angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit uiam tuam ante te: ſi tamen ſequen
tia perlegas. ¶ Ecce igitur, quod cupiebat Iohannes ex ore ipſius auditum eſſe teſtimoni
Pſalm. ijj8. um maius Iohanne, imò teſtimonia, de quibus recte dixerit Pſalmiſta. Mirabilia teſtimo
nia tua, ideo ſcrutata eſt ea anima mea. Sunt enim duo teſtimonia hic, alterum mirandoꝝ
operum, alterum in declaratiõe ſcripturarum. Vere mirabilia teſtimonia hæc, & ideo ſcru
Opa Chriſti plus ſpiritalr & corporalr facta reſpici debent. tari ea debet anima noſtra. ¶ Primū ita ſcrutandum eſt, ut non ſolummodo reſpiciamus eę
cos illos, qui tunc corporaliter illuminati uiderunt, claudos illos qui tunc corporaliter am
bulauerunt, leproſos illos qui tunc corporaliter mūdati ſunt, ſurdos illos qui tunc corpo
raliter audierunt, mortuos illos qui tunc in corpore reſurrexerunt. Ibi nanq; non perfectio
Iohan. 4. ſed initium erat operꝝ quæ dedit mihi pater (ait) ut perficiam ea. Vbi ergo uel quando per
Roma. 6 fecit ea? Nimirum in morte & reſurrectione ſua, quando mortem noſtram moriendo de
uicit, & uitam reſurgendo reparauit, ita ut iam non moriatur, mors illi ultra non domine
tur, quod & de nobis non incerti ſperamus. Et tunc dato ſpiritu ſancto perficit opera iſta,
quia uere cæci uident, claudi ambulant: qui nimirum cæci, qui claudi, qui leproſi, qui ſur
di, qui mortui, qui pauperes nos eramus, & hoc nobis multum debet ualere ad teſtimoniū
Lucæ. 7 huius reſpondentis pro ſe, quia per fidem eius uidemus, ambulamus, mundati ſumus, audi
j. Cor. j. mus, à morte peccati innumerabiles ſecundū exemplum Mariæ reſurreximus & ita euan
gelizati ſumus, ut qui pauperes eramus, diuites in uerbo & ſcientia facti ſumus. Prout po
tuit animus fidelis, limare atq; polire conatus eſt aurum loci præſentis, quatinus & inten
tionem Iohannis interrogantis, & maieſtatem Chriſti ad interrogata reſpõdentis, ex uer
bis ipſis ô lector ſiue auditor, ſplendidius apparentem agnoſcere poſſis. ¶ Nunc illud non
Apoca. j. præterire libet, quia teſtimonium teſti ſuo Iohanni pulchra uiciſſitudine reddens iſte teſtis
Quid exiſtis in deſertum fidelis, ualde congruum ſecundum rem ipſam initium ſumpſit. Quid (inquit) exiſtis in de
ſertum uidere. Sciendum quippe, quia cū diceret, tunc neq; Iohannes in deſerto, ſed in car
cere erat, neq; Chriſtus ipſe in deſerto, ſed in qualibet ciuitatum loquebatur ad turbas, de
Iohanne. Sic enim præmiſſum eſt, quia præcipiens apoſtolis ſuis duodecim, tranſiit ut do
ceret & prædicaret in ciuitatibus eorum. Ergo ad illum exitum turbarum reſpexit, & illi
Marci. j. us exitus turbas memores eſſe uoluit, de quo Marcus ita præſcribens, initium ſancti euan
Eſaiæ. 40 gelij Ieſu Chriſti filij dei, ſtatim ſubiunxit. Sicut ſcriptum eſt in Eſaia propheta, Ecce mit
to angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit uiam tuam. Vox clamantis in deſer
to, parate uiam domini, rectas facite ſemitas eius. Fuit Iohãnes in deſerto baptizãs & præ
dicans baptiſmum pœnitentiæ, in remiſſionem peccatorum. Et egrediebantur ad illum
omnis Iudęæ regio, & Hieroſolymitæ uniuerſi, & baptizabantur ab illo in Iordane flumi
ne, confitentes peccata ſua. Memorabiles illos exitus turbarum ipſa Iohannis uerba no
bis fecerunt: inter quæ illud maximum fuit, quod exiſtimante populo, & cogitantibus o
Iohan. j. mnibus in cordibus ſuis de eo, ne forte ipſe eſſet Chriſtus, confeſſus eſt & non negauit, &
confeſſus eſt quia non ſum ego Chriſtus. Propterea teſtis iſte fidelis, qui teſtimonium red
diturus eſt omnibus in die iudicij, & pro merito ſuo ſingulis: harundinem (inquit) uento a
gitatam exiſtis uidere? Non utiq;, quia non flexus eſt, non inani gloriæ ceſſit, & pro nihi
lo habuit popularem auram ſiue uentum tantæ exiſtimationis. ¶ Aliud fuit quod homini
Matth. j4. bus placere non curans, ipſum Herodem arguit, non licet (inquiens) tibi habere uxorem
Marci. 6. fratris tui. Propterea ſubiunxit. Sed quid exiſtis uidere? Hominem mollibus ueſtitum?
Non utiq;, quia ecce qui mollibus ueſtiuntur, in domibus regum ſunt. Iohannes autem
non in domo, ſed in carcere regis eſt. Homines mollibus ueſtiti, id eſt adulatores, qui re
gum ſuorum adulantur peccatis, tractabiles atq; ſuaues dominatoribus tanquam beneſi
cis, cum ſint iniqui, ſicut Herodes patrator adulterij, ecce in domibus conuiuij circa late
ra regalia comedunt & bibunt. Iohannes autem ſpinoſus, & aſpero ueſtitu armatus, ita ut
Eccl. jz. palpari non poſſit, iuxta illud. Verba ſapientium, quaſi ſtimuli, & quaſi claui, in altum de
fixi. Hic talis extra conuiuium in carcere clauſus eſt: nec aliter admittitur in illas domos re
gum, niſi ita, ut afferatur caput eius in diſco, ſaltatricis præmium, ſaltationis præcium.

¶ Duæ

¶Duæ istæ interrogationes, quibus singulis sine dubio subiungitur, non auditorem attentum fecerunt ad interrogationem tertiam, cui ipse qui interrogat subiungit hoc etiam modo. Sed quid existis uidere? Prophetam? Etiam dico uobis, & plus quàm prophetam. Et ita esse, ratione subiuncta protinus probat. Hic est enim (ait) de quo scriptum est. Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit uiam tuam ante te. Attentis nanq; auribus hic opus erat, ut audito hoc scripto, non solæ quæ tunc præsentes aderant turbæ, uerum etiam omnes populi siue gentes quæ hoc erant audituræ, oculos aperirent, circumspicerent, & perlegendo sequentia capituli huius, quorum supra iam meminimus, scirent quid uel quantum esset responsum ad intentionem interrogationis huius, tu es qui uenturus es, an alium expectamus? Et quid uel quantum hoc est? Nimiq; hoc tale uel tantum est, ac si diceret. Iohannes ante faciem meam officium agit angeli, quod uidelicet officium angeli, quantum distet ab officio prophetæ, debet scriba doctus quærere & proferre de scripturis sanctis. Quibus requisitis, audire & dicere poterit. ¶ Angelorum officium est, non solum res uenturas siue iam instantes pronunciare, uerum etiam ad certas mitti personas, per quas oporteat administrari res ipsas, & eorum corda præparare colloquiũ sui præparatione, qui digni sint operatione diuinitatis, quam oportet fidem, per quam iustus uiuit familiariter peruenire. In hoc officio primi, post uerbum promissionis, fuerunt illi tres angeli, qui apparentes Abrahæ in figura sanctæ Trinitatis, hospitio eius fuerunt recepti, loquente in ipsis domino, ac dicente, Reuertens ueniam ad te tempore isto, uita comite, & habebit filium Sara uxor tua. Nouissimus angelorum, qui eiusdem promissionis administratorii fuerunt, Gabriel ad Mariam missus est uirginem, ut præparabilem eius mentem præpararet annunciatione ista. Ecce concipies & paries filium. ¶ Porrò prophetarum officium fuit, promissionem eandem siue aduentum eius, absq; certis pronunciare personis. Exempli gratia. Audite ergo (ait Esaias) domus Dauid. Ecce uirgo concipiet & pariet filium, & uocabitur nomen eius Emanuel. Neq; iste, neq; quisquam alius prophetarum, ad certam aliquam personam missus est, ut tale quid euãgelizaret, nisi iste plus quàm prophetа Iohannes, qui ad hoc missus est, ut præsentem Christũ hominibus digito demonstrans, uiam ante faciem eius ipsa demonstratione præpararet. Pro hac excellentia Iohãnes, plus quàm propheta, & angelus est. Vnde adhuc testis iste fidelis, Iesus Christus, clarissima testificatione intonat. L. Amen dico vobis, non surrexit inter natos mulierum maior Johanne Baptista. Qui autem minor est in regno cœlorum, maior est illo. ¶ Nota & orbi uniuerso celebris atq; clarissima sententia hæc, hoc solo indiget, ut intentio quoq; tanti testimonij nota fit, id est, ut sciatur, quæ causa fuerit, ut eo potissimum loco uel tempore de præcursore suo dominus testimonium proferret tantæ magnitudinis. ¶ Quam ergo putamus fuisse causam, nisi magnam humilitatem beatissimi Iohannis? Ille nanq; plus quàm propheta, sciens sese non esse seruandum tempori illi, quo palàm prædicari deberet mysterium sacrosanctę incarnationis Iesu Christi filij dei, hoc ipsum asscribebat suę indignitati, ita ut diceret, prius quàm in carcerem missus fuisset. Qui post me uenturus est, fortior me est, cuius non sum dignus calciamenta portare. Nonne hoc ipsum dicebat apud se quando tenebatur in uinculis occidendus, & sic ad tempus illud non peruenturus? Nimirum fidelis amicus sponsi, beatos & omni honore dignos existimabat illos, quibus contingeret calciamenta illa portare, id est, incarnationis illius mysteriũ tempore oportuno palàm omni mundo prędicare, licet nullus ad plenum, sicuti est, tantę rei sacramentum poterit aut possit euoluere: seipsum autem illis beatis longè imparem, longè minorem, propter hoc ipsum, quia morte prœueniente futurum erat, ut non posset illa calciamenta portantium, hoc euangelium prędicantium, socius aut conuiator existere. Consolatum igitur illum existimate consolatione magnificentię huius, quia profecto, si non inter natos mulierum, nec inter Apostolos siue Euangelistas, qui utiq; nati mulierum sunt, surrexit quisquam maior Iohanne Baptista. ¶ Quis tandem ille est minor in regno cœlorum, qui maior est illo? Putas ne angelus minoris meriti, quo omnes angeli, quantumcunq; diuersi sint meriti aut ordinis, maiores sunt eo, quod ille minimi sit meriti? Sed illum nescimus, quis sit. Neq; enim scriptura de eiusmodi quicquam nobis annunciauit. Nunquid uero re-

Iohãnes prophetа & plus q̃ propheta.

Malneh. 3.

Angelorum officium.

Gene. 18. 17.
Ibidem. 18.

Lucæ. 1.

Prophetarũ officium.

Esaiæ. 7.

Magna humilitas Iohãnis.

Matth. 3.

gnum cœlorum de solis angelis, & non etiam de hominibus consistit? Solet etiam regnum cœlorum ecclesia præsens intelligi, ut illic. Mittet filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala. Neque enim in illa ecclesia cœlesti scandala erunt, quæ possint auferri. Ergo ne quisquis in isto regno cœlorum minimus, uel minimi est meriti, maior Iohanne erit? Nimirum iuxta hunc sensum contraria sententia obueniet, ut consequenter dicat. Inter natos mulierum non surrexit minor Iohanne Baptista. Quærendus est igitur ille minor in regno cœlorum, quis sit, & cito inuenitur, quia in ueritate ipse est qui hæc loquitur, CHRISTVS Iesus filius dei, minor uel minimus omnium nostrum, minor cunctis paruulis, humilior humilibus cunctis, miro modo ministrans ut minimus, regnans ut maximus, quemadmodum dicit. Qui maior est uestrum, erit minister uester. Item. Nam quis maior est, qui recumbit, aut qui ministrat? Nonne qui recumbit? Ego autem in medio uestrum sum, sicut qui ministrat. Et ego dispono uobis, sicut disposuit mihi pater meus, regnum, ea uidelicet dispositione, ut ibi tanto quisq; sit maior, quanto apud se est minor, id est humilior. ¶ Diceret aliquis, Vbi est illud regnũ? Aut quando ueniet illud regnũ cœlorũ? Ait ergo. L A diebus autem Iohannis regnum cœlorũ vim patitur, ⁊ violenti rapiunt illud. J Apud alium Euangelistam interrogatus idem dominus à pharisæis, quando uenit regnum dei, dixit eis. Non uenit regnum dei cum obseruatione, neque dicent, ecce hic aut ecce illic. Ecce enim regnum dei intra uos est. Plus aliquid hic dixit, attamen ad idem respicit. Cum enim prædicaret dicens. Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum, profectò nescientes mysterium regni dei, sæpe quærebãt, sæpius inter se conferebant, ubi nam esset aut quando ueniret illud regnũ dei. ¶ Proinde ipse uolens eos scire, quia regnum dei præsentia esset aduentus ipsius regis Christi, & quod in illud regnum introire, hoc esset, pœnitentiam agere secundum prædicationem uel testimonium Iohannis Baptistæ: & illic interrogatus à pharisæis, dixit. Ecce enim regnum dei intra uos est, & hic cogitationibus turbarum respondens, à diebus autem (inquit) Iohannis Baptistæ regnum cœlorum uim patitur, & uiolenti rapiunt illud. Ac si diceret, Non sicut olim, ita & nunc, regnum dei siue regnum cœlorum de longinquo uenturum expectatur, sed iam uenit, iam intra uos est, ita ut apprehendi possit, iamq; manu apprehenditur, manu rapitur, uim patiens à uiolentis, id est, à peccatoribus pœnitentibus, & hoc à diebus Iohannis Baptistæ, nam ante illum non ita erat. Ante eius dies prænunciabatur, & nondum uenerat. Hoc est quod continuo sequitur. L Omnes enim prophete, ⁊ lex vsque ad Iohannem prophetauerunt. Et si vultis recipere, ipse est Helias qui venturus est. Qui habet aures audiendi, audiat. J Prophetauerunt, id est, uenturum fore Christum, prænunciauerunt. Iohannes autem post omnes illos ueniens, non prophetat, ut illi, aut prænunciat, sed digito demonstrat. Statim ut ille uenit, uenisse constat regnum dei, secundum supra memoratam propheticam ueritatem, ubi præmisso ecce ego mitto angelum meum, & præparabit uiam ante faciem tuam, continuo sequitur, & statim ueniet ad templum sanctum suum dominator, quem uos quæritis, & angelus testamenti, quẽ uos uultis. ¶ Itaq; sicut iam dictum est, omnes prophetæ & lex usq; ad Iohannem prophetauerunt, subauditur de primo aduẽtu Christi siue regni dei à diebus autem eius usq; nunc, id est, quàm diu dicitur nunc, siue (ut Apostolus dicit) dum dicitur, hodie si uocem eius audieritis, scilicet ab illis diebus Iohannis usq; ad consummationem seculi, iam non prophetatur aut non prænunciatur, sed præsens adest regnum dei & uiolenti scilicet peccatores, qui propter peccata sua nihil iuris haberent in regno dei, fortes facti per spiritum humilitatis, qua Moyses homo mortalis uolentem iratsci deum, tenere potuit: rapiunt regnum dei pie uiolenti: & ipsum regnum dei uim patitur, & non quomodocunq;, sed libenter patitur uim eiusmodi, & hoc fit usq; nunc, id est, usq; ad consummationem seculi, Ita se habet res à diebus Iohannis. ¶ Et si uultis (ait) recipere, si uultis scripturam siue prophetiam spiritualem spiritualiter intelligere, dicentem. Ecce ego mitto uobis Heliam prophetam antequàm ueniat dies domini magnus & horribilis, & conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum, ne forte ueniam & percutiam terram anathemate. Si (inquam) uultis recipere, ipse est Helias qui uenturus est, id est, de quo

Matth. 13

Ille minor in reg. cœlorũ Christus. est.

Matth. 20. Lucæ. 22

Lucæ. 17

Matth. 4

Regnũ dei intra uos est.

Malach. 3.

Reg. cœl. uim patitur.

Hebræ. 4.

Exodi. 32.

Malach. 4

de quo legitis quia uenturus est. Helias utique non proprietate personæ, sed spiritu & uirtute. Magnum sacramentum, magnum mysterium. Propterea dicit. Qui habet aures audiendi, audiat. ¶ Hic iam forte quærat aliquis, quicunque est ille qui audiuit. Et si in cæteris Iohannes spiritum & uirtutem Heliæ habuit, nonne multum dissimilis uenit illi, saltem in zeli magnitudine? Helias nanque zelo zelatus sum (ait) pro domino deo exercituum, interfecerat enim gladio prophetas Baal, quadringentos & quinquaginta uiros, & ita non solum uerbo redarguis, uerum etiam ferro persecutus est impietatem regis Ahab, & uxoris eius Iezabel. Iohannes nihil tale fecit. Nam uere quidem sicut de Helia dictum est, ita & de Iohanne dicere conuenit, quia surrexit sicut ignis, & uerbum ipsius quasi facula ardebat. Verbi gratia, ut diceret. Genimina uiperarum, quis ostendit uobis fugere à uentura ira, facite ergo fructus dignor pœnitentiæ, iam enim securis ad radicem arborum posita est, & his similia: sed neq; securi neque gladio materiali quenquam percussit imò ipse gladio caput amisit in carcere Herodis & Herodiadis. Helias autem furorem Ahab & minas Iezabel curru igneo subleuatus euasit. Nonne ergo uel in hoc magna est dissimilitudo istorum scilicet Heliæ & Iohannis? ¶ Ad hæc ut breuiter respondeam, dicendum in primis, quia sicut dominus noster hic elocutus est, dicens. Omnes enim prophetæ & lex usq; ad Iohannem prophetauerunt, subauditur Christi aduentum, iam uero non est prophetandum, quia uenit quem prophetabant uenturum: ita ueraciter dicas, quia non solus Helias, sed & omnes sancti & iusti usq; ad Iohannem, recte & necessario sese gladijs accinxerunt, in gladio percusserunt, & sicut ante nos dictum est, uerberauerunt tyrannos, sacrilegos interfecerunt: A diebus autem Iohannis, nec ipsi Iohanni, nec alicui uiro spirituali proposito conceditur euaginare gladium. Sed conuerte (ait dominus) gladium tuum in locū suum, & quod uni Petro dixit, omnibus dicit, satis est, finite usq; adhuc. Et est sensus. † His usq; necessarium ⊥, ut omnes expectatores regni dei, quoniam nondum uenerat materialibus uterentur gladijs ob defensionem generis sui, cuius de carne iuxta promissiones oportebat uenire regnum dei: quod uidelicet genus eorum, si (ut uolebat diabolus) fuisset à gentibus extirpatum, non esset unde implerentur promissiones: sicut succisa arbore unde fructum speres. Itaque usq; huc, ait, subauditur, gladij necessarij fuerunt, iam finite satis est. Igitur partem istam spiritus Heliæ, quæ est zelo bono in gladio percutere, non requirimus in Iohanne, immò gaudemus in eo defuisse: quia temporis alterius Iohannes initium fuit, ita ut tempus superius respiciens, recte dicas pro causa quam dixi. Tempus occidendi, & tempus sanandi. Tempus belli, & tempus pacis. Hactenus iuxta intentionem interrogantis Iohannis respondens summa sapientia perorauit, & responsio eius per istam uiam, qua gradimur, lucem sparsit, ut uideamus, & non ignoremus illud, quod Iohannes discipulos suos scire uoluit, mittens illos ad interrogandum, tu es qui uenturus es, an alium expectamus. Tandem operæpreciū est scire conclusionem huiusce orationis, qualis sit. Ait. ⊥Cui autem similem existimabo generationem istam? Similis est pueris sedentibus in foro, qui clamantes cocqualibus dicunt. Cecinimus uobis, & non saltastis, lamentauimus, & non planxistis. Venit enim Johannes, neque manducans neque bibens, & dicunt, demonium habet. Venit filius hominis, manducans & bibens, & dicunt, Ecce homo uorax & potator uini, publicanorum & peccatorum amicus. Et iustificata est sapientia a filijs suis.⊥ Sensus iste est. Dixi uobis de Iohanne, quia angelus, quia Helias est, angelus non societate naturæ, sed officij dignitate. Helias non proprietate personæ, sed spiritu & uirtute. Et si habetis aures audiendi, cōsequenter audire & intelligere debuistis, quia ego sum dominator quē uos quæritis, & angelus testamēti quē uos uultis, & nūc ueni pro salute generis humani, anteq; ueniet dies meus, dies iudicij magnus & horribilis. Vos aūt neq; p̄cursionē eius neq; aduentū meū suspere parati estis, aut parari uultis, contra uosmetipsos diuisi, & q̄ imparati estis finis utriusq; probabit, finis meus finis Iohannis. ¶ Cui ergo similem dicam generationem istam: cuius tempore & Iohānes quasi angelus p̄uenit, et ego dn̄ator statim ueni, triginta annos & paulo plus uobiscum morati, qui sunt dies unius generationis? Si-

Quæstio.

3. Reg. 19.

Eccl. 48.

Matth. 3.

Marci. 6.

4. Reg. 2

Responsio de usu gladij.

Matth. 26

Lucæ. 22.

ego † Huc addo ⊥ fuit,

Eccl. 3.

Pueri stulti, Iudæi.

milis est pueris sedentibus in foro, & cætera. Quàm boni pueri, qui dicunt, cantauimus, lamentauimus: q̃ mali & q̃ stulti pueri, quibus dicunt, non saltastis, nõ planxistis. ¶ Puerorũ cantantium primus & præceptor optimus erat ipse dominus noster Iesus Chrũs, de quo deus pater in Esaia loquitur. Ecce puer meus, exaltabitur, & eleuabitur, & sublimis erit ualde. Et alibi puer idem ipse dicit. Ecce ego & pueri quos mihi dedit deus. Huiusmodi puerorum cantatio fuit, quam puer iste primus sic incepit, ut cum publicanis & peccatoribus manducaret, quatenus per hanc benignissimam condescensionem beniuoli redderentur ad audiendum bonum nuncium, scilicet paratam sibi esse remissionem peccatorum. Ad huiusmodi cantationem Iudæi non saltauerunt, non exultauerunt, non in bonis operibus sese excitauerunt, immò cantanti huic & pueris eius, scilicet Apostolis, inuiderũt, & ipsum maxime blasphemauerunt. Propterea dicit. Venit filius hominis manducans & bibens, & dicunt. Ecce homo † uorans, & potator uini, publicanorum & peccatorum amicus. ¶ Puerorum lamentantium primus uel maximus erat Iohannes, qui peccatis arguendis asperrimus, Genimina (inquit) uiperarum quis ostendit uobis fugere à uentura ira. Erat autem uestitus pilis cameli, & zona pellicea circa lumbos eius, & locustas & mel syluestre edebat. Hoc totum lamentatio erat. Ad huiusmodi lamentationem non plaxerunt quia pœnitentiam non egerunt, immò & uelut insanum detestati sunt. Propterea dicit. Venit Iohannes neque manducans neque bibens, & dicunt. Dæmonium habet. Nonne ergo inexcusabilis est generatio hæc? Plane inexcusabilis, ut stulti pueri. Deus autem uel sapientia dei non est unde arguatur, ita ut constanter dicere possit. Quid ultra debui facere tibi & non feci? Propterea dicit. Et iustificata est sapientia à filijs hominum. Iustificata ueraciter iustificatione illa, quam Psalmista desyderans dicebat. Vt iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cum iudicaris. Vere magna & gloriosa iustificatio, cuius apostolus hoc modo meminit. Quid enim si quidam illorum non crediderunt? Nunquid incredulitas illorum fidem dei euacuauit? Absit. Est autem deus uerax, omnis autem homo mendax, sicut scriptum est, ut iustificeris in sermonibus tuis & uincas cum iudicaris. Poterat ergo dicere sic, & iustificatus est in sermonibus suis deus, fideliter adimplendo, quod patribus promisit, proximus factus per assumptionem carnis generationi huic ingratæ & mendaci: sed quia de pueris similitudinem proposuerat, dicere maluit & iustificata est sapientia à filijs suis: quia uidelicet pueri qui dicunt, cantauimus, lamentauimus, ipsi sunt filij sapientiæ, & ipsorum cantare siue lamentari est, iustificari, laudare & glorificare sapientiam dei, cuius summum opus est incarnatio siue aduentus filij dei. ¶ Tunc cœpit Iesus exprobrare ciuitatibus, in quibus facte sunt plurime uirtutes, quia non egissent pœnitentiam. Ue tibi Corozaim, ue tibi Bethsaida. Quia si in Tyro & Sydone facte essent uirtutes, que facte sunt in uobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egissent. Ueruntamen dico uobis, Tyro & Sydoni, remissius erit in die iudicij quàm uobis. Et tu Capharnaum nunquid usq; in cœlum exaltaberis? Usq; in infernum descendes. Quia si in Sodomis facte fuissent uirtutes, que facte sunt in te, forte mansissent usque in hanc diem. Ueruntamen dico uobis, quod terre Sodomorum remissius erit in die iudicij quàm tibi. ¶ Miro modo post illam sententiam, quam dixit, & iustificata est sapientia à filijs suis, ita subiunctum est, tunc cœpit exprobrare ciuitatibus illis. ¶ Nam uere capitulum hoc magnum est, & à sanctis patribus scrupulose tractatum, qui utique sapientiæ filij, sapientiam eandem in omnibus iustificare studuerunt. Ecce enim quasi oppositum. Si (inquit) in Tyro & Sydone factæ essent uirtutes, quæ factæ sunt in uobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egissent. Si in Sodomis factæ fuissent uirtutes, quæ factæ sunt in te ô Capharnaum forte mansissent usque in hanc diem. Cur ergo illuc uel illuc prædicatores non misit. Cur uirtutes, quatenus fierent in eis, non procurauit? Itaque consequens uisum est, quod illos saluos fieri noluerit: & deficiente ratione hoc solum sufficere nobis uoluerunt, quia cuncta dei iudicia iusta sunt, & quia nemo potest uniuersum eorundem iudiciorũ dei penetrare profundum. ¶ Sed nos excitati quorundam modernorũ importunitate, qui sentire uisi sunt contra illam apostoli sententiã, Qui omnes homines uult saluos fieri, & ad agnitionẽ ueritatis

Puerorũ cantantiũ primus, Christus.

Esaiæ. 42.

Esaiæ. 8.

lege † uorax

Lucæ. 3. Matth. 3

Psalm. 50

Roma. 3.

Psalm. 94.

Locus difficilis.

Roma. 11.

1. Timo. 2

ueritatis uenire: animaduertimus, non consequi, quod illos deus saluos fieri noluerit, scilicet Tyrios & Sydonios atq; Sodomitas † per quas ad pœnitentiam agendam excitaretur, non procurauit. Hoc potius consequenter intelligi debet, quod de illorum pœnitentia nō curauit. Nunquid enim quæuis pœnitentia curæ esse debet deo altissimo? Non utiq;, sed pœnitentia illa quæ est secundum deum, qualem tunc ipse prædicare incipiebat, dicens, Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. ¶ Est autem alia pœnitentia secundum seculum, qualem agere potuit impius Achab, scindens uestem suam, & operiens cilitio carnem suam, ieiunansq; & dormiens in sacco & ambulans demisso capite propter sermones Helię quos dixerat, si mortuus fuerit Achab in ciuitate, comedent eum canes: si autem mortuus fuerit in agro, comedent eum uolucres cœli. Nunquid iste pœnitentiam egit propter regnum cœlorum? Non utiq;, sed propter regnum terrenum, propter uitam præsentem, & ne insepultus proiceretur contra honorem regium. ¶ Similiter Niniuitæ nunquid pœnitentiam egerunt propter regnum cœlorū? Non utique, sed propter hoc tantum, ne subuerteretur illa Niniuæ. Nunquid uero pœnitentiam pro causa huiusmodi agere, id est, quod saluum fieri, uel saluum esse? Illa nanq; pœnitentia salutem affert quæ secundum deum est, quæ pro spe agitur seculi uenturi, pro metu gehennæ, pro amore uitæ æternæ. ¶ Vnde diligenter notandum, quia non dixit, si in Tyro & Sydone, si in Sodomis factæ fuissent uirtutes quæ factæ sunt in uobis, salui fuissent: sed olim (ait) in cilicio & cinere pœnitentiam egissent, & forte mansissent usq; in hanc diem, quorum neutrum idem est ac si diceret, salui fuissent. Vt igitur & in isto non solum fideliter, uerum etiam scienter iustificata sit sapientia à filijs suis, quærenda erat diligentius intentio præsentis capituli, & deo dante, citius occurrit. ¶ Intendit enim demonstrare dicēdo hæc dominus noster, ludæos cunctis gentibus, etiam infidelibus, esse deteriores, Duo enim illis prædicabat, & ut crederent, uirtutes faciebat, scilicet & temporale excidium loci uel gentis, quod futurum erat, & factum est à Romanis: & æternam pœnam gehennæ ignis, quæ in die iudicij parata est diabolo & angelis eius, & hominibus impijs. Cum utrunque prædicaret ludæis, pœnitentiam non egerunt. Vnum uerbum si fuisset prædicatum Sodomitis, Tyris ac Sydonijs, cum testimonio tantarum uirtutum, scilicet temporale exterminium, quod passuri erant, pœnitentiam egissent sicut & prophetis dominus dicere solebat. Exempli gratia. Et si ad illos mitterē te ipsi audirent te, domus autem Israhel nolunt audire te, quia nolunt audire me. Et hoc in Niniuitis probatum est. ¶ Porrò alterum, si tunc prædicatum illis fuisset regnum dei, non credidissent neque pœnitentiam egissent, Vnde nec fuissent salui, & iccirco prædicatores eis mittere non curauit. His dictis proquæstione difficili, nunc ipsa scrutemur uerba præsentis capituli. ¶ Væ tibi (inquit) Corozain, uæ tibi Bethsaida. Quoniam Corazaim interpretatur hoc mysterium meum, pulchre per hoc ipsum uocabulum commonemur, in his uerbis sensum sequi mysticum, incipientes ab interpretatione nominum. Corozaim ergo, cui uę, interpretatur (ut iam dictum est) hoc mysterium meum, generationis illius, contra quam maxime loquitur, significat superbiam siue sapientiam uanam, cui dum absconduntur hæc (ut postmodum dicturus est) nimirum quodammodo dicitur hoc mysterium meum uobis absconditum, non uobis, sed paruulis reuelandum. Bethsaida, cui similiter uæ, interpretatur domus frugum, siue domus uenatorum, & illorum significat auaritiam, quos eijciens, scriptum est, ait, domus mea domus orationis uocabitur, uos autem fecistis illam speluncam latronum. Capharnaum, cuius exaltationem percutiens, Descendens (ait) usque in infernum, interpretatur uilla consolationis: & eos omnes denotat, qui ab isto seculo capiunt consolationem. Exempli gratia, ut ille diues, qui dicebat animæ suæ, anima habes multa bona posita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare, & his dictis quasi exaltatus in cœlum, eadem nocte descendit usque in infernum. Talium quales istis tribus nominibus denotantur, notissimi generationis illius pueri fuerunt, quia non per ignorantiam, sed per superbiam & per inuidiam saltare noluerunt, & propter auaritiam plangere noluerunt ad euangelicæ prædicationis cantum siue lamentum. ¶ Econtra gentes, quæ ignorabant & errabant & audito Euangelio uisis; q; uirtutibus credituræ erant, per hæc nomina mystice designantur, Tyrum, Sy-

addo † dū in eis fieri uirtutes, Matth. 4

3. Reg. 21.

Ionæ. 3.

Iudæi cunctis gentibus deteriores.

Ezech. 3

Ionæ. 3.

Corozaim

Bethsaida.

Matth. 21 Iohan. 2 Capharnaū.

Lucæ. 12

rum Sydonem & Sodomam. Tyrus nanque anguſtia, Sydon uenatio, Sodoma mutaſiue ſilens pecus interpretatur. Talis erat gentilitas. Erat enim in anguſtia, uidelicet, ſicut Tyrus mari, ita profundo ignorantiæ circumdata. Erat uenatio, ſcilicet malignorum ſpirituum, quaſi deorum, ut putabat, laqueis irretita. Erat muta uel quaſi pecus ſilens, quia ſola quæ carnis ſunt ſapiens, ea quæ ſunt ſpiritus, cogitare aut loqui neſciebat. ¶ Talium ante aduentum Chriſti nonnulli, ſcilicet Niniuitæ, pœnitentiam egerunt pro ſolo metu tẽporalis exterminij: poſt aduentum uero eiuſdem Chriſti, quàm multæ gentes pro ſolo auditu iudicij uel ſeculi uenturi, Iudæis in incredulitate perſeuerantibus, cum utrunq; (ut ſupra iam dictum eſt) prædicatum fuiſſet eis. In his & in cæteris huiuſmodi iudicijs iuſtificatur ſapientia à filijs ſuis, & non à ſemetipſis, ſed ex reuelatione ſupernæ gratiæ hoc habent, ut eam iuſtificare norint. Vnde protinus Euangeliſta ſubiungit. ⌊ In illo tempore reſpondens Jeſus dixit. Confiteor tibi pater domine cœli & terre, quia abſcondiſti hec a ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. Ita pater quoniam ſic fuit placitum ante te. ⌋ Ad ea, quæ ſibi in ſcripturis dici nouerat, qualium unum eſt illud, quod ſupra demonſtrauit, ecce ego mitto angelum meũ ante faciem tuam, qui pparabit uiam tuam ante te: reſpiciebat ut diceret, Confiteor tibi pater domine cœli & terræ, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. Et iccirco pulcherrime atque ſanctiſſime dictum eſt, in illo tempore reſpondens Ieſus, De his maxime ſcripturarum uocibus, quæ ex perſona patris ad filium uel de filio proferuntur, illud ſciendum, quia tanta tamq; glorioſa continent ſacramenta, ut pro ipſis confeſſione, id eſt laudatione, merito reſpõdere debuerit ipſe filius, Exempli gratia, ut ẽ illud, Exurge gloria mea, exurge pſalterium & cythara. Huic dicto ex perſona patris reſpondens filius, Exurgam (inquit) diluculo, ſtatimq; ſequitur, Confitebor tibi in populis domine, & pſallã tibi in nationibus. Et in alio pſalmo dicit. Propterea confitebor tibi in nationibus domine, & nomini tuo pſalmum dicam. Præmiſerat autem de paruulis quidem, quibus hæc reuelanda erant, populus quem non cognoui ſeruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi: de ſapientibus autem & prudentibus, quibus hæc abſcondita & abſcondenda erant, filij alieni mentiti ſunt mihi, filij alieni inueterati ſunt, & claudicauerunt à ſemitis ſuis. Igitur ſecundum ſcripturas ueritatis loquens & confitens, id eſt laudans, poſtquam contra ſuperbos dixit, cantauimus uobis & non ſaltaſtis, lamentauimus & non planxiſtis, quaſi conſolatus conſolatione, quam per prophetam prædixit hoc modo, Heu, conſolabor ſuper hoſtibus meis & uindicabor de inimicis meis: quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. Et repetens appellationem reuerendam pro rei magnitudine, ita (inquit) pater, quoniam ſic fuit placitum ante te. Vtique hæc dicens & ita confitens, facit ipſe primus & princeps quod dixerat, & iuſtificata ſapientia à filijs ſuis, iuſtificat enim aſſumptus homo in iudicijs ſuis. ¶ Et notandum, quod deum creatorem omnium, patrem ſuum, cœli autem & terræ dominum uocat. Eius enim ſolius natura deus pater eſt, cœli autem & terræ, id eſt, omnium uiſibilium atque inuiſibilium, dominus eſt. Sequitur.

⌊ Omnia mihi tradita ſunt a patre meo. Et nemo nouit filium, niſi pater, neq; patrem quis nouit, niſi filius, & cui voluerit filius reuelare. ⌋ Quorſum tẽdit hæc ſumma enunciatio? Eo nimirum ut animaduerterent audientes, quod non eſſet ipſe (ut putabatur) filius Ioſeph, imò eſſet filius omnipotentis, omnia in poteſtate habentis dei, & poterat quidem dicere ſic, non ſum filius Ioſeph, ſed ſum filius dei: ſed inuidiam maiorem excitaret hic modus locutionis. ¶ Maluit ergo dicere, omnia mihi tradita ſunt à patre meo. In quo dicto ſonus ſuauior, et ſenſus idem eſt. Nemo enim, niſi ſolus deus omnia tradere poteſt filio ſuo. Hoc ipſum autem cũ autoritate ſcripturæ dicit. Exempli gratia. Aſpiciebam (inquit Daniel) in uiſu noctis, et ecce in nubib⁹ cœli quaſi filius hominis ueniebat, et uſq; ad antiquum dierum peruenit, et in conſpectu eius obtulerunt eum, et dedit ei poteſtatem et honorem et regnum, et omnes populi, tribus, et linguæ ipſi ſeruient. Amplius aũt ex eo, quod ſequitur, demonſtrat lõge ſupra eſſe, quàm ſi eſſet (ut putabatur) filius Ioſeph. Et nemo (inquit) nouit filium, niſi pater, neq; patrem quis nouit, niſi filius, et cui voluerit filius reuelare. Nonne hominem illum, qui hæc loquebatur, ſe noſſe arbitrabantur, imò nimis

Malach. 3. In illo tpe rñs dens Iheſus. Pſal. 56. j07. Pſalm. j7 Eſaiæ. j. Lucæ. 3. Omnia mihi tradita ſunt. Danie. 7

filius reuelare. Nonne hominem illum, qui hæc loquebatur, se nosse arbitrabantur? imò nimis illum se nosse putabant, maxime homines patriæ eius, unde & postmodũ scriptum est. Et ueniens in patriam suam, docebat eos in synagogis eoꝝ, ita ut mirarentur & dicerẽt Vnde est huic sapientia hæc, & uirtutes? Nonne hic est fabri filius? Nõne mater eius dicitur Maria, & fratres eius Iacobus & Ioseph & Symon & Iudas. Et sorores eius nónne apud nos sunt? Vnde ergo huic omnia ista? Et scandalizabantur in eo. Adeo totum se nosse illum putabant, & male putabant. ¶ Oportune ergo ipse qui (sicut Apostolus ait) si nos negauerimus eum, fidelis permanet, negare seipsum non potest, oportune (inquam) & ut omni mundo necessarium erat, confitetur quia filius dei sit. Nam uere illi, qui aures illas quas ista dicturus requirebat dicens, qui habet aures audiendi, audiat: Confessio ista confessio magna est, quia sicut de Iohanne narrat Euangelista, dum interrogaretur, tu quis es & confessus est & non negauit, & confessus est, quia non sum ego Christus: ita & secundum confessionem istam ubi hic interrogatus, tu es qui uenturus es, an alium expectamus? confiteor (inquit) tibi pater, &c. recte dicat prudens auditor, quia confessus est & nõ negauit, & confessus quia ego sum Christus filius dei. ¶ Nec uero sensus iste priorem destruit, quo cum dicimus confessionem pro laude accipi, solemus uti testimonio uerbi præsentis, quo dixit, confiteor tibi pater, quia uere laus est ei confessio ueritatis, quam in illo tempore confiteri cœpit, confitendo se esse filium dei uerbis istis, omnia mihi tradita sunt à patre meo, & nemo nouit filium, nisi pater, neq; patrem quis nouit, nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Et in confessione hac perseuerauerit usq; ad mortem, ubi & coràm Pilato dixit, Ego in hoc natus sum, & ad hoc ueni in mundum, ut testimonium perhibeam ueritati. Et coràm principe sacerdotum, dicente, Adiuro te per deum uiuum, ut dicas nobis si tu es CHRISTVS filius dei, Respondit, Tu dixisti. Pro hoc nomine martyrizatus est ipse testis fidelis, clamantibus Iudæis ad Pilatum. Nos legem habemus, & secundum legem debet mori, quia filium dei se fecit. Et ne quis dubitet testimonium illud recte confessionem dici. Paulus Apostolus ad Timothæum dicit. Præcipio tibi coràm deo, & qui uiuificat omnia & Christo Iesu, qui testimonium reddidit sub Pontio Pilato bonam confessionem, ut serues mandatum. Vere bona confessio, qua ueritas incarnata simul utrunq; asserit, uidelicet & quod ipse Iesus Christus filius dei sit, et quod utraq; † scilicet diuina pariter et humana, non duæ personæ, sed una persona sit. Non enim dicit, omnia mihi tradita sunt à patre uerbi mihi insiti, sed à patre meo inquit: cum utiq; constet, quia diuina CHRISTI natura, uerbum deus nihil unquam non habuerit, sed humanæ tantum naturæ traditum sit, quod ante non habuerat, scilicet omnis potestas in cœlo et in terra. ¶ Interea sciendum, quia sicut, ubi dixit, neque patrem quis nouit, nisi filius, subiunxit, et cui uoluerit filius reuelare: ita ubi præmisit, et nemo filium nouit, nisi pater, subaudire oportet, et cui uoluerit pater reuelare. Nam sicut de reuelatione, qua patrem reuelat filius testimonium hoc habemus. Pater manifestaui nomen tuum hominibus quos dedisti mihi, et cætera huiusmodi: ita et de reuelatione, qua filium reuelat pater testimonium illud habemus. Beatus es Symon Bar Iona, quia caro et sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui in cœlis est. Ipsius autem reuelationis operatio, sancti spiritus aspiratio est, per quem cognoscitur filius, cognoscitur pater, cognoscitur et ipse qui unus amborum spiritus est. In qua reuelatione quantæ diuitiæ, quanta consolatio sit, ex uerbis sequẽtibus uult intelligi. ¶ Uenite ad me omnes qui laboratis ⁊ onerati estis, ⁊ ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos, ⁊ discite a me, quia mitis sum ⁊ humilis corde, ⁊ inuenietis requiem animabus vestris. Jugum enim meum suaue est, ⁊ onus meũ leue. ¶ Quàm uera sint ista, ille scit qui experiri meruit, qui postq̃ laborauit et oneratus fuit, uocẽ hanc audiuit inuitantis, et refectus est. Exẽpli gratia. Paulus Apostolus, qui dixit, quia scriptũ est quod oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascẽdit, q̃ præparauit deus his qui diligunt illum, statimq; subiũxit, nobis aũt reuelauit deus per spiritum suum, ipse expertus est. Laborauerat em̃ in eo maxime quod adhuc spirans minaꝝ et cædis in discipulos domini, persequebatur eos usq; ad mortem, alligans et tradens in custodias uiros ac mulieres, et oneratus fuerat non solum onere peccatorum, uerum etiam

onere

Matth. j3.

Bona & optũna confessio Chr̃i de seipõ 2. Timo. 2.

Iohan. j.

Iohan. j8

Matth. 26

Iohan. j9

j. Timo. 6.

ad. † natura

Et pater reuelauit & filius.

Iohan. j7

Matth. j6.

j. Cor. 2.

Actu. 9.

Actu. jx. onere quod portare contendebat cæremoniarum carnaliũ, quod neq; patres nostri (ait Petrus Apostolus) neq; nos portare potuimus. Audiuit beatam inuitationem hanc, & uenit, & refectus est. Non quidem iam tunc pleno conuiuio satiatus est, sed paruo interim gustu refectus, donec ueniret quod perfectum est. Quid putas illa perfectio uel quantũ habet suauitatis? Quantum reficit? Paruus iste gustus, uere fateor & nõ incertus credo, quia nullo potest exprimi eloquio. Sentiri potest, edici nõ potest. Quãto magis illa perfectio? Et quotus quisq; est, qui illud quoq; quod sequitur, digne possit appendere? ¶ Tollite (ait) iugum meum super uos, & discite à me quia mitis sum & humilis corde. O laborantes, ô onerati, qui cum iugo peccati & onere mortalitatis, quod commune est humano generi, regum quoq; uel dominorum dura imperia sustinuistis, quales potius feræ quàm homines merentur dici, sicut hactenus apud Danielem præsignatum per quatuor facies ferarũ, leonæ & ursi, pardi & illius sine nomine bestiæ terribilis atq; mirabilis, dentes magnos, dentes ferreos habentis, ò uos (inquam) defessi ac detriti iugo dominorum huiusmodi, uenite (ait) ad me, & ego reficiam uos. Ecce facies mea facies est hominis, & ecce ego sum ille filius hominis, qui post illas feras ueni in nubibus cœli, & usq; ad antiquum dierum perueni antiquum dierum patrem meum, cui nunc confitens dico, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Non sum ut feræ illæ, sed homo sum, mitis & humilis corde. Sub iugo illorum, non hominum, sed ferarũ, laborastis & onerati fuistis sub iugo meo inuenietis requiem animabus uestris, quia iugum meum suaue est, & onus meum leue: ita ut scienter dicatis, quia nosse me uiuere, & mihi seruire regnare est. ⊥ In illo tempore, Abijt Jesus sabbato per sata, Discipuli autem eius esurientes, cœperunt uellere spicas & manducare. Pharisei autem uidentes, dixerunt ei. Ecce discipuli tui faciunt quod non licet eis facere sabbatis. At ille dixit eis. Non legistis quid fecerit Dauid, quando esurijt, & qui cum eo erant, quomodo intrauit in domum dei, & panes propositionis comedit, quos non licebat ei edere, neq; his, qui cum eo erant, nisi solis sacerdotibus? Aut non legistis in lege, quia sabbatis sacerdotes in templo sabbatum uiolant, & sine crimine sunt? Dico autem uobis, quia templo maior est hic. Si autem scire tis, quid est misericordiam uolo & non sacrificium, nũquam condemnassetis innocentes. Dominus est enim filius hominis etiam sabbati. ⊥ O uos paruuli, quibus pater ista reuelauit, quid uobis per istam rem gestam reuelatione dignum emicuit? Multa enim alia fecit dominus Iesus, quę scripta nõ sunt, & si scriberentur per singula, nec ipsum (ait Euangelista Iohannes) arbitror mũdum capere eos, qui scribendi sunt libros. ¶ Quare ergo de multis quę scripta nõ sunt, inter pauca istud conscribi dignum fuit, quod abijt dominus Iesus sabbato per sata, & discipuli eius esuriẽtes, cœperunt uellere spicas & manducare? Pharisæi autem uidentes, dixerunt ei, ecce discipuli tui faciũt qđ non licet eis facere sabbatis? Quare (inquã) nisi quia responsio quã respondit eis, multum pertinet ad uenerabilem confessionem illam, qua (ut iam dictũ est) confessus est se esse filium dei, sic incipiens, confiteor tibi pater domine cœli & terrę, quia abscondisti hęc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Dixit enim. Dico autem uobis, qui templo maior est hic. Item dixit. Dominus est enim filius hominis etiã sabbati. Nobis scire hæc expediebat, & iccirco scripta sunt, & scribi debuerunt tanta hæc magestatis eius præconia. ¶ Quantum enim hoc est quod ait, dico uobis, quia templo maior est hic? Nam propter honorem nominis diuini, magnum quid est templum, ita ut reuerẽtiam debeat templo quicunq; cupit esse subditus, & reuerentiam præstare deo. Nimirum cum dicit, templo maior est hic, nec altare excipit, quo procul dubio nihil maius est quàm deus, cuius altare est. Nam propter nomen domini, cui specialiter altare dicatum est, omni creaturæ ipsum altare reuerendum est. Ergo dum dei filium sese hoc dicto cõfitetur, qui ueraciter templo uel altari iccirco maior est, quia deus. ¶ Cũ item dicit, Dominus est enim filius hominis etiam sabbati, profectò omnium dominum & deum sese esse uenerabiliter astruit. Nullus est enim dominus sabbati, nisi deus ipse, qui sabbatum constituit. His dictis pro gloria illius iam dictæ confessionis, consyderanda sunt duo hæc argumenta innocentiæ, quibus discipulos defendit, dicens, Si autem scire tis quid est, misericordiam uolo & non sa-

Iugũ dñi suaue & onꝰleue

Danie. 7

CAP. XII

j. Reg. xj

Exodi. xx.

Osee. 6.

Iohan. xxj

Quæstio

Responsio.

Templo maior est hic.

Dñs est filius hois etiã sabbati.

non sacrificium, nunquam condemnassetis innocentes. ¶ Primum est quod ita dixit. Non legistis quid fecerit Dauid, quando esurijt, & qui cum eo erant, quomodo intrauit in domum dei & panes propositionis comedit, quos non licebat ei edere, neq; his qui cum eo erant, nisi sacerdotibus solis. Duo tunc Dauid fecisse legitur: quorum in altero sacerdotẽ, qui panes propositionis esurienti dedit, misericordia iustificat: & eũ, qui comedit, necessitas excusat. In altero aut semetipsum Dauid idem iure accusat, dicens ad eum qui residuus erat, scilicet Abiathar. Sciebam in die illa, quod cum ibi esset Doech Idumæus, proculdubio annunciaret Saul. Ego sum reus omnium animaꝝ patris tui. Fefellerat eum enim dicens. Rex præcepit mihi sermonem & dixit. Nemo sciat rem propter quam à me missus es, &c. Hæc iccirco dixerim, ne non satis congruum uideatur, induxisse sermonẽ pro argumento innocentiæ discipulorum spicas sabbato uellentium & manducantium. Nam dominus quid in illa re historica suo iudicio defenderit, satis indicat, dicendo. Si autem scires, quid sit, misericordiam uolo & non sacrificium, nunquam condemnassetis innocentes. Quæ sententia de propheta Osee sumpta, sicut illum sacerdotem de misericordia iustificat, qui melius existimauit esurienti laico dare panes propositionis, quàm obseruare ritũ illius sacrificij: sic econtra de inclementia condemnat pharisæos, qui mallent discipulos Christi fame perire, q̃ spicas sabbato uellendas concedere. ¶ Secundum siue alterum innocentiæ discipulorum eius argumentum hoc est. Aut non legistis in lege, quia sabbatis sacerdotes in templo sabbatũ uiolant, & sine crimine sunt. Violant (ait) uidelicet secundũ usum præiudicij uestri. Nam reuera non uiolant in priori tabernaculo semper introeuntes & sacrificiorum officia consummantes. Per singulos dies, ait lex, iugiter annos agnicu los duos, unum mane agnum, & alterum uespere decimam partem similæ conspersę oleo tuso, quod habeat mensuram quartam partem Hin, & uinum ad libandum eiusdem mensuræ in agno uno. Alterum uero agnum offeres ad uesperam, iuxta ritum matutinæ oblationis. Hoc agentes sabbato æque ut prima uel secunda sabbati profecto sabbatum uiolãt si omne opus absq; ulla exceptione sabbati uiolatio est. Quid em̃ operosius est, spicas uellere, an duos agnos anniculos cædere & pelles eorum detrahere, & eos cum libamentis suis offerre mane & uespere? ¶ Sed ita demũ sabbatum uiolatur, si quis faciat seruile opus. Seruilis operis diffinitio uera, est præcepti contemptus. Exempli gratia. Cum essent filij Israhel in solitudine, & inuenissent hominem colligentem ligna die sabbati, obtulerunt eum Moysi & Aaron & uniuersæ multitudini. Qui recluserunt eũ in carcere, nescientes quid super eo facere deberent. Dixitq; dominus ad Moysen. Morte moriatur homo iste, obruat eum lapidibus omnis turba extra castra. Cunq; eduxissent eum foras, obruerunt lapidibus & mortuus est, sicut præceperat dominus. Opus illius hominis non ex ignorantia, nõ ex infirmitate, sed ex superbia uenit, & peccatum eius contemptus fuit. Recte ergo tanq̃ sabbati uiolator mori debuit, secundum sententiam hanc ibidem præscriptam. Anima uero quæ per superbiam aliquid commiserit, siue ciuis sit ille siue peregrinus, quoniã aduersus dominum rebellis fuit, peribit de populo suo. Verbum em̃ domini contempsit, & præceptum illius irritum fecit, iccirco delebitur & portabit iniquitatem suã. ¶ Diceret aliquis illorum. Iccirco sacerdotes sabbato hæc facientes sine crimine sunt, quia faciunt in tẽplo domini, ex præcepto eius qui dominus est etiam sabbati. Ad hæc ille: Dico uobis, quia tẽplo maior est hic, & dominus est filius hominis etiam sabbati. Quibus uerbis si non credis ô tu quisquis es, operibus crede. Sequitur em̃. ⊥ Et cum inde transisset, uenit in synagogam eorum: Et ecce homo habens manum aridam. Et interrogabant eum dicentes, si licet sabbatis curare, ut accusarent eum. Ipse autem dixit eis. Quis erit ex vobis homo, qui habet ouem vnam, et si ceciderit hec sabbatis in foueam, nonne tenebit & leuabit eam? Quanto magis melior est homo oue? Itaq; licet sabbatis bene facere. Tunc ait homini. Extende manum tuam. Et extendit. Et restituta est sanitati sicut altera. ⊥ Si (inquam) uerbis nõ credis, ô tu quisquis es sapiens uel prudens, & paruulus nondum esse didicisti, qualium supra in confessione sua meminit iste filius dei, iste maior templo, & dominus etiam sabbati, operibus crede. ¶ Nunquid em̃ sic & sic operaretur, si in confessione ista fuisset mentitus: Cõfiteor tibi (inquiens) pater, & oĩa

Excusatio discipulorũ p factum Dauid in Nobe. j. Reg. xxj

Osee. 6.

Iuge sacrificium p singulos dies ĩ lege

Exodi. xxix.

Quũ uiolatur sabbatũ Nume. jx.

Ibidem.

Obiectio.

Solutio.

mihi tradita sunt à patre meo, & templo maior est hic, & dominus est filius hominis etiam
Ezech. 28 sabbati? Ille qui semetipsum mendaciter magnificauit, qui (sicut per Ezechielem exprobratur illi) eleuans cor suum dixit, Deus ego sum, & in cathedra dei sedi, & ego feci me-
metipsum, quia mentitus est, iccirco tanquam superbus iudicatus est, & nihil unquam diuinum, nihil utile fecit. Veniam ad homines quorum extollentia de scripturis nota est.
Nume. 12. Maria prophetes, soror Moysi & Aaron, quia locuta est contra Moysen dicens, num per solum Moysen locutus est dominus, nonne & nobis similiter locutus est? non impune
transiit, sed tanquam superbe locuta, confusibilem pœnam recepit, operuit enim eam
Nume. 16. cadens lepra quasi nix. Amplius autem Chore, Dathan atq; Abyron in superbiam erecti
1. Reg. 15 & sacerdotium uendicantes sibi, pœnam terribilem receperunt, alij cœlitus igne con-
Christi cõfessio oĩm maxima sumpti, alij uiui à terra absorpti. Saul quoq; rex quondam electus dei, propter superbiam proiectus, & maligno spiritui traditus est. ¶ Iste maiora de semetipso confitens, quàm aliquis illorum hominum peccatorum, maiora & maiori cum potestate fecit opera, quàm aliquis hominum iustorum, ut est illud, quod protinus, cum dixisset, dominus est enim filius hominis etiam sabbati, transiens & ueniens in synagogam ipsa die sabbati, homini manum habenti aridam, non precem fundendo, ut quiuis sanctus homo, sed imperando ut deus, dixit, extende manum tuam, & extendit. Igitur & ex hoc & ex cæteris operibus, quę post tantam confessionem illam fecit, qualia nemo alius fecit, uobis ô sapientes & prudẽtes, constans esse debuisset, quia dei filium et etiam sabbati dominum se esse confitendo, non mentitus est. Sed quid sequitur? L Euntes autem pharisei, consilium faciebant aduersus eum, quomodo eum perderent.] Ergo causa absconsionis, quam supra dixit, quia abscondisti hæc à sapientibus et prudentibus, inuidia ipsorum fuit. Superati enim, et ueritate sermonis et potentia uirtutis, atq; ideo de ignorantia inexcusabiles, consilium faciebant, quomodo eum perderent: nec destiterunt eiusmodi sapientes et prudentes, à uera sapientia, deinceps magis ac magis superati, et operibus bonis irritati, donec eum perderent ut eis uisum est. Iusto igitur iudicio absconditi (inquit) hæc à sapientibus et prudentibus. Quam uidelicet absconsionem continuo uerbis insinuauit mysticis sapientia iustificata et iustificanda à filijs suis. Sequitur enim. L Jesus autem sciens, recessit inde, & secuti sunt eum multi, & curauit omnes, & præcepit eis, ne manifestum eum facerent.] Nisi enim mysterium intelligas in illa præceptione, qua præcepit eis ne manifestum eum facerent, contrarium uidebitur ei quod sequitur. Tunc oblatus est ei dæmonium habens cæcus et mutus, et curauit eum, ita ut loqueretur et uideret. Et stupebant omnes turbæ, et dicebant. Nunquid hic est filius Dauid? Pharisæi autem audientes, dixerunt. Hic non ejicit dæmones, nisi in Beelzebub principe dæmoniorum. ¶ Ergo in præceptione huius modi mysterium est. Nimirum forma serui homo exterior, consilio uel iudicio subseruiens in
Cur Iesus inde recessit. sitæ sibi diuinitatis, ita locutus est, ita præcepit. Consilium hoc erat, iudicium istud erat, recedere ab inuidentibus et blasphemantibus Iudæis, præcipere Apostolis uel prædicatoribus
Esaiæ. 5. suis, ne apud illos docerent aut prædicarent, iuxta illud per Esaiam dictum. Et nubibus mandabo ne pluant super uineam meam imbrem. Ad hoc pertinens, propheticũ sub
Esaiæ. 42 iungit Euangelista testimoniũ. L Et adimpleretur quod dictum est per Esaiam prophetam, dicentem. Ecce puer meus quem elegi. Dilectus meus in quo complacuit anime mee. Ponam spiritum meum super eum, iudicium gentibus nunciabit. Non contendet, neq; clamabit, neq; audiet aliquis in plateis uocem eius. Harundinem quassatam non confringet, & linum fumigans non extinguet, donec eijciat ad uictoriam iudicium, & in nomine eius gentes sperabunt.] Si enim in eo, quod præcepit eis, ne manifestum eum facerent, nihil aliud attendas, nisi quod litera sonare uidetur, quomodo per hoc adimpletum est illud, quod hic in testimonio prophetico inter cætera dictum est, et iudicium gentibus nunciabit, et in nomine eius gentes sperabunt? ¶ Sed profectò in præceptione mysterium est mandati illius, quo (ut iam dictum est) mã-
Matth. 10. dare habeat nubibus ne pluerent super uineam suam imbrem, id est, Apostolis suis, ne illis
Actuũ. 13. impenderent Euangelicam prædicationem, et excusso puluere pedum in eos, conuertere-
tur ad gentes, quod et factum est, et hoc facto nimirum iudicium gentibus nunciauit, &

in no-

in nomine eius gentes sperabunt. Quã ob causam taliter mandare debuit, ne apud Iudæos prædicarent aut docerent? Vt adimpleretur quod dictum est de hoc puero domini, de hoc electo & dilecto, bene seruiente in forma serui. Non contendet neq; clamabit, neque audiet aliquis in plateis uocem eius. Planè hoc nos intelligere uult, q̃ plena contentionis, plena clamoris prædicatio est, ubicunq; Christus prædicatur Iudæis. ¶ Nolunt enim audire, sed uerba uerbis contraria reddere, & sine sensu clamare, ut uel clamando uideantur uicisse, aut rationem habere cur euangelio non debeant cedere. Ergo non contendet (ait) neq; clamabit, neq; audiet aliquis in plateis uocem eius, id est, mandabit de se non prædicatis illis, quia communiter contentiosi sunt & clamosi, iuxta illud. Ne effundas sermonẽ, ubi non est auditus. Hinc est illud Apostoli ad Titũ. Stultas autem quæstiones & genealogias & contentiones & pugnas legis deuita, sunt enim inutiles & uanæ. Item ad Timothæũ. Stultas autem & sine disciplina quęstiones deuita, sciens quia generant lites. Seruũ autem domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes. ¶ Quod deinde sequitur. Harundinem quassatam non confringet, & linũ fumigans non extinguet, circa ipsos Iudæos recte potest intelligi, ut illud, cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis. Ecce enim uenerunt Romani, gentemq; & locum tulerunt, ciuitasq; & templũ datũ est in exustionem ignis, tunc utiq; harundo quassata est, & extunc linũ fumigat longa captiuitatis dispersione, palàm cunctis exhibens suæ calamitatis monimenta. Sed neq; harundinem sic quassatam confringet, neq; linũ sic fumigans extinguet, quia cæcitas ex parte contingit in Israhel, donec plenitudo gentiũ subintraret, & tunc reliquiæ saluæ fient. Hoc est quod cõtinuo dicit. Donec eiçiat ad uictoriam iudiciũ, & in nomine eius gentes sperabunt. Illud nanq; iudiciũ, de quo alibi dixit, in iudicium ego ueni in hunc mundum, ut qui non uident, uideant, & qui uident cæci fiant: relictis Iudæis & Gentibus in nomine eius sperantibus: eiçit, id est, fortiter peruenire facit, ad uictoriam, & in hoc ipso multũ proficit, quod harundinem, id est, Iudaici populi leuitatem, modo supradicto quassatam, non omnino confregit, & linũ fumigans, id est eiusdem populi uetus sacerdotiũ, igne (ut iam dictũ est) perustum non omnino extinxit, sed semiustũ nunc usq; in dispersione captiuitatis fumigare permittit. Multũ (inquam) hoc ad illam uictoriam proficit, iuxta sensum illius uersiculi ex persona huius pueri per Psalmistam prolati. Deus ostendit mihi super inimicos meos, ne occidas eos, ne quando obliuiscantur populi mei. Disperge illos in uirtute tua, & depone eos protector meus domine. ¶ Tunc oblatus est ei demonium habens, cecus & mutus, & curauit eum, ita ut loqueretur & videret, & stupebant omnes turbæ, & dicebant. Nunquid hic est filius Dauid? Pharisei autem audientes, dixerunt, Hic non eiçit demones, nisi in Beelzebub principe demoniorum. Ordo uere mysticus ac diuinus. Quando dominus Iesus sciens cogitationes eorũ, recessit inde, & sequentibus se præcepit ne manifestũ eum facerent, tunc oblatus ei dæmoniũ habens cæcus & mutus, et curauit eũ, ita ut loqueretur et uideret: quia sic futurũ erat, et sic factũ est, ut quando ex reuelatione spiritus sancti, et autoritate scripturæ, relictis blasphemantibus Iudæis, conuerterunt ad gentes, tunc gentes audientes gauderent, seq; ultro offerrent: quarũ omnis multitudo, quoniam à principe huius mũdi diabolo possidebatur, idola colens, et creatorem suũ nec nominare sciens, et quo ducebatur nesciens: recte per hominem designata est dæmoniũ habentem, cæcũ et mutũ. ¶ Futurũ autem et hoc erat, ut propter eandem gentiũ conuersionem, Iudæi magis ac magis blasphemarent, mira insania gentibus inuidentes, gentiũ salutem odientes, ita ut ne audire quidem paterentur hoc ipsum, quod de gentibus deo cura esset. Exempli gratia. Cũ Paulus ad plebem rationem reddens, illuc usq; narrasset, et dixit ad me, vade quoniam ego in nationes longe mittam te, audiebãt autem eũ (ait scriptura) usq; ad hoc uerbũ, et eleuauerunt vocem suam dicentes. Tolle de terra huiusmodi, non enim fas est eũ viuere. Vociferantibus aũt eis, et proiçientibus vestimẽta sua, et puluerem iactantibus in aẽrem, iussit tribunus induci eũ in castra, et flagellis cædi et torqueri, ut sciret propter quam causam sic acclamarent ei. His atq; aliis modis futurum erat, vt contradicerent his quæ ab Apostolis dicerentur blasphemantes. ¶ Tantæ blasphemiæ initiũ simul et prodigiũ fuit, quod pharisæi audientes dixerunt. Hic non eiçit dæmones, nisi

Esaiæ 42.

Iudæorũ clamosa perusatia.

Ecci. 32

Tit. 3

2. Timo. 2.

Harũdinẽ q̃ssatã non confringet.

Abacuc. 3.

Roma. 11.

Iohan. 9.

Psalm. 58

Cæcus & mutus dæmoniacus, gentes designat.

Inuidia Iudæorũ cõtra cõuersionẽ gentium.

Actu. 22

Initium blasphemiæ.

nes, nisi in Beelzebub principe dæmoniorum. Et quia propter huiusmodi blasphemias & perseuerantem impietatem futurum erat, ut contra semetipsos diuiderentur in quandam similitudinem dæmonum, quorum participem in diuisione ipsorum sacrilegi dicere ausi sunt filium dei, uenerabilis mysterij pulcherrimus ordo continuatur sic. ⌊Iesus autem sciens cogitationes eorum, dixit. Omne regnum diuisum contra se, desolabitur. Et omnis ciuitas uel domus diuisa contra se, non stabit. Et si Satanas Satanã eiicit, aduersus se diuisus est. Quomodo stabit regnum eius? Et si ego in Beelzebub eiicio demones, filij uestri in quo eiiciunt? Ideo ipsi iudices uestri erunt. Si autem ego in spiritu dei eiicio demones, igitur peruenit in uos regnum dei. Aut quomodo potest quisquam intrare in domum fortis, & uasa eius diripere, nisi prius alligauerit fortem, & tunc domum illius diripiat? ⌋Sciens (inquit) cogitationes eorum, uidelicet quod non per ignorantiam errarent, sed per inuidiam blasphemarent, cum aliud posset, istud in primis dicere maluit, omne regnũ in seipsum diuisum, desolabitur, & omnis ciuitas uel domus diuisa contra se, non stabit: sententiam utiq; ueram, cuius ueritatẽ in semetipsis experturi erant. ¶Futurum nanq; (ut iam dictum est) hoc erat, & factum est ut regnum eorum & ciuitas præclara ac ditissima Hierusalem, deforis Romano exercitu circundata, intus triplici diuisione contra se diuideretur: principibus diuisionum, Iohanne, Eleazaro, & Symone, summa & media & inferiora ciuitatis loca tenentibus, & mirabili insania cõtra semetipsos debacchantibus, tam atrociter ut ipsi hostes scilicet Romani duros infidelium casus miserarentur: qui inter illorum furias latronum nulla pace intercurrente consumebantur. Plane diuinitas, cui omnia præsentia sunt, hoc futurũ tanquam præsens iam uidebat: imò ut fieret, æquissimo iudicio decernebat, quoniam sic dicebant, & sic existimari uolebant de ipso dei filio, quod cum Beelzebud principe dæmoniorum pactũ habens (quod auditu quoq; nefas est) concordi operatione per eum dæmones eiiceret. ¶Et ut iustissimum iudicium intelligas, percũctatur dicens ad eos. Et si ego in Beelzebub eiicio dæmones, filij uestri in quo eiiciunt. Ac si diceret. Et si uos nunc contra me tale uerbum dicitis, quid facietis aut dicetis, cum filios uestros, scilicet Apostolos, postquam glorificatus fuero, dæmones eiicere uidebitis, manifesta operatione spiritus sancti non solum de corporibus obsessis, uerũ etiam de templis uel delubris, in quibus colunt pro dijs? Quid tunc dicetis? Vtiq; dicetis, quia in Beelzebub faciunt hæc. Si enim patremfamilias Beelzebub uocastis, quantòmagis domesticos eius: Huiusmodi percunctatione præmissa, statim subiungit. Ideo ipsi iudices uestri erunt. Nam reuera, si finem feciſſent blasphemandi, saltem ubi clamauerunt, reus est mortis, & non solummodo uerbum huiuscemodi dixerũt contra filium hominis, uerum etiam expuerunt in faciem eius, & colaphis eum ceciderũt, & ad ultimum crucifixum prætereuntes blasphemabant eum: si (inquam) saltem tunc finẽ feciſſent blasphemandi, & non etiam post resurrectionem & ascensionem eius, missum de cœlo & in Apostolis loquentem spiritum sanctum, ac prædicantem pœnitentiam & remissionem peccatorũ similiter blasphemassent, non fuissent iudicati, non iudicassent eos filij ipsorum Apostoli. Verbi gratia, ut dicerent excutientes uestimenta sua. Sanguis uester super caput uestrum, mundi nos ex hoc ad gentes ibimus. Nec uero totum iudicium, sed iudicij fuit initium, diuisio illa regni siue ciuitatis eorum. Perfectum & plenum tunc erit iudicium illorum, quando iudices illi, de quibus ait, ideo ipsi iudices uestri erunt, sedebũt super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israhel, ita ut terræ Sodomorum remissius debeat esse ꝙ illis, scilicet in die iudicij. ¶Nunc perpendere libet, ad quid inueniendum siue comprobandum summa sapientia fecerit syllogismum hunc, id est, argumentationẽ ex tribus partibus constantem, propositione, assumptione, conclusione. Præmisso nanq; sciens cogitationes eorum, sic illum Euangelista proposuisse narrat. Omne regnum in seipsum diuisum, desolabitur, & omnis ciuitas uel domus diuisa contra se, non stabit. Propositioni huic, uellent nollent, audientes consentire oportebat. Sequitur assumptio, quam itidem, uellent nollent, ueram esse concederent, scilicet Satanan esse diuisum contra se, quoniam ipsorum erat sententia, in Beelzebub principe dæmoniorum eiici dæmones. Proinde assumens dicit. Et si Satanas Satanan eiicit, aduersum se diuisus est. Statim cõcludit. Quo modo ere-

Regnum Iudeorum in se diuisum.

Filij uestri in quo eiiciunt.

Matt. 26. 27.

Actu. 5.

Matth. 19.

Syllogismus perfectus Christi contra Iudæos.

modo ergo ſtabit regnum eius? ¶ Quid ſibi uult huiuſmodi argumentatio? Nonne hoc manifeſte innuit, quòd ſciret cogitationes eorum tales eſſe, ut propoſitum haberent in regno Satanæ contra ſpiritum ſanctũ ſtare? Incredibile hoc uidebatur illi, cuius ſenſus non recipit uel non credit, ꝙ ullus unquam homo fœdus cum diabolo pepigerit. Porrò Eſaias deiſtis prophetauit. Propter hoc audite uerbum domini, uiri illuſores, qui dominamini ſuper populum meum qui eſt in Hieruſalem. Dixiſtis enim. Percuſſimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum, & cætera uſq;, & delebitur fœdus ueſtrum cum morte, & pactum ueſtrum cum inferno non ſtabit. Deiſtis (inquam) hoc Eſaias prophetauit. ¶ Nam de eo quod poſtmodũ dicit, & dixit dominus, eo ꝙ appropinquat populus iſte ore ſuo, & labijs ſuis glorificat me, cor autem eius longe eſt à me, & timuerunt me mãdato hominis & doctrinis: ipſe dominus in hoc eodem Euangeliſta, taliter contra eos mẽtionem fecit. Hypocritę, bene prophetauit Eſaias de uobis, dicens. Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe eſt à me. Sine cauſa autẽ colunt me, docẽtes doctrinas & mandata hominũ. ¶ Miro igitur modo blaſphemiam illoꝝ aſſumptam, duabus iuſtæ iræ cinxit ſententijs, ita proponens, omne regnũ contra ſe diuiſum, deſolabitur, & omnis ciuitas uel domus diuiſa contra ſe, non ſtabit: qua ſententia illud intendebat, ut iam dictũ eſt, ꝙ in obſidione Romanoꝝ contra ſemetipſos forent diuidendi, ſicq; caſuri ac deſolandi. Et ſta concludens, quomodo ergo ſtabit regnũ eius? qua ſententia terribilius eoſdem percuſſit, caſuros cum diabolo in die iudicij. Quidnam eſt percunctari, quomodo ſtabit regnum eius, niſi ac ſi diceret, quomodo ſtabit illud qđ pepigiſtis cum morte ſiue cũ inferno, id eſt, cũ diabolo, pactũ uel fœdus? Non enim fœderatis ſuis, ut uos eſtis, pactũ cuſtodire uel parcere poterit mors ſiue infernus, flagellum inundans, id eſt, diabolus. ¶ Vane dixiſtis. Flagellum inundans cum tranſierit, non ueniet ſuper nos, quia poſuimus mendaciũ ſpem noſtram, & mendacio protecti ſumus. Cum ita ſecundum propheticam ueritatem ſperetis in protectione mendacij, quaſi in protectione ſtantis regni hoc dicitis contra me, dicitis odio mei, quia me agente Satanas Satanan eiicit, quod repugnans eſt eidem ueſtræ ſpei. Stulti & cæci, ſi Satanas Satanan eiicit, quomodo Satanas parcet uobis hominibus fœderatis ſibi? Non ita, ſed flagellum inundans, cũ tranſierit, eritis ei in cõculcationem. Quãdocunq; pertranſierit, tollet uos, quoniam mane diluculo pertranſibit, in die & in nocte, & tantummodo ſola uexatio intellectum dabit auditui. Iſtud bene & ueraciter de uobis propheta-uit Eſaias. Flagellum enim inundans, id eſt diabolus, utiq; mors ſuper peccatores inundans cum tranſierit, eritis ei in conculcationem: quando pertranſierit, tollet uos. ¶ Duo dicta ſunt. Cum tranſierit, conculcabit: quando pertranſierit, tollet uos. Ecce tranſibit iudicio p̃ſenti, de quo nunc dico, nunc iudiciũ eſt mũdi, nunc princeps mundi eiicietur foras, & tũc conculcabit uos. Cum enim reſurrexero à mortuis, quod eſt illum foras mitti ſiue tranſire, tunc uos conculcabit conculcatione exercitus Romani. Quando autem uenero in nubibus cœli ad iudicandum uiuos & mortuos, & ille uidentibus cunctis præcipitabatur, qđ erit illi pertranſire, tunc tollet uos, ut neq; ipſe neq; uos amplius ſitis, aut ſcandala regna dei faciatis. Illo iudicio manifeſto in æternum pertranſibit, & iccirco ſic dictũ eſt, mane diluculo, in die & in nocte pertranſibit. Omni enim æternitate ceſſabit, & tantummodo ſola uexatio intellectum dabit auditui, quia ante illam præcipitationem non intelliget ipſe, non intelligent fœderati eius, quàm ſtulti ſint uel fuerint.

Iudæi conſœderati diabolo. Eſaiæ. 28

Iudæi approꝑinquabant deo, nõ corde ſed labijs tantum & ore. Matth. 15. Eſaiæ. 29

Iudicium cõtra blaſphemiam eorum

Eſaiæ. 28 Flagellum inundans.

Duplex uindicta in Iudæos. Iohan. 12

Iob. 40

Eſa. 28

FINIS LIBRI NONI.

DE GLORIA ET HO-

NORE FILII HOMINIS LIBER .X.

Propositū autoris in hoc opere.



PROPOSITI MODVM SVPERGRESsus esse uideor, reuerende mi Cuno, Præsul ecclesiæ Ratisponensis, in opere isto, de gloria & honore filij hominis, quod tu à me magno charitatis imperio, quo circa me uti solebas, ut scriberem, uehementer exegisti. Proposueram quippe in isto libro generationis IESV CHRISTI, filij Dauid, filij Abraham, siue in hoc euangelio Matthæi, facies quatuor unius eiusdemq; animalis contemplari, faciem hominis, faciem uituli, faciem leonis, & faciem aquilæ uolantis, id est, quatuor sacramenta hæc, quæ Christiano ignorare non licet, Incarnationem, Passionem, Resurrectionem, atque Ascensionem, unius eiusdemq; Iesu CHRISTI. Hoc (inquam) proposueram, quoniam pertinet ad intentionem operis consyderatio hæc, & præfixo congruit titulo, de gloria & honore filij hominis. Nec erat in intentione, totum peragrare profundum huius pelagi, totum continua expositione pertractare textum huius euangelij. Ecce autem cum ita proposuissem, uolumen extendi, feriemq; euangelicam magna ex parte transegi, atque ita, quasi agente spiritu uehementi, qui non longe à portu nauigare decreueram, ferè usque ad medium pelagi, mea propelli uela permisi.

Facies quatuor unius animalis.

De facie uituli tractādū erit deinceps

¶ Reuocabo igitur sermonis cursum, modumq; tenere curabo, & omisso tractatu eorum, quæ in euangelio sequuntur, post illa, quæ, prout potui domino adiuuante, dixi hactenus in contemplatione faciei hominis: accedam ad contemplandam faciem uituli, dignum aliquid fari desyderans promisso uel titulo, cuius tu mihi autor extitisti, amator gloriæ & honoris filij hominis.

Psalm. 144

¶ Vere fidelis dominus in uerbis suis, ueraciter dixit. Sed quicunque glorificauerit me, glorificabo eum: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. Veritatem huius dicti, in te quoque apparere nunc gloriamur. Nam quia tu eius gloriam desyderanter quæsisti, de cuius desyderij fonte processit istud quoque, ut diceres, scribe mihi opus de gloria & honore filij hominis: uestem sanctam, uestem pontificalem in gloriam, & decorem ipse tibi fecit, cuius gratiæ finis iste sit, ut illic te inuenias in ordine sacerdotum,

j. Cor. jr

ubi (sicut dicit Apostolus) unusquisq; in suo ordine resurgit, primitiæ CHRISTVS.

Leuit. 4

¶ Faciem uituli sacramentum esse dominicæ passionis ex hoc accipimus, quod (sicut in exordio meminimus huius operis) sacra & mystica lex uitulum in figura eius pro peccato iussit offerri. Si (inquit) sacerdos peccauerit, delinquere faciens populum, uel si omnis turba ignorauerit & per imperitiam fecerit quod cõtra mandatum domini est, offeret pro peccato uitulum immaculatum domino, & cætera quæ miro modo & ordine uere sacro & mystico figurant sacramentum passionis Iesu Christi, cuius sanguis, secundum quod

Hebræ. 9. Exodi. 24.

ritus ille significat, emundauit conscientiam nostram (ait Apostolus) ab operibus mortuis. In initio quoque, quando Moyses ascensurus in montem, & tabulas erat accepturus lapideas, dicente domino. Ascende in montem & esto ibi, daboq; tibi tabulas lapideas & legem ac mandata quæ scripsi, ut doceas filios Israhel, sacrificium obtulit huiusmodi, scilicet uitulos duodecim. ¶ Et quidem alia quoque animalia iussum est offerri, scilicet hircum de capris siue caprã, agnum siue ariẽtem, quæ omnia sacramentum mystice spirabant eiusdem sacrosanctæ passionis: præcipueq́ue agnus ille qui immolabatur ad uesperam,

Exodi. jz

quartadecima die mẽsis primi: sed omniũ illorum maximum est uitulus, quorum pro hoc mysterio fundebatur sanguis, & iccirco recte pro omnibus hic in mysterio una ponitur facies uituli. Aspectus faciei huius ab eo nobis incipit, quod dixit dominus Iesus discipu-

Ca. XXVI

lis suis, Scitis quia post biduum pascha fiet, & filius hominis tradetur ut crucifigatẽ

cifigatur.⌋Nemo uere qui nesciat pascha illud fuisse immolationem agni, ad uesperam quartadecima die mensis primi, statutumque fuisse Iudæis, ut per singulos annos eodem ritu celebrarent, secundum hæc uerba domini. Habebitis autem diem hanc in monimentum, & celebrabitis eam solennem domino in generationibus uestris cultu sempiterno. Item. Hanc obseruare debent omnes filij Israhel in generationibus suis. Hoc tamen intererat quod cum lex ita dixisset, mense primo quartadecima die mensis ad uesperum Phase domini est, & quintadecima die mensis huius solennitatis azymorum domini est. ¶Interdum non ita fiebat, neq; anno illo ita factum est. Nam inter traditiões plurimas, quas seniores Iudæorum superstatuerant traditionibus dei, istud quoq; statuerant: ut si diem ante sabbatum, quam sextam feriam dicimus, contingeret esse quintamdecimam mẽsis non celebraretur solennitas, sed differretur in diem sequentem sabbati: difficile & incõmodum esse dicentes, duo sabbata continuare, id est, duobus diebus uacare ab omni opere, multas ob causas, quarum ex præcipuis una erat, quod cadauera suoꝝ nonnunquam usq; in quartam diem insepulta, fœtoris molestiam generarent. ¶Traditio hæc cognita magnam soluit quæstionem ei, qui forte dicat. Cum Iudæi quartadecima die ad uesperam pascha celebrando, agnum comedissent, & sequenti die, quoniam quintadecima erat, solennitatem calebrare & secundum legem uacare debuissent, quomodo illis iudicia tractare licuit, quibus tunc totum diem insumpserunt in condemnatione domini, & eorum quos cum illo crucifixerunt. Hanc (inquam) quæstionem cognitio cito soluit illius iam dictæ traditionis, quia traditum illis fuerat, differre solennitatem, cum enuenisset ante sabbatum legale quintadecima dies mensis, & pro duobus sabbatis unum celebrare sabbatum magnum, solennitate duplici. Vnde cum dixisset Euangelista. Iudæi ergo, quoniam parasceue erat ut non remanerent in cruce sabbato corpora, causam istam subiunxit. Erat em̃ magnus dies ille sabbati. His dictis pro traditione senioꝝ, quam obseruantes serui peccati, tũc in quintadecima die mensis quasi licitum habuerũt operari, & male operati sunt. Nũc redeamus ad rem. Scitis (inquit) quia post biduum pascha fiet, & filius hominis tradetur ut crucifigatur. Et quidem sciebant quia pascha fieret: sed hoc nesciebant quod in illa paschali uespera tradendus, & die sequenti crucifigendus esset. ¶Ipse autem non solum sciebat, uerũ etiam ab initio taliter fieri prædestinauerat, quatinus finem accipiente pascha ueteri, id est, legalis agni immolatione, confestim uerus ipse agnus & pascha nouum immolaretur: atq; ita quod eatenus uelut in umbra significatum fuerat, iam in re procederet, figuræ transeunti ueritas permanens succederet. ¶Nunquid uero uel illud à mysterio uacare putandũ est, qd post biduum hoc futurũ esse perdixit? Poterat etiam ante hoc ipsum prædicere, ita ut diceret post triduum siue post quatriduum. Ergo nec istud uacare patimur, quod tunc prædixit, ex quo post biduum, id est, tertia die, erat crucifigendus. Vnde sciendum quia sicut triduana sepultura, ita & triduana fuit passio eius, qua necessarium erat sanctam placari trinitatem, cunctis trium temporum hominibus salutem hanc expectãtibus, scilicet & illis ante legem, & illis qui sub lege fuerunt, & nobis qui nunc sub gratia uiuimus. ¶Hæc eius triduana passio sic discernitur. Qua die dixit hoc discipulis suis, scitis quia post biduum pascha fiet, uenditus fuit, Iuda traditore loquente cum principibus sacerdotum & magistratibus, & illis paciscentibus pecuniã illi dare, quibus & respondit illum tradere. Transacto sequenti die iam ad uesperam, plena, id est, quintadecima luna effulgente, pascha de more factum est: & tunc ipse, cum esset nox, Iuda foras egresso ad tradendum, agonizans & prolixius orans, sudoremq; sanguineum desudans, traditus, comprehensus & ligatus, ad principes sacerdotum adductus est, & die succedente crucifixus est. Nunc rei ordinem ingrediamur.⌊Tunc congregati sunt principes sacerdotum ⁊ seniores populi in atrium principis sacerdotum, qui dicebatur Caiphas, ⁊ consilium fecerũt, vt Iesum dolo tenerent ⁊ occiderent. Dicebant autem. Non in die festo, Ne forte tumultus fieret in populo.⌋Consilium istud erat, quod patriarcha Iacob præuidens dicebat. Symeon & Leui fratres, uasa iniquitatis bellantia. In consilio eorum ne ueniat anima mea, & in cœtu ipsorum non sit gloria mea, quia in furore suo occiderunt uirum, & in uoluntate sua suffoderunt murum. Maledictus furor eorum, quia pertinax, & indi-

Immolatio agni paschalis. Exodi.jz

Ibidem.

Traditio seniorum de paschate.

Quæstio.

Responsio.

Iohan.j9

Tempus passionis prædestinatum

Quõ passio Chr̃i fuit triduana. Lucæ.22

Iacob p̃uidit hoc cõsilium sacerdotum. Gene.49

Gene.49 gnatio eorum, quia dura. Nam si tantu mmodo illud attenderet quod fecerant in Sichem, propter uiolatam sororem suam Dinam, quæ ratio esset, optare de præterito, & dicere in
Gene.49 consilio eoꝝ ne ueniat anima mea, & in cœtu ipsorũ non sit gloria mea? Simul considerãdum, quia dicturus hæc & cætera filijs suis, præmisit, congregamini & audite filij Iacob, audite Israhel patrem uestrum, congregamini, ut annunciem quę uentura sunt uobis, diebus nouissimis. Ergo futuri huius prophetica erat annunciatio consilij, quod tunc (ut iam dictum est) congregati fecerunt principes sacerdotum, utiq; de tribu Leui, nec ante desierunt in furore pertinaces, donec morte crucis uirum occiderent, & lancea murum suffoIohan.2 derent, murum templi non manufacti, de quo uir ipse dixit. Soluite templum hoc, & in triduo excitabo illud. ¶ Propter congregationem eiusmodi, quia tale in consilium con-
Gene.49 gregati sunt, diuidam eos (inquit) in Iacob, & dispergam eos in Israhel: quia uidelicet propter scelus illlud & pertinaciam indignationemq; duram, id est, inuidiam qua in crudelitate perstitunt. ecce diuisi sunt in Iacob, & dispersi sunt in Israhel, id est, in populis Christianorum, qui subplantauerunt eos, quiq; propter fidei rectitudinem dicuntur & sunt uerus
Acceleratio consilij. Israhel. ¶ Accelerationem illius consilij & intentionem doli per hoc intelligimus, quod Euangelista subiungit. Dicebant enim, Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo. Dies festus (ut iam dictum est supra) futurus erat magnus dies ille sabbati, quem non expectauerunt, sed pridie crucifixerunt illum, nocte, quæ præcesserat, comprehensum. Ergo in hoc fuit consilium, ut anticiparent diem festum, & inter tenebras nocturnas comprehenderent illum, metuentes turbas, quæ de ciuitatibus alijs & regionibus ascenderant ad diem festum, & sequebantur eum: quippe quæ & ingredientem ciuitatem Hierusalem glorificauerant, præcedendo & subsequendo cum laudibus & ramis palmarum. ⌊ Cum autem esset Jesus in Bethania in domo Symonis leprosi, accessit ad eum mulier habens alabastrum unguenti pretiosi, & effudit super caput ipsius recumbentis. Uidentes autem discipuli, indignati sunt, dicentes. Ut quid perditio hec? Potuit enim istud venundari multo, & dari pauperibus. Sciens autem Jesus, ait illis. Quid molesti estis huic mulieri? Opus bonum operata est in me. Nam semper pauperes habetis uobiscum, me autem non semper habebitis. Mittens enim hec unguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit. Amen dico uobis, ubicunque predicatum fuerit hoc euangelium in toto mundo, dicetur & quod fecit, hec in memoriam eius. ⌋ Quoniam hic ad contemplandam (ut iam
Quatuor facies unius animalis. dictum est) faciem uituli ingredimur, memoriæ non debet abesse, quia quatuor istæ facies
Ezech.j.10 apud Ezechielem ita quatuor dicuntur esse animalia, ut nihilominus dicatur & sit unum animal, quippe ubi descriptis ac repetitis quatuor faciebus siue animalibus istis, ita postmodum scriptum est. Ipsum est animal quod uideram iuxta fluuium Chobar. Iterumq; præmisso, & eleuantia Cherubin alas suas exaltata sunt à terra coràm me, & gloria domini dei Israhel erat super ea, ipsum est (inquit) animal quod uidi subter deum Israhel, iuxta fluuium Chobar. Paucisq; interpositis, & similitudo (ait) uultuum eorum ipsi uultus, quos uideram iuxta fluuium Chobar, & intuitus eorum & impetus singulorum ante faciem suam.
Apoca.4. ¶ Quorsum ista? Videlicet quia hic iam perspicere libet, quàm ueraciter de huiusmodi animalibus dictũ est, quia plena erant oculis ante & retro. Nam ecce in ista facie uituli, in isto sacramento dominicæ pssionis, cum de oculis eius alia quoq; dici possint, & dicta sint, illud maxime delectat, quia clarissime patent duo oculi, misericordiæ scilicet profectus & intẽtio iudicij, ante & retro, id est, tam in initio quàm in fine eiusdem passionis. ¶ Deniq; hic
Duo oculi ic ante & retro ante, hic in initio duæ sunt personæ, quarum in altera misericordiæ, in altera prospectus est iudicij, scilicet mulier peccatrix quondam, & Iudas incentor indignationis discipulorum, dicentium, Ut quid perditio ista unguenti. Et retro, id est, in fine passionis, ubi iam expiraturus erat, itidem duæ personæ, quarum in altera misericordiæ, in altera est intuitus iudicij, uidelicet hinc latro qui confessus est, inde latro qui in blasphemia pseueraIsaiæ.40. uit. Itaq; faciẽ istam, faciẽ uituli, claret ante & retro, plenã oculis esse, ut recte dicas, tã dea teriore, q̃ de posteriore intuitu, qa opus eius corã eo, opus bipartitũ, misericordię & iudicij misericordiæ hic erga mulierẽ quondã peccatricẽ, & illic erga latronẽ cõfitentem iudicij

hic super

hic super Iudam indignantem & ad pharisæos abeuntem, & illuc super latronem blasphemum in peccato suo morientem. ¶ De cæteris faciebus siue animalibus, quod & ipsa secundum similem rationem plena sint oculis ante & retro, iam hic præscribere nobis quidem iocundum, sed forte esset legentibus fastidiosum. Suis ergo locis oportunius de singulis erit dicendum. Nunc iam secundum literæ seriem, faciei huius, faciei uitulinæ mansuetudinem in passione sacrosancta consyderare operæprecium est. ¶ Cum autem esset Iesus in Bethania in domo Symonis leprosi, & cætera ut supra. Quoto die ante diem azymorum, hæc facta sint, & qualiter acta sint, Iohannes manifestius exprimit his uerbis. Iesus autem ante sex dies paschæ uenit Bethaniam, ubi erat Lazarus mortuus, quem suscitauit Iesus. Fecerunt autem ei cœnam ibi, & Martha ministrabat, Lazarus uero unus erat ex discumbentibus cum eo. Maria ergo accepit libram unguenti nardi pistici præciosi, & unxit caput Iesu, & extersit pedes eius capillis suis, & domus impleta est odore unguenti. Dixit ergo unus ex discipulis eius Iudas Iscariothis, qui erat eum traditurus. Quare hoc unguẽtum non ſ uenit trecentis denarijs, & datum est egenis? ¶ Hoc in litera Iohannes à Matthæo & Marco differt, quod Matthæus & Marcus mulierem hanc scripserunt hoc loco super caput. Iohannis autem super pedes eius effudisse unguentum. Et de priore quidem effusione unguenti, quando uenit ad dominum erat adhuc peccatrix, & mox iustificanda secundum hoc misericordiæ dictum, dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multũ: quod & Lucas plenius narrat, & Iohannes quoq; ante hunc locum, in morte siue resuscitatione Lazari, patenter memorat dicens. Maria autem erat quæ unxit ungento dominũ, & exterfit pedes eius capillis suis, cuius frater Lazarus infirmabatur. De illa (inquam) prima effusione ungenti, constat, quia facta est tantummodo super pedes domini, neque eũ poterat statim capite eius dignam se existimare peccatrix. Nunc autem quoniam & Iohannes super pedes, & cæteri Euangelistæ super caput eius effusum narrant ungentum, non dubium quin utrunq; scilicet & caput & pedes unxerit: & iccirco iam etiam caput, quia iam non peccatrix, sed iam dudum iustificata, dimissis sibi peccatis multis. ¶ Mirum qua intentione uel quo sensu deuota mulier tale obsequium domino præstiterit. Neque enim iam scire uel præscire poterat illud, quod dominus ipse præsciens, mittens etiam (ait) hæc ungentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit: siue (ut alius Euangelista scripsit) præuenit ungere corpus meum in sepulturam. Ipse uitulus sacrificij domini, sui met adesse immolationem, & facies talis uituli aram inspiciebat & tabernaculum, cuius ad ostium ipse immolandus, cuius in interiora de sanguine eius inferendum, cuius in introitu reliquum sanguinis eius secundum mysterium sacræ legis fundendum erat: Illa autem nihil horum sciebat, sicut nec ipsi discipuli domini, qui nondum sciebant scripturas, quod oporteret eum pati & resurgere à mortuis. Quo ergo sensu uel quid intendens, tale obsequium morituro impendit, nisi eodem sensu & eadem intentione, qua cum primum uenit ad eum, dum rigaret pedes eius lachrymis, & capillis capitis sui tergeret, & oscularetur, ungento etiam unxit pedes eius: Illud autem agendo, utique primum pœnitentiæ fructum, congruumq; fecit emendationis initium. Liquet enim quod illicitis actibus prius mulier intenta, ungentum sibi pro odore suæ carnis adhibuit. Ideo quod si bi turpiter adhibuerat, hoc iam deo laudabiliter offerebat. ¶ Igitur de Anna Samuëlis matre scriptum est, uultusq́ue illius non sunt amplius in diuersa mutati, id est, in eadem intentione & oratione perseuerauit, hoc ista de semetipsa exteriori opere demonstrauit, dum finem obsequij similem initio fecit: immò quia melior est, uel esse debet, sicut orationis, ita & operis finis quàm principium eius; opus bonum bene inceptum, melius consummauit. Nam (sicut iam dictum est) in initio tantummodo pedes domini ungento unxit. Hic autem quando ea, quæ de ipso erant, prope iam finem habebant, & pedes unxit, super caput eius ungentum effudit. ¶ Quod autem illa bene exhibuit, hoc dominus ipse melius & ualde rationabilibus admisit, certi uidelicet gratia mysterij, de quo postmodum dicendum erit. Aliter uisum est discipulis, qui uidentes, indignati sunt, dicentes, Vt quid perditio hæc? maximeq́ue IVDAE proditori, qui non simpliciter indignatus est, ut alij, pro sola, quasi perditione ungenti, sed quod nequissimũ

Christus in Bethania añ sex dies paschæ. Iohan. ij.

als † uendit

Duplex effusio unguẽti à Maria facta, Lucæ. 7. Iohan. jij.

Quæstio, sup. intentiõe mulieris ungẽtis

Marci. j4.

Responsio.

Lucæ. 7

Bonũ initiũ, melior finis huius op. j. Reg. j.

Iniqua indignatio discipulorum.

nequissimum fuit, hoc doluit, quia furari consueto, et ad furandum inhianti tam lucrosa
Iohan. 12 res commissa non fuit, ut posset furari. Dixit enim hoc (ait Euangelista) non quia de egenis
pertinebat ad eum, sed quia fur erat & loculos habens, ea quæ mittebantur, portabat.
Ad sepeliendum me fecit ¶ Quomodo autem dictum est aut dici debuit, mittens hoc ungentum ad sepeliendum
me fecit, siue preuenit ungere corpus meum in sepulturam: cum illa (sicut iam dictum est)
hoc faciens, sepeliendum siue moriturum eum fore nescierit? Sed pro hoc nihil est immorandum, quia pro consuetudine loquendi recte ad sepeliendum hoc fecisse dicitur, quod
usq; ad sepulturam eius prouenturum non ignorabatur ab ipso, disponente quicquid bo-
Gene. 43 ni uel ipsa operata est, uel nos omnes operamur. Sic Iacob ad filios suos loquitur, in meam
hoc fecistis miseriam, ut indicaretis Pharaoni & alium uos habere fratrem, non quod illi
hac intentione fecissent, sed peruenisse uidebat ad illam, quam patiebatur iam in anima sua
Non totū effusum est unguentum. miseriam. ¶ Quapropter sciendum, quia non totum, quod habebat in alabastro, mulier effudit ungentum. Deniq; proditori Iudæ dicenti, quare hoc ungentum non uenit trecentis denarijs, & datum est egenis, ita respondit dominus Iesus. Sine illam, ut in diem sepulturæ meæ seruet illud. Non ergo totum effudit illud, sed reseruatum aliquid effundere habebat in die sepulturæ eius, quando futurum erat & factum est, ut Ioseph ab Arimathia
Matth. 27 Iohan. 19 sepeliret corpus eius, cum linteis & aromatibus Nicodæmo quoq; mixturam ferente mirrhæ & aloës quasi libras centum, ubi aderat & ista mulier, sicut Euangelistę testantur. Porrò Iudas & quod effusum erat perditum esse calumniabatur, & quod non erat effusum uenundare properabat, ut de præcio fur aretur. Falsum locutus est, frustra calumniatus est: quoniam ei, qui ungentum admisit, non erat ibi delectatio profusionis, imò meditatio uicinæ mortis, quod notum esse uoluit dicens, ad sepeliendum me fecit. ¶ Quod protinus
Hoc fecit in memoriā eius. sequitur. Amen dico uobis, ubicunq; prædicatū fuerit hoc euangelium in toto mundo, dicetur & quod hoc fecit in memoriam eius, magis ac magis nos excitat ad consyderandam hanc faciem uituli huius. Quid enim nobis innuit, uel quo suum hæc facies tendit intuitū, dicendo hoc euangeliū, nisi in ipm passionis suę sacramentū in quo stabat & de q̄ loquebat paulo añ, sic incipiens. Scitis qa post biduū pascha fiet, & filius homis tradetur ut crucifigatur. Ipsam nimirum passionis, sepulturæ & resurrectionis suæ prædicationem, quæ tunc in toto mundo audiendo erat, & nunc audita est, uere & fideliter nominauit euangelium,
2. Cor. 4 quod interpretatur bonum nuncium. Audiuiuimus, credidimus, propter quod & loquimur, quia uere bonū est nunciū, & ubicunq; prædicatur hoc bonum nuncium, dicetur & quod hæc fecit in memoriam eius, & ualde utiliter ex euangelica scriptura dicitur, ut et nos similiter faciamus, nos inquam omnis ecclesia de cunctis gentibus peccatricibus et iustificatis per gratiam eius. ¶ Cum enim charitatis obsequium quibuslibet ex minimis eius
Matth 25. pro eo quod sunt eius fideles, impendunt diuites, dando manducare esurientibus, dando bibere sitientibus, hospites colligendo, nudos operiendo, infirmos uisitando, et ueniendo ad eos qui in carcere sunt: nimirum suaue et odoriferum effundunt ungentum super pedes eius, et hoc faciendo, effundunt etiam super caput eius, dum pro eo quod sic ministrāt de rebus temporalibus, nihil omnino uanæ gloriæ siue laudis humanæ rescire uolentes,
Obsequia spiritalia spem suam totam reponunt in cœlestibus. ¶ Et ut de spiritualibus quoq; obsequijs nō taceam, quando fidelem & utilem de illo habemus uel facimus sermonem, deum & hominem eum confitentes siue prædicantes, nimirum & super caput & super pedes eius ungentum bonum effundimus, & ex huiusmodi odore ungenti domus impletur, totus Christianus conuentus lætificatur. O quotiens indignati sunt pro huiusmodi, etiam illorum nonnulli, quos negare non posses discipulos esse domini, & fremuerunt aduersus fidelem animam, ita facientem, componentem optimum unguentum, et effun-
dentē super caput et pedes domini, id est, scribentē scripta fidelia secundū ueritatē sancta
Indignatio q̄rundā contra studia autorū rum scripturarum, spirantia ubiq; siue redolentia fidem et confessionem ueræ diuinitatis, et ueræ humanitatis dei et hominis Iesu CHRISTI. ¶ Indignationem eiusmodi in plerisque legimus, & nosipsi, nostris diebus, nostris pro opusculis, nonnihil experti sumus. Verum quomodo illic alij discipuli simpliciter indignati sunt. Iudas uero, qui indignationis illorum fuit incendium, maliciose & pro cupiditate lucri indignatus est:

ita ex

ita extunc, & usq; nunc, Iudæi quidem & hæretici malicioſe indignantur, nonnulli autem catholici ſimpliciter, indignati ſunt, & indignantur aduerſum nos, ſcribentes & ſtudentes in ſcripturis: & quaſi perditionẽ ungenti exiſtimant, quod ſcribimus, putantes quod p præſumptionem & pro uana gloria hoc faciamus. Sed tandem loquitur dominus teſtis fidelis, & conſcius cuiuſq; intentionis, & dicit. Quid moleſti eſtis huic mulieri? Opus bonum operata eſt in me. Deniq; etiam præter commune teſtimonium, quod perhibebit omnibus, & quo omnes defendet in die iudicij, iam hic nonnullos talium defendit qualibet defenſione, ut inter indignationes ipſas perſeuerare, & opus bonum quod operari cœperit, ualeant perficere. ⌊Tũc abijt unus de duodecim, qui dicitur Iudas Iſcariotb, ad principes ſacerdotum, & ait illis. Quid uultis mihi dare, & ego uobis eum tradam? At illi conſtituerunt ei triginta argenteos. Et exinde querebat opportunitatem, ut eum traderet.⌋ Hoc opus illi operi mulieris oppoſitum ſiue contrarium eſt, ut bono malum. Planè ſic de illa dixit, opus bonum operata eſt in me, ſic econtra de iſto dicat dominus, malum opus operatus eſt in me. Illa enim ad ſepeliendum me præcioſo ungento unxit, iſte ad crucifigendum me uili præcio uendidit. ¶ Nulla tradidit ſcriptura quemquam ſanctorum ſiue prophetarum, qui multi interfecti fuerant, ita ut aliquando diceret unus ex illis Helias, relictus ſum ego ſolus, & quærunt animam meam: ſic uenditum, ſiue emptum fuiſſe, ut uenditus ſiue emptus eſt iſte ſanctus ſanctorum, id eſt, ſic emptum, ut emptores interficerent eum. Ioſeph quidem ſanctus in typum huius fuit uenditus, ſed emptores non iccirco emerunt, ut interficerent eum. Et Aman impijſſimus iccirco, ut interficeret, emere uoluit uniuerſum genus Iudæorum, in quo utiq; nonnulli iuſti erant, dicẽs regi Aſſuero, ſi tibi placet, decerne, ut pereat, & decem milia talẽtorum appendam archarijs gazæ tuæ: ſed neq; rex accepto argento populũ uendidit, neq; Aman placito ſuo gratis conceſſum interficere potuit. ¶ Iſte unus ſanctus ſanctorum ad hoc emptus eſt ut interficeretur, emptus præcio uili, ſcilicet triginta argenteis, quod præcium uix eſt unius uituli bruti, quo multo melior erat iſte uitulus domini. Quanto melior? Caput eius (ait dilecta in Canticis) aurum optimum, manus eius aureę, plenæ hiacynthis. Venter eburneus, diſtinctus ſaphyris. Crura colũnæ marmoreæ, quæ fundatæ ſunt ſuper baſes aureas. Hic tantus triginta emptus eſt argenteis, uenditore nimis ultroneo, ponente præcium in arbitrio emẽtium, ac dicente. Quid uultis mihi dare, & ego eum uobis tradam. Hinc per prophetam Amos dictum eſt. Super tribus ſceleribus Iſrahel & ſuper quatuor non conuertam eum, pro eo quod uenderit argento iuſtum, & pauperem pro calciamentis. Deniq; & ſi hoc perſæpe fecit ille Iſrahel, nos tamen ea tantum attendimus, quæ cognita de ſcripturis habemus. Primo uenderunt argento iuſtum, & pro calciamentis pauperem, quando decẽ filij Iacob fratrem ſuũ Ioſeph uiginti argenteis Iſmahelitis uenderunt, quo ex præcio cũ ſingulis non plures obueniſſent q̃ duo argentei, uix inde potuerunt calciari. In illo ſcelere ſic iſti menſuram patrum ſuorũ impleuerunt, ut triginta argenteis Iudas uenderet, emerent autem principes ſacerdotum talem tantumq; pauperem iuſtũ: qui uidelicet duo principes ſacerdotum Annas et Cayphas, pompatice ſoliti incedere, ex eodẽ præcio, cũ retuliſſet eis traditor, uix ſatis inſigniter potuerunt calciari. ¶ Hoc agendo Iudas infelix uere abijt, & ueraciter ſic dictum eſt, tũc abijt unus de duodecim. Abijt enim & totus receſſit ab illis, Apoſtolatum ſuum dimiſit, Epiſcopatum ſuum alteri dereliquit. Abijt (inquam) in conſilio impiorum & in uia peccatorum ſtetit, & in cathedra peſtilentiæ ſedit. ¶ Abijt à deo, ſtetit cũ diabolo, & relatis triginta argenteis, nihilominus in triginta maledictionibus, ore prophetico in pſalmo centeſimooctauo tricies maledictus, antequàm natus. Prima eſt maledictio, conſtitue ſuper eum peccatorem. Secunda, & diabolus ſtet à dextris eius. Tertia, cum iudicatur exeat condemnatus. Quarta, & oratio eius fiat in peccatum. Quinta, fiant dies eius pauci. Sexta, & epiſcopatũ eius accipiat alter. Septima, fiant filij eius orphani. Octaua, & uxor eius uidua. Nona, nutantes transferantur filij eius & mendicent. Decima, ejciantur de habitationibus ſuis. Vndecima, ſcrutetur fœnerator omnem ſubſtantiam eius. Duodecima, & diripiant alieni labores eius. Tertiadecima, non ſit illi adiutor. Quartadecima, nec ſit qui miſereatur pupillis eius. Quintadecima, fiant nati eius in

3. Reg. 19

Gene. 37.

Heſter. 3

Vile præcium uenditionis.

Cant. 5.

Amos. 2

Gene. 37

Matth. 26.

Abijt Iudas.
Pſalm. 108.
Actu. 1.
Pſalm. 1.

Triginta maledictiones in Iudam.

eius in interitum. Sextadecima, in generatione una deleatur nomen eius. Septimadecima in memoriam redeat iniquitas patrum eius in conſpectu domini. Octauadecima, & peccatum matris eius non deleatur. Nonadecima, fiant contra dominum ſemper. Viceſima, & diſpereat de terra memoria eius. Viceſimaprima, & dilexit maledictionem & uenietei. Viceſimaſecunda, & noluit benedictionem & elongabitur ab eo. Viceſimatertia, & induit maledictionem ſicut ueſtimentum. Viceſimaquarta, & intrauit ſicut aqua interiora eius. Viceſimaquinta, & ſicut oleum in oſſibus eus. Viceſimaſexta, fiat ei ſicut ueſtimentum quo operitur. Viceſimaſeptima, & ſicut zona qua ſemper præcingitur. Viceſimaoctaua, qui inſurgunt in me, confundantur. Viceſimanona, induantur qui detrahũt mihi, pudore. Triceſima, & operiantur ſicut diploide confuſione ſua. ¶ Quàm ergo mala, q̃ damnoſa decimatione miſer, nec tamen miſerabilis, Iudas, illam quam dixerat perditionẽ ungenti recuperauit? Dixerat enim. Vt quid perditio hæc? Quare hoc ungentũ non † uenit tricentis argenteis, & datum eſt egenis? Trecentorum quippe denariorum decimatio ſunt triginta denarij, quot uel quibus benedictum uendidit, & triginta maledictiones hæreditate poſſedit. ¶ Prima autem die azymorum, acceſſerunt diſcipuli ad Jeſum, dicentes. Vbi vis paremus tibi comedere paſcha? At Jeſus dixit. Ite in ciuitatem ad quendam, & dicite ei. Magiſter dicit. Tempus meum prope eſt. apud te facio paſcha cum diſcipulis meis. Et fecerunt diſcipuli ſicut conſtituit Jeſus illis, & paraverunt paſcha. ¶ Prima dies azymorum, quartadecima dies erat menſis primi, cuius ad ueſperam paſcha erat, id eſt, immolatio agni, dicẽte domino ad Moyſen. Menſis iſte principium uobis menſium, primus erit in menſibus anni, & cætera uſq; ſeptem diebus azyma comedetis, in die primo non erit fermentatum in orationibus ueſtris. Item. Primo menſe quartadecima die menſis ad ueſperam comedetis azyma, uſq; ad diem uiceſimamprimam eiuſdem menſis ad ueſperam. ¶ Sane primus menſis apud Hebræos Niſan, apud nos dicitur Aprilis, quem ita ſecundùm legem propter rationem paſchæ obſeruamus, ut lunatio, cuius quartadecima dies in ipſo æquinoctio uel poſt æquinoctium euenerit, ipſa menſis primus habeatur. Ad ueſperam illius diei, quando luna pleniſſima eſt, agnus myſtico ritu immolabatur, & comedebatur cũ azymis panibus & lactucis agreſtibus. Illa die cũ in cũctis domibus immolãdus teneretur agnus, à decima die ſeruatus, ut ad ueſperã immolaret quærebat Iudas oportunitatẽ, ut agnũ dei traderet, & oportunitas hoc modo quærebatur. Ite ait dñs Ieſus in ciuitatem ad quendam, & dicite ei. Magiſter dicit. Tempus meũ prope eſt, &c̃. Nam in ciuitatem, hoc eſt in Hieruſalem à Bethania uenit, & illuc ueniendo ac diutius immorando, traditori oportunitatem fecit. ¶ Sciendum quippe, quia cæteris diebus cum in templo docuiſſet, ad ueſperam egrediebatur in Bethaniam, & ibi noctibus morabatur, adeo nulli unquam adulatus, ut in tam magna & ampla ciuitate, nec ſaltẽ unius noctis unquam habuerit hoſpitium. Illa nocte, qua tradendus erat, diutius (ut iam dictũ eſt) immorari uoluit, licet ſciens (ut Euangeliſta Iohannes ſcribit) omnia quæ uentura erant ſuper eum. Non enim deceret principem fortitudinis, quamuis noſtrę mortalitatis infirmitate circumdatum, quamuis morte inſtante paueret & tæderet, refugere horam uel tẽpus ſuum, redeundo more ſolito citius in Bethaniam. ¶ Nunquid eũ deberet, nunquid iuſtũ aut legitimum eſſet, alias quàm Hieroſolymis illud uetus paſcha conſummare, nonnunq̃ corporis & ſanguinis ſui ſacrificium, quod illa nocte fecit, offerret? Caue (inquit lex) ne offeras holocauſta tua in omni loco quem uideris, ſed in eo quem elegerit dominus, in una tribuum tuarum offeres hoſtias, & facies quæcunq; præcipio tibi. Factus ſub lege obedientiam legi debebat, ut non in Bethania ſiue in alio quocunq; loco, ſed in loco quem elegerat dominus, ſcilicet in Hieroſolymis, ſacrificium ſuum offerret. Quando putas locum illum elegit dominus? Putas ne quando Salomon in ea ciuitate templum condidit? Imò quando pater Abraham filium ſuũ Iſaac ibi obtulit, tentante domino ac dicente, tolle filium tuum unigenitum quem diligis Iſaac, & uade in terram uiſionis, atq; offer eum ibi in holocauſtum ſuper unum montium quem monſtrauero tibi. Iam tunc elegerat dominus locũ illum ſacrificio huic, cuius in typum iuſſerat dominus Iſaac ibidem à patre ſuo ſibi offerri. Nam quod legimus in terram uiſionis, in Hebræo habet moria, & eſt mons in quo poſtea templum

Mala decimatio Iudæ. als † uendit

Lex de azymis. Exodi. j̃z Deut. j̃6

Obſeruatio paſchalis tp̃is

Cur eo ueſpe diutius ſoli to immorat? eſt Ieſus i Hieruſalem. Iohan. j̃8

Marci. j̃4.

Deut. j̃z.

3. Reg. 8 Gene. zz.

emplum conditum est, in area Ornan Iebusæi, sicut & in Paralypomenon scriptum est. Et cœpit Salomon domũ domini in Hierusalem in monte Moria, qui demonstratus fuerat Dauid patri eius, in loco, quem parauerat Dauid in area Ornan Iebusæi. Hæc iccirco dixerim, ne ignorem causam cur uitulus iste, siue agnus immolandus, accedere debuerit ad locum immolationis, scilicet quia factus sub lege, debuit obedire legi. ¶ Itidẽ de ingressu eius in eandẽ ciuitatẽ, quo ingressus est decima die, sentiendũ ac dicendũ est. Neq; em (ut nõnulli putant & dicunt) iccirco cũ tanta gloria tunc in ciuitatem introiuit, ut eos prouocaret ad interfectionem sui, sed obediens legi dicenti. Ter in anno apparebit omne masculinum tuum coràm domino deo tuo, tribus uicibus per annos singulos ascendebat, scilicet in solennitate azymorum, in solennitate mensis primitiuorum, & in solennitate tabernaculorum. Populorum autem turbæ, quę conuenerant ad diem festum, iccirco cum tanta gloria obuiam ei uenerunt, quia audierant eum fecisse recens illud miraculum, scilicet uocasse de monumento Lazarum mortuum quatriduanum. ¶ Vespere autem facto, discumbebat cum duodecim discipulis suis. Et edentibus illis, dixit. Amen dico vobis quia vnus vestrum me traditurus est. Et contristati valde, cœperunt singuli dicere. Nunquid ego sum domine? At ipse respondens, ait. Qui intingit mecum manum in parapside, hic me trader. Filius quidem hominis vadit sicut scriptum est de illo. Ve autem homini illi, per quem filius hominis tradetur. Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille. Respondens autem Judas, qui tradidit eum, dixit. Nunquid ego sum Rabbi? Ait illi. Tu dixisti. Cœnantibus autem eis, accepit Jesus panem, & benedixit, ac fregit, deditq; discipulis suis, & ait. Accipite & comedite, hoc est corpus meum. Et accipiens calicem, gratias egit, & dedit illis dicens. Bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Dico autem vobis, non bibam amodo de hoc genimine vitis, vsq; in diem illum, cum illud bibam vobiscum nouum in regno patris mei. ¶ Hic idem narrationis ordo apud Marcum habetur, scilicet inter manducandum & bibendum, dum manducarent uetus pascha, id est, agnum assum cum azymis panibus, & lactucis agrestibus, proditorem fuisse designatũ, dicendo. Amen dico uobis quia unus uestrum me traditurus est, & cætera, usq; quo ait illi, tu dixisti. Et tũc demum sacramẽtum corporis & sanguinis sui dominum tradidisse discipulis suis, ubi iam de traditore illo nulla mentio fit. Porrò apud Lucam textus uel ordo literæ se aliter habet. Prius enim utrunq; pascha, scilicet uetus & nouum, continua narratione describit, & tunc demum hęc domini uerba subiungit, ueruntamen ecce manus tradentis me, mecum est in mensa, &ẽ. ¶ Hæc diuersitas in ordine narratiõis, diuersas magnis atq; catholicis patribus de Iuda traditore sententias peperit: alijs dicentibus de illo, quod interfuerit: alijs astruentibus, quod iam exisset & non interfuerit, ubi dominus iam dictum corporis & sanguinis sui sacramentum discipulis suis tradidit. ¶ Præcipuus pater Augustinus attendens Lucæ Euangelistæ narrationem siue literæ eius seriem, hoc sensit, hoc in plerisq; locis scripsit, quod ille interfuerit, & cum cæteris Apostolis sacramentum hoc acceperit. Exempli gratia. In euangelio secundum Iohannem, ubi dictum est, et post buccellam, tunc introiuit in illum Satanas, non autem (ait) ut putant quidam negligenter legentes, tunc Iudas Christi corpus accepit. Intelligendum enim est, quod iam omnibus eis distribuerat dominus corporis & sanguinis sui sacramentum, ubi & ipse Iudas erat, sicut sanctus Lucas euidentissime narrat, ac deinde ad hoc uentum est, ubi secundum narrationem Iohannis apertissime dominus per buccellam tinctam atq; porrectam suum exprimit traditorem, fortassis p panis tinctionem illius significans fictionem. ¶ Porrò beatus Hilarius hanc Matthæi narrationem sequens, in hoc ipso euangelio dicit. Post quæ Iudas proditor indicatur, sine quo pascha accepto calice & fracto pane conficitur. Dignus enim æternorum sacramentorũ non fuerat communione. Nam discessisse statim hic intelligitur, quod cum turbis reuersus ostenditur. Neq; sane cum deo bibere poterat, qui non erat bibiturus in regno, cum uniuersos istum bibentes, ex uitis istius fructu secum postea bibituros polliceretur. ¶ Si ergo causa postulauerit, ut in quæstionem ueniat, utrum Iudas adhuc in illa hora cum discipulis fue-

Paral. 3.

Gala. 4. Ingressus Iesu in die palmarum.

Exodi. 23

Matth. 27 Iohan. 13.

Marci. 14.

Lucæ. 22.

Duplex doctoꝝ sñia de Iuda in cœna domini.

Snia Augusti.

Iohan. 13

Snia Hilarij.

pulis fuerit, an ante iam exierit, quis horum magis audiendus uel sequendus erit? Is utiq; cui magis opitulatur ratio sumpta de textu euangelicæ narrationis. Soli nanque sunt prophetæ & apostoli, quorum de scripturis in aliquo dubitare nefarium sit. Quod cum multis ipsorum, qui scripturas tractauerunt, confirmari possit sententijs, una sufficiat beati Hieronymi in uersiculo psalmi octuagesimisexti. Dominus narrabit in scripturis populorum, & principum horum qui fuerunt in ea. Videte (ait) quid dicat. Qui fuerunt, non qui sunt, ut exceptis Apostolis quodcunq; aliud post ea dicitur, abscidatur, non habeat autoritatem. Quamuis ergo sanctus sit aliquis post apostolos, quamuis disertus sit, non habeat autoritatem, quoniam dominus narrat in scripturis populorum & principum horum qui fuerunt in ea. ¶ Si igitur scire opus est uel scire cupimus, cuius nam ratio firmior sit, peruidendum est prius, quomodo Lucas à cæteris Euangelistis Matthæo & Marco in ista narratione non discrepet, quia uidelicet beatus Augustinus eorum consonantiam hic non requisiuit, dum Lucæ narrationem sequi uisus est. Quærentibus istud iam occurrit, quia uidelicet cum dixisset. Et accepto pane, gratias egit & fregit & dedit eis dicens, Hoc est corpus meum quod pro uobis datur, hoc facite in meam commemorationem: similiter & calicem, ita determinauit, ut diceret, postquam cœnauit. Profectò si postquã cœnauit, ergo et post uerba hec. Veruntamen ecce manus tradentis me, mecum est in mensa, quia (sicut iam dictum est) secundum alios Euangelistas hæc uerba dixit, non postquam cœnauit, sed quando cœnauit, et de cœna ipsa buccellam intinctam ludæ porrexit, qui et (sicut Iohannes refert) continuo exiuit. ¶ Hic iam quæritur, quid opus fuerit, ut hic Euangelista tali uteretur modo narratione? Est enim hic modus, quem recapitulationem uocant, unde Ticonius quidã, qui (ut ait beatus Augustinus) contra Donatistas inuictissime disseruit, sextam regulam scripsit in libro, quem regularum uocauit, quia in eo quasdam septem regulas executus est, quibus quasi clauibus diuinarum scripturarum aperiuntur occulta. Sextam regulam ille recapitulationem uocauit, in obscuritate scripturarum satis uigilanter inuentam. Sic enim dicuntur quædam quasi sequantur in ordine temporis, uel rerum continuatione narrentur, cum ad priora, quæ prætermissa fuerant, latenter narratio reuocetur, quod nisi ex hac regula intelligatur, erratur. Exempli gratia. In Genesi scriptum est Plantauerunt autem dominus deus paradysum uoluptatis à principio, in quo posuit hominem quem formauerat. Statimq; sequitur. Produxitq; dominus deus omne lignum pulchrum uisu, et ad uescendum suaue, lignum etiam uitæ in medio paradysi, lignumq; scientiæ boni et mali. Hoc igitur uidetur dictum, tanquam id factum sit, postquam factum posuit deus hominem in paradyso, cum breuiter utroq; commemorato, scilicet et quod plantauerat dominus deus paradysum, et quod in eo posuit hominem quem formauerat, recapitulando redeat et dicat quod prætermiserat, uidelicet quomodo plantatus fuisset paradysus. Multa secundum hunc modum in scripturis inueniuntur, quorum ad obscuritatem elucidandam, regula hæc, scilicet recapitulatio ualde utilis est. ¶ Hoc ergo quæritur, (ut iam dictum est) cur Lucas Euangelista scribendo illam domini cœnam, tali narrationis modo uti uoluerit? Istud quærentibus, illud in primis demonstrandum est, quia solus ipse, uidelicet Lucas, hæc domini uerba præscripsit, dicta in illa priori cœna typici paschæ siue agni paschalis, quem comedit cum suis discipulis secundum morem ueteris mandati. Desyderio (ait) desyderaui hoc pascha manducare uobiscum, antequàm patiar. Dico enim uobis, quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in regno dei. Et accepto calice, gratias egit et dixit. Accipite et diuidite inter uos. Dico enim uobis, quod non bibam de genimine uitis, donec regnum dei ueniat. Hoc solus (ut iam dictum est) Lucas scribere curauit, dominum dixisse, quod desyderio desyderauerit cũ discipulis suis comedere pascha illius anni, qui erat annus tricesimusterius assumptæ humanitatis, suiq; desyderij causam hanc subiunxisse, quod pascha illud manducaturus, & calicem eiusdem typici paschæ bibiturus non esset, donec impleretur in regno dei. Congruum ergo fuit ut modum adimpletionis illius continuo perscriberet: & iccirco dilatis, quæ in eadem cœna dicta sunt, & accepto (inquit) pane gratias egit & fregit, & dedit eis, dicẽs. Hoc est corpus meum quod pro uobis datur, hoc facite in meam commemoratiõem. Similiter & calicem, postquam cœnauit

Verba Hieronymi. Psalm. 86.

Patet ex scripturis, Iudam nõ interfuisse sacræ coenæ post cœnam factæ. Lucæ. 22

Iohan. 13

Recapitulatõ Sexta regula Ticonij.

Gene. 2.

Cur Lucas alio narratiõis modo uti hic, q̃ alij euãgelistæ

Lucæ. 22.

cœnauit dicens. Hic est calix nouum testamentum, in sanguine meo, qui pro uobis funde
tur. Hoc itaq; modo impletur in regno dei illud, quod illo priore pascha & priore calice
figurabatur. Extunc enim uenit regnum dei, cuius uidelicet regni initium erat passio eius
ad quam nocte illa tradebatur, tertia die resurrecturus. Itaq; causam nos arbitramur dixis-
se idoneam, propter quam solus Lucas utriusq;, scilicet ueteris ac noui, paschæ narrationẽ
continuare uoluerit, ac demum per recapitulationem redisse ad uerba, quæ ante sacramen
tum noui paschæ dicta esse testantur Euangelistæ cæteri. ¶ Non ignoro quod pleriq; & Rõnes p sen-
sere omnes sensum sequantur & magis amplectantur beati Augustini quàm beati Hila- tẽtia August.
rij, quem tamen aliter sensisse uel scripsisse hactenus nouerant admodum pauci. Aiunt nã
q; multos hodieq; indignos (quod uerum est) idem sacramentum accipere, & accipiendo
iudicium sibi manducare & bibere. Aiunt etiam, quod itidem uerum est, nemini nisi con-
fesso uel conuicto de crimine sacramentum hoc denegari debere, & cum alia ratione, imò
multis rationibus illud comprobetur, maxime huic rationi innituntur, quia dominus Iu-
dæ traditori, sicut & cæteris Apostolis, sicut nondum confesso aut conuicto communio-
nem eiusdem sacramenti non negauit. ¶ Sed uideamus utrum Iudas secundũ prescriptam An Iudas fu-
erit de crimi-
consyderationem confessus uel conuictus fuerit an non, quando dominus hoc sacramen- tũ cõfessus &
tum tradidit. Nam quomodo uel quali ordine in occultis criminibus ad hoc perueniendũ conuictus.
sit, ut confessus uel conuictus quis habeatur, dominus ipse præ docuit. Si (inquit) peccaue- Matth. 18.
rit in te frater tuus, uade & corripe eum inter te & ipsum solũ. Si te audierit, lucratus es fra
trem tuũ. Si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc unũ uel duos, ut in ore duorũ uel
trium testium stet omne uerbũ. Quod si non audierit eos, dic ecclesiæ. Si aũt ecclesiam nõ
audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Videndũ ergo, utrum, sicut in cæteris accipi-
mus, ga cœpit Iesus facere & docere, ita & i isto fecerit ipse qđ docuit. Vtiq; peccabat in Actu. 5.
eũ Iudas frater fictus, quia festinabat tradere eũ, nullo fratrũ, id est discipulorũ sciente, præ-
ter ipsum qui omnia nouerat, quem latere non poterat. Ait aũt suppresso nomine tradito-
ris, unus ex uobis me tradet. Ita dicendo, profectò corripuit eum inter se & ipsum solum,
quia præter ipsum, quẽ sua ipsius conscientia latere non poterat, nemo sciuit de quo dice-
ret. Non audiuit corripientem, quippe qui in intentione persistens, manũ quoq; cum do-
mino intingebat in catino, callidus ut putabat ipse. Tunc (ut plenius Iohannes narrat) aspi-
cientibus ad inuicem discipulis, & hæsitantibus de quo diceret, erat recũbens unus ex dis-
cipulis Iesu in sinu eius, quem diligebat Iesus. Innuit ergo huic Symon Petrus, & dicit ei. Iohan. 13
Quis est de quo dicit? Itaq; cũ recubuisset ille supra pectus Iesu, dicit ei. Domine quis est?
Cui respondit Iesus. Ille est, cui ego intinctũ panem porrexero. Et cũ intinxisset panẽ, de-
dit Iudæ Simonis Iscariothis. Hoc agendo nimirũ adhibuit unum alium secum, scilicet Io
hannem cui locutus fuerat, audiente ipso Iuda, quia propius assidebat, ut fieret quod dixe-
rat, quia in ore duorũ uel trium testium stet omne uerbũ. Non audiuit eos, imò deterior fa-
ctus est, sicut per hæc uerba innuit Euangelista, & post buccellam tunc introiuit in illũ Sa
tanas, & cum indignatione dixit. Nunquid ego sum Rabbi? Et ait Iesus illi. Tu dixisti. Et
hoc nimirũ ecclesiæ dicere fuit, quia conuentus discipulorũ audire potuit. Continuo exiuit
ecclesiam non audituras, immò quod faciebat facturus citius, iam ethnicus & publicanus,
ethnicorũ & publicanorũ deterrimus. Hæc iccirco dixerim, ut si sententiam beati Hilarij
suprascriptam sequamur, nihilominus cõstare sciamus, quod sacra communio nemini de- Cur in ultima
neganda sit, nisi de crimine confessus sit aut conuictus. ¶ Iam, ut ad propositum sermo re- cœna instituit dñs sacrm
currat, consyderandum in isto capitulo, quanta sit faciei præscriptæ, faciei uitulinæ man- corpis & san.
suetudo, quanta ratio, quanta ueritatis & iustitię pulchritudo. Non antehac tradidit uel cõ Leuit. 4
didit hoc sactamentum corporis & sanguinis sui, sed tunc primum quando in passione iã
agonizabatur, ipsa nocte qua tradebatur, quando iam strues lignorum componebatur, su-
per quam secundum spiritualem ritum sacræ ac mysticæ legis membra talis uituli cæsa or
dinarentur, subiecto in altari igne magnæ charitatis, siue spiritus sancti, per quem desyde
rabat offerri, tunc adipem suũ pro peccato ipse obtulit, scilicet omnẽ necessariam nobis uti
tatem suæ passionis, sub istis speciebus panis & uini, dicendo, hic panis est corpus meum
Hic calix nouum est testamentum in sanguine meo, qui pro uobis fundetur. Et recte atq;

rationabiliter. Et enim sacramentum hoc, quo mors eius annunciatur, quemadmodum
j.Cor.jj. Apostolus dicit, Quotienscũq; em̃ manducabitis panẽ hunc & calicem bibetis, mortẽ do
mini annunciabitis donec ueniat: quando debuerat condi uel dari, nisi sub ipsius articulo
passionis? Hoc deniq; ratio uel nostræ salutis ordo poscebat, ut non nisi iam mundatis per
passionem eius ab illa ueteri macula peccati originalis, daretur iste cibus uitæ contra illud
Gene.3. edulium mortis, quod primus homo maligna intentione comedit, uolens esse deo similis,
Roma.5 in quo omnes peccauimus, in quo omnes superbiæ ueneno infecti fuimus. ¶ Sed dicit ali
Obiectio. quis. Nondum erat fusus ille sanguis, sed fusus est die sequenti, quo & ipsos Apostolos o
Solutio. portebat emundari, quibus primis illa nocte hanc escam & hunc potum dedit. Ad hęc in
quam. Iam uenditus erat iste agnus dei, iam tradebatur iste uitulus sacrificij ueri, & iccirco
iam recte mundi habebantur, iamq; ueraciter uocabantur amici, ita ut diceret eis. Iam uos
Iohan.j5 mundi estis, propter sermonem quem locutus sum uobis. Et subinde. Vos amici mei estis
Iã uos mundi estis. propter sermonẽ, &c. ¶ Et notandum quod non dixit propter passionem uel mortem meam iam uos mundi e
stis, iam uos amici estis, sed propter sermonem (ait) quem locutus sum uobis. Non em̃ pas
sio uel mors eius aliter eis profuisset, nisi sermo, quem locutus fuerat eis, creditus uel admi
xtus fidei fuisset. Quod aũt istis dixit: omnibus quoq; sanctis dixit, aut dicere potuit qui eũ
expectabant ab origine mundi, iam uos mundi estis propter sermonem quem locutus sum
Gen.j57.j.22 uobis. Nam reuera propter eum, quem locutus est eis, sermonem legis & prophetarum,
Gala.3. propter illud quod primum ad Abraham locutus est promissiõis uerbum de semine eius,
quod est ipse Christus: propter illum (inquam) sermonem quia crediderunt, iam ex eo mũ
Remissionem pctõr̃ cõtulit caro Chr̃i, aliter antiqs, aliter nobis. di sunt, & mundauit eos ipsa passio eius, quæ tunc agebatur: ipse sanguis eius, cuius effu
sio nocte illa parabatur. ¶ Vnde licet iam dictum corporis & sanguinis eius sacramentũ,
humana comprehendi ratione non possit, quomodo panis corpus eius & uinum quomo
do sanguis fiat, quomodo dudum de isto loquens mysterio dixerit, & panis quem ego da
Iohan.6. bo caro mea est pro mundi uita: hoc tamen rationabiliter dixeris, quod uel pro eo panis
iste recte dicatur & uere sit caro Christi, quia nobis residuis, qui nondum eramus nati, no
bis uiuentibus, siue ueniẽtibus ab ipsis Apostolis, idem facit comesus iste panis, quod illis
prioribus sanctis fecit in sua specie crucifixa moriens & sepulta caro Christi. Remissionẽ
peccatorum contulit prioribus illis caro Christi mortua, & eodem uentre recepta, quo se
pulta continebantur eorum corpora: & sanguis ille, quem & uiuens illa nocte sudando e
manauit, & iam mortuus cum aqua de latere suo fudit: remissionem peccatorum opera
tur & nobis sacramentum eiusdem carnis & sanguinis sub istis speciebus panis & uini.
Qũo mortui añ passionẽ Chr̃i refecti sũt hoc sacr̃o noui testam̃. ¶ Igitur ut dicere cœperam, non ante passionem, sed sub ipso passionis uel mortis articulo
sacramentum hoc fieri uel dari debuit, quo simul omnes tam mortui quàm uiui credentes,
ab illa macula ueteris cibi abluerentur, & simul omnes isto noui testamenti sacramento e
pularentur: mortui modo sibi congruo, & uiui modo sibi congruo. Deniq; mortui, quo
niam in uita sua de sacrificijs huius sacramenti significantius initiati fuerat, uenturum &
moriturum Christum licet intelligerent, pauci signis illis annunciantes, iccirco recte refe
ctionis perfectionem illam, quam diximus, assecuti sunt, ut & mortui Christi anima uel spi
ritus ad animas illorum descenderet: per quod factũ est, ut statim uiderent et scirent, quàm
suauis est dominus deus, qui angelorum cibus est, quos pascit immortaliter: & corpus in
eiusdem terræ uentrem deueniret, quo condita erant eor̃ corpora, ꝑ quod resurrectio ad
Matth.27. uitam daretur eis, sicut ex multis qui cũ eo iam tunc resurrexerunt, confirmatũ est. ¶ Por
rò uiuis, id est nobis, quibus ueraciter dicitur, & qui fideliter credimus, quia Chrũs resur
Roma.6 gens à mortuis, iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur, non iam figuræ propo
nuntur, quæ Christi morte impleantur, sed ipsa rei veritas, verũ sacrificiũ, quo ipsa Christi
mors uerbis manifestis cũ signaculo crucis eius annũciatur, vbi miro modo & viuimus, &
Ibidem.3 mortui sumus, quicũq; enim (ait Apostolus) baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsi
us baptizati sumus: quo videlicet baptismo nisi mortui fuissemus, non esset nobis in cibo et
Nume.j3 potu isto annũciare mortem eius. ¶ Libet hic nota vti similitudine. In libro Numeri scri
ptũ est. Misit Moyses exploratores ad consyderandam terram & confortamini (inquit)
& afferte nobis de fructibus terræ. Cunq; ascendissent explorauerunt terram, pergentes
usq; ad

usq; ad torrentem botri, absciderunt palmitem cum vua sua, quem portauerunt in uecte duo uiri. Secundum illius rei gestæ similitudinem, nimirũ & illi qui tempore præcesserunt & nos qui subsequimur Christi aduentum, utriq; portamus quasi botrũ cum palmite suo, magnũ promissionis dulce experimentũ, scilicet dominicæ incarnationis, passionis, resurrectionis atq; ascensionis mirabile sacramentum. Illi portauerunt in sacris ac mysticis sacrificiorum cæremonijs umbraticis & significatiuis: nos portamus in isto unico sacrificio panis & uini. Quapropter hic animaduertendũ, quia utriq; illoꝝ portantium botrum illũ, alter qui præcedebat, quod portabat ipse non uidebat: alter qui sequebatur, quod portabat ante se uidebat. In hoc denicq; nos atq; illi non minimè discernimur, quod nos manifestis (ut iam dictum est) uerbis cum signaculo uiuificæ crucis uerum perficientes sacrificiũ, mortem domini annunciamus, mortem domini sequimur, & crucem baiulamus. Botrus quippe in uecte, Christus est in cruce, & hoc aperta facie contemplamur: illi autem portabant quidem, sed non uidebant: legebant, sed non intelligebant: & qui optimi erant, qui intelligere digni erant, qui propheticis oculis uidebant, eis dicebatur ne propalarent. Exempligratia. Tũ autem Daniel, claude sermones, & signa librum usq; ad tempus statutum. Pertransibunt plurimi, & multipl ex erit scientia. Ad Esaiam autem. Liga testimonium, signa legem in discipulis meis. ¶ Quamuis de hoc sacramẽto à maioribus nostris multa sufficienter dicta sint, & fastidium legentis uitandum sit, unum tamen adhuc, quod mens suggerit, libet eloqui. Iam enim forte quis animaduertit, quod hic maxima tentatio sit. Et reuera non sallitur quisquis hoc animaduertit. Est enim hic tentatio dei, tentatio quærens fidem: cui contraria est tentatio diaboli, tentatio quærens perfidiam. ¶ Cuius uidelicet tentationis dei, ut de simili causa proferamus testimonium, ecce in Exodo dicit dominus ad Moysen. Ecce ego pluam uobis panes de cœlo. Egrediatur populus & colligat quæ sufficiant per singulos dies, ut tentem eum, utrum ambulet in lege mea an non. De simili causa ideo dixi, quia profectò quod tunc dominus Manna de cœlo pluit, in figura sacramenti huius contigit illis. Vt itidem tentationis diaboli de causa contraria proferamus exemplum, serpens, imò in serpente diabolus, dixit ad mulierem. Nequaquam morte moriemini. Scit enim deus, quod in quacunq; die comederitis ex eo, aperientur oculi uestri, & eritis sicut dij, scientes bonum & malum. Comedit mulier, dedit q; uiro suo, & comedit. Ita tentati à diabolo tentauerunt deum, & aperti sunt oculi amborum, non ut scirent bonum & malum, sed ut à bono caderent in malum: non ita ut se esse deos, sed ita ut cognoscerent se esse nudos. ¶ Non autem putandum, quod tunc primum tentauerint deum, quando uetitum comedendo, experiri ausi sunt uter uerior existeret, deus ne qui dixerat, in quocunq; die comederitis ex eo, morte moriemini, an serpens qui dicebat, nequaquam morte moriemini, sed eritis sicut dij. Iam ante tentare deum inccœperant, iam antequàm foris audissent malum serpentis consilium, intus in corde suo tentabant deum, uersantes diuinitatis appetitũ. Nam sicut ante nos dictum est, nisi prius intus intumuissent, foris tentati tã facile non cecidissent. Alioquin quomodo æquum fuisset, ut deus tentaret eos, ponendo præceptũ, quod non ignorabat eos fore præuaricaturos? Deus enim intẽtator malorum est. ¶ Quod ut apertius dictum sit, deus non nisi male tentatus ab aliquo, non tentat aliquem tentatione, in qua comprehendatur præuaricator. Exempli gratia. In tentatione supra memorata, qua tentauit populum dicens, Egrediatur populus & colligant quæ sufficiant per singulos dies, ut tentem eum utrum ambulet in lege mea, an non: die autem sexta parent quod inferant, & sit duplum quam colligere solebant, quia in die septimo non inuenietur: præuaricatores inueniendi erant. Venit enim dies septima, & egressi de populo ut colligerent non inuenerunt. Dixit autem dominus ad Moysen. Vsquequo non uultis custodire mandata mea & legem meam? Nunquid intentatus deus eos illa tentatione tentauit, quos præuaricatores non ignorauit? Non utiq; intentatus, murmurauit enim omnis congregatio filiorum Israhel, murmurando tentans, tentando murmurans, sicut habemus in psalmo. Et tentauerunt deum in cordibus suis ut peterent escas animabus suis, & male locuti sunt de deo. Dixerunt. Nunquid poterit deus parare mensam in deserto? Nunquid & panem potuit dare, aut parare mensam populo suo? ¶ Potrò si quem tentat deus, à quo non ipse est male

Danie. 12
Esaiæ 8.
Duplex tẽtatio circa hoc sacramẽtum.
Tentatio dei.
Exodi. 16
1. Cor. 10
Gene. 3.
Adã & Euã prius tentauerunt deũ q̃ tẽtati fuerunt.
Iacobi. 1.
Duplex tẽtatio dei, una in ruinam.
Exod. 16
Psalm. 77.
Altera in gñã.

est male tentatus, illi nimirum omnis tentatio in gloriam cooperatur, unde non solus Abraham, quem deus tentauit in oblatione filij sui, uerum etiam ferè omnes sancti pro exemplo sunt, de qualibus sapientia dicit. Et si coràm hominibus tormenta passi sunt, deus tentauit illos, & inuenit eos dignos se. Omnibus his Moyses dicit illud, quod Israheli in Deuteronomio dicit. Adduxit te dominus deus tuus per desertum, ut affligeret te atque tentaret & nota fierent quæ in tuo animo uersabantur, utrum custodires mandata illius an non. Ac deinceps. Eduxit tuos de petra durissima, & cibauit te Manna in solitudine, quod nescierunt patres tui. Et postquam afflixit, ac probauit, ad extremum misertus est tui. ¶ Igitur, ut ad propositum redeam, magna in isto sacramento tentatio dei est, tentatio quærens fidem, ad euacuandam perfidiam, quam tentatio diaboli in primis hominibus inuenit, quibus uetitum comedere persuasit. Est autem fides (ait Apostolus) sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentum. Oportebat ergo non apparere res, ut locum haberet substantia hæc, res inquam, id est, carnem & sanguinem non apparere oportebat, non solum sed sensus nostros comedentium atque bibentium naturâ offensione offenderent: quibus humanam carnem manducare uel dentibus terere, sanguinemq; humanum bibere, neque pium, neque naturæ amicum est: uerum etiam, ut locum haberet hæc sperandarum substantia rerum, hoc argumentum rerum non apparentum, scilicet fides in qua testimonium (ait idem Apostolus) consecuti sunt senes. Denique si omnes respicias senes, id est, antiquos patres, quibus testimonium sancta perhibet scriptura, quòd fuerint fideles: quosq; Apostolus ibidem enumerat, sententiam hanc ueram interserens, sine autem (ait) fide impossibile est placere deo: omnium illorum fidem probatam inuenis circa res † uias quæ non apparebant, quas ipsi iam non uidere, sed tantum sperare poterant, quarum etiam aliquæ non solum non apparebant, sed & supra naturam erant. ¶ In hoc itaque sacramento, cum sit opus magnæ atque ineffabilis misericordiæ, miro nihilominus iudicio, miranda tentamur ueritate, ut manifesti fiant hi quorum est fides, quibus salua iudicij rectitudine, misericordia condonare debeat morsus illos ligni uetiti, quos momordit mulier & dedit uiro suo, mala in deum suspitione, peruersa & nimia circa serpentem credulitate. Nonne creditum ibi fuit quod non apparebat, quod non uidebatur? Nunquid oculis uidebant in illo fructu ligni uirtutem tantæ rei effectiuam, quam serpens promisit dicens, eritis sicut dij? Et quidem nec illa mors apparebat aut uideri poterat oculis, quàm interminatus fuerat deus, dicens, In quocunque die comederis ex eo, morte morieris: sed credere oportuisset deo creatori fideli in omnibus quæcunque dixit: creditum autem fuit non creatori, sed serpenti, non deo, sed diabolo. Totum illud sacrilegium per istud emendatur sacramentum, in illis qui credunt & credentes percipiunt, in fide humiles, in humilitate fideles: ac proinde illis parentibus longe dissimiles, cum illi promissum illud audierint in præcium præuaricationis, eritis sicut dij, superbi & male crediili, ac proinde male crediili quia superbi, isti autem uocem humilitatis audiunt in mysterio siue annunciatione mortis eius, uos amici mei estis, manete in me, & ego in uobis. Quantò enim suauior est hæc uox, Qui manducat carnem meam & bibit sanguinem meum, in me manet & ego in illo: † dilectione illa, quam serpens susurrauit, comedite & eritis sicut dij, qui utique de suo non dabat, sed rapinam facere suadebat, hic autem non qualecunque suum, sed suam carnem & suum sanguinem dat. ¶ In illis qui non credunt, & non credentes ore tamen sacramentum percipiunt, cibus & potus iste operatur iudicium, quia tentati reprobi inuenti sunt, eo ipso, quod sine fide sunt, & male tentant dñm. De huiusmodi hæreticis in illo psalmo parabolarum, qui sic incipit. Attendite populo meus legem meam, inclinate aurem uestram in uerba oris mei, aperiam in parabolis os meum, ita dictum est. Adhuc escæ eorum erant in ore ipsorum, & ira dei ascendit super eos, & occidit pingues eorum, & electos Israhel impediuit. Eorum nanque peccatum est in eo, quod dicunt tentantes deum. Quoniam percussit petram & fluxerunt aquæ, & torrentes inundauerunt, numquid & panem poterit dare aut parare mensam populo suo? Est enim hic sensus. Numquid quia potuit deus facere, ut patefacto crucifixi Iesu CHRISTI latere, quod fuit percuti petram, flueret aqua cum sanguine, & implerentur scripturæ & intelligibiles fierent sacri-

Sapien. 3

Deut. 8.

Magna têtatio circa sacrũ corpis & sanguinis Chri. Hebræ. 5.

Ibidem.

Iego † illas

Gene. 2.

Iohan. 15

Iohan. 6 forte † illectione

Hæretici circa hoc sacrm in lege præfigurati.

Psalm. 77

rent, sufficerentq; mentibus nostris ad bibendum, in modum torrentium inundantium: nunquid (inquam) quia potuit illud facere, poterit etiam panem confectum manibus hominum conuertere in corpus, & uinum de palmitibus istis in sanguinem suum? Alioquin nisi mysterium attendas, sensus secundum literam non constat: quoniam percussit petram & fluxerunt aquæ, nunquid & panem poterit dare, quia uidelicet panis iste, id est Manna secundum historiam prius datum est, quam percussa petra fluerent aquæ. Hactenus dilecto sacramenti huius morosius nos detinuerit, nunc ad cætera pergamus. ¶ Et hymno dicto, exierunt in montem Oliueti. Tunc illis dicit Jesus. Omnes vos scandalum patiemini in me, in ista nocte. Scriptum est enim. Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis. Postquam autem surrexero, præcedam vos in Galileam. Respondens autem Petrus, ait illi, Et si omnes scandalizati fuerint in te, ego nunquam scandalizabor. Ait illi Jesus. Amen dico tibi quia in hac nocte, antequam gallus cantet, ter me negabis. Ait illi Petrus. Etsi oportuerit me mori tecum, non te negabo. Similiter & omnes discipuli dixerunt. ¶ Exitus iste in montem Oliueti ille est, quem apud Iohannem habemus, cum terribilibus ac reuerendis uerbis istis, Surgite, eamus hinc. Quid nam erat dicere, surgite eamus hinc, & ita exire in montem Oliueti, in ipsa hora suæ traditionis, quando Iudas loquebatur cum senioribus, statim uenturus cum cohorte & ministris: nisi relinquere ciuitatem illam, quemadmodum per prophetam Hieremiam prædixit. Reliqui (ait) domum meam, dimisi hæreditatem meam, facta est mihi hæreditas mea quasi leo in sylua, dedit contra me uocem suam, ideo odiui eam. Ergo & prophetiam hanc & illud, quod per semetipsum dixerat ante biduum, ecce relinquetur uobis domus uestra deserta, iam implesi significans, surgite (inquit) eamus hinc. Et exierunt in montem Oliueti. Factis enim nõ minus quàm uerbis loqui, sapientiæ dei familiare est. Iosephus quoque uocem simile testatur fuisse auditam, Nocte (inquit) sacerdotes intimum templum more suo ad diuinas res celebrandas ingressi. Primum quidem motum quendam strepitumq; senserunt, post ea uero subitam uocem audierunt, quæ diceret. Migremus hinc. Ita cum terribili significatione uocum, omne præsidium salutis sese ab illa ciuitate migrare demonstrauit, iuxta quod & ab ipso templo exiens idem dominus prius significauerat, dicente Euangelista. Iesus autem abscondit se, & exiuit de templo. Mala subsequentia probauerunt, uere & de templo illo exisse & de ciuitate illa abisse Iesum, & ab utroque migrasse omne angelorum præsidium. ¶ Et congrue non quouis, sed iuxta consuetudinem tunc quoque exiuit in montem Oliueti. Illinc enim ascensurus erat in cœlum, quo facto, reuersi sunt (ait Lucas) Hierosolymam à monte, qui dicitur Oliueti, qui est iuxta Hierusalem, sabbati habens iter. Nec uero repugnat illud quod scripsit idem Lucas. Eduxit autem eos foras in Bethaniam & eleuatis manibus suis benedixit eis, & factum est, dum benediceret illis, recessit ab eis, & ferebatur in cœlum. Bethania nanque in latere montis Oliueti sita est. Ergo ubi per ascensionem consummanda erat eius gloria, illuc recte exiuit, eandem gloriam suam oratione præuenire, & agonem suæ passionis inchoare, quod idem Lucas euidentius narrat. Positis (inquit) genibus orabat, factus in agonia, & factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. ¶ Iam dicti exitus sui causam, propter quam recte diceret, relinquetur uobis domus uestra deserta, breuiter insinuat, dicens. Omnes uos scandalum patiemini in me, in ista nocte. Scriptum est enim. Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis. Scandalum illud omnes nouimus, nec demonstrare opus est, quomodo scandalizati fuerint, quomodo omnes relicto eo fugerint, quomodo Petrus suæ (quam putabat) fortitudinis oblitus, scandalo noctis illius sic offensus sit, ut ter eum negaret, dicens. Nescio quid dicis, non noui hominem, & tunc demum gallo cantante recordatus sit uerbi IESV dicentis, Prius quàm gallus cantet, ter me negabis, & respiciente eum domino, egressus foras, amarè fleuerit. Non (inquam) demonstratione opus est, sed nos proposito tenemur, nos faciem istam, faciem uituli in hac immolatione ipsius contemplari delectamur. Si cui uacat, sedeat nobiscum, & contempletur pariter in

Cõuertit panis in corpus Christi.

Zacha. 13

Surgite, eamus hinc. Iohan. 14

Hiere. 12

Matth. 23.

Ioseph. de bello Iud. li. 7. c. 18

Iohan. 8.

Actu. 1.

Lucæ vltimo

Lucæ. 22.

Matth. 26.

Negatio Petri prsignata prius in eius submersione. Matth. 14.

claritate faciei huius pulchritudinem oculorum ipsius. ¶ Et hoc ut locupletius fiat, res anterius gesta ad memoriam est reducenda, ualet em̃ mysteriũ eius in attentione ista. Iussit aliquando hic dominus noster discipulos suos ascendere in nauiculam, & præcedere eum trans fretũ, donec dimitteret turbas. Cunq; dimissa turba solus ascendisset in montem, & uespere facto solus esset ibi & oraret, nauicula in medio mari iactabatur fluctibus, erat em̃ uentus cõtrarius. Quarta aũt uigilia noctis uenit ad eos, ambulans sup mare. Cũq; turbatis illis dixisset, habete fiduciã ego sum, nolite timere. Domine (inquit Petrus) si tu es, iube me uenire ad te sup aquas, & descendens de nauicula ambulabat sup aquas. Videns ergo uentũ ualidũ, timuit. Et cũ cœpisset mergi, clamauit dicens. Dñe, saluũ me fac. Et cõtinuo Iesus extendens manũ, apprehendit eũ, & ait illi. Modicæ fidei quare dubitasti? Deniq; res illa gesta, miro modo & res gesta & rei gerendæ quædã fuit parabola, siquidẽ placet parabolã dici, nõ solũ in uerbis, uerũ etiã in factis, quoniã & Apostus enumeratis cõpositionibus primi & secundi tabernaculi, quæ (inquit) parabola est tẽporis instãtis. ¶ Igitur dimissa turba solus Iesus ascendit in montẽ orare, quia sic futurũ erat, & sic factũ est, ut exiens de ciuitate iã non docturus turbã, exiret (ut iã dictũ est) in montẽ Oliueti solus orare. Exierũt quidẽ cũ eo discipuli, sed non usq; ad locũ orationis. Nam sustinete hic (ait) siue sedete hic, donec uadã illuc & orem. Et assumpsit quidẽ Petrũ & Iacobũ & Iohannẽ secũ, sed et illis iterũ dixit. Sustinete hic, et uigilate. Et progressus pusillũ, siue auulsus ab illis, quantũ est iactus lapidis, procidit in faciẽ suã orans. Ita relictis illis, iterũ et tertio abiit et orauit. Solus erat orans nocte illa, siue uespera profunda. Nauicula aũt in medio mari iactabatur fluctibus, id est, fides discipulorũ nimis contristabatur, ita ut oculi eorũ præ tristitia grauarentur. Sed uenit dñs Iesus ambulans sup aquas, quia tẽpestates illas quæ propter ipsum motæ erant et mouebantur, prompto spũ conculcabat, licet caro esset infirma. Et enim caro quidẽ infirma, dicebat in oratione, mi pater, si possibile est, transeat à me calix iste; sed spũs promptus, uerũtamen (ait) non sicut ego uolo, sed sicut tu. Ibi confidentia Petri se quoque promptam esse putauit, Domine (inquiens) iube me uenire ad te super aquas, Dixit enim. Et si omnes scandalizati fuerint in te, ego nunq̃ scandalizabor. Animam meã pono pro te tecum paratus sum et in carcerem et in mortẽ ire. Cũ ista fiducia, quasi iam fortis et bene cinctus, ambulabat et ipse super aquas, ut ueniret ad Iesum. Cũ enim discipuli omnes relicto domino fugissent, ipse sequebatur à longe usq; in atrium, et ingressus intro sedebat cũ ministris ut uideret finem. Sed ecce uidit uentũ ualidum, et timuit, cœpitq; mergi. Cum em̃ sederet in atrio cum ministris (ut iam dictũ est) accessit ad eũ una ancilla ostiaria, dicens Et tu cum Iesu Galilæo eras. At ille negauit coràm omnibus dicens. Nescio quid dicis. Iterum ab alia similiter uentilatus ancilla, dixit. Non noui hominem. Tertio ab his qui stabant, magno uento impulsus, cœpit detestari & iurare, quia non nouisset hominem. ¶ Cũ ita cœpisset mergi, clamauit dicens. Domine, saluum me fac. Gallo quippe cantante, recordatus uerbi Iesu quod dixerat, priusquàm gallus cantet, ter me negabis, egressus foras fleuit amarè. Deniq; sic flere, hoc fuit clamare & saluationem quærere. Vt ita clamaret, respectus fecit saluatoris, quem Lucas uenerabiliter expressit, dicens. Et conuersus dominus, respexit Petrum. Postquam surrexit (sicut & hic prædixit, postquam autem resurrexero, præcedam uos in Galilæam) apparuit ei sicut in euangelio eiusdem Lucæ scriptum est, quia duo ex discipulis regressi in Hierusalem inuenerunt congregatos undecim, et eos qui cũ ipsis erant, dicentes, quod surrexit dominus uere, et apparuit Symoni. Sed et angelus loquens mulieribus hunc in nomine consolatũ esse uoluit dicendo, sed ite dicite discipulis eius et Petro, quia p̃cedet uos in Galilæã. Vere ergo Iesus extendens manũ, apprehẽdit eũ: reseruauit em̃ illi gradũ suũ, reseruauit et stabiliuit principẽ apl̃orũ. ¶ Libet nunc inspicere illũ prophetiæ locũ, quẽ nobis illustrare debet scintilla hæc ex ore eius dicentis, scriptũ est enim. Percutiã pastorẽ, et dispergentur oues gregis. Pauca ex precedentibus et subsequentibus diligenter inspecta, pulchram intelligentiæ lucem refundent. Præcedentia sunt hæc. Et erit in die illa, dicit dñs deus exercituũ, disperdã nomina idolorũ de terra, & nõ memorabũtur ultra, et prophetas et spiritũ immundũ auferã de terra. Et erit cum prophetauerit quispiam ultra, dicent ei pater eius et mater eius genuerunt eum. Non uiues, quia men-

Matth. 26. Luc. 22.

Marci. 14 Iohan. 13

Luc. 24.

Mar. 16

Zacha. 13

Hebræ. 9 Iesus orauit solus & seorsum.

Nauicula iactabatur fluctibus.

Petrus clamauit, dñe saluũ me fac.

Percutiã pastorẽ & dispergentur oues gregis.

quia mendacium locutus es in nomine domini, & configent eum pater eius & mater eius genitores eius, cũ prophetauerit. Et erit In die illa confundentur prophetæ, unusquisq; ex uisione sua cũ prophetauerit, nec operientur pallio saccino ut mentiantur, sed dicet, non sum propheta, homo agricola ego sum, quoniã Adam exemplũ meũ ab adolescentia mea Et dicetur ei. Quid sunt plagæ istæ in medio manuũ tuarũ? Et dicet. His plagatus sum in medio eorũ qui diligebant me. His præmissis, Framea (inquit) suscitare super pastorẽ meum, & super uirũ cohærentem mihi, dicit dominus exercituũ. Percute pastorem, & dispergentur oues. Deinde subsequitur. Et conuertam manum meam ad paruulos, & erũt in omni terra (dicit dominus) partes duæ, & disperdentur & deficient, & tertia pars relinquetur in ea, & ducam tertiã partem per ignẽ, & uram eos, sicut uritur argentũ, & probabo eos sicut probatur aurũ. Ipse uocabit nomen meũ, & ego exaudiam eum. Dicam populus meus es, & ipse dicet, dñs deus meus. Ecce uenient dies dñi, & diuidentur spolia in medio tui, &c. ¶ Totũ illud prophetiæ capitulũ illustrat nobis (ut iam dictũ est) breuis sententia hæc, scintillans de pectore & ore ipsius domini, in quo sunt omnes thesauri sapientię et scientiæ absconditi, dũ præmisso, omnes uos scandalũ patiemini in me in ista nocte, subiũgit. Scriptũ est enim. Percute pastorem, & dispergentur oues gregis. Itaq; ut cõpetenter euangelica utar similitudine molentis. Ait enim ipse dominus. Duæ erunt molentes in unũ, una assumetur & altera relinquetur. Hæc prophetica quasi mola inferior ponenda est, & cœpta iam euangelica narratio dominicę passionis supponenda quasi mola supior, ut agente manu domini, circũacta uolucri cursu, fructuosum frumenti granũ salubriter nobis teramus, & de optima eius medulla candidissimũ farris panem in usum uitæ æternæ conficiamus. Tale frumenti granũ Christus est, qui de semetipso dicit. Nisi granũ frumenti cadẽs in terra, mortuũ fuerit, ipsum solũ manet: si autem mortuũ fuerit, multum fructũ affert: tale (inquam) granũ est, ut molendo nunquam dissipetur, eoq; integro pmanente, diffundi aut distillare nunquam desinet medulla eius. Nunc interim finis hic sit libelli huius, & sequentem cũ iam dicto prophetiæ capitulo, reparatis post lassitudinẽ uiribus exordiamur.

Colos. 2.

Mola inferior, & mola superior. Mat. 24

Iohan. 12

FINIS LIBRI DECIMI.

DE GLORIA ET HONORE FILII HOMINIS LIBER XI.



VAM IN SCRIPTVRIS SANCTIS gloriam, tuũ ô fili hominis quærere & inuenire honorem in propheticis & euangelicis pconñs, tale nobis est inter tædia uitæ psentis: quale fesso uiatori, remissis interdũ grauibus sarcinis residere sub umbra odoriferæ arboris propere riuulũ aquę iugiter salientis, gratoq; otio fugacem insequi & cõprehensam attrectare columbã, tactu blando, manibus innocuis. Et reuera sic est. Sancta quippe scriptura ipsa est columba illa, de qua ipsius autor spũs sanctus in psalmo dicit. Pennæ colũbæ deargentatæ, & posteriora dorsi eius in pallore auri. Ne ergo miretur quis dicens, quid uel ad quid iste scribit, cũ sancti patres sufficientia scripserint, quæ cuncta perlegere nemo nostrum sufficit? Nam & si alij nemini, at mihi scribenti hoc ipsum quod scribo iam proficit. Hoc dulce studium iam in præsenti nonnihil præmij, nõ mediocriter habet suæ exercitationis emolumentum. Quàm suaue est (ut iam dixi) uiatori, demissis interdum sarcinis, pennulas columbæ deargentatas & aurea dorsi eius præ oculis habere, & manibus tractare posteriora: tam suaue & iocundum est inter medias curas, sanctam tractare scripturam, cuius & exterior sermo castus, absq; omni superfluitate, nitet quasi argentum, & interior sensus rutilat uelut aurum. Trahit sua quemque uoluptas, & hoc ha-

Saera scriptura colũba dr̃, cuius litera argentũ, sensus mysticus aurum est.

Psalm. 67

Ver. in Buc.

Cant. j. hoc habeo testimonium conscientiæ, quod dixerim ego uoluptati huic, trahe me post te. Ecce argentũ, ecce aurum, uidelicet susceptum in fine præcedentis libelli, quod cũ Euangelica narratione, dominicæ passionis tractare proposui, prophetiæ capitulum. ¶ Et erit (inquit) in die illa dicit dominus exercituũ, disperdam nomina idolorum de terra, & non memorabuntur ultra, & prophetas & spiritum immundũ auferam de terra. Præmiserat autem. In die illa erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Hierusalem in ablutionem peccatoris & menstruatæ. Ergo diem illam, quam hic prophetię spũs intendit, diem dominicæ passionis necesse est intelligi, qua nimirũ lancea militis latus aperiendo saluatoris, fontem patefecit domui Dauid & habitantibus Hierusalem, fontem sanguinis & aquæ, credentibus in Christũ qui propter hoc ipsum dicuntur & sunt domus Dauid & habitatores Hierusalem, quia credunt in Christũ filium Dauid, cuius æternæ ciuitatis quoddã erat exemplar illa Hierusalem, in qua regnauit Dauid. Et ille fons erit (inquit) in ablutionẽ peccatoris & menstruatæ: peccatoris inquã, id est, gentilis populi, qui sine lege peccauit: & mẽstruatæ, quæ per legẽ peccauit, quæ ne de iustitia præsumeret factor, unus ex optimis eius filijs cõfessus est, & dixit. Et facti sumus ut immundus omnes nos, & quasi pannus mẽstruatæ, uniuersæ iustitiæ nostræ. ¶ Quærendũ itaq; qui uel quales in illa die fuerunt prophetæ, quoniã dixit, & prophetas & spiritũ immundũ auferã de terra. Hic citius Euangelistæ Iohannis narratio occurrit. Ait eñ. Collegerũt pontifices & pharisæi conciliũ, & dicebant. Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? Si dimittimus eũ sic oẽs credunt in eũ. Et uenient Romani, & tollent nostrũ & locũ & gentem. Vnus ex ipsis Caiphas, cum esset pontifex anni illius, dixit eis. Vos nescitis quicq̃, nec cogitatis quia expedit uobis, ut unus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Hoc aũt à semetipso non dixit sed cũ esset pontifex anni illius, prophetauit, qa moriturus erat Iesus pro gente, & non tantũ pro gente, sed ut filios dei, qui erant dispersi, cõgregaret in unũ. Huiusmodi prophetas auferã (ait) de terra. ¶ Nã ne prophetas bonos suspiceris, spiritũ immundũ illis copulauit. Ait eñ, & prophetas & spiritũ immundũ auferã de terra. Ergo prophetæ mali, prophetę immundo spiritu pleni, in die illa fuerunt auferendi de terra, non solũ de terra uiuentium, uerum etiam de terra ipsa & ciuitate, quã tunc mortales & deo mortui inhabitauerunt, qui malam sibi hanc prophetiã de corde suo prophetauerunt. Quid facimus, quia hic homo multa signa facit, &c̃. Nempe excepto quod præmiserunt, si dimittimus eum sic, totum quod dixerunt, in prophetiam reputatum est illis, ut omnes crederent in eum: illis autem non credentibus, uenirent Romani, & tollerent eorum & locum & gentem. Fuit inter illos unus Caiphas talium prophetarũ maximus, qui dixit. Vos nescitis quicq̃, neq; cogitatis, quia expedit uobis ut unus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Hoc autẽ (Euangelista inquit) à semetipso non dixit, sed cũ esset pontifex anni illius prophetauit, quia Iesus moriturus erat pro gente. Et non tantũ pro gente, sed ut filios dei, qui erant dispersi, congregaret in unum. ¶ Causam eorum propter quam auferendi essent de terra, ipse propheta latenter (ut oportuit) continuo subiunxit. Ait eñ. Et erit cum prophetauerit quispiam ultra dicent ei pater eius & mater eius qui genuerunt eum. Non uiues, quia mendacium locutus es in nomine domini. Et configent eum pater eius & mater eius genitores eius, cũ prophetauerit. Propheta magnus de semetipso ultra prophetauit, quia illi & præcipue Caiphas prophetauerunt, quod expediret eũ mori, ipse aũt prophetauit, qđ oporteret eum resurgere à mortuis. Hoc ultra fuit, uidelicet ultra prophetiam illorũ, prophetiam mortis, quia prophetauit prophetiã resurrectionis. Dixit enim. Soluite templum hoc, & post triduum excitabo illud. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. ¶ Cumẽr go prophetauerit quispiam ultra, quem nominare nolo, quia non expedit: dicent (inquit) ei pater eius & mater eius qui genuerunt eum. Non uiues, quia mendacium locutus es in nomine domini. Pater eius Iudaicus populus, & mater eius synagoga, qui secundũ carnẽ genuerũt eũ, ita dixerũt ei. Cũ eñ aliud nõ haberent unde accusarẽt eũ, nouissime submissis duobus falsis testibus istud protulerũt. Hic dixit. Possum destruere templum dei, et in triduo reædificare illud. Cumq; principi sacerdotum dicenti, adiuro te per deum uiuum ut dicas nobis, si tu es Christus filius dei, respondit, tu dixisti, & amodo uidebitis filium hominis

Zacha. j3 Dies illa, dies dominicæ passionis

Quid est prophetare ultra

Iohan. 2 Dicent ei pater eius & mater eius.

Esaiæ. 64.

Iohan. jj.

Matth. 26

hominis sedentem à dextris uirtutis, & uenientem in nubibus cœli: clamauerunt, reus est mortis. Nonne hoc erat dicere, non uiues, quia falsum locutus es in noie dñi? ¶ Ex illa uisione sua quomodo confusi sunt prophetæ illi? Ait enim. Et erit in die illa, confundentur prophetæ, unusquisq; ex uisione sua cum prophetauerit. Aut quomodo prophetantes illi operiebãtur pallio saccino ut mentirentur? Nam & hoc sequitur. Nec operientur pallio saccino ut mentiantur. Nisi enim se operuissent aliquando, frustra diceret, nec operiẽtur pallio saccino. Quid ergo fuit operire se pallio saccino, ut mentirentur, nisi per nequissimã hypocrisim simulare dolorem, & fingere timorem ut paueret populus? Hoc fecit ille propheta, ille prophetaꝝ impioꝝ impijssimus Caiphas. Deniq; ut mentiretur, ut magnificaret & confirmaret mendaciũ uisionis suæ quam pariter in concilio suo dixerant, uenturos esse Romanos, ut tollerent locũ & gentem, nisi Iesum interficerent, iccirco scidit uestimẽta sua. Adiurauerat dominũ Iesum, dicens. Adiuro te per deũ uiuum, ut dicas nobis, si tu es Christus filius dei benedicti. Et cur addiderit, benedicti, nescias nisi quia stultissimus ipsi deo adulari præsumpserit, in causa eiusmodi, adulatiõe crudeli. Cũ ille fidelis permanẽs qui seipsum negare non potest, respondisset, tu dixisti, subiungens. Veruntamen dico uobis, amodo uidebitis filiũ hominis sedentem à dextris uirtutis, & uenientẽ in nubibus cœli, tunc (ut iam dictũ est) scidit uestimenta sua, & dixit. Blasphæmat. Quid adhuc egemus testibus? Ecce, nunc audistis blasphemiã. Quid uobis uidetur? Atq; hoc modo saccinũ simulatæ tristitiæ palliũ sibimetipsi superduxit, ut mentiretur, ut mendaciũ corroboraret, ut uidens populus male credulus, magis paueret, ubi non erat pauor, sicut in psalmo dictũ est Ibi trepidauerunt ubi non erat timor. ¶ Taliter saccino solebant operiri pallio patres eorũ fundendo sanguinẽ prophetaꝝ & iustoꝝ, quoꝝ isti mensuram impleuerunt. Exempli gratia. Scripsit Iezabel literas ex nomine Achab, & signauit eas anulo eius, & misit ad maiores natu, & ad optimates qui erant in ciuitate eius, & habitabant cum Naboth. Literarum autem erat ista sententia, Prædicate ieiunium, et sedere facite Naboth inter primos populi, & submittite duos uiros filios Belial, contra eũ, & falsum testimoniũ dicant, benedixit deũ & regem, & educite eum & lapidate, sicq; moriatur. Fecerunt ergo ciues eius, & maiores natu & optimates qui erant cũ eo, in urbe sicut pręceperat Iezabel, et sicut scriptũ erat in literis quas miserat ad eos. Prædicauerunt ieiuniũ, & sedere fecerunt Naboth inter primos populi, & adductis duobus uiris filij diaboli, fecerunt eos sedere contra eum, &c. ¶ Et illud ieiuniũ, et quicquid deinceps fecerunt imitatores illoꝝ, usq; ad hypocritas istos qui, ut mentirentur, ut firmarent sibi sermonem nequam, sciderunt uestimenta sua. Recte nimirum & pulchre appellauerit spiritus sanctus breui appellatione pallium saccinum, quo non operientur (ait) ultra ut mentiantur. Nam ipsa mentiendi autoritas eis auferetur, & miro modo ex uisione sua confundentur, ex uisione mendaci quã prophetauerunt dicendo, uenient Romani si dimiseritis eũ sic. ¶ Etenim ecõtra iccirco factũ est ut uenirent Romani, quia non dimiserunt eũ sic, & ecce non tantũmodo secundũ uisionem illoꝝ, pro sensu ipsoꝝ mendaci, locũ tulerunt & gentẽ: ueꝝ etiam id, quod plus est, quod ipsi uidere aut nesciebant timere. Tulerunt quoq; optima quæ illorum erant, scilicet adoptionem filiorum, & gloriam, & testamenta, & legislationem, & obsequium, & promissa, & totam hæreditatem patrum, ex quibus Christus secundum carnem, qui est super oĩnia deus benedictus in secula amen. Hæc eñ omnia tulerunt eis, & cum cæteris nunc gentibus possident Romani, longe alij q̃ Romani illi qui tantũmodo locũ & gentẽ tulerunt eis, qui fuerunt & permanserunt pagani: quia non curauerunt, neq; curare scierunt de spolijs istis optimis, tantummodo locũ & gentẽ, ducibus Vespasiano et Tito, tulisse contenti. ¶ Quapropter militauerint quidẽ huic dño et regi Iesu Christo, in uindictã sanguinis eius cõtra ciuitatem Ariel (qđ interpretatur leo dei) iuxta quod ipse dixit, facta est mihi hæreditas mea quasi leo in sylua, contra ciuitatẽ Hierusalem, quã expugnauit per eos, iste uerus Dauid, filius secundũ carnẽ illius Dauid, secundũ prophetiam huiusmodi. Væ Ariel, ciuitas quã expugnauit Dauid. Additus est annus ad annũ, solennitates euolutæ sunt, Et circũuallabo Ariel, et erit tristis et mœrens, et erit mihi quasi Ariel. Et circumuallabo quasi sphætam in circuitu tuo, et iaciam contra te aggerem, et munimenta ponã in obsidionem tuam

In illa die cõfundentur prophetæ.

Psalm. 52. Iezabel. 3. Reg. 21

Pallium saccinũ. Psalm. 63

Falsa eoꝝ prophetia de Romanis. Roma. 9

Vę Ariel quã expugnauit Dauid. Hiere. 12

Esaiæ. 29

Humilia-

Humiliaberis, de terra loqueris, & de humo audietur eloquium tuum. Et erit quasi Phitonis de terra uox tua, & de humo eloquium tuum mussitabit. Militauerunt quidem in hoc (ut dixi) Christo domino & regi, & hoc uæ Ariel, sed nihilominus uæ & ipsis, sicut uę Assur. Sequitur enim. Et erit, sicut puluis tenuis multitudo uentilantium te, & sicut fauilla pertransiens, multitudo eorum, qui contra te prævaluerunt. Eritq; repente confestim à domino exercituum, uisitabitur in tonitruo & commotione terræ, & uoce magna turbinis & tempestatis, & flammæ ignis deuorantis. Et erit sicut somniũ uisionis nocturnæ, multitudo omnium gentium, quæ dimicauerunt contra Ariel, & omnes qui militauerunt & obsederunt, & prævaluerunt aduersus eam, & sicut somniat esuriens, ut comedat: cum autem fuerit expergefactus, uacua est anima eius: & sicut somniat sitiens ut bibat, & postquã fuerit expergefactus, lassus adhuc sitit, & anima eius uacua est, sic erit multitudo omnium gentium, quæ dimicauerunt contra montem Syon. Ita miro modo puniendi ad punien-
dum uenerunt Romani & dimicauerunt contra Ariel, materialibus armis, & ecce confusi sunt, nec iam licet eis operiri pallio saccino ut mentiantur: imò captiui per omnes gentes,
Nõ sum prophera, homo agricola ego sum, per ironiam dicitur. nec locum habent quo ad similiter mentiendum cõgregentur. ¶ Sed econtra dicit eis quispiam insultabundus, qui (ut iam dictum est) prophetauit ultra, subauditur, quam fuisset ab adiurante principe sacerdotum interrogatus. Nõ sum propheta, homo agricola ego sum, quoniam Adam exemplum meum ab adolescentia mea. Grandis insultatio, & ironia grauissima, quippe qui negando acrius affirmat, & affirmando uehementius negat. Non sum
Iohan. 7. (inquit) propheta, subauditur, uestro arbitratu, sic enim dixistis, propheta à Galilæa non surget, non hic à deo, & his similia. Homo agricola ego sum, itidem uestro arbitratu dicen-
Matth. 13 tium. Quomodo hic literas scit, cum non didicerit. Nonne hic est fabri filius? Attamen uera sunt quæ prædixi, & uos captiui estis, nec iam pallio saccino licet uobis operiri, ut mẽtiamini, & quempiam uestrum interficiatis. Dixistis, quoniam Adam exemplum meum ab adolescentia mea, calumniando quod ego gloriam meam quærerem, & dicendo quem
Iohan. 8. 50 teipsum facis, & alibi, quia tu homo cum sis, facis teipsum deum. Hæc fuit exprobratio uestra, sed aliter est. Longe ego dissimilis Adam, & ille exemplum meũ non fuit, qui gloriam suam quæsiuit, imò & dicebam, & quod dicebam uerum est. Ego gloriam meam non quæro, est qui quærat & iudicet. Iudicium eius pro me super uos manifestum est. Nam ecce quem confixistis, qui mortuus fui, ecce loquor, & respondeo loquentibus mihi. Hoc
Quid sũt plagæ istæ in medio manuũ tuarum. est quod sequitur. ¶ Et dicetur ei. Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum. Et dicet. His plagatus sum in domo eorum qui diligebant me. Perspicuum est diligentibus, occultum est negligentibus, quod iste, qui hic respondet percunctantibus, unus & solus sit filius hominis Iesus Christus. Quis enim alius interrogatus est aut respondit, siue interroga-
Lucæ. 24. ri & respondere potuit, postquam mortuus est, plagis acceptis in medio manuum suarum nisi iste solus qui mortuus resurrexit, ut posset loqui: cuius uidelicet locutionis hoc initium fuit, ut ostenderet plagas suas, dicendo, uidete manus meas & pedes meos. ¶ Hæc er-
Iohan. 16 go glorioſa, ſicut cætera prophetarum præconia, dicta ſunt de te ô fili hominis, & uerum est quod de sancto paracleto sub ipso tuæ passionis articulo promittens dixisti. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet & annunciabit uobis. Tuum est, & uere tuum est, quicquid sancti prophetæ locuti sunt. Et enim illi de te scripserunt, de te quid scriberent acceperunt, & de illo tuo spiritus paracletus quantum sibi placet accipiens, & nobis annuncians, id est, intelligere faciens, clarificat te nobis: ut claritatem iam hic ex parte uideamus, siue cognoscamus, tantæ gloriæ tantiq; honoris tui: cuius hęc summa est, quia cum fueris mortuus plagis, quas in medio manuũ tuarum accepisti, adhuc loqueris, et ipsas ostendens plagis interrogantibus iugiter respondes responsione mirabili. ¶ Quid em̃? Q̃ diu, quo-
Philip. 2 modo, à quo, uel à quibus interrogaberis, siue dicetur tibi, qd istæ plagæ sint? Nimiq; in se cula seculoꝝ, sine cessatione, & cũ ineffabili admiratione dicetur tibi. Et à deo patre, cui fa-
1. Pet. 1. ctus es obediens usq; ad mortem, mortem autem crucis, dicetur tibi: & à sanctis angelis, qui in te desyderant prospicere, dicetur tibi: & ab hominibus, quos morte tua redemisti, dicetur tibi, & iugiter interrogaberis: quid istæ plagæ sint, & tu dices eis dictione quæ nullum unquam finem habet, His plagatus sum in domo eorum, qui diligebant me. Etô ma-

gnum

gnum ſacrilegium, ſacrilegum homicidium, plagas eiuſmodi tibi eſſe illatas in domo dili-
gentium. ¶ Non dices, his plagatus ſum ab his qui diligebant me, ſed in domo eorꝝ qui di-
ligebant me. Nam qui plagas intulerunt, non dilexerunt te: erant autem ſecundum carnẽ
domus Abraham & Iſaac & Iacob & Dauid, & cæterorum talium qui diligebant te, qui
promiſſum ſibi expectabant te. Veruntamen hoc dicere, non eſt reſpondere, ad hanc in-
terrogationem, quid ſunt plagæ iſtæ. Aliud nanque eſt percunctando dicere, quid ſunt
plagæ iſtæ, & aliud dicere ubi factæ ſunt plagæ iſtæ. Illud q̃rit quid ſint plagæ iſtæ. Ergo
ex abundanti dicet, his plagatus ſum in domo eorum qui diligebant me. Et tunc demum
dicet, quid ſint plagæ, dicet: calix eſt, quem pater dedit mihi bibere. ¶ Nam quod proti-
nus ſequitur, æquipollens eſt, uox enim eſt patris eiuſdem qui calicem dedit, & ex perſo-
na eius ſonat hoc dictum in auribus noſtris. Framea ſuſcitare ſuper paſtorem meum, & ſu-
per uirum cohærentem mihi. Percute paſtorem, & diſpergentur oues gregis. Memoriter
tenendum eſt, cur in hunc prophetiæ locum ſermo deuenerit, quia uidelicet facies iſta,
quam nunc contemplamur, facies uituli ante & retro plena oculis: cum iam protinus ad
uictimam raperetur, huc reſpexit: Omnes (inquiens) uos ſcandalum patiemini in me in iſta
nocte, ſcriptum eſt enim: percutiam paſtorem & diſpergentur oues gregis. Idcirco & nos
huc reſpeximus, & uidimus locum hunc ſiue capitulum prophetiæ fidelis, illuſtratum re-
ſpectu ſcintillantis faciei huius, uidimus (inquam) prophetiæ ſenſum hoc dicto elucida-
tum, ſcriptum eſt enim, percutiam paſtorem & diſpergentur oues gregis. Etenim litera li-
cet non ſic ſe habeat, ſenſus proculdubio ſub iſta litera hoc habet, quia quod litera ſonat,
framea ſuſcitare ſuper paſtorem meum, percute paſtorem, dictum eſt patris, frameam ad-
hibentis ſiue imperio ſuo ſuſcitantis, & quod hic dicit, percutiam paſtorem & diſpergen-
tur oues gregis, reſponſum frameæ, reſponſum eſt mortis. ¶ Quid eñ eſt framea hæc, niſi
mors? Non dico mors peccati, mors animæ, quæ peccantem animam à deo uiuo ſeiungit
ſed mors corporis eſt framea hæc, qua omnes percutimur, dum cuiuſq; noſtrum anima à
corpore ſeparatur. Frameam hanc ſuper omne genus humanum deus ſuſcitauit, & nos
omnes percuſſit, quado primo homini dixit. Donec reuertaris in terram de qua ſumptus
es, quia puluis es & in puluerem reuerteris. Et nos quidem recte omnes tali framea percu-
timur, inutiliter enim, immò perniciosiſſime in æternum uiueremus ſecũdum corpus, qui
ſecundum animam morte peccati mortui eramus: hic autem paſtor dei patris, & uir cohæ-
rẽs illi, eſt enim una eademq; perſona cum diuinitate uerbi, quid fecit ut hæc framea ſuper
eum ſuſcitaretur, ut diceret, pater percute paſtorem? Nihil fecit, nullum in ſe habuit pecca-
tum, ſed hoc dicere fuit, ponere in eo iniquitates omnium noſtrum. ¶ Quid autem & de eo
dicemus, quod in hac prophetia, cum dixiſſem, percute paſtorem & diſpergentur oues gre-
gis, ſtatim ſubiunctũeſt, & conuertã manum meã ad paruulos? Nõne & hoc ipſum nobis
illuſtrauit? Vbi enim dixit, ſcriptum eſt enim, percutiam paſtorem, & cætera, protinus ad-
didit. Poſtquàm autem reſurrexero, præcedam uos in Galilæam. Nonne hoc fuit domi-
no, conuertere manũ ſuam ad paruulos, poſt reſurrectionem ſuam apparere in Galilea di-
ſcipulis ſuis. & illic dicere eis, euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine pa-
tris & filij & ſpiritus ſancti? Eiuſmodi nanq; humiles auditores ſuos non ſolum illic in pro-
phetia, uerumetiam & hic in euangelio paruulos appellauit, confiteor (inquiens) tibi pater
domine cœli & terræ, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudẽtibus & reuelaſti ea par-
uulis. ¶ Tres iſtæ partes una ſapientium, ſcilicet græcorum ſiue gentilium, & alia prudenti-
um uidelicet Iudæorum non credentium, quibus ſacramenta hæc abſcondita ſunt, & ter-
tia paruolorum, id eſt, humilium, quibus credentibus hæc reuelata ſunt: tres illæ partes
ſunt, de quibus, ubi præmiſit, & conuertam manum meam ad paruulos, ſtatim ſubiunxit.
Exerunt in omni terra dicit dominus partes duæ, et diſperdentur & deficient, & tertia pars
relinquetur in ea, & ducam tertiam partem per ignem, & uram eos ſicut uritur argentum,
& probabo eos ſicut probatur aurum. Hoc ex parte maxima uidemus iam factum. Nam
duæ partes iam dictæ ſapientium atq; prudentium, de quibus Apoſtolus: nos autẽ (inquit)
prædicamus Ieſum Chriſtum, Iudæis quidem ſcandalum, gentibus autem ſtultitiam.
ecce diſperditæ ſunt & defecerunt: partem autem tertiam, partem paruulorum, id eſt, hu-

His plagãtus ſum in domõ eorꝝ q̃ diligebant me.

Iohan. j̃8

Framea ſuſcitare ſuper paſtorem meũ.

Framea illa, mors corporis eſt

Gene. 3.

Eſa. 53

Conuertãma num meam ad paruulos.

Matth. 28.

Matth. jj

Partes duę diſperdentur & tertia pars relinquetur

Zach. j3

j. Cor. j.

milium, reseruauit dominus, & duxit per ignem multarum tribulationum, ut examinare eos sicut examinatur argentum, ut probaret eos sicut probatur aurũ. ¶ Superius iam dictum est de beato Petro, quia dum ambularet super aquas, ut ueniret ad dominũ Iesum.

Matth. 14.

Iohan. 13

Videns uentũ ualidũ timuit, & cœpit mergi, id est, dum semetipsum fortẽ putasset, ita ut ceret, quare non possum te modo sequi, animã meã pono pro te, tecũ paratus sum & in carcerem & in mortẽ ire: propter uocẽ unius ostiariæ mortem timuit, & uitam negauit, quod fuit incipere mergi. At ipse non omnino mersus est, & ut non mergeretur, ut tempestatem illam euaderet, respectus domini fecit, quia conuersus dominus (ait Euangelista) respexit Petrum, & recordatus uerbi domini Petrus, egressus foras fleuit amare, fletu pœnitentiæ. Respectus uenerabilis, respectus misericordiæ & propiciationis, ille fuit, qui pœnitentiam operatus est, pœnitentiam bonam, & salutem stabilem illi fecit. Ecce autem alia, & longe dissimilis pœnitentia. ⊥ Tunc (inquit Euangelista) videns Judas qui cum tradidit quod damnatus esset. ✝ pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos principibus sacerdotum ⁊ senioribus, dicens: ✝ peccaui, tradens sanguinem iustum. At illi dixerunt: Quid ad nos? Tu videris. Et proiectis argenteis in templo recessit, ⁊ abiens, laqueo se suspendit. ⊥ Vere enim longe dissimilis, & ualde contraria huius pœnitentia fuit pœnitentiæ iam dictæ Petri apostoli, quia mortem ista. Salutem autem operata est illa pœnitentia. Venerari & honorare intendimus hic (ut sæpe iam dictum est) faciẽ huius uituli qui tunc dicebatur ad uictimam, quando Petrum respexit, & ad prædicandam claritatem oculorum eius hoc dicimus, quia facies eadem, quæ Petrum respexit, super Iudam quoque respexit, sed respectu dissimili. Videlicet Petrum respectu misericordiæ. Iudam respexit respectu iudicij. Nam ne quis existimet respectum domini semper fieri in bonum, illius super quem respicit: ecce scriptura manifeste dicit. Iamq; aduenerat uigilia matutina, & ecce respiciens dominus super castra Aegyptiorum per columnam ignis & nubis, interfecit exercitum eorum, & subuertit rotas curruum, ferebanturq; in profundum. ¶ Et de utroque pariter respectu, uidelicet, & de respectu gratiæ siue misericordiæ, & de respectu iræ siue iudicij, Psalmus dicit sententijs continuatis: Oculi domini super iustos, & aures eius in preces eorum. Vultus autem domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum. Igitur ipsa facies, quæ Petrum respexit, ut ad pœnitentiam salutarem compungeret: Iudam quoq; respexit, ut ad pœnitentiam exitialem conturbaret. Et ad contemplandam talis respectus iustitiam iam quidem trahimur, sed prius est, ut de modis pœnitentiæ quippiam loquamur, quoniam de isto perditionis filio ita dictum est, quia pœnitentia ductus retulit triginta argenteos, et abiens laqueo se suspendit. ¶ Vnus est pœnitentiæ modus, de quo iustus et misericors deus curare dignetur, uidelicet ubi causa pœnitentiam agendi est, fides futuri seculi, metus gehennæ, desyderiumq; regni dei. Huiusmodi pœnitentiam non solum per suos nuncios, uerum & maxime per semetipsum deus de cœlo ueniens prædicare curauit, ficincipiens Euangelium suũ, pœnitentiã agite, appropinquabit enim regnũ cœlorum. ¶ Alius est pœnitentiæ modus, ubi cã pœnitentiã agẽdi est, amor præsentis seculi, ꝑ qua uidelicet cã pœnitentiã egit ipius Achab, de sanguine Naboth, Iezaelitæ, scindens uestẽ suã, ieiunansq; ac dormiens in sacco, & ambulans demisso capite. Pro causa hac & Sodomitæ, tyrij ac Sydonij pœnitentiã egissent, quẽadmodũ dns dicit: Quia si in Sodomis factæ essent uirtutes, quæ factæ sunt in uobis, ô Chorozaim & Bethsaida, olim in cilicio & cinere pœnitentiã egissent. De hmõi pœnitentia, qm̃ salutẽ non operaꝛ, deus nunq̃ curasse legiꝛ, ut uel per semetipm uel per nuncios suos eã prædicare dignareꝛ, præter qđ ad Niniuen ciuitatem magnam misit prophetã Ionam, licet ille nec pœnitentiã ibi prædicauerit aut prædicare iussus fuerit, sed hoc tantũ, adhuc quadraginta dies & Niniuen subuertereꝛ. ¶ Cũ ergo duæ sint istæ causæ pœnitentiã agendi, propter quam earum pœnitentia ductus est iste filius perditionis. Nunquid propter causam futuri seculi? Non utiq; cum diabolus esset, sic ipse dominus iam dudum dixerat, nonne ergo uos duodecim elegi, & unus ex uobis diabolus est? Non (inquã) de isto seculo curauit aut quicquàm spei habuit. Nunquid uero propter causam præsentis seculi? Non utique, nam & ut hoc male relinqueret, abiens laqueo se suspendit.

Respexit dñs Petrum

Lucæ. 23

Alia pœnitentia Petri, alia Iudæ

Exo. 14.

Duplex respectus dñi, unus misericordiæ alius iræ

Psalm. 33

Pœnitentia bona

Matth. 4

Pœnitentia mala

3. Reg. 21

Matth. 11

2. Cor. 7.

Ionæ. 3

Qualis pœnitentia Iudæ.

Iohan. 6.

Qualis

Qualis ergo causa esse potuit, quæ fecit illum pœnitentia duci? Hanc enim non ociose quę rimus. Et obscura quidem & incerta nobis est, sed per aliud simile fieri potest, ut non nihil inueniamus. Scriptum est de Achitofel, qui fuerat consiliarius Dauid, & uersus ad Absalon consilium inutile dederat contra Dauid, quia uidens quod non fuisset factum consilium suum, strauit asinum suum, & surrexit, & abijt in domũ suam & in ciuitatem suam, & disposita domo sua, suspendio interijt. Quam ob causam se ille suspendit? Vidit enim, quia non erat factum consilium suum. Parum dictum esi, nisi simul subintelligas, quia malignus coniector conijciebatur, decipiendum fore Absalon, & reuersurum esse Dauid in regnũ suum, quod sibi æstimabat fore intolerabile malum: quippe qui inter cętera mala iam ante dederat consilium, ut Absalon fedaret patrem suum. ¶ Illud simile isti recte dixerim. Quis enim nesciat illum Dauid similitudinem uel typum prætulisse huius Iesu Christi filij dei, & sui quoq; secundum carnem filij? Nam ut & secundum præsens sacramentum quatuor facierum aliquid loquar. Propinquus ipse fuit faciei hominis, pro eo maxime quod ex semine eius Christus secundum carnem. Et faciei Leonis, pro eo quod fortissimus ipse cum leonibus lusit (ut sapientia meminit) quasi cum agnis, & in ursis similiter fecit. Nunquid non occidit gygantem, & abstulit opprobrium ab Israhel? Contriuit inimicos undiq;, & contriuit cornu ipsorum usque in æternum in omni opere. De similitudine quoq; faciei uituli plurimũ habuit, quia uidelicet multis laboribus eruditus fuit, & multis tribulationibus passiones Christi præsignauit. Vnde & sicut itidem sapientia testatur, Christus purgauit peccata ipsius, & exaltauit in æternum cornu eius. Nihilominus illud multum attinet ad faciem aquilæ uolantis, quod propheticæ gratiæ oculis mirabiliter & uidit & cecinit sacramenta cœlestia eiusdẽ Christi sessuri ad dexterã patris, uidit (inq̃) & audiuit, ut inter cætera referret nobis, dicens: dixit dominus domino meo sede à dextris meis. Suo quoq; nomine ad similitudinem accedit, interpretatur enim Dauid manu fortis siue desyderabilis. ¶ Porro Achitofel & nomine & re similitudinem prætulit huius, de quo nunc sermo est, Iudæ filij perditionis. Achitofel quippe interpretatur, frater meus cadens siue irruens. Et sicut ille uoluit & in eo intendit, ut Dauid de regno eiectus, etiam funditus deleretur, id est moreretur, & ita periret nomen eius. Dixit enim ad Absalon: Eligam mihi duodecim milia uirorum, & consurgens persequar Dauid hac nocte, quippe qui lassus est, & solutis manibus percutiam eum: sic & iste dominum nostrum, non quomodocunq; mori, sed ita mori uoluit, ut periret nomen eius, testante psalmo ex persona eiusdem Christi, quo cum dixisset: Inimici mei dixerunt mala mihi, quando morietur & peribit nomen eius? protinus de isto insidiatore maximo & insidiantium pessimo, ita subiunxit. Et ingrediebatur & uideret, uana loquebatur cor eius, congregauit iniquitatem sibi. Egrediebatur foras, & loquebatur in idipsum. Et hoc idem iterꝝ repetens, cum de uniuersis dixisset: Aduersum me susurrabant oẽs inimici mei, aduersum me cogitabant mihi, & cætera, istũ manifestius expressit, dicẽs: Etenim homo pacis meæ, in quo speraui, qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem. ¶ Hinc manifestum est, quod iste, nec solus iste, sed maxime iste, sic dominũ Christũ mori uoluit, ut periret nomen eius, id est, ut nulla fama uel memoria, & nulla superesset doctrina eius: sicut ille uidelicet Achitofel illud intendebat, ut Dauid (sicut iã dictũ est) de regno eiectus, nequaq̃ ultra regnare posset, morte præuentus. Eandem igitur uel similẽ ob causam uterq; pœnitentia ductus est, & uterq; laqueo se suspendit, uidelicet, quia persensit tam iste q̃ ille, qd res non procederet secundũ consiliũ eius. Et inde pulcherrimam similitudinis pfectionẽ. Quomodo ille persensit uel unde ille percepit non fieri secundũ intentionẽ suã, ut funditus exterminaretur Dauid. Nimirꝝ ex eo. quod Chusai amicus Dauid, quasi relicto Dauid, uenerat ad Absalon, quẽ utiq; sciebat, nequaq̃ aĩo recessisse à Dauid, neq; corde esse cũ Absalon. Nonne iste similiter de dño Christo dicere poterat, quod q̃uis esset damnatus & moreretur, non tamen periret nomen eius, ex eo quod superstites erant discipuli eius, prædicaturi nomen & resurrectionem eius. Denique hoc uoluerat ut discipuli quoque eius cum eo comprehderentur. Et manifestius Euangelista Iohannes exprimens. Stabat autem (inquit) & Iudas qui tradebat eum, cum ipsis. Vt ergo dixit eis, ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram, & cætera usq;,

Achitofel 2. Reg. j7.

Dauid typũ Chr̃i gessit secundũ q̃tuor facies animal'

Psal. 88. & .j3j Ecci. 47 j. Reg. j7

Ecci. 47

Psal. j09 Similituo Iudæ ad Achitofel.

2. Re. j7.

Psal. 40.

Voluit Iudas, ut non solum ipse Christus, sed & nomen eius periret

Io. j8.

Esa.8 si ergo me quæritis, sinite hos abire, ut impleretur sermo quem dixit: quia quos dedisti mi-
Chusai, figura fuit discipulorũ Christi hi non perdidi ex eis quenquam. ¶Horum uidelicet discipulorum quibus ipse iam di-
xerat. Iam non dico uos seruos, sed amicos meos. & nomine & re similitudinem gessit ille
Iohan.15. Chusai, quippe interpretatur silentium. Nam Chusai aliud nomen est, quod ad istud non
pertinet, & interpretatur Aethiops, ait beatus Hieronymus, aliisq; literis scribitur. Hoc
ergo nomine Chusai, quod (ut iam dictum est) interpretatur pulchre præsignatum est,
silentium discipulorum metuentium, qui relicto eo omnes fugerunt, & non solum silue-
runt de illo, propter metum Iudæorum, uerumetiam negauit eum Petrus maximus illo-
2.Reg.16 rum. Qualis illa negatio fuit? Nonne solummodo linguæ, & non etiam cordis? Sicut
enim ille Chusai, non corde uel animo, sed ore solummodo negauit amicum Dauid, dum
dicente Absalon, quare non isti cũ amico tuo? respondit, nequaq; quia illius ero quẽ elegit
dominus & hic omnis populus & uniuersus Israhel, & cum eo manebo: sic & Petrus Apo
stolus non corde, sed solo ore Christum negauit, dum dicente aliquo, & tu ex discipulis
eius es? respondit, non sum. Et sicut illud quod taliter Chusai recessit à Dauid, per uolũ-
tatem factum est ipsius Dauid, dicentis, si ueneris mecum, eris mihi oneri: sin autem in ci-
uitatem reuertaris, & dixeris Absalon, seruus tuus sum rex, sicut fui seruus patris tui, sic
ero seruus tuus, dissipabis consilium Achitofel: sic & istud quod omnes discipuli relicto
domino fugerunt, & inter Iudæos per silentium iam dictum semetipsos reseruauerunt,
Io.13. uoluntate factum est ipsius domini, dicentis: quo ego uado uos non potestis uenire, quo
Io.18 ego uado non potes me modo sequi, si ergo me quæritis, sinite hos abire, ut uidelicet, dissi-
paretur consilium Iudæ, fieretq; illis reseruatis, ut eo mortuo nomen eius non periret no-
Confessio Iudæ, sicut confessio dæmonum. bis, quibus annunciauerunt, quia resurrexit. ¶Ex hac nota similitudine documentum
sumere libuit, ad demonstrandum, quod pœnitentia Iudæ dolor fuerit natus ex inuidia
crudeli, & confessio eius dicentis: Peccaui, tradens sanguinem iustum, parum aut nihil
differre potuerit à confessione dæmonum, qui illum non solum iustum, uerumetiam fi-
Dirum portẽtum in suspendio eius. lium dei esse interdum confessi sunt. ¶Et quia similitudinibus huiusmodi uti delecta-
bile est in sanctis scripturis, non tædeat nos cœptam hanc similitudinem adhuc longius
persequi. Scut enim illius desertoris Achitofel suspendium, quo interijt, dirum fuit pro-
digium Absalon & populo Israhel egresso ad pugnam contra uiros Dauid: sic suspendi-
um huius proditoris Iudæ, qui & suspensus crepuit medius. Et diffusa sunt omnia uisce-
Actu.1 ra eius (sicut in actibus Apostolorum meminit Petrus Apostolus) horribile fuit porten-
tum populo Iudæorum, non desistenti persequi discipulos CHRISTI filij Dauid.
2.Re.18. ¶Denique & ibi post suspendium Achitofel, Absalon quoque suspensus pependit, si-
cut scriptura dicit: quia cum ingressus fuisset mulus, cui sedebat subter condensam quer-
cum & magnam, adhæsit caput eius quercui, & illo suspenso inter cælum & terram,
mulus, cui sederat, pertransiit, & ipse Absalon confossus est lanceis, & populus Israhel
cæsus est à uiris Dauid, multoq; plures erant, quos saltus consumpserat de populo, quàm
Iudæi, suspensi inter cælum & terram. hi quos uorauerat gladius in die illo. Et hic suspenso Iuda, populus Iudæorum totam
damnationis eius susceptit hæreditatem, pendens inter cælum & terram, id est, neque spem
habens in cælo, quia uitæ æternæ indignum se iudicauit, neque terram habens suam, ue-
nerunt enim Romani, tuleruntq; locum & gentem, & multo plures, quàm ullo un-
quàm die uoraſſet gladius, de populo illo consumpsit in obsidione illa saltus Romani
exercitus post quadraginta annos, ducibus Vespasiano & Tito, iuxta quod prædictum
Psal.79 fuerat per Psalmistam. Exterminauit eam aper de sylua, & singularis ferus depastus est
eam. Nonne hoc est pendere inter cælum & terram, & crepuisse, & omnia pendentis ui-
scera diffusa esse, scilicet neque in cælo spem siue ullam partem, neque in terra quam calca-
mus locum ullum proprium habere, & post seditionum ingentem crepitum, quem histo-
Triginta maledictiões Iudæ p tringita argenteis. riographus denarrat Iosephus, reliquias conclusæ multitudinis, quæ gladio superfuerũt,
in omnes gentes captiuas ductas esse? ¶Et ille siquidem Achitofel festinans ad interi-
tum, domum suam dispositi, sicut litera refert. Et dispositia domo sua suspendio interijt:
2.Reg.17 huius autem domum, scilicet iam dictum populum Iudaicum, qui domus eius recte dici
tur, ex quo dux ipse fuit eorum qui comprehenderunt dominum Iesum, iamdudum dispo-
suerat

fuerat spiritus propheticus in Psalmo centesimo octauo sub triginta maledictiõibus, quas & nos præcedenti loco numerauimus, quarũ prima est, constitue super eum peccatorem. Tricesima, & iuduantur sicut diploide confusione sua: secundum numerum triginta argenteorũ, quos iste uenditor iusti sanguinis ab illis emptoribus acceperat. Illius nimirũ prophetici spiritus dispositione illud quoq; dispositum fuit, ut eosdem triginta argenteos Iudas Mat. 27
referret principibus sacerdotum & senioribus, atq; proijceret in templo, & illi acceptis argenteis dicerent, non licet mittere eos in Corbanan, quia precium sanguinis est, & consilio inito emerunt ex illis agrum figuli, in sepulturam peregrinorũ. Nam ne casu hoc accidisse Zach. jj
quis putet. ¶Tunc (inquit Euangelista) impletum quod dictum est per Prophetam, dicentem: Et acceperunt triginta argenteos, precium appreciati, quem appreciauerunt a filiis Israhel, & dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi dominus. Propheta per quem hoc dictum fuerat, Zacharias est, sed per incuriam scriptorũ inoleuit, ut hic pro Zacharia nominaretur Hieremias, & ipsa prophetia, quam hic abbreuiauit Euangelista, maxima querela est pastoris boni, iuxta illud quod alibi dicit: Retribuebant mihi mala pro bonis. Narrat qppe gregem se pauisse pastor bonus, ab eo quo Psalm. 34
ait, hæc dicit dominus deus meus: Pasce pecora occisionis, quæ q possiderant, occidebant, Zach. jj.
& non dolebant, usq; ad id, & dixit dominus ad me, adhuc sume tibi uasa pastoris stulti, quæ omnia hic perscribere & explanare nimis longum est. Testimonium, quod Euangelista breuius posuit, sic se habet inter cætera illius capituli. Et dixi ad eas: Si bonũ est coram uobis afferte mercedem meam: & si non, quiescite. Et appenderunt mercedem meam triginta argenteos. Et dixit dominus ad me: Proijce illud ad statuarium, decorum precium, † quod appreciatus sum ab eis, & tuli triginta argenteos, & proieci illos in domũ dei ad statuarium. ¶Deniq; hoc sciendum, quia sub conditione, & quasi conuentione facta, gregem paui, scilicet, filios Israhel, de quibus Psalmista dicit: Deduxisti sicut oues populum tuum, in manu Moysi & Aaron. Et sub conditione legem dedi eis in monte Synai, & terram Chanaan, cuius uidelicet, conditionis siue conuentionis, summam Psalmistam breuiter exprimit his uerbis: Et dedit illis regiones gentium, & labores populorum possederũt, Psalm. 106.
ut custodiant iustificationes eius, & legem eius requirant. Quid ergo est hic dicere: si bonũ est coram uobis, afferte mercedem meam, & si non, quiescite: nisi in arbitrio ipsorum quid mallent ponere, & uoluntarias debiti cultus & susceptæ legis obseruationes quærere? Nã uoluntarium seruitium ab eis quæsisse deum, manifestum est. Exempli gratia: Testes (ait ipse per Moysen) inuoco cœlum & terram, quod proposuerim uobis uitam & bonũ, benedictionem & maledictionem. Elige ergo uitam, ut & tu uiuas & semen tuũ. Et Iosue dixit ad eos. Sin aũt malum uobis uidet ut domino seruiatis, optio uobis datur. Eligite hodie quod placeat, cui seruire potissimũ debeatis. ¶Igitur quod dicit: si bonũ est coram uobis, afferte mercedem meam, & si non, quiescite: tale est, ac si dicat, ille filius patrisfamilias & Mat. 21
domini uineæ, missus ad agricolas tempore fructuum, ut acciperet uineæ fructus. Ecce pater meus, postquàm seruos suos misit, quos alios cæcidistis, alios lapidastis, nouissime misit me ad uos, dicens: Verebuntur filium meum. Si ergo bonum est coram uobis, date fructus uineæ, & si non, saltem quiescite, ut non occidatis me, dicentes: Hic est hæres, uenite occidamus eum, & habebimus hereditatem eius. At illi non solũ fructus uineæ nõ dederunt, uerumetiam ab hoc malo non quieuerunt, quin eijcerent me extra uineam, & occiderent. ¶Et ut hoc facere possent, appenderunt triginta argenteos, qs hironice dico mercedem meam, quia non mea uel mihi debita merces, sed sanguinis mei precium erant. Miraculum tam malæ retributionis spectandum erat oculis patris qui miserat me, ut uineę fructus exigerem ab eis. Dixit ergo dominus ad me: Proijce illud ad statuarium, decorũ precium. Deniq; precium quod sic appreciatus sum ab eis, cum grauissima hironia dixit decorũ, ille statuarius, id est, figulus, siue plasmator hominis, deus pater meus. Tuli enim triginta argenteos & proieci illos in domum dei ad statuarium, ut. s. uidens retributionem tam iniquam, daret iudicium, & iudicaret eos ex ore ipsorum dicentium: Malos male perdet, & Mat. zj
uineam suam locabit alijs agricolis, qui reddant ei fructum temporibus suis. ¶Ad hunc Zach. jj.
sensum ualet quod continuo sequitur. Et præcidi uirgam meam secundum quæ appella-

als † quo.

Lex & Terra Chanaã filijs Israhel sub cõditõe data

Maſa retributio

Duę uirgę dominí, una decus, altera funiculus

batur funiculus, ut dissoluerem germanitatem inter Iudam & Israhel. In isto prophetiæ capitulo, quod totũ hic perscribere piguit, ita præmiserat. Et assumpsi mihi duas uirgas, unã uocaui decorem, & alteram uocaui funiculũ, & paui gregem. Ac deinceps: Et tuli uirgam meam, quæ uocabatur decus, & abscidi eam, ut irritũ facerẽ fœdus meũ, quod pepigi cum omnibus populis. Et est sensus: Regendas susceperam omnes gentes, & fœdus pepigerã

Gene. 9.

cum eis, dicens ad Noe & ad filios eius, ecce ego statuam pactum meum uobiscum, & cũ semine uestro post uos, & illius regiminis uirgam uocaui (inquit) decorem. Decus enim si

lege †Israhelitícæ. Deut. 32

ue decor quidam est non paruus inter omnes genus humanum, & deinde seorsum regendum susceperam gregem unum gentis † Israhelitæ. Et huius regiminis uirgam alteram (inquit) uocaui funiculum, iuxta illud: Pars autem domini populus eius, Iacob funiculus hæreditatis eius. ¶ Quomodo autem abscondi uirgam illam priorem, quam uocaueram decorem? Dimittendo scilicet gentes omnes abire quo uolebant, quemadmodũ &

Quomõ abscõdit uirgam priorem

Paulus in actibus Apostolorũ dicit: Annũciamus uobis ab his uanis conuerti ad deũ uiuũ,

Actu. 14

qui fecit cœlũ & terram, mare & omnia quæ in eis sunt, qui in præteritis generationibus dimisit omnes gentes ingredi uias suas. Porrò uirgam secundam, quam uocauerat funiculum, præcidi (ait) ut dissoluerem germanitatẽ inter Iudam & Israhel, faciendo scilicet, quod ipsemet iudicauerũt, ad quos & propter quos parabolam dixerat, malos male perdet, & uineam suam locabit aliis agricolis. Sicut prædictũ, ita & factũ est. Præcidit uirgam suam secundam, quæ appellabatur funiculus, & hoc non quomodocunq; non ita ut repelleret plẽbem suam, nunquid enim (ait Apostolus) repulit deus populũ suũ? absit, nam & ego Israhelita sum, ex semine Abrahã, de tribu Beniamin: non repulit deus plẽbẽ suam quã præsciuit: sed ita, ut dissolueret germanitatẽ inter Iudã & Israhel Et ẽ sensus: Sicut olim dissoluta

Rom. 11.

Dossoluta Germanitas. 3. Reg. 12

est germanitas inter Iudã & Israhel, qñ decẽ tribus scissæ sunt à domo Dauid, facientes sibi regẽ Ieroboã, & colendo uitulos quos ille fecit: tribus aũt Iuda pmansit cũ domo Dauid, habens ciuitatẽ Hierlm, & unicũ templũ nois dñi, ita & nũc. Sicut eñ tũc in illa dissolutione germanitatis tribus Iuda, ex qua oportebat Christũ nasci, adhęsit regi suo Dauid, cuius

Psal. 88. & 131

de domo natiuitatis illa sperabat, quia dñs iurauerat illi, & sicut in ipso Israhel, i. in decẽ tribubus, aliq erant residui, dicente dño, reliqui mihi septẽ milia uiroꝝ, qui nõ curuauerũt genua ante Baal: sic & in hoc tẽpore (ait idẽ Apls) reliquiæ scdm electionẽ gratiæ saluæ factę

3. Reg. 19
Rom. 11

sunt. ¶ Et in his tanta est dissolutio germanitatis, quanta significari potuit significatiõe gladij, cũ dñs dicit: Nolite arbitrari quia uenerim pacẽ mittere in terrã, Non ueni pacẽ mittere, sed gladiũ. Veni eñ separare hominẽ aduersus patrẽ suũ, & nurũ aduersus socrũ suã, &

Nõ ueni pacẽ mittere sꝫ gladiũ. Mat. 10.

inimici hois domestici eius. Ibi dolores ut parturientis, p tanta dissolutiõe germanitatis.

Psalm. 47.
Rom. 9

Exẽpli gratia cũ Paulus Apls dicit: Veritatẽ dico in Christo, nõ mentior, testimoniũ mihi perhibente cõscientia mea in spũ sancto, qm tristitia est mihi magna, & cõtinuus dolor cordi meo. Optabã eñ ego ipse anathema esse à Chro, p fratribus meis, q sunt cognati mei secundũ carnẽ. ¶ Intueri tandẽ libet, qa inter pphetiã & rem gestã, scdm qualitates uerboꝝ

Drña uerborũ inter pphetã & euãgeli. Mar. 27 Zach. 11.

nõnulla distantia est. Nã in re Iudas (ait Euangelista) retulit triginta argenteos principibus sacerdotũ & senioribus, & piecit eos in tẽplo: in pphetia aũt ipse, qui mercedẽ suã quærebat, qui gregẽ pauerat, dñs dicit: Et tuli triginta argenteos, & proieci in domũ dei. Itẽq; & cum futurꝫ esset, & ita factũ sit, ut dicerent illi emptores sanguinis, nõ licet eos mittere in Corbanan, qa preciũ sanguinis est, & hæc dicẽtes emerẽt ex illis agrũ figuli in sepulturã peregrinoꝝ: ita pphetatũ fuerat. Et dixit dñs ad me: Proĳce illos argẽteos siue illã pciũ ad statuariũ. i. figulũ. Itaq; qđ fecit Iudas referens argẽteos, & qđ fecerũt pricipes sacerdotũ & seniores emendo ex illis agrũ figuli, hoc scdm uerba prophetiæ semetipm fecisse dicit ipse, cuius sanguinis preciũ fuerũt illi argentei. Diligenter animaduerte. Non qđ talẽ appendebant mercedẽ diuites illi, negociantes in tẽplo, & dicere soliti, qđ in hoc ipso capitulo præmissum est, benedictus dñs, diuites facti sumus: nõ (inquam) qđ constituerũt traditori dare

Ibidem,

triginta argenteos pro traditione dñi, hoc fecit dñs: sed qđ traditor eosdem retulit argenteos, & quod illi consilio inito emerunt ex illis agrum figuli in sepulturam peregrinoꝝ, hoc fecit dñs dei filius, & hoc (inquit) constituit mihi dominus. ¶ Et quem non delectet iustitiæ causam cognoscere, cur ita fecerit dominus, cur tãtopere hoc facere uoluerit dei filius,

ut super

ut supra faciẽdo, quasi iam facto, tubã præmitteret propheticam personantẽ suo perflante spiritu? Denicꝙ per hoc excitati æstimare debemus, argenteos illos grauissimos & maximi fuisse ponderis, magnicꝙ signatos inscriptione mysterij, quã ipse nouerat qui oñia in sapientia fecit. Appendamus eos melius in statera rationis qa male appenderũt ipsi qui dederũt eos in preciũ sanguinis iusti. ¶ Primo sciendũ illud, qa argentũ fuit dñi, sicut & cætera oia quæcũꝙ possidebant illi, diuites facti, filij pauperũ, quoꝝ patres nihil habuerũt, quippe ꝙs de Aegyptia seruitute, qua propter uenditionẽ fratris sui Ioseph diu seruierãt, dñs eduxit, nihil habẽtes, nisi qđ dedit eis regiões gentiũ & labores ppl'oꝝ possiderũt, sub ista cõditõe (sicut iã supius dictũ est) ut custodirẽt iustificatões eius, & legẽ eius reqrant. Et terra (inqt) mea est: uos aũt coloni mei estis. Tũc dedit & extũc multiplicauit eis auꝝ & argentũ, uidelicet de laboribus ppl'oꝝ iã suis, de regionibus Chananęoꝝ in suũ ius redactis, qa per iustũ illis abstulerat iudiciũ, ppter scelera ipsoꝝ. ¶ Nihil ergo iuris isti habuerũt in bonis illis, ni si hoc, ut seruientes dño, bonis dñi uterent, tanꝙ mercennarij. At illi utentes bonis dñi pæne nimis fraudauerũt seruitiũ dñi, intantũ ut hæc ipsa bona, quæ p mercede acceperant seruitij dñi, sacrarent dijs alienis, & simulachra fabricarẽt dæmonijs. Hoc est qđ p Prophetã Oseæ dñs idẽ conquerit his uerbis, sub silitudine mulieris fornicatricis. Et hæc nescisti, qa ego dedi ei frumentũ & uinũ & oleũ, & argentũ multiplicaui ei & auꝝ, quæ fecerũt Baal. Idcirco conuertar, & sumã frumentũ meũ in tẽpore suo, & uinũ meũ in tẽpore suo, & liberabo lanã & linũ meũ, quæ operiebant ignominiã eius. Paꝝ illud fuit, qđ argentũ & aurũ dñi fecerũt Baal. Impleuerũt isti filij mensurã patrũ suoꝝ, in eo maxime, qđ argentũ eiusdẽ dñi preciũ sanguinis eius fecerũt. Igit iam plane tẽpus erat faciendi, qđ in illa pphetia prescriptũ fuit, tps dño liberandi lanã suã, & linũ suũ, q̃ opiebãt ignominiã suã fornicatricis illius, liberandi frumentũ & uinũ suũ, aurũ suũ & argentũ suũ. ¶ Huiusce liberationis initium quale esse potuisset conuenientius iustius aut uenerabilius, quã ut reuocaret, & de manu traditoris abstraheret, atcꝙ in templo proijceret illud ad statuarium iam dictum, scilicet, deum patrem suum illos triginta argenteos sanguinis sui precium? Nam uere ipsa relatio argenteorum, liberationis iam dictæ fuit initium, liberationis omnium bonorum, quibus sibi collatis illi nimis sacrilege & crudeliter abusi sunt: Finis autem uel consummatio, quando uenerunt Romani, totumcꝙ aurum & argentum siue in templo siue extra templum, lanamcꝙ & linũ, quod incendio superfuit, abstulerunt: Et factum est quod in eodem Propheta cõminatus fuerat dominus, ne forte (inquiens) expoliem eam nudam, & statuam eam secundum diem natiuitatis suæ, & ponam eam quasi solitudinem, & statuam eam uelut terram in uiam, & interficiam eam siti. ¶ Quoniam autem & hoc fecit dominus, sicut iam supra dictum est, non licet eos mittere in Corbanan, quia precium sanguinis est, emerunt ex illis agrum figuli in sepulturam peregrinorum: in isto quocꝙ facto quis dubitet scitu dignum subesse mysterium? Nos enim eramus peregrini, quippe & quibus dicit: † Qui eratis illo in tempore sine Christo, alienati à conuersatione Israhel. Hospites testamentorum, promissionis spem non habentes, & sine deo in hoc mundo, Et nunc quidem (ait Idem) iam non hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctorum & domestici Dei: ueruntamen mutata peregrinatione peregrini sumus. profitentes cum eodem, quia non habemus hic manentem ciuitatem sed futuram inquirimus, & facientes, quod idem dicit: exeamus igitur ad eum extra castra improperium eius portantes. ¶ Igitur illi emendo agrum figuli in sepulturam peregrinorũ, sicut constituit mihi dominus, domini dei filius, mysterium nobis operati sunt, & licet ignorantes, iustitiæ dei seruierunt. In eo uidelicet, quod sicut illi argentei non remanserunt traditori, qui uenditerat non suũ, sic nec sibi precium illud remanere passi sunt, qui bonum operarium & uineæ dominum non de suo, sed de bonis einsdem domini, de mercede eiusdem operarij, emerant ad interficiendum. Erat autem Corbanan Gazophilatium, & interpretatur Corbanan oblatio, & proinde sic appellabatur, quia de oblationibus implebatur, quæ nimirum oblationes ad ipsos peruenie bant. Ne igitur ad illos illi argentei redirent, quibus & ipsum Gazophilacium & cætera omnia iuste tollendaerant, hoc prouidit dominus, hoc constituit dominus, ut emerent ex illis agrum iam dictum, qui uocaretur ager sanguinis in præsagium, malum ipsis, bo-

Quales illi triginta argẽtei

Argẽtũ illud dñi fuit. Gene. 37

Psalm. j. 10

Leui. 25.

Iudæi quid ris habuerũ ad bona C nanæorum

Oseæ. 2.

Quomõ ta sunt ab eis bona illa

Ibidem

Nos nũc aꝑ pegrini sumꝰ q̃ fuimꝰ ante fidẽ susceptã.

addo † aplus Ephe. 2.

Hebrę. j. 3

Ager figuli.

Corbona

Ager sanguis Ecclesia est Gene.4

num nobis. ¶ Ager quippe sanguinis tota est illis Ecclesia Christi, quæ sanguinem illum usq; hodie fideliter bibit, clamantem ad Deum aduersus maledictos illos, secundum similitudinem sanguinis Abel iusti, de quo dñs ad loquit̃ Cain: Vox saguinis fratris tui clamat ad me de terra. Nunc igitur maledictus eris super terram, quæ aperuit os suum, & suscepit sanguinem fratris tui de manu tua. Quomodo autem in huiusmodi agro sepelimur aut sepulti sumus nos peregrini? Quis hoc nesciat? Quicunque baptizati sumus (ait Apostolus) in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Consepulti enim sumus cum ipso per baptismum in mortem & cætera. ¶ Interea iugum obedientiæ trahit ipsa, cuius ad honorem hæc loquimur, facies uituli, & aduersa obueniunt ei, iuxta quod in Propheta dictum fuerat. Facies autem bouis siue uituli à sinistris. Et facies Leonis à dextris, de qua dicendum post hæc erit. Sinistra hæc sunt, quod illuditur, flagellatur, & crucifigitur. Illusus est prius ab ipsis Iudæis & Pontificibus, siue Pontificum ministris, expuendo in faciem eius, uelando faciem eius. Colaphis eum cædendo & palmas ei in faciem dando, cum cachinno crudeli, ut dicerent: Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit. Deinde illusus est à Gentilibus, quibus eum tradiderunt, militibus † præsulis. Congregata quippe ad eum omni cohorte, exuentes eum, Chlamydem coccineam circundederunt ei, & plectentes coronam de spinis posuerunt super caput eius, & harundinem in dextera eius, & genu flexo ante eum, illudebant ei, dicentes: Aue rex Iudæorum. Et expuentes in eum acceperunt harundinem, & percutiebant caput eius: deinde flagellatum, tunc demum crucifixerunt eum. ¶ Fuit ergo duplex illusio, altera canum, alia uitulorum: canum, id est, gentilium: uitulorum lasciuientium, id est, Iudæorum, sicut ipse in Psalmo, clamauit: & adhuc clamans, dicit: Circundederunt me uituli multi, thauri pingues obsederunt me, aperuerunt super me os suum, sicut Leo rapiens, & rugiens & cætera. Ac deinceps: Quoniam circundederunt me canes multi, concilium malignantium obsedit me, foderunt manus meas & pedes meos. Miro modo prophetia hæc ordinem tenuit historiæ siue rei gerẽdæ, ut sicut futurum erat, & sicut factum est, quod prius à Iudæis: & deinde à Gentilibus illusus & male tractatus est: ita prius de Iudæis & Iudæorum Pontificibus quærelam depromeret, sub nominibus uitulorum & taurorum pinguium, qui quasi munda erant animalia, quia putabant uel dicebant se cognoscere Deum: deinde de Gentilibus sub nomine canum, quia sine Deo uiuentes, nec saltem nomen scientes eius, palàm immundi erant. ¶ Cuncta hæc sinistra fuerunt, unde & facies hæc recte (ut iam dictum est) à sinistris fuisse perhibetur. Facies ingloria & despecta, sicut gemituosus Propheta loquitur: Et ascendit sicut uirgultum coram eo, & sicut radix de terra sitienti. Non est ei species neq; decor. Et uidimus eum & non erat aspectus, & consyderauimus eum despectum, & nouissimum uirorum, uirum dolorꝝ & scientẽ infirmitatẽ & quasi abscõditus uultus eius &c. ¶ Sinistra (inquam) id est, aduersa hæc fuerunt, sed per hæc sinistra, cuncta nobis dextera per hęc aduersa, cuncta nobis prospera uenerunt. Et illis quidem uitulis siue tauris sinistra hæc ignominiosa, & canibus illis contemptibilia fuerunt. Vnde & Apostolus loquitur: Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam: sed nobis, id est, nostro sensui, illud stultum dei sapientius est hominibus Iudæis, & infirmum illud dei fortius est hominibus Ethnicis: quos cum autoritate suprascripta uitulos & canes dicere audemus potius quàm homines. Beatus est (ait ipse) qui non fuerit scandalizatus in me, & hoc scientes non scandalizamur, † siue gloriamur, & faciem hanc in ista quasi stultitia & infirmitate maxime gloriosam prędicamus, quippe qui ipsas eius contumelias sacramentis & maiestate iudicij plenas esse intelligimus. ¶ Primum, illud quod illudentes faciem quoque eius (quod Marci & Lucæ narratio non præteriuit) uelauerunt, quantum usque hodie super illos exercet iudiciũ? Nam quia sic faciem eius uelauerunt, iccirco uelamen positum est super cor eorum, secundum illud portentum, quod Moyses ponebat uelamen super faciem suam, & usq; in hodiernum diem (ait Apostolus) cum legitur Moyses uelamen positum est super cor eorũ. Et quia sic uelata facie incuruabant eum ad colaphizandum, recta imprecatione, siue iusta concessione in Psalmo spiritus propheticus: Obscurentur (inquit) oculi eorum ne uideant, & dorsum eorum semper incurua. Sibimet ergo faciem eius absconderunt, quàmuis ipse illis abs-

Rom.6. Facies uituli a sinistris, ꝓpter aduersa passionis eius. Ezech.j.

lege † p̃sidis.

duplex illusio uituloꝝ altera canum Psalm.2j

Facies uituli ĩ passiõe inglia & despecta Esa.53. Passio Christi nobis gl̃iosa.

j.Cor.j

Matth.jj lege † sed Vidictade uelatõe faciei Mar.14. Lucæ.22

Exo.34. 2.Exo.3.

Psalm.68

illis abscondisse dicatur, dicente Esaia: Et expectabo dominum, qui abscondit faciem suam à domo Iacob, & præstolabor eum, subauditur, donec ostendat eis faciem suam, sicut loco memorato prosequitur Apostolus, dicens: Cum autem Israhel conuersus fuerit ad dominum auferetur uelamen. ¶Interim absconditus est ab eis pro reatu uelationis, & reprobationis, illius, qua reprobauerunt, eũ, lapidem summũ, lapidem angularem, non qualicunque modo, sed ita procaciter, ut inter reprobandum in faciem quoque eius expuerent. Quo enim modo quippiam magis quàm conspuendo reprobamus? Eius nanque rei, quam conspuimus, odorem nobis fetere significamus. Nimis ergo illi reprobauerunt ædificantes istum lapidem, sed frustra: factus est enim in caput anguli. Et principium est fortitudinis, unde plenius dicendum erit in contemplatione faciei Leonis. ¶Præter hæc & uocem cachinni non sine iusta indignatione Deus audierit, dum uelata facie quasi non uidentem colaphizantes, & alapis cædentes, dicerent: Prophetiza nobis CHRISTE, quis est qui te percussit? Stulti & cæci, nos pro illo uobis prophetizamus, id est, secundum ueram prophetiam respondemus, quia percussit eum filia latronis. Quæ percussit eum, tota synagoga uestra uocatur & est filia latronis. Sic enim habet Prophetia, quam ipse uelata tibi facie nobis uidet, nobis ostendit. Nunc uastaberis filia latronis. Quam ob causam? Obsidionem (ait) posuerunt super nos, in uirga percutient maxillam iudicis Israhel. Quem iudicem Israhel si quæras, quis nam sit, ecce dicimus, quia ipse est, qui natus est in Bethleem, de uirgine Maria, ab initio autem siue ab æterno Deus erat. Nam protinus sequitur, & ait: Et tu Bethlehem Effrata, paruulus es in milibus Iuda, ex te mihi egredietur, qui sit dominator in Israhel, & egressus eius ab initio à diebus æternitatis. Ergo filia latronis tu es ò synagoga Satanæ, quæ tanti Iudicis maxillam percussisti, & hoc propherizat tibi, loquens in Prophetis, loquens etiam in nobis. Cuius filia latronis? Nonne Barrabæ? Erat enim Barrabas latro, & propter seditionem & homicidium missus fuerat in carcerem. Illum tu, tibi donari petisti, auctorem seditionis, occidisti autem hunc principem pacis. Vere ergo filia latronis, & patris eiusmodi, seditiones & latrocinia iuste in hæreditate possedisti. Et idcirco uastata es: quia obsidionem posuisti, eos prohibens loqui, & persequens & occidens eos, qui prænunciabant de aduentu iusti, scilicet, iam dicti iudicis, & eiusdem, cum præsens esset, maxillam percussisti. ¶Et quidem Gentiles quoque, quibus eum tradidisti, non minus illuserunt, immò & amplius illuserunt, quia præter hoc, quod similiter (ut tu) expuerunt in eum, & alapas ei dederunt, simul etiam ad derisionem regij nominis, super quo accusaueras eũ, Chlamydẽ coccineam circũdederunt ei. Et plectentes coronam de spinis, posuerunt super caput eius, & harundinem in dextera eius, & genu flexo regem salutantes, harundine percutiebant caput eius. ¶Sed in omnibus his tu filia latronis maius peccatum habes, quia legem & Prophetas Messiam tibi promittentes acceperas, ita ut excusationem non habeas de peccato tuo, quin sciens & per inuidiam dominum & regem tuum illuseris, illudendumq; & flagellandum & crucifigendum tradideris. Illi autem eiusmodi nihil habentes aut scientes, hæc omnia fecerunt, multo excusabiliores comparatione tui. Nam de tuis aliqui à te persuasi per ignorantiam fecerunt, illi autem omnino nescierunt. ¶Exeamus tandem ad eum, uel cum eo in loco qui dicitur Golgatha, quod est Caluariæ locus, ubi crucifigentes eum, diuiserunt sibi uestimenta eius, & uideamus in humilitate uel pœna iudicati, gloriosum & terribile mysterium iudicaturi. Illic enim ipse duorum latronum medius, alterum à dextris pœnitentem suscepit, & amen (inquit) dico tibi, hodie mecum eris in paradyso, alterum à sinistris in nequitia perseuerantem, in damnatione reliquit. Illic & Iohannes ex amicis amicissimus, cum Maria matre ipsius, stans iuxta crucem eius, unde abierant, non uoluntate, sed metu, cæteri discipuli eius, & Barrabas latro nescio quo abierat à Iudæis dimissus. In his quatuor tã diuersis hominibus quàm magnum subluceat mysterium iudicaturi huius, qui (ut iam dictum est) duorum latronum medius pendebat iudicatus: tunc demum ritæ perpendis, si simul prospicias, quia cum sederit, ut iudicet omnes gentes, super sedem maiestatis suæ, tunc omne genus humanum in quatuor partes diuidetur. ¶Illic erunt à dextris, qui iudicentur & condemnentur, atq; il

Esa. 8

2. Cor. 3

Psalm. 117.

Synagoga Christum persecutiens, filia latronis dicit.

Mat. 5

Mat. 27. Lucæ. 23

Illusio Christi a gentilibus

Maius peccatum Iudæorũ

Mirabile Tribunal Christi in cruce. Lucæ. 23 Iohan. 19

Quadruplex

genus hominum in extremo iudicio.

Sapiæ. 3
Mat. 19
Roma. 2
Quatuor personę circa crucem.

Verba legis de ritu offerendi. Leui. 16

atq; illic erunt qui non iudicentur, sed iudicent. Nimirũ apostolicæ perfectionis homines, iudicabunt sancti nationes, uidelicet cũ illis principibus, quibus specialiter dictum est, sedebitis & uos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israhel. Quarta pars erit illorum qui nec iudicabuntur, quia iam iudicati sunt, iuxta illud Apostoli dictum, quicunq; enim sine lege peccauerunt, sine lege peribunt. ¶ Iam ergo crux ipsa Christi iudicati quodam erat tribunal eiusdem tremendi iudicis, quia circa ipsum alter latronum iudicatus, id est, punitus, & saluatus est: alter iudicatus, de illo iudicio uel pœna transiuit ad pœnã æternam, impœnitens & usq; in fine suo blasphemus, & dilectus Iohannes, neq; tunc neq; deinceps crucifixus, uel alia ui peremptus est. Quartus Barrabas, à deo quidẽ damnatus erat, sed ab hominibus non iudicatus, immo dimissus, ut iam dictum est. ¶ Splendidius mysterium hoc nobis faciet sancta & mystica lex, capitulo quod huiusmodi est. Locutus est dominus ad Moysen, dicens: post mortem duorum filiorum Aaron, quando offerentes ignem alienum interfecti sunt, & præcepit ei, dicens: Loquere ad Aaron fratrem tuum, ne omni tempore ingrediatur sanctuarium, quod est intra uelum, coram propiciatorio quo tegitur Archa, & non moriatur, quia in nube apparebo super oraculũ, nisi ante hęc fecerit. Vitulũ offeret pro peccato, & arietem in holocaustum. Tunica linea uestietur, fœminalibus lineis uerenda colabit, accingetur zona linea & cydarim lineã imponet capiti. Hæc enim uestimenta sunt sancta, quibus cunctis, cum lotus fuerit, induetur, suscipietq; ab uniuersa multitudine filiorum Israhel duos hircos pro peccato, & arietem in holocaustum. Cumq; obtulerit uitulum, & orauerit pro se & pro domo sua, duos hircos stare faciet coram domino in ostio tabernaculi testimonij, mittens super utrũq; sortem, unam domino & alteram capro emissario. Cuius sors exierit domino, offeret illum pro peccato. Cuius autem in caprum emissarium, statuet eum uiuum coram domino, ut fundat preces super eum, & emittat illum in solitudinem. His rite celebratis, offeret uitulum, & rogans pro se & pro domo sua, immolabit eum, assumptoq; thuribulo, quod de prunis altaris impleuerit, & hauriens manu compositum thimiama in incensum, ultra uelum intrabit in sancta, & positis super ignẽ aromatibus, nebula eorum ut uapor operiat oraculum, quod est super testimoniũ, & non moriatur. Tollet quoq; de sanguine uituli & asperget septies digito contra propiciatorium ad orientem. Cumq; mactauerit hircum pro peccato populi, inferet sanguinem eius intra uelum, sicut præceptum est de sanguine uituli, ut aspergat e regione oraculi, & expiet sanctuarium ab immundicijs filiorum Israhel, & à præuaricationibus eorum cunctisq; peccatis. Iuxta hunc ritum faciet tabernaculo testimonij, quod fixum est inter eos, in medio sortium habitationis eorum. Nullus hominum sit in tabernaculo, quando Pontifex ingreditur sanctuarium, ut roget pro se & pro domo sua, & pro uniuerso cœtu Israhel, donec egrediatur. Cum autem exierit ad altare quod coram domino est, oret pro se, & sumptum sanguinem uituli atq; hirci fundat super cornua eius per gyrum, aspergensq; digito septies expiet, & sanctificet illud ab immũdicijs filiorũ Israhel. Postquàm aũt emundauerit sanctuarium & tabernaculum & altare, tunc offerat hircum uiuentem, & posita utraque manu super caput eius. Confiteãtur omnes iniquitates filiorum Israhel, & uniuersa delicta atque peccata eorum, quæ imprecans capiti eius emittat illum per hominem paratum in desertum. Cumq; portauerit hircus omnes iniquitates eorum in terram solitariam, & dimissus fuerit in deserto, reuertatur Aaron in tabernaculum testimonij, & depositis uestibus, quibus prius indutus erat, cum intraret sanctuarium, relictisq; ibi leuabit carnem suam in loco sancto, indueturq; uestimentis suis. Et postquàm egressus obtulit holocaustum suum ac plæbis, rogabit tam pro se quàm pro populo, & adipem, qui oblatus est pro peccatis, adolebit super altare. Ille uero, qui dimiserit caprum emissarium, lauabit uestimenta & corpus aqua, & sic ingredietur in castra. Vitulum autem & hircum qui pro peccato fuerant immolati, & quorum sanguis illatus est, ut in sanctuario expiatio compleretur, asportabunt foris extra castra, & comburent igni, tam pelles quàm carnes eorum & fimum. Et quicunque combusserit ea, lauabit uestimenta sua, & carnem aqua & sic ingredietur in castra, eritq; hoc uobis legitimum sempiternum. ¶ Assertione nostra non indiget, demonstratione nostra non opus est, quod hæc & cætera legalia instituta fuerint

Lex illa, exẽplar fuit cœlestium.

fuerint exemplaria cœlestium, quorum quibusdam præscriptis Apostolus dicit: Necesse est ergo exemplari cœlestium his mundari, ipse autem cœlestia melioribus hostijs quàm istis. Denique & Moysi, cum hæc ordinarentur, Deus dixit: Inspice & fac secundum exemplar quod tibi in monte monstratum est. Ergo exemplaria cœlestium ista fuerunt, immolatio uituli pro peccato, & oblatio arietis in holocaustum, & ab uniuersa multitudine filiorum Israhel susceptio duorum hircorum pro peccato cum ariete iam dicto in holocaustum, & cætera quæ præscripta sunt, exemplaria fuere cœlestium: Ipsa autem cœlestia sunt ista, de quibus est iam dictum, immolatio CHRISTI crucifixi, & sortes diuisæ latronum, qui cum eo crucifixi sunt, dimisso Barraba per petitionem Iudæorum, dicamus ergo. ¶Non (inquit) omni tempore ingrediatur sacerdos in sanctuarium, quod est intra uelum, coram propiciatorio quo tegitur Archa &cætera. Sacerdos & hostia ipse CHRISTVS est. Ipse uitulus, ipse aries, ipse & hircus, sed diuerso respectu. Sacerdos nanq; est, quia sicut Apostolus dicit, ipse assistens Pontifex futurorum bonorum peramplius et perfectius tabernaculũ non manufactum, id est, non huius creationis neq; per sanguinem hircorum aut uitulorum, sed per proprium sanguinem introiuit semel in sancta æterna redemptione inuenta, sacrificium præferens panis & uini, secundum ordinem Melchisedech in sacramento corporis & sanguinis sui. Vitulus, quia sicut pro nobis, ita pro illis quoque oportuit eum pati, qui usq; ad aduentum eius portantes iugum legis iuste uixerunt, & mundi fuerunt per iustitiam fidei. Aries ipse uidelicet immolatus, & pro arietibus quoque, id est, pro Apostolis suis, de quibus Psalmus dicit: Afferte domino filij dei, afferte domino filios arietum. Ipsi nanque duplici de causa recte arietes dicti sunt, uel quia duces sunt totius Ecclesiæ, sicut arietes duces sunt totius gregis, uel quia sicut arietes duobus cornibus, sic ipsi duobus testamentis oppugnantia sibi impugnant: hoc à uitulis, id est, ab anterioribus sanctis, differentes, quod iugũ legis non portant, qđ neq; nos (ut ait Petrus Apostolus) neq; patres nostri portare potuimus. Hircus ipse nimirum pro illis, quorum grauiora peccata tulit, siue qui ante aduentum eius sub lege fuerunt, siue quos in aduentu suo ipse, finis legis, per pœnitentiam suscepit, uel suscipit, qualium nouissimus latro ille est, quem (ut supra diximus) in cruce pœnitentem suscepit. ¶Igitur cum uitulo & ariete & duobus hircis, tunc accessit sacerdos coram domino, in ostio tabernaculi testimonij, quando redemptor noster ad passionem uenit, obediens patri usque ad mortem, mortem autem crucis. Ostium quippe tabernaculi sancti & ueri, ipsa est passio eiusdem redemptoris. Et illud maxime uulnus eiusdem passionis, quo latus eius unus ex militibus lancea percutiens aperuit, apertio est illius ostij, quo ingredimur, & præter quod ostium non est aliud per quod possimus ingredi in gloriam illius cœlestis sanctuarij: nos autem extunc regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis effecti. Suscipiet (inquit) ab uniuersa multitudine filiorũ Israhel duos hircos pro peccato, & unũ arietem in holocaustũ. Cũq; obtulerit uitulũ &c. ut supra. Vnus uitulus & unus aries, qa uidelicet iustorũ atq; sanctorũ hominũ, propter quorũ imperfectã iustitiã siue sanctitatẽ Christũ tanq̃ uitulũ, & uelut arietẽ pati siue immolari oportuit, qm̃ & si propriis uel actualibus criminibus non erũt impliciti, peccato tamen originali tenebant obnoxij: nulla dualitas, nulla diuisio est, sed om̃es unũ sunt. ¶Porro hirci duo sunt, sorte separandi, qa peccatores siue impij diuisi sunt diuisione hmõi, ut alij per pœnitentiã conuersi, remissionẽ peccatorũ accipiant in sanguine Christi: alij impœnitentes in suis morianť peccatis, & non prodest illis sanguis Chri, imò in iudicium uenit super eos, sicut quidam eorum sibimetipsis imprecati sunt dicentes: sanguis eius super nos & super filios nostros. ¶Ait ergo. Cumq; obtulerit sacerdos uitulum, & orauerit pro se & pro domo sua, duos hircos stare faciet corã domino in ostio tabernaculi testimonij, mittens sper utrunque sortem, unam domino, & alteram capro emissario. Hoc ita factum est. Voluntati patris obediens sacerdos uerus dominus Iesus Christus, semetipsum tanquam uitulum obtulit, & pro se ac pro domo sua, quæ est Ecclesia, orauit, quando procidens in faciem suam, mi pater (inquit) si possibile est, transeat à me calix iste, ueruntamen non sicut ego uolo, sed sicut tu, factusq; in agonia prolixius orabat, & factus est su-

Hebrę. 9.
Exo. 25
Chr̃us sacerdos ẽ, & uitul⁹ & aries & hircus mysticus.
Heb. 9
Psalm̃. 109
Chr̃s uitulus.
Chr̃us Aries.
Arietes Apli
Psalm̃. 28
Actu. 15.
Chr̃us hircus
Ostium tabernaculi, latus Chr̃i uulnera tum in cruce.
Phil. 2
j. Pet. 2.
Duo hirci Christi & Barrabas
Mat. 27.
Leui. 16.
Lucæ, 22

est sudor eius, sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Tunc ubi comprehensus est, & præsidi Pylato traditus, quem (inquit ille) uultis dimittam uobis, Barrabam an Iesum, qui dicitur Christus. Hoc plane fuit sortem mitti super duos hircos. Hircus enim ipse qui aries & uitulus, diuerso respectu ut supra meminimus. Cuius sors exierit à domino, illum (ait) offeret pro peccato. Cuius autem in caprum emissarium, statuet eum uiuũ coram domino, ut fundat preces super eum, & emittat illum in solitudinem, & hoc ita factum est. Quem illi sibi petierunt dimitti, dimissus est illis, scilicet, Barrabas latro: Iesum autem flagellatum tradidit eis Pylatus ut crucifigeretur, quod fuit, hircum sortis domini offerri pro peccato. ¶ Quæ autem fuit solitudo uel desertum, quo dimissus abijt ille Barrabas latro. Sic enim dictum est de hirco emissario. Statuit eum uiuum coram domino, ut fundat preces super eum, & emittat illum in solitudinem. Quod dicit, ut fundat super eum preces id intelligi oportet imprecationes. Nam rursus ita dictum est: Tunc offerat hircum uiuentem, & posita utraq; manu super caput eius, confiteantur omnes iniquitates filiorum Israhel, & uniuersa delicta atq; peccata eorum, quæ imprecans capiti eius, emittet illum per hoiem paratum in desertum. Quod ergo desertum, uel quę fuit solitudo, in quam emissus est ille Barrabas, hircus reprobus, malis precibus, diris super caput suum coopertus imprecationibus? Nimirum illa solitudo illud est desertum, quod intelligi oportet in uersis istis, quæ sacerdos ille prædixerat, ecce relinquet uobis domus uestra deserta, præmissis imprecationibus huiusmodi. ¶ Vt ueniat super uos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram à sanguine Abel iusti usq; ad sanguinem Zachariæ filij Barachiæ, quem occidistis inter templum & altare. Amen dico uobis, uenient hæc omnia super generationem istam. Vere deserta domus, quam deseruit salus, quam deseruit deus & dominus Iesus Christus, foras ductus, extra ciuitatem crucifixus. ¶ Eiusmodi preces siue imprecationes imprecabitur (ait) capiti eius, posita utraq; manu super caput eius. Non enim una manu, non uno uel simplici sed duplici puniuit eos iudicio, scilicet, & in isto & in futuro seculo, condemnatos ex ore suo dicentium, sanguis eius super nos, & super filios uestros. Ergo imprecantis utraq; manus posita est super caput eius, scilicet Barrabæ in primis, & cum eo populi, cui petenti dimissus est talis hircus, portans iniquitates filiorum Israhel, & uniuersa delicta atq; peccata eorum, scilicet, contra ipsos in testimonium, quod seditiones hereditario iure possidere deberent, quia seditionis autorem sibi dimitti petierunt. ¶ Quid tandem facere debuit aut potuit ille homo, qui dimisit eiusmodi caprum emissarium? Aut quis ille homo, aut quomodo paratus fuit, quoniam sic dictum est, emittet illum per hominem paratum in desertum? Principes sacerdotum (ait Euangelista) & seniores persuaserũt populo, ut peterent Barrabã, Iesum uero perderent. Illa persuasio fuit præparatio, & ille homo unus congrue populus unus intelligit, illa persuasione præparatus. ¶ Quid ergo facere debuit homo immundus, tali præparatione & talis capri contagione pollutus? Lauabit (inquit) uestimenta sua & corpus aqua, & sic ingredietur in castra. Quali aqua lauabit? Nimirũ aqua baptismatis, aqua sanguine mixta, ex eius latere sors dñi exijt, ut immolaretur siue offerret pro peccatis. Qui pœnitentiã egerit, eo quod persuasus caper emissariũ dimisit, & istũ mactari petiuit, tali aqua lauabit ut saluari possit. Hoc ita factũ est. Pœnitentiã agite (inquit Petrus) & baptizet unusquisq; uestrũ in nomine Iesu Christi in remissionẽ peccatorum, & accipietis donũ spiritus sancti. Itẽ. Vos aũt (ait) sanctũ & iustũ negastis, & petistis uirũ homicidã donari uobis, autorẽ uero uitæ interemistis. Pœnitemini igitur & conuertimini, ut deleant uestra peccata. His auditis cõpuncti sunt corde & baptizati sunt primo tria milia, & deinde quinq; milia, atq; hoc modo, qui caprũ emissariũ, id est, Barrabam, dimittens, autorẽ uitæ interfecerat, lauit conscientiæ suæ uestimenta, & corpus aqua, & sic ingressus est in castra, appositus est ad numerum illoꝝ, quos ab initio mundi credentes usq; in illã horã aqua & sanguis exiens de latere Christi emundauerat. Non oẽs ita egerũt, sed qui uoluit sic lotus est, & in castra sanctoꝝ mundus ingressus est. ¶ Et de isto quidẽ hirco reprobato & male emisso, pro tẽpore & re (ut puto) satis dictũ est: de cæteris adhuc dicendũ, quod plurimũ delectat, quia tantũmodo tres istæ species animaliũ, uitulus, aries & hircus, sub uirga pastoris transeunt, qualis uidelicet pastor fuit ipse Moyses, per quẽ ordinata sunt

Solitudo uel desertũ hirci, Hierusalẽ fuit mystice

Matth. 23.

Imprecatiões in hircum.

Baptisma salutare præfiguratum

Actu. 2

Actu. 3

nata sunt hęc exẽplaria cœlestiũ: pascebat enim oues soceri sui Ihetro quando uocauit eũ deus de rubo. ¶ Respice in hanc partem, & non plures sed totidem ordines inuenis animaliũ rationaliũ, quæ sub uirga boni pastoris huius transeunt, de quo loquimur, quia posuit animã suã pro ouibus suis, & pro grege suo mori dignatus est. Nam unus est ordo illorum qui coniugati sunt, curisq; secularibus licitis inseruiunt, inter quas & propter quas armis quoq; utentes, quasi cornu obunco, more uituloꝝ aduersantes sibi feriunt, neminem tamẽ concutientes neq; calũniã facientes & contenti stipẽdijs uel iustis laboribus suis. Taliũ est dicere, serui inutiles sumus, quod debuimus facere, fecimus: quia uidelicet tantum, & non plus quàm præceptũ est fecerunt. Hi in suo ordine, tanquam uituli boni pastori suo dilecti sunt. Exempli gratia, ut ille adolescens in Euangelio, qui cũ de præceptis interrogatus, respondisset, magister hæc oĩa seruaui à iuuentute mea. Iesus autem (inquit Euangelista) intuitus eum, dilexit eum. ¶ Alius est ordo illorum, qui nullum seculi iugum trahunt, nec ea quæ mundi sunt, appetunt, imò quæ propria sibi esse poterant, non habentibus distribuunt, & uelut tonsi arietes depositis uelleribus sequũtur eundem pastorem suum, cornu quidem habentes sed recuruum, quo neminem perfoderent, quia & si interdum excitantur in zelum, non contra homines, sed contra uitia hominum, suæ fortitudinis, impetum faciunt. Tales erant Apostoli & quotquot Apostolicæ perfectionis uiam tenere student, aut studuerũt, ad hunc ordinem pertingũt. Distantiæ hoꝝ summa hæc est, quod illi tantũmodo præcepta custodiũt, isti super præceptũ addiderũt, facere consilium dicentis: Si uis perfectus esse, uade uende omnia quæ habes, & da pauperibus, & ueni sequere me. ¶ Tertius ordo illoꝝ est, qui non solum non secuti sunt consiliũ, sed nec impleuerunt præceptũ, uelut hirci, qui neq; lanis suis pastorem uestiũt, neq; in opere aliquo iugum eius suscipiunt: tandem aũt conuersi ad pœnitentiam post crimina quælibet, remissionem & ipsi percipiunt, ita tamen ut peruenire non debeant ad honores seu gradus Ecclesiasticos, sicut sacri canones rationabiliter diffiniũt. ¶ Igitur quot sub uirga pastoris hominis, qualis fuit Moyses brutoꝝ animaliũ transeũt species: totidem sub manu summi pastoris, dei & hominis, sunt electoꝝ ordines, quasdam habentes (de quibus iam dictũ est) similitudines, sicut & ipsi pastores, siue Iacob siue iam dictus Moyses, nonnulla gesserũt in figura boni pastoris Christi, quod fere † nonnulli incognitũ est. Summa aũt inter hæc in hoc distantia est, qđ brutoꝝ animaliũ causa nõ postulabat, ut pastor ipsoꝝ pro ipsis moreretur: istis aũt rationalibus uitulis, arietibus & hircis, scilicet, hominibus cunctis, in ueritate expediebat, quatenus hic pastor bonus animam suam pro eis poneret, & pro eis mori dignaret. Ipsi autem mortuo commorerentur, illo uidelicet modo, quo iam mortui sumus, iamq; resurreximus, sicut dicit Apostolus: Quicunq; baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Consepulti enim sumus cum illo per baptismũ in mortem, ut quomodo surrexit Christus à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate uite ambulemus. ¶ Magna hæc distantia est, quod illic pastores siue sacerdotes, Moyses & Aaron, & cæteri de stirpe eius, in sacrificio non moriebantur, sed tantum pecora occidebantur: Hic autem & pastor mortuus est, & quotquot sunt de grege eius: illi (ut iam dictũ est) necessario commoriebantur. Vtriusq; & pastoris pro grege morientis. Et gregis pastori suo commorientis sa mentum, in hac figura legis perspicere, plurimum delectat, ubi uituli & hirci solus sanguis infertur in sancta, & corpora cremantur extra castra: aries uero solus & totus super altare in holocaustum offerri iubetur. ¶ Deniq; dominus Iesus Christus, animaliũ rationaliũ pastor bonus, extra castra, id est, extra ciuitatem passus, & omnes anteriores iustos siue electos, & peccatorum pœnitentium primitias, scilicet, latronem qui cum eo crucifixus fuit, tanquam uitulos & hircos suo sanguine mundauit: intus aũt cũ arietibus, id est, cum Apostolis, nocte præcedenti ipse uerus aries, post cœnam typicam paschalis agni, sacramẽtum corporis & sanguinis sui in holocaustum obtulit, quod optime notum est Christianæ siue Catholicæ fidei. Gregis huic pastori (ut dictum est) commorientis lex eadem est & esse debet, quemadmodũ Apostolus dicit: Optimũ est enim gratia stabiliri cor, non escis, quæ non profuerunt ambulantibus in eis. Ac deinceps: Propter quod & Iesus, ut sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est. Exeamus igitur ad eum extra castra

Exo. 3.

Tres ordines hominũ Christianorum

Lucæ. 3

Lucæ. 7.

Mar. 10.

Mat. 19

Differẽtia inter pastores Moysen & Christum.

lege † nulli, seu non ulli.

Rom. 6.

Christ⁹ extra castra passus.

Heb. 13.

Exeamus. ad eum extra castra.

tra castra, improperium eius portantes. Hæc & cætera cum dicit, nulli iam ignotum uel dubium est, quin exire uelit tam Hebræos, quibus ea scripsit, quàm nos qui cum eis unum ouile sumus effecti, extra castra iustitiæ carnis, iustitiæ seruientium solũmõ in cibis & potibus & uarijs baptilmatibus, quæ non possunt (ait) perfectum facere seruientem in illis.

Hebræ. 9. Quid est extra castra cremari.

¶ Hoc est extra castra cremari secundum similitudinem uel ad imitationem summi huius uituli siue hirci, extra castra passi, spernere Iudaicas iustitias & iustitiæ dei suijci, & hoc est sanguine suo communicare sanguini eius, illato in sancta, carnem suam crucifigere cum uicijs & concupiscentijs. Perfectis autem his, est etiam uelut arietem in holocaustum offerri, id est, non solum illicitis abstinere rebus siue concupiscentijs, & ea seruare præcepta, quæ in tabulis scripta sunt digito dei, uerumetiã ab licitis siue concessis (quod primi uel maxime cœperunt facere sancti Apostoli) ut secundum ipsum nomen holocausti totum eorum propositum sit sacrificium, quia uidelicet, holocaustum interpretatur totum incensum. ¶ Multa sunt adhuc sacramenta eiusdem capituli præscripti, ad rationem pertinentia faciei huius, faciei uituli: sed quia ueremur esse nimij, uitandum cq est fastidium etiam in rebus preciosis, nos pluribus omissis, hoc tamen intactum præterire non patimur, quod inter cætera dicit. Tollet quoq sacerdos de sanguine uituli, & asperget digito septies contra propiciatorium. Itidem & alibi dicit: Immolatoq uitulo in conspectu domini, inferet sacerdos, qui unctus est, de sanguine eius in tabernaculum testimonij, tincto digito aspergẽs contra uelum. Denicq hoc ualde pertinet ad illum, cui hoc opusculum dicauimus, honorem filij hominis, quod huius sacræ literæ uiuificans spiritus uigilanter aspicientibus innuit. Vt quid enim uitulus iste immolatus, ut quid sanguis Christi est fusus, nisi ut spiritum sanctum, qui in eo septiformi plenitudine requieuit, in remissionem peccatorum acciperemus? Septies ergo contra propiciatorium siue contra uelum debuit aspergi sanguis illius uituli significatiui, digito sacerdotis: quia nõ nisi per passionem & sanguinẽ huius filij hominis potuit aut debuit sanctus septiformis spiritus in remissionem peccatorum dari nobis. Nec hoc dicimus, quin & ante aduentum eius spiritum sanctum acceperint, & patriarchæ & prophetæ, & iusti quàmplurimi, sed non hoc dato, quod dicitur & est peccatorum remissio. ¶ Duo quippe sunt data spiritus, alterum in diuisiones gratiarum, quo solo illi anteriores illustrati fuerunt: alterum in remissionem peccatorum, quod ante hoc datum non fuerat, sicut Euangelista testatur: Nondum enim (inquit) erat spiritus datus, quia IESVS nondum fuerat glorificatus. Hoc sciens ipse uidelicet, quod datum hoc non daretur, nisi per mortem & sanguinem eius, dicebat ipsa nocte qua tradebatur. Vado ad eum qui me misit, sed quia hæc locutus sum uobis, tristitia impleuit cor uestrum. Sed ego ueritatem dico uobis, expedit uobis, ut ego uadam. Si enim non abiero, paracletus non ueniet ad uos. Si autem abiero, mittam eum ad uos. Quod eum dixisse de passione uel morte sua liquido constat potius quàm de futura ascensione, post quadraginta dies à resurrectione sua, quia uidelicet, propter illam discessionem eius discipuli non contristari, imò gaudere habebant, sicut sanctus Lucas memorat, dicẽs: Et ipsi adorantes, reuersi sunt in Hierusalẽ cum gaudio magno. De passione uel morte sua dixisse oñino rectius intelligitur, sed ego ueritatem dico uobis, expedit uobis ut ego uadam & cætera. Præsertim quia sic Euangelista præmiserat, dicens: Ante diem festum Paschæ sciens IESVS, quia eius hora uenit ut transeat ex hoc mundo ad patrem. ¶ Igitur necessario ualde sacerdos iste in sanguine uituli digitum tinxit, & contra propiciatorium siue contra uelum sæpius asperlit, quia ueru̇ est, & hoc ab ipso in ueritate dictũ sit, quia † sanguis eius prius funderetur, neq conditũ baptilmi sacramentum, neq spiritus sanctus datus fuisset in eo quod est paracletus, id est, consolator, scilicet, in eo quod est remissor uel remissio peccatorum: quæ una uel summa est consolatio sanctorum electorumq omnium, tam præcedentium quàm subsequentium, quia omnes, tam illi quàm isti, sanguine eius emundati sunt, nec aliter dissolui poterat eis medius paries inimicitiarũ, qui significabatur per uelum quod erat ante propiciatorium.

Quid est septies digito aspergere

Leui. 4.

Duo sunt data spũs sancti.

Iohan. 7

Iohan. 16

Lucæ ultimo

Iohan. 13

Spũs s. ut paraclet⁹ nõ fuisset datus nisi per mortẽ Chri.

addo † nisi.

Ephe. 2

FINIS VNDECIMI LIBRI.

De gloria

DE GLORIA ET HONORE FILII HOMINIS LIBER .XII.



AVDIRE DELECTAT, PROPTER gloriam & honorem tuum fili hominis, audire & intelligere dulce est, ô gloriosum animal, in contemplando quatuor facies tuas, illud quod dixit Sanctus Ezechiel, ubi propheticis te uidit oculis, iuxta fluuium Chobar. Cum (inquit) aspicerem animalia, apparuit rota una super terram iuxta animalia, habens quatuor facies & cætera. Rota ista nimirum sancta scriptura est, habens & ipsa quatuor facies, & sicut unum animal quatuor sunt animalia, ita & quatuor rotæ sunt una rota, quia sicut habet ipsa prophetiæ series, ipsæ uel eædem sunt rotarum quæ animalium facies. Verus ergo & fidelis sermo, quem dicit, quia cum aspicerem animalia, apparuit rota una & cætera. Cum enim tu quæcunque es, aspicis hæc animalia, tunc & non prius apparet tibi rota ista, cum (inquam) aspicis uel recipis ista filij hominis sæpe dicta quatuor sacramenta, incarnationem, passionem, resurrectionem, atq; ascensionem, tunc uel ex tunc apparet & elucet tibi, quid uelit, quo tendat sancta ueteris instrumenti scriptura, rotunda, uolubilis, perfecta, quatuor faciebus, secundum istas quatuor partes distincta. ¶ Quarum partium pro hac ratione prima est liber Geneseos, secunda lex Cerimoniarum, siue sacrificiorum, tertia libri Regum, quarta libri Prophetarum. Nam reuera si in libro Geneseos rite perpendas, quo aspiciat intentio dei, ibi in rota ista facies est hominis. Exempli gratia: Vbi tanta cura est Deo de patrum siue patriarcharum coniugijs, cum dicit: Abraham seruo seniori domus suæ. Pone manum tuam subter fœmur meum, ut adiurem te per dominum Deum cœli & terræ, ut non accipias uxorem filio meo de filiabus Chananæorum, inter quos habito, & cætera: si in isto & in cæteris similibus solummodo res gestas attendis, & non etiam intentionem gerentis Dei, non tibi apparet rota, immò nimis est obscura talis scriptura: si autem aspicis, quid in huiusmodi deus intenderit: intendebat enim in eam, quam ante secula proposuerat, incarnationem uerbi sui, rota apparet, scriptura lucida est, & in rota facies hominis est. ¶ Similiter in legalibus Cerimonijs, in immolatione uituli, arietis & hirci, in omni ritu sacrificiorum, quem per manum Moysi deus ordinauit, si solum quod gerebatur attendis, & non etiã intentionẽ eius qui hæc fieri mandauit, non tibi apparet rota, immò uilis & abiecta est tota scripturæ litera: si autem aspicis, quia deus intendebat figuram in illis haberi passionis eiusdem incarnati filij sui, quoniam opus erat electis illius temporis per hæc iniciari, rota tibi apparet. Et in ea faciem uituli quod animal eorum, quæ sacrificabantur, maximum est, & hanc ibi faciem agnoscere pium atque honorificum est. ¶ Nihilominus in rebus gestis, rebus bellicis Regum, quorum Dauid primus extitit, de quo sapientia dicit, quia cum Leonibus lusit, quasi cum agnis, & in ursis similiter fecit sicut in agnis ouium, ab isto quoque usque ad Iudam Machabæum, de quo sic scriptum est. Similis factus est leoni in operibus suis, & sicut catulus leonis rugiens in uenatione: Nonne rota ista faciem habet leonis? Narrat quippe fortitudinem tantam regum, ducumq; fidelium, quanta sufficere potuit aut debuit, quanta pro tempore & re necessaria fuit, contra leones, ursos, & pardos, cæterasq; feras diaboli: scilicet, primo contra Gentes quæ in circuitu erant, quarum prima & diuturnior fuit gens Philistijm. Deinde contra Assyrios, Babylonios, Persas & Mœdos, Macedones siue Græcos, per quos diabolus laborauit extirpare arborem feracem fructus æterni, delere gentem de qua CHRISTVM oportebat nasci secundum promissionem dei, firmatam iuramento ad Abraham, iuramento ad Dauid. Hæc ergo tertia facies rotæ, id est, sacræ scripturæ, recte dicitur & est facies leonis.

Rota habens quatuor facies, sacra scriptura est. Ezech. j.

Quatuor partes ueteris testamenti, secũdum quatuor facies animaliũ. Gen. 24

Facies uituli.

Facies leonis. Eccl. 47.

j. Mach. 3

Geñ. j5. & .22 Psal. 88. & .18

Facies Aqlæ. ¶In Prophetis profecto rectissime quartam accipis faciem rotæ, faciem aquilæ uolantis. Illa nanque sacræ scripturæ pars sublimiter uolat, totiusq; intentionis suę oculos in uerum solem fugit apertos, non solum factis illum significans. Sed quod maius est, maiestatem

Ezech.j. diuinitatis eius uerbis enuncians. Igitur cum aspicerem (ait) animalia, apparuit rota una super terram iuxta animalia, habens quatuor facies, id est, cum crederem & firmiter tenerem deum dei filium uere hominem factum, uere passum, uel mortuum, uere resurrexisse à mortuis, & ascendisse in cęlũ: tunc intelligibilis mihi facta ẽ sancta ueteris instrumenti scriptura, continens hæc, & tota tendens in hæc quatuor sacramenta. Alioquin clausa mihi fuisset. Et occulta, ut est usque nunc omnibus illis, qui non aspiciunt hæc animalia,

2. Cor. 3. Iudæis maxime, qui non recipiunt, qui agnoscere nolunt hæc salutis nostræ sacramenta. Vnde Apostolus: Vsque in hodiernum diem (ait) idipsum uelamen ueteris testamenti

Eleuabant rotę. i. scripturæ in orbẽ terræ diuulgabãt p9 passiõe3 Chri Ezech.j. manet non reuelatum, quoniam in CHRISTO euacuatur. ¶Experimento didicimus, & cum gratiarum actione, tanquam experti, uerum eẽ perhibemus, qđ deinde discit: quia cum ambularent animalia ambulabant pariter, & rotæ iuxta ea, & cum eleuarentur animalia de terra, eleuabantur simul & rotæ, & quocunque ibat spiritus, illuc eunte spiritu, & rotæ pariter eleuabantur, sequentes eum, spiritus enim uitæ erat in rotis. Hoc (inquam) ita esse ut dicitur non solum credimus, uerumetiam oculis nostris ipsi uidemus. Olim antequam ambularent & eleuarentur animalia, non ambulabant neq; eleuabantur rotæ de terra, sed conclusæ erant in sola Iudæa, neque enim æditæ fuerant scripturæ plus quàm in una lingua, scilicet, Hebræa, & ibi quia non intelligebantur, quasi iacebant in terra. Denique præter paucissimos, gratiam habentes spiritus Prophetici, hoc ipsi nesciebant Hebræi, quod spiritus uitæ esset in rotis, quod in literali structura subesset uigor cœlestis mysterij. Nunc ipsi uidemus, quia rotæ istæ ambulauerunt & ambulant, ex quo animalia ambulare cœperunt, uidemus quia de angustijs terræ Iudææ, de cauernis linguæ Hebraicæ, sanctæ ueteris instrumenti scripturæ prodierunt, & usque in medium Gentium ambulauerunt, ubicunque incarnationis, passionis, resurrectionis, atque

Lucæ 3. ascensionis IHESV CHRISTI prædicatur aut prædicatum est Euangelium, & ubique iuxta sunt, ut quicquid horum dicat Euangelium, statim paratum consonent testimonium, quod sic oportuerit fieri, nec aliter uenire, siue ambulare aut procedere Messias, quem expectauerant ipsi Iudæi: quam uenit, ambulauit, & processit iste filius hominis à Nazareth, iste IHESVS filius MARIAE, qui putabatur filius Ioseph. In quo illud ualde mirum est, & mirabiliter à deo prouisum quod ipsi, qui sunt horum animalium aduersarij, rotas istas gyrant iuxta ea per orbem terrarum in auxilium ipsis: ipsi, qui contra dicunt & contradicere uolunt sæpedictis quatuor sacramentis, Iudæi, per omnes Gentes captiui, scripturas baiulant, sua, id est, Hebraica lingua conscriptas in testimonium ueritatis, atque ita quàmuis nolentes affirmant, quia sic scriptum est: & sic oportuit fieri.

Ezech.3. ¶Procedamus igitur cœpto itinere, inter flexus atque reflexus rotarum currentium, & hæc animalia sequentium, inter uoces alarum animalium, alteram ad alteram percutienti um, unde audimus uocem commotionis magnæ, benedicta gloria domini de loco sancto suo, quoniam gloria hæc est & iste honor, qua gloria glorificatum, & quo honore honorificatum filium hominis, nostra in præsenti opere deuota spectat intentio. Sed quid agis anima? Vt sentio fatigaris, & in procedendo quasi dormitare incipis. Dic ergo animalibus

Psal. ijj8. istis siue huic animali, uni quatuor facies habenti, dic spiritui uitæ qui est in rotis: Dormitat anima mea præ tædio, confirma me in uerbis tuis. ¶Tu sæpedicte, & sæpedicende

Digressio longa ad Cunonem de dono superno. mihi Cuno, uenerabilis pontifex Ecclesiæ Ratisponensis, fatigationis huius causam præbuisti, & ex te occasio uenit difficultatis, qua nunc animus meus uacillat, & pene fluctuat in uijs suis. Ante hoc fere triennium miranti tibi, & scire uolenti narraueram, qualem per euentum accidisset, ut post tam multos sanctos patres Catholicos atque nominatissimos, quorum scripta sufficienter impleuerunt armaria Ecclesiarum CHRISTI, ego

1. Cor. 4. περίψημα omnium, animum inducerem ad scribendum tam copiose, & (ut dicere solitus eras) tam efficaciter, siue utiliter, ut dubitare non possis, quin sit hoc dei donum, & quin

Iacobi.j. ista quoque facultas desursum sit, & descenderit à patre luminum, à quo est omne datum

datum optimum, & omne donum perfectum. Admirationem tibi augebat facilitas conuersationis meæ, uidelicet, quia fere nihil in me uidebas de illis præparationibus sanctorum patrum, quibus in huiusmodi studijs laboraturi, fœliciter se præparauerunt, sicut dei ministros (ut Beatus Apostolus ait) in uigilijs, in ieiunijs, & cæteris bonis, quibus adhibitis clarificari solet sensus hominis, ut recto intuitu mereatur incedere per sanctas ac uenerabiles scripturas ueritatis. ¶Narraueram ergo tibi causas puero loquacior, lepore timidior, quanquam scirem, & certus essem, de te non esse uerendum: quippe qui longe abillis es omnimoda dissimilitudine, quibus interdum illud maxime fetet quod boni odoris est, qualium nimis auersos ac terribiles oculos primus expertus est, somnia sua denarrans, puer Ioseph. ¶Auditis causis, tu homo simplicis oculi, ac totus lucidi corporis, dixisti, scribe hæc mihi: Me prorsus abnuente, tu iterum atque iterum repetens atque exigens, ut hæc scriberem, cum nuda prece nihil obtineres, magnum nimis &|forte uinculum, quo me traheres, collo iniecisti, scilicet, adiurationem sancti ac tremendi nominis, per patrem (inquiens) & filium, & spiritum sanctum præcipio tibi, ut hæc scribas mihi. Non ignoro, pater & domine mi, quin talis ac tanta uæhementia, de radice uel fonte dilectionis prodierit, qua nostra semper opuscula quibuscunque potes, commendare properas, homo cuius oblita est inuidia, quique cum Beato Iob dicere possis: quia ab infantia mea creuit mecum miseratio, & de utero matris meæ egressa est mecum. Ad hanc partem scilicet, ad meorum commendationem scriptorum, nonnihil ualere arbitraris noticiam siue memoriam eorum, quæ ut scribam tu tantopere compellis, & pro quibus nimium uæhemens exactor, cum recusarem (ut iam dixi) adiurationem quoque adhibuisti. ¶Tandem ergo, quoniam parendum est ob reuerentiam nominis domini, recordabor gemituum meorum & diuinæ consolationis, uel unum ex patribus orthodoxis in exemplo habens Beatum Hieronymum, qui cum iam multos haberet uel habiturus esset obtrectatores, scribere non timuit, quanta super eo cura fuisset supernæ Maiestati, ut flagellis cæsum depelleret à secularium librorum studijs, atque ad sanctarum compelleret studium scripturarum, profuturum (ut nunc apparet) cunctis per orbem terrarum Ecclesiis CHRISTI. ¶Primo, hanc ueritatem dicam, quia facultas hæc, quam sic amplecteris, & pro qua mihi congratularis, consolatio est miserentis Dei, iuxta beneplacitum sapientiæ eius, quæ cum dixisset. Noli regibus ò Lamuël, noli regibus dare uinum, quia nullum secretum est, ubi regnat ebrietas, ne forte bibant et obliuiscantur iudiciorum, & mutent causam filiorum pauperis, continuo subiunxit. Date siceram mœrentibus, & uinum his qui amaro sunt animo. Bibant & obliuiscantur egestatis suæ, & doloris non recordentur amplius. Mœrens quippe eram, atque amaro animo incedebam, puer siue adolescentulus, cuius uidelicet mœroris atque amaritudinis causa, ut iam breuiter eloquar, hoc dico, quia sedebam iuxta flumen Chobar. Hæc enim lectio nunc mihi erat in manibus, tractanti de quatuor animalibus, siue de quatuor unius animalis faciebus. ¶Nouit ipsum glorioſum animal, & ipse nouit spiritus uitæ, qui est uel erat in rotis: quia cum in exordio libri huius undecimi: De gloria & honore filij hominis, ista lectio sese offerret, tunc in mente non habebam, ut hac uice huc diuerterem, tibique parerem in hac parte, quam uerebar, quod cuiuis suspecta posset esse præsumptionis & uanæ gloriæ. Verum ubi iam dictam lectionem attigi, & post contemplationem faciei uituli, procedere uolui, ad cõtemplandam faciem tertiam, scilicet, faciem leonis, recordatio tui sese obtulit, instantius atque uæhementius, quam eatenus occurrisse senserim, & quasi manu me tenuit, quodammodo dicens mihi: Huc diuerte, quia nisi rem; pro qua sic adiuratus es, prius effeceris, nusquàm solita facultate uti poteris, ut cõmode progrediaris Quid multa? Quasi subsistente spiritu qui me ducebat aut ducere uidebatur, coactus sum huc à proposito cursu diuertere, tamen multum uarius, diuq; incertus, nunc probans, nunc improbans, digressionem hanc: tandem uix animo sedit, uisumque est non nimis discrepare à uoluntate sapientiæ, si scriberem quomodo uel ad quid mœrenti mihi, qualem'ue egestatem deploranti, siceram suam, & uinum suum dederit, scilicet, præsentem consolationem de Sanctis scripturis, quo aliquantisper obliuiscerer doloris mei. ¶Igitur

Gene. 37

Adiuratus autora Cunone narrat reuelationes sibi factas

Iob. 31.

Narrationis argumẽtum.

Vinum & sicera dant mẽ rentibus Prouer. 31.

Ezech. 1. Quomõ coactus est autor ista hic denarrare

Mœror autoris propter tyrannidem diaboli

sedebam ut iam dixi iuxta flumen magnæ Babylonis, iuxta fluuium Chobar, quod interpretatur grauitudo uel grauitas. De illa nanq; Babylone loquor, cuius ē rex uel princeps in qua tyrannizauit spiritualis Nabuchodonosor, scilicet, diabolus, iugum'que suum aggrauauit super filios quoque ciuitatis Dei uiuentis, Hierusalem cœlestis, quos omnes in Adam comprehensos, in istam suam Babylonem, in hoc seculum nequam captiuos abduxit, subditos peccato originali, reos mortis. Hæc mihi ô Lamuël magni mœroris & amari causa erat animi. Audiebam enim auditu intellectuali, uoces peregrinorum siue captiuorum, lamentantium atque dicentium: Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur Syon. ¶ Assumptóque luctu in absconditis in interiore homine, flebam & ego passim, atque lamentabar scienter, & lamentando laudabam (sicut docet Ecclesiastes) mortuos magis quàm uiuentes. Mortui nanque illi, qui in domino mortui sunt, securitatem iam suimet assecuti sunt, reuersi in illam beatam Syon, unde omnes per peccatum Adæ exciderunt, cuius recordatione, dum captiui essent, fleuerunt. Porrò uiuentes quàm diu in corpore sunt, et à domino peregrinantur, quomodo securi esse possunt? Non est enim tuta sessio uel firma statio secus flmen Chobar, uel supra cætera Babylonis flumina, præsertim cum & Apostolus dicat: Qui se existimat stare, uideat ne cadat. Ipsa nanque fluminum littora lutosa sunt atque palustria, tam'que lubrica, ut semper suspectus esse debeas, ne moto uel prolapso pede in subiectum flumen cadas. Laudabam igitur (ut iam dixi) mortuos magis quàm uiuentes, non qualicunque sed gemituosa & luctuosa laudatione, ac si iam uererer mihi accidisse illud, quod in Euangelio dictum est, duo in lecto, unus assumetur, & alter relinquetur, siue (ut cum hac similitudine secundum numerum nostrum loquar) tres uno ex utero duo assumentur, & unus relinquetur. Relictus sum aiebam ego solus, & quærunt animam meam, & cum huiuscemodi uerbis, cantilenam lugubrem frequentabam. ¶ Iam quid mihi acciderit, qualibus audeam uerbis eloqui? Cum essem in medio captiuorum (ait iste, cuius memor nunc eram uisor animalium cœlestium) cum essem in medio captiuorum, iuxta fluuium Chobar: Aperti sunt cœli, & uidi uisiones Dei, & cætera usque, similitudo hominis in eis. Sed quid hic simile illi? Veruntamen quam similitudinem cognoui. Iam'que ex parte tetigi, istius magnæ Babylonis, in qua omnes simul nati, & illius, in qua tunc erat ille captiuus cum captiuis, libet quàmuis cũ timore uicina sub eo locutione uti: quia aperti sunt mihi oculi, & uidi filium Dei, uidi ipsum uigilans in cruce uiuentem filium hominis. Non corporali uisu uidi, sed ut uiderem repente, euanuerunt corporis oculi, & aperti sunt meliores, id est, interiores oculi: cum tenerem in sinu atque complecterer crucem ligneam, & in ea imaginem eiusdē Saluatoris, sedens occultus retro post sanctum altare in quodā oratorio Beatæ MARIAE semper uirginis, claro iam diluculo multis eandem imaginem defigens atque circuiens osculis, & adorans (ut † sedebam) frequenti dimissione capitis. Solitus eram id ipsum facere, sed illo diluculo agebam in maiori confractione, id est, mentis humilitate. ¶ Qualis autem uisus est aspectus eius? Humana hoc non potest lingua uerbis comprehendere, tantum'que dixerim, quia sensi breuiter illic, quàm ueraciter dicat ipse, & discite à me, quia mitis sum & humilis corde, q̃ ueraciter de ipso Apl'us dicat, quia exauditus est, pro sua reuerentia. Vultus eius miro atque ineffabili modo sese demittens, quā reuerentibus oculis accepta se habere significauit oscula adorantis, ad orationem osculantis. Nulla mora interfuit, & ad uisum communem reuersus, crucem quidem super altare loco suo restitui: Gustus autem quidam ineffabilis, gustus suauitatis eius in ore animæ, aliquandiu ipsa die superfuit, qui tamen paulatim recedens, tandem'que deficiens, memorem adhuc facit me uersiculi huius: Gustate & uidete quàm suauis est dominus, Et quid mirum si ueritas uerum dixit: Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur, & consolationis primitias iam in isto sęculo paracletus, id est, consolator spiritus pueris suis dare dignatur? Nam pueris maxime, id est, infirmis & inualidis, pro ipsa infirmitate sua lugentibus, consolatione opus est. Hinc ipse dominus in Esaia, cum sanctæ ciuitatis suæ Hierusalem lætitiam & diem festum agere demādaret, hęc inter cætera dixit: Pueri eorū in humeris

Psal. j36. Laudabam mortuos magisq̃ uiuentes Ecclesiastes 4 & 9

2. Cor. 5

Rom. jj

Mat. 24.

3. Reg. 19 Visio filij dei fctā Roberto.

Ezech. j.

Exemplū uenerandarum imaginum

forte † solebam.

Quanta consolatio ex illa uisione

Mat. jj

Heb. 5

Psal. 33

Mat. 5

Esa. 66.

meris portabuntur, & super genua consolabuntur. Quemadmodum mater consolatur filios suos, & ego consolabor uos, & in Hierusalem consolabimini. Notum est, quia mater cum suos filios diligat omnes, citius tamen atque pronius ad consolationem flentis paruuli sui sese impendit, & illum super humerum aut in brachio suo portat, & super genua consolatur. ¶Dicam ergo gratias agens, qualem deinde mihi fecerit consolationem, perseueranti in illo (cuius supra memini) fletu captiuorum dicentium: Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur Syon. Quid enim, si quis legens contemserit? Hodie confessiones Beati Augustini, id est, libros, in quibus confitetur miserationes domini, nemo contemnit. Forsitan dum ipse uiueret, aliquis legens non pro magno duxit: Confortemur ergo, quoniam tu pater mi, præsul CHRISTO amabilis, quod hæc secretius habiturus esses promisisti. Quin & si quis hæc præripiens & legens, quasi gloriabundum me contemnendum putauerit, dicentem me audiant pro istis exiguis id ipsum quod pro suis uere magnis Apostolus dixit: Nam & si uoluero (inquit) gloriari, non ero insipiens. Veritatem enim dicam. Denique non parum habet confortationis in huiusmodi, conscientia ueritatis. ¶Confugeram bona spe circa idem tempus ad inuocandum nomen domini, nomen quod inuocatum est super nos, & in quo sumus signati, sanctam'que Trinitatem inuocabam & adorabam inuocatione supplici, adoratione fideli. Turris enim fortissima (ait Sapientia) nomen domini, ad ipsam currit iustus & exaltabitur. Substantia diuitis, urbs roboris eius, & quasi murus ualidus circundans eum. Sentiebam quippe hostes inuisibiles persequentes me, & idcirco currebam ad nomen istud, matutina prece, ut uelut turris fortissima exaltaret me, ut uelut urbs roboris muniret me, ut uelut murus ualidus circundaret me, & hoc quidem facere cœpit. Spero autẽ quia perficiet. ¶Visa per idem tempus uisione memorabili, plena uenerandæ suauitatis, præcedente causa huiusmodi, Mœrens eram, me'que somno dederam hora solitæ orationis siue adorationis illius, quam prædixi: & causa erat mœroris, quia non tam cito nec tanta ut uolebã, pax mihi prouenerat de insurgentibus in me malignantibus: quasi unquàm dum uiuimus tuti uel securi esse possimus, cum potius militia sit uita hominis super terram, in qua si legitime certamus, nimirum & ferimus & interdum ferimur. Itaque mœrens quasi puer, cuius uoluntas non statim fit, somno me dederam hora solitæ orationis, cum ecce uideo semiuigilans in ipo lectulo magnã lucem uelut solem super me incumbentem, & audio sonans in Ecclesia signum, ut fieri solet dum statutam conuocamur ad orationem. Surgere & ad orationem currere mihi uisus sum. Fiat mihi secundum uoces aut uerba quæ audiui, canente uno conuentu multorum quos nesciui in una parte Ecclesiæ Psalmum quinquagesimum: Miserere mei Deus, & alio conuentu in alia parte Ecclesiæ Psalmum uicesimum sextum: Dominus illuminatio mea: stãte maligno aduersario contra me in angulo in ingressu oratorij, quem, ut uidi, exprobraui, uelut exprobrare solemus quempiam larualem aspectum, signo totius faciei potius quàm uerbis, propter quod cum ille iratus contra me irrueret, somno illo tenui excitus sum. ¶Intelligere poteram quod pro consolatione hæc mihi fierent, ueruntamen illum quoque diem totum in mœrore transegi, & sequentis diluculi siue ante lucani hora, oratione omissa, quam consueueram, somno cum tristitia me reddidi: cum ecce tenuiter dormienti similiter, ut pridie, uisum est signum ad orationem commoueri. Surrexi, & ad Ecclesiam cucurri, & ecce quasi pro solennitate domini multa Ecclesiam compleuerat turba diuersorum ordinũ: maxime autem monachorum, quodam uenerandæ caniciei Episcopo celebrante solennia missarum. Multa ad offerendam quasi post Euangelium, quando solet offerri sanctum sacrificium, ascendebat processio utriusq; sexus personarũ uenerabilium. Cucurri & ego, quasi eleemosinam petiturus de oblationibus illis, & ecce iuxta dextrum cornu altaris tres personæ stantes habitus ualde reuerendi & dignitatis, quantã nulla potest lingua uerbis cõsequi. Duæ personæ multũ antiquæ, id est, ualde cani erant capitis, persona tertia ut specio sius astabat iuuenis, regia dignitate, ut ex uestitu eius poterat agnosci. ¶Vna ex personis (ut dictum) uenerandæ caniciei ualde iocunda dignatione ac sereno uultu manum meam appre-

Confessiones sancti Augustini

2. Cor. 5 Cõfugiẽdũ ẽ ad nomẽ dñi intentationi bus maligni. Prouer. 18

Alia uisio eidem i somno facta

Iob. 7

Rursus alia uisio

Iniunctum ei per uisionem scribendi officium

hendit, méque oſculata eſt, & pauca uerba dixit: Quæ quidem memoria non tenui, ſcio tamen quia pertinebant ad officium uel miniſterium ſcribendi. Perſona illa regia, iuuenis ille ſpecioſus, nihil quidem loquebatur, ſed me tanquam frater, quàm Germana affectione, quàm reuerenter ſeu uenerabiliter, quieto ac modeſto uultu me intuebatur, meáque præcordia ſuo penetrabat intuitu. Non ſtatim ſed poſtmodum ſanctam in his Trinitatem, iuuenem'que illum eſſe filium Dei hoc modo agnoui. Quidam ſpiritus mali, me ab utraque parte circumſtantes, coràm ipſo altari me altiorem ipſis puſillis infeſtare, & latera mea fodere cœperunt digitulis importunis. Cum ita me affligerent, & ego auxilium implorarem ab his quos uidebam, DOMINVS IHESVS qui paululum ſeceſſerat, ita tamen ut uiderem eum, per nomen mihi innotuit, dicentibus perſonis alijs: Expecta pauliſper, IHESVS ueniet confeſtim, téque adiuuabit. Hoc audito, ipſum inuocaui dominum IHESVM ex nomine. Nec cunctatus ipſe aſcendit, iterum per gradus per quos deſcenderat, quaſi cum poteſtate & reuerenda maieſtate, & potenter ſpiritus illos propellens, manúsque illorum à lateribus meis cito auellens, liberauit me. Tunc ipſæ treæ perſonæ grandi & pari ſtatura æquales, me puſillum circumſteterunt, & aperto pergrandi libro, me ſuperpoſitum eidem libro in ſublime ſuſtulerũt. Quo facto, is qui me in initio fuerat oſculatus, confortans dignanter & familiariter hæc locutus eſt. Noli timere, & deſignans ſuper ſanctum altare quædam ſanctorum phylacteria auro fabre facta, quæ uulgo dicimus feretra, adhuc enim (ait) eris melior quàm iſta ſint. ¶ Viſio hæc tam manifeſta fuit, ut ueraciter dicere poſſim, quia ſiue in corpore, ſiue extra corpus neſcio Deus ſcit: quamuis res iſta nihil ad magnitudinem illam dicentis, quia raptus eſt uſque ad tertium cœlum, quia raptus eſt in paradyſum, & audiuit archana uerba quæ non licet homini loqui. Nam & cum adducerer ad uidendum, ſcio me de lectulo exiliſſe, & in Eccleſiam cucurriſſe, recto & uigilantibus ſolito itinere: & completa uiſione, cum perſonas illas abeuntes proſequi uellem, neque concederetur mihi, aſpexi, quod nudus & ſine omni ueſtimento eſſem, & ob hoc feſtinus eo recurrens unde ueneram, ubi lectulum attigi, confeſtim experrectus ſum. ¶ De apertione libri & de ratione quam perſona illa dixit, aureas oſtendens ſanctorum memorias ſiue phylacteria, non opus eſt ut interpretationem faciam tuæ charitati, cuius de me iudicium ſæpe audierunt & ſecuti ſunt multi: quod uere Deus librum ſuum, id eſt, ſcripturam ſanctam mihi aperuit: & multis ſanctorum patrum ſententijs, quorum in ſancta Eccleſia digne celebris eſt memoria, & uelut aurum rutilat, aliquanto meliora dixerim. ¶ Quid deinde dicam? Si flagellat (ait Beatus Iob) occidat ſemel, & non de pœnis innocentum rideat. Cuius dicti nunc idcirco meminerim, quia per idem tempus de pœna mea, id eſt, de expectatione mea, quæ impatienti animo uidebatur nimis longa, ipſe quodammodo riſit. Non imputo illi, Iam dudum enim condonaui, uidelicet, illa condonatione iuſtiſſima, quam idem Beatus Iob exprimit his uerbis: Soluat manum ſuam & ſuccidat me, & hæc mihi ſit conſolatio, ut affligens me dolore non parcat, nec contra dicam ſermonibus ſancti. Eiuſmodi condonationem, quæ eſt non contradicere ſermonibus ſancti, non reprehendere iudicia ſancti & iuſti, ut certiſſime credo à me exegerat, dum ſolito plus dolerem, & abundantius flerem propter cauſam eandem, id eſt, propter tædium uitæ præſentis, & fere per triduum non mutarentur in diuerſa uultus mei Viſus quippe mihi ſedens poſt ſanctum altare, tali ſchemate uel habitu, pro quo debeat dici (ut uere eſt) antiquus dierum, cum propius acceſſiſſem, crucem per grandem ſignũ magni doloris baiulans, protenta manu dextera pater clementiſſimus, naturæ noſtræ amicus, mitis & humilis, amice (inquit) dona mihi quod feci tibi. ¶ Illico manum eius manu mea uelut pro firmamento condonationis, quàm uehementer, qua alacriter percuſſi, quã ille fortiter ſtringẽs, me totũ quaſi ad amplexus & oſcula traxit: ſed nõ mora, uis magna cuiuſdã ſanctæ ac diuinæ uoluptatis me ſomno excuſſit. Num infantilia uidentur hæc? Imò res ualde ſeria eſt, condonare illi quicquid ſuper nos graue ab ipſo illatum eſt, omnia, quorum hoc initium uel ſumma fuit, quia audiſti uocem uxoris tuæ & comediſti de ligno, ex quo præceperam tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo, & cætera uſq; quia puluis es, & in puluerẽ reuerteris. Quæcunq; mala ſuper nos propter peccatũ induxit, nimirũ

condonãs

Qualis' illa uiſio 2. Cor. 12

Apertio libri qd deſignat.

Iob. 9

Quid ẽ cõdonare deo

Iob. 6

Danie. 7

Gene. 3.

condonanda sunt ei, uidelicet corde, & ore dicendo tale quid, ut est hoc dictum à Daniele uel cæteris concaptiuis. Omnia, quæ fecisti nobis domine, in uero iudicio fecisti, quia peccauimus tibi. ¶ Maximæ autem dilectionis & fidei est, non patienter mori, sed patienter uiuere in hoc seculo pleno peccatis, & uoluntatem sequi creatoris cuncta bene disponentis, dum non cito exauditur cupiens dissolui, desyderans ab ista ualle lachrymarum migrare ad gaudium uisionis dei. Igitur condonaui quidem, ueruntamen inter cætera, pro quibus adiurasti me pater mi, narrabo, quomodo de pœna mea riserit, tandemq; me consolatus sit. ¶ Vir quidam uenerando habitu stare uisus est, meque intuens familiariter, adhuc (inquit) octo annos uicturus es. Cum quasi ludibundum hæc eum dixisse putarem, eundem sermonem repetens, uerum (ait) loquor adhuc octo annos uicturus es. Nox erat illa, solennis & festiua Beati Matthæi Apostoli, cuius super Euangelij fundamentum ut præsens opus construerem tu exegisti, opus de gloria & honore filij hominis. Cum sanctas manus eius osculari uellem, non admisit, & ab hoc depulsus euigilari. Quid putas, quomodo subsequentes & dies & menses, & annos enumeraui mihi? Sic enim acceperam, & sic eum dixisse uolebam, ac si omnino determinasset, atque ita dixisset, octo annos, & non plus uicturus es. Non attendebam neque attendere uolebam præ nimia desyderantis animi festinatione, posse aliquid subesse, in quo errarem salua uisionis ueritate, neque recogitabam de Cassio Narniensi Episcopo, cui à domino per eius presbyterum (ut refert Beatus Papa Gregorius) hoc demandatum est. Age quod agis, operare quod operaris, non cesset pes tuus, non cesset manus tua, natale Apostolorum uenies ad me, & retribuam tibi mercedem tuam. Tunc è uicino Apostolorum natalicius dies imminebat. Eodem ergo tempore sollicitus fuit: secundo quoque anno uel tertio, in mortis expectatiõe suspensus, quarto, quinto, & sexto similiter. Qui desperare de ueritate reuelationis poterat, cum ecce anno septimo, in uigilijs expectati natalis, lenis hunc calor attigit, atque ipso die natalicio cum solennia missarum peregisset, & mysteria sacræ communionis accepisset, è corpore exiuit. ¶ Si parua licet simulare magnis, similiter ego, ut ille, sensu siue intellectu properantior sui, quam haberet ipse sermo uisionis: quia sicut illi non totum hoc dictum est, natalicio die Apostolorum præsentis anni uenies ad me, sic nec mihi dictum fuerat, quod statim completis octo annis, deberem hanc uitam finire. Transierunt ergo mihi septem anni, & octauus annus uolui inceperat, magna cum expectatione, & pene iugi mortis meditatione, cum ego fere totus & solito uigilantior in me conuersus, mirari cœpi, quid mecum gererem, & qualiter pro expectatione tantæ rei me habere debuissem. Habebam autem tunc in manibus librum Beati Augustini de ciuitate Dei. Et hic erat locus quem legebam. Cum autem (inquit) unicuique mortalium sub quotidianis uitę huius casibus innumerabiles mortes quodammodo comminentur, quàm diu incertum est, quænam earum uentura sit. Quæro, utrum satius sit, unam perpeti moriendo, an omnes timere uiuendo? & cætera. Ex occasione lectionis huius tunc instantius cor meum conueni, laudans cum Ecclesiaste, magis mortuos q̃ uiuentes, ut iam superius dixi, & suspirans, consilium hoc mecum inij, quatenus quærerem à Deo precibus attentis ueritatem seu certitudinem tantæ rei, ut si ex ipso uisio supra dicta uenisset, iterato mihi oraculo dignatio eius ipsam confirmaret. ¶ Ad hoc negocium sedit animo, sanctum inuocare spiritum, quoniam & si patris & filij & spiritus sancti una substantia est, una diuinitas & operatio inseparabilis: tamen sicut patris proprium est opus hominis conditio, & filij proprium opus redemptio, sic proprium est opus spiritus sancti eiusdem hominis illuminatio, reuelationumq; gratia, & omnium gratiarum diuisio. Ad hunc ergo conuerti me toto corde, & pro tantæ rei negocio ausus sum illum interpellare, licet mihi occurreret, faciemq; mentis meæ reuerberaret, illud quod in Esaia dominus, cum præmisisset. ¶ Clama ne cesses, quasi tuba exalta uocem tuam, & annuncia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum, continuo subiunxit. Me etenim de die in diem quærunt, & scire uias meas uolunt, quasi gens q̃ iustitiam fecerit, & quæ iudiciũ dei sui nõ dereliquerit. Non enim omniũ est, responsa domini quærere, quæ tunc per Prophetas amministrabantur: sed eorum duntaxat, qui iudicium faciunt & iustitiam operantur.

Verunta-

Danie. 3

Alia rursus uisio q̃ octo annos uicturus adhuc esset

Exitus Cassij Narniẽsis ep̃i

Gre. in dialogis li. 4. ca. 56

Desideriũ Roberti dissolui & esse cũ chr̃o

Aug. de ciui. dei, lib. j. ca. ij

Ecclesiastes. 4

Inuocatio sancti spũe ꝓ reuelatione

Esa. 58.

Visitatio spūs ſcī circa Robertum.

¶ Veruntamē fidutiam in hoc præſtabat, non ſolū communis fides: uerumetiam propria quędam conſciētia, ſeu dignationis eiuſdē ſpiritus ſancti memoria, quia diebus illis nonnū quam uiſitationē ſeu reſpectū eius modis qualibuſcūq; ſentiebam, ſup quibus parcendū ē: 2. Cor. 12 præſertim cū & magnus Apl'us dicat: Parco aūt, ne quis me exiſtimet ſupra id qđ uidet in me, aut audit aliqd ex me. Veruntamē qm̄ hactenus præter illā cōmunē triū pſonaꝝ uiſio nē ſingulariter dixi, & de illa quæ uidebaī pſona patris, & de pſona filij qualiter dolorē meum conſolatæ fuerint: conueniēs uidet, ut & uiſum nō minus iocundū narrē de tertia pſona ſpūs ſancti. Nam quōcunq; quiſpiā accipiat, forſitan benignitas eiuſdē dei patris & filij & ſpiritus ſancti, narrationē hanc ſic tanquàm gratiaꝝ actionē ſuſcipit, qm̄ ſolet deus ab homine gratiaꝝ actionē exigere pro ſuis beneficijs. Exempli gratia: Nonne (inquit dominus) decē mundati ſunt, & nouem ubi ſunt? Non eſt inuētus qui rediret & daret gloriam deo, niſi hic alienigena. Dicam ergo. Lucæ. 17 Alia item uiſio & auxiliū ſpiritus ſancti contra dæmones ¶ Iacebam aliquando non ualde ſopitus, imò ſemiuigilans in lectulo, & ecce ut uidebatur p gradus dormitorij fratrum deſcēderam, multorumq; ſpirituum horribilium & facie crudelium quaſi caſtra contra me conſiſtebant. Ego ut aliquotiens eatenus nomen ſpiritus ſancti per ſomnū quoq;, horrore aliquo ingruente, proferre ſolitus eram, nihil aliud contra eos dicere dignatus. Hoc ſolum nomen teterrimis eorum uultibus obieci, ſpiritus ſanctus. Ipſum teſtor, quaſi magno turbine retroacti pene reſupinabantur, non ferentes uirtutē nominis. Cum pro hoc illis inſultarē, paulumq; intermiſſa ſancti nominis enunciatione, geſtu faciei totius exprobrarē, illi quaſi uiribus ex iracundia reſumptis, in me uelut fortes irruerunt, & ego in fugam uerſus, in pratum quod intercolumnia claudūt, illic inuenio ſenē antiquum uirgam manu geſtantē, & agnoſco ſpiritum ſanctum, filiole filiole inclamantē, quo nomine paruulos appellare ſolemus, quos de ſacro fonte ſuſcepimus, meq; tali appellatione confortantem geſtu potentis pariter & adiuuantis, ut ſi cōſiſterent aduerſum me caſtra non timeret cor meum: ſi exurgeret aduerſum me prælium, in hoc ego ſperarem. Confortatus ergo, eoq; unde ueneram procurrens contra illas phalanges teterrimas, & cum illis congreſſus, eodē mō uel ordine quo prius ingraueſcente conflictu, iterum ad patronum confugi, ſic eum appellans ad ſuccurrendum, congeminato clamore appellationis, quomodo ſolet quis illum appellare qui eum de fonte ſuſcepit. Ecce autem inuentus eſt eodem in loco, non ſicut prius ſenex antiquus: ſed ignis ualde ſerenus, & circa eum quietudo & ſecuritas magna, ita ut oblitus totius aduerſitatis, quaſi nulla fuiſſet, ſolum ignem illum demiſſus attenderem, & defixis intorſus oculis perſpicere uellem. Pſalm. 26 Spūs ſ. in ſpecie ignis ¶ At ille quaſi quoddam ſibimet de ſemetipſo fecit umbraculum, duo hinc & inde uelamenta ſubleuans in modum alarum, quæ paulatim conueniētia, me quaſi ablactatum, ad ſenſus communes ab illa tali contemplatione remiſerunt, non ignarum interpretationis, quid ſibi uoluiſſet ſpecies ignis, & quid habitus ſenis quaſi patrimi filiolum conſolantis. Ipſe eſt enim ſanctæ regenerationis nobis autor in baptiſmo, & ipſe eſt ignis quem dominus noſter Ieſus Chriſtus miſit in terram, & uoluit uæhemēter accēdi. Lucæ. 12 Hæc oō habēt in fine hōpis, cuius initiū, deus me9 Pſalm. 43 Hoc ergo utrunq; in oratione ſiue hymno, quē tunc de ipſo cōpoſui, gratulanter cōfeſſus ſum his uerbis. Et ſicut mori uoluit, nos quoq; doces cōmori, dum uiuos aqua ſepelis ô artifex mirabilis. Pro ſepulturæ triduo fit trina rei merſio, ut mortuus obruit, ut reſurgens egreditur. O deus noſtris auribus audiuimus, patres noſtri opus, qđ opatus es, annūciauerūt nobis. Cum, pceſſiſti igneis in linguis à throno dei, ut terra cœlū fieret, ut dñ eſſent homines. Actu. 2 Petitio Roberti, preuelatōe finis uitæ ſuæ ¶ Sed iam redeamus ad rem, propter quam etiam hanc intuli narrationē. Memoria dignationis eiuſdem ſpiritus ſancti, qua conſciam meā nonnunq; lætificaueraī, illis diebus p uiſitationis huiuſcemodi, fiduciam in hoc mihi præſtabat (ut iam dixi) quatenus iterato mihi oraculo confirmare dignaretur uiſionem, ſi ex ipſo fuiſſet, qua mihi dictum fuerat, adhuc annos octo uicturus es, eo quod anni ſeptem tranſiſſent, & unus ſuperesſet. Prouer. 13. Fatigabar enim iuxta quod in parabolis ſapientia dicit. Spes quæ differtur affligit animam. Vt ergo fieret mihi quod ſequitur, lignum uitæ deſyderium ueniens. Et iterum, deſyderiū ſi compleatur, delectat animam, conuerti me (ut iam dixi) ad exorandum pro hac re ſpiritum ſanctum, & audeo dicere: quia feci hoc tanquam ceruo ſimiliſi uxta quod in pſalmo fidelis anima dicit: Quemadmodū deſyderat ceruus ad fontes aquaꝝ, Pſalm. 41

ita deſy-

ita desyderat anima mea ad te Deus. Sitiuit anima mea ad Deum fontem uiuum, quando ueniam & apparebo ante faciem dei? Tunc enim fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, & per triduum uultus mei non sunt in diuersa mutati, & mira intentione nihil aut parꝫ cogitans de meritis, quæ nulla erant, sola fide nixus, cũ tuo luctabar nomine sancte spiritus, & uotũ uouebam tibi, quod sempiternas tibi retribuerem gratiarꝫ actiones ꝓ beneficio impetrato tantæ exauditionis, & nunquid hoc friuolum erat? Quid enim aliud faciemus ibi? Omnes siquidem, qui illuc transeunt, in locum tabernaculi admirabilis usqꝫ ad domũ dei, transeunt in uoce exultationis & confessionis. Et alibi Psalmista cum dixisset, illuc enim ascenderunt tribus tribus domini, testimonium Israhel, quasi quæreres ad quid ascendant illuc, ait: Ad confitendum nomini domini. Gaudeo igitur domine sancte spiritus: quia sic luctatus sum, scilicet prece & lachrymis, nam hæc fuit lucta Iacob, scilicet flere & rogare, secundũ ueritatẽ scripturæ propheticæ, qua cũ dixisset Propheta Osee, & in fortitudine sua directus est cum angelo, & inualuit ad angelum, & confortatus est, statim fortitudinis eius expressit modum, subiungens, fleuit & rogauit eum. Gaudeo (inquã) quia non dimisi te nisi benedixeres mihi, & tu hoc modo benedixisti mihi. ¶ Nox erat instantis diei, quem Christiana religio nuncupat caput ieiunij, capita solenniter cinere conspergens, sana correctione illius culpæ primi parentis, qua ambiuit esse Deo similis, cum esset terra & cinis: cum ego leniter dormiens, uidebar mihi quasi cum amico loqui quærente, quid haberem, quid tantopere instarem, ad quærendam seu inueniendam eiusmodi rem? Ego respondens dicebam esse (ut uere est) magnum negocium, cuius rei cum haberem desyderium, propter multa quæ hic occurrunt pericula peccatorum, scirem tamen impensis maioribus opus esse, ut aliquatenus præpararer ad migrandum Cum hæc uel talia dixissem, repente paululum semotus ab eo cui loquebar, uideo quasi cœlum desuper modice aperiri, atqꝫ inde quasi talentum lucidum substantiæ ineffabilis, substantiæ uiuentis ueluciter ac dicto citius demitti, quod meo illapsum pectori, magnitudine uel pondere suo me protinus somno excussit, auro grauius, melle dulcius. Quod ubi † elapsum est, primum quidem aliquanta morula quieuit, seqꝫ ab omni motu continuit, me quoqꝫ quieto, ut forte resupinus iacebam, expectante euentum rei, mox autem moueri cœpit, & circuire uterum interioris hominis, uterum animæ, quem eatenus nesciebam, cuius uel quantæ esset capacitatis. Circuibat itaqꝫ modo mirabili res uiua & uera uita, spqꝫ circuitus sequens præcedente erat maior multoqꝫ amplior, quos tamen circuitus, cũ multi fierẽt, nõ attẽdi ut numerarẽ. Miroqꝫ atqꝫ ineffabili modo & circuibant inundationes, altera post alterã, & sese infundebant, donec tandẽ ultima iufusio ueluti quoddam magnũ flumen inũdans, hoc mihi dabat intelligi, & hoc sentire me fecit, quod totum animæ uel cordis exceptoriũ plenum esset, & plus capere non posset. Quo facto, iterum quieuit paulisper, ut neqꝫ influeret, qđ iam fecerat, neqꝫ efflueret qđ postmodũ fecit: & interim uolebat homo interior quasi faciẽ clarius uidere illius substantiæ uiuentis, sed quodammodo occultabat se, ut non uideret facies eius, cũ ualde magno pondere portaretur, & in magna dulcedine sentiretur. Postmodum cœpit reflecti aliamqꝫ in partem circuitus agẽs, in modum fluminis p leuum latus effluxit, uidẽtibus oculis interioris hominis, qđ cũ ultimus circuitus ꝓfluueret, paululũ substitit, & ecce uidebam, quia substantia illa pulcherrima quasi aurum liquidum erat. Vbi hoc actum est, & eius rei sensus prẽterijt, ergo ignorans qđ deinde ꝓuenturꝫ eẽt, hoc solum dolebam, quia secundum intentionẽ meam nihil dixisset, qui hoc pro maximo gratiæ beneficio accepissem, si diceret, hoc anno (ut expectasti) de corpore migraturus es. ¶ Ecce in hoc obediui nomini domini, per quod adiurasti me uenerande Pontifex, amator gloriæ nominis dñi, ut scriberẽ tibi quod uiua uoce incontinẽs narraueram, secretius auribus tuis libẽter audiẽtibus opera domini, qualiter hanc acceperim facultatẽ in sanctis scripturis, de qua dubitare nunq̃ uoluisti, quin esset ex gratia uel spiritu dei. Et uere audeo scire & fateri, quia donum est altissimi pro consolatione doloris mei, quẽ dixi: quo accepto iam nõ inuenit anima mea in se, ut interpellaret eum pro eiusmodi re, aut ita festinaret, ut prius, uesperam rapere diei huius, finem uitæ huius, ratione admissa, quod prius aliquid sit operã dum, quàm exigenda merces, quoniam nobis quoqꝫ pusillis talis operum materia data est.

Ita consi

I

Psal. 121. Gene. 32. Osee. 12

Sancti spiritꝰ mirabilis illa ꝓsus in pectꝰ Roberti.

lege † illapsum

Donum spiritus sancti ad explanandas scripturas.

Flumia de uẽtre ciꝰ fluent. Iohan. 7

¶Ita consolatus sum, & ita spes, quam dedit mihi in uerbo suo, me consolata est in humilitate mea: ut illud quod dixit dator eiusdem spei Christus filius dei, non dubitem mihi ac cidisse. Qui credit in me, sicut dicit scriptura: Flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ.

Prouer. 5

Quæ uidelicet scriptura, cum ita dixisset: bibe aquam de cisterna tua, & fluenta putei tui deriuentur foras fontes tui & in plateis aquas tuas diuide, habeto eas solus, nec sint alieni participes tui. Quo dicto, docet nos & discere & docere in unitate fidei, nihilq; in sanctis scripturis sentire cum hæreticis, ita subiunxit. Sit uena tua benedicta, & lætare cum muliere adolescentiæ tuæ. Denicq; hoc mihi est lætari cum muliere adolescẽtiæ meæ, in huiusmodi studio siue exercitio sanctæ scripturæ consolationem habere.

Quaꝰ mulier sacra scriptura. Prouer. 7

¶Hæc nanq; est ista mulier sapientia, cui dixit sapiens, soror mea es, & prudentia, quam uocauit amicam suam. Hæc est illa mulier, quam tu in somnis (si meministi) uxorem me duxisse uidisti, natosq; ex ea mihi filios complectebaris, quod utiq; facis, dum scripta mea libenter legis, & libris meis nusquàm carere uis. Accipe nunc qualibus uerbis ibidem continuo sapientia

Prouer. 5

delicietur, & congratuletur colletantibus tali mulieri, tali adolescenti. Cerua (inquit) charissima, & gratissimus hinnulus. Vbera eius inebrient te omni tempore, & in amore illius

Hymnus Sapphicus de sancto spiritu.

delectare iugiter. ¶Iam quale initium fecerim, qualem uocem primam ediderim post illam, quam præscripsi, inundationem fluminis, scribendo libellum hymnorum in laudibus spiritus sancti, non præteribo: tu more solito sedulus audi.

Flumini magno, sitientibus quod
Petra deserti crucifixa fudit,
Gratias Christo, quia ciuitatem
Lætificauit.

Tu modo mentẽ rege pneuma sanctum
De tuo reple cor & os apertum
Qui iubes festum dare tympanum, uel
Sumere Psalmum

Qui nec argentum nec habebat aurum
Pauper hic uinum bibit, atque lactis
Copiam, cuncti properate, gratis
Gratia fundit.

Sancte sanctorum, deitas deorum,
Gaudium, lumen, medicina, uita:
Sit tibi laus cum patre, cumq; nato,
Spiritus alme, Amen.

Huic libens offert pia gaudij uox
Hostiam laudis, melius quod optem
Quam salutaris calicem tenere
Reddere uota.

Robertus ante presbytera tum carmina scripsit.

¶Sic incipiens magnam intus uersabam materiam, per angustum foramen ubertim prodire non ualentem, dum metricis pedibus uerba ligando, ut in scholaribus assuetus eram, longum in paucis sermonibus laborem insumerẽ. Nondũ enim plene mihi acciderat id, qd supra memoraui, dictum à sapientia, sit uena tua benedicta, id est, nondum, cum suscipere

Malachi. 2.

potuissem, ordinem presbyterij susceperam. Scriptum est autem: Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt ex ore eius. Ad hoc ergo (ut reor, & ficut postmodum expertus sum) interim differebar, ut prius in isto gradu consisterem, & tunc demum ad tractandas ecclesiasticorum sacras scripturas, legitimam acciperem oris apertionem.

Cur presbyteratũ sero susscepit.

¶Ea tenus diutina Christi ecclesiam uexauerat discordia, propter sedis Apostolicæ scisma, quæ tamen mortuis auctoribus paululum conquieuerat: propter illam & propter alias quoq; causas multi, & qui magis uidebantur religiosi, & Ecclesiasticam puritatem diligebant, eꝓs suos in suscipiendis ordinibus deuitabant, simplici qdẽ oculo, sed in omnibus discretione opus est. Nam quàmdiu palmes manet in uite, potest fructum ferre, postquàm au-

Iohan. 15

tem abscisus, & foras missus fuerat, iam fructum ferre non poterit. Sic nimirum quislibet Ecclesiæ uel sacramentorum Christi minister, quàmdiu in communione uniuersitatis manet, quicquid administrat, ratum est: ubi autem à legitimo iudicio denunciatum fuerat,

Tit. 3.

præcisum illum esse uel damnatum, quicquid deinceps operari uidetur, speciem quidem pietatis habere potest, sed uirtutem eius habere non potest. Et ego quoq; simplici oculo illos ordinatores, qui infames fuerant, deuitabam. Et iccirco (ut dixi) ordinem presbyterij iam præordinatis quibusdam iunioribus nondum susceperam, & fortassis præter illam

leget inerat

quam dixi causam, illud quoq; mihi †inierat, quia dignum me non existimabam. ¶Venit autem (& illud quoq; non præteribo quomodo uenerit) dominus & pater nuptiarum, qui uo-

qui uocauit nos ad nuptias, & dixit mihi, qđ dicere recũbenti in nouissimo loco, amice ascende supius. Plenus erã & plenus ierã ad lectulũ diuturnis cogitationibus, qualibus nõnunq̃ delectabar, imò & sæpe excitabar, & in qbus deficiebat spũs meus, cogitãs dies antiquos, & in mente habẽs annos æternos, qp is qui creauit & red emit nos, tremẽdo tandẽ iudicio iudicaturus esset nos. Optabat aia pauida, si qũo daretur facultas illũ iudicis aduentũ anticipare, & meditabar cũ corde meo, qũo possem puenire, & aliqua cũ ipso secretius uerba facere. Summam cogitationũ illarũ (ut memini) sonant hæc uerba B. Iob. Nunc q̃q̃ in amaritudine est sermo meus, & manus plagæ meæ aggrauata est sup gemitũ meũ. Quis mihi tribuat ut cognoscã & inueniã illũ, & ueniã usq̃ ad soliũ eius? Ponã corã eo iudiciũ, et os meũ replebo increpationibus, ut sciam uerba q̃ mihi respõdeat, & intelligã qd loquatur mihi. Cũ hmõi cogitationibus ierã ad lectulũ (ut iã dixi) & dormienti somnus meus hoc modo suauis extitit mihi. ¶ Videbã stans corã altari, sup ipm in medio stantẽ dominicam crucẽ, & in ipsa dñi saluatoris imaginẽ. Quẽ cũ diligẽtius intuitus essem, agnoui ipm dñm Iesum ibidẽ, crucifixũ & uiuentẽ, oculos in me aptos habentẽ. Quod ubi pspexi, cõfestim inclinans faciẽ, aio ad eũ. Benedictus q uenit in noie dñi. Quã salutationẽ q̃ta cũ humilitate, cũ qua reuerẽda capitis sui deflexione susceperit, nullatenus edicere possim, nisi hoc tãtũ quia potuit homo interior hoc intuens aliquatenus sentire, q̃ ueraciter de semetipso dicat, & discite à me qa mitis sum & hũilis corde. Nõ satis hoc mihi erat, nisi in manibus apprehenderẽ, amplexũq̃ deoscularer. ¶ Sed qd agerẽ? Altius erat altare ipm q̃ ut eũ attingere possem. Vt ergo eiusmodi cogitationẽ seu uoluntatẽ meã, uoluit & ipse, Sensi em̃ ego qa uoluit, & nutu uolũtatis eius ipm altare, p mediũ sese apuit, meq̃ introrsus currẽtem suscepit. Q; cũ festinus introissem, apprehendi quẽ diligit aia mea, tenui illũ, amplexatus sum eũ, diutius osculatus sum eũ. Sensi q̃ grauiter hũc gestũ dilectionis admitteret, cũ inter osculandũ suũ ipse os apiret, ut profundius oscularer. Plane hoc agebatur, hoc illa significatione parabatur, ut fieret illud qđ in Canticis dilecta exoptãs dicit. Quis mihi det te fratrẽ meũ sugentẽ ubera matris meæ, ut inueniã te foris & deosculer, & iã me nemo despiciet. Apprehendã te, & ducã in domũ matris meę, & in cubiculũ genetricis meæ, ibi me docebis, & dabo tibi poculũ ex uino condito, & mustũ malorũ granatorũ meorũ. ¶ Deniq̃ extunc mihi nõnihil prouenit, secundũ sensum dictorũ huiuscemodi, qa cũ ad me reuersus fuissem, & infra uigilias nocturnas uisum hmõi suauissime retractarẽ, sicq̃ interpretaret ilã altaris & ipsius oris dñi Iesu apertionẽ, qp sacramẽtorũ eius profunda deinceps clarius intelligere deberẽ: interea paulatim amor illius sacerdotalis officij menti sese infudit, tantũq̃ excreuit, ut mox die facto dicerẽ patri meo spũali, me nõ uelle amplius reniti, imò uelle ire cũ primũ iuberet, & suscipere iugũ dñi, causa tamen tacita q̃ acciderat, ut iã dixi. Gratulatusẽ, & ut primũ affuit tẽpus ordinatiõis, hũc sacrũ, licet indignus, ordinẽ suscepi. ¶ Nec uero minore signo, q̃ puenerat, deus meꝰ miscẽdia mea, me in hoc officio subsecuta est. Nõ em̃ plus q̃ triginta dies transierãt, cũ ecce iacente me in lectulo, ferè clauso iã die, cũ uix oculos in somno clausissem uenit desup quasi similitudo uiri, proni, & equalis extensi, solã q̃ maxime faciẽ suã occultãs, & in me demissa, totã cõpleuit aiæ meæ substantiã, eo mõ mihi impressa, quẽ uerbis exprimere nullatenus possim, multo citius atq̃ profundius q̃ cærã q̃is mollissima, figillũ fortiter impressum admittere possit. Protinus somno, q uix obrepserat, excussus sum, & uigilãs sensi dulce pondus, uigilans delectatus sum, & qd dicã? Anima mea liquefacta est, aia mea dñe penè defecit, penè de corpore effusa est. O q̃ uera cõcionatoris nostri snia. Adolescentia em̃ (inquit) & uoluptas uana sunt. Porrò ibi nõ uanitas, sed ueritas, ibi uera & uiua uoluptas, ubi usq̃ in finẽ cõpletur, qđ scriptũ est. Qui adhæret dño unus spũs est Hinc est qđ canimus in psalmo. Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ & torrente uoluptatis tuæ potabis eos. Eiusmodi uoluptatẽ uiuenti in corpore saltẽ gustasse iocundũ est, iocunditatis & exultationis thesaurus est. Verũ dicere liceat, qa nisi illa repẽtina sanctæ uoluptatis mũdatio cito se cõtinuisset, animã uelociter in sua de corpore in modũ torrentis abstraxisse, secũq̃ detulisse poterat: vnde & melius iã scio, qũo sentiendũ sit, qp deus ad hominẽ locutus est. Non em̃ uidebit me homo, & uiuere potest. Sed (ut dixi) ci to substitit inũdãs illa uis amoris, paulatim q̃ decessit: ego aũt extũc os meũ apui, & cessare

Lucæ. 14

Psalm. 76.

Iob. 23

Visio nocturna, sup ueneratione imaginis crucifixi.

Matth. 11.

Cant. 8.

Summa uoluptas in illa psu diuino.

Cant. 5.

Eccls. 12
j. Cor. 6.
Psalm. 35.

Exod. 33

Bona petitio Ruperti. Cant. 8.

quin scribere nequaq̃ potui, & usq; nũc, etiã si uelim, tacere nõ possum. ¶ Sit hoc mihi face re illud, qd supra memoraui de Canticis, scilicet inuenire dilectũ foris, & deosculari, ut iã me nemo despiciat apprehẽdere eũ, & inducere in domũ matris meæ, & in cubiculũ gene tricis meæ, ut aliqs filioꝝ eius ex hoc proficiat, meq; doceri à spũ ueritatis, et dare illi pocu lũ ex uino cõdito, id est, sermonẽ bonũ siue rectũ & bene sonantẽ ex spũ scto, & mustũ ma loꝝ granatoꝝ meoꝝ, scilicet delectamentũ scientiæ cũ fructu bonoꝝ operꝝ. Si ueritatẽ dixi si nihil hoꝝ de corde meo finxi, turris fortissima sit mihi nomẽ dñi, p qd adiurasti me pater & dñe mi, & fiat mihi secundũ qd dixit filius dei, idq; filius hominis. Qui aũt diliget me, diligetur à patre meo & ego diligã eũ, & manifestabo ei me ipm: & luceat mihi iustitiæ sol, fitq; illuminatio mea dñs, & misedia mea deus meus, & subleuet me de corruptione & egestate, quẽadmodũ in propheta dicit, Et sustollã te sup altitudinẽ terræ, et cibabo te hæ reditate Iacob patris tui. Et cõdonet mihi quicqd de timore, quẽ timebã, euenit mihi: quic quid eoꝝ, q̃ uerebar, accidit, toto tẽpore huius pegrinationis siue incolatus prolongati, nu merusq; dieꝝ meoꝝ prima et octaua beatitudine cõpleatur, q̃ est possidere regnũ cœloꝝ fiatq; mihi, qd ei dicimus in psalmo, tibi em̃ derelictus est pauper, pupillo tu eris adiutor. Et ad me q̃q; illud ptineat, qd in Esaia dictũ est, iste in excelsis habitabit, munimẽta saxoꝝ sublimitas eius, panis ei datus est, aquæ eius fideles sunt, et introeã ad altare dei, ad altare cę lestis sanctuarij, et ibi cõtingat animæ meæ, qd uerus amor dicit, osculetur me osculo oris sui, et ipse sponsus immortalis in illo cõtineat me corpore sponsæ suæ ecclesiæ, cui amore æterno et sempiternis copulabitur nuptijs. ¶ Nõ em̃ sine causa sic insipiens factus sum, ne q; tu sine causa sic instanter me adiurasti, ut de meipso scribere res huiuscemodi. De causa libet hic aliqua breuiter eloqui. Nonnulli putantes se probe illud facere qd in Iob dictũ est, sapientes cõfitentur et nõ abscondunt patres suos, qbus solis data est terra, et non transibit alienus p eos: quondã (ut uerbis loquar eiusdẽ beati Iob) affixerunt animã meã, et attriue runt me sermonibus, et nõ minus q̃ decies cõfuderunt me, et nõ erubescebant opprimen tes me, refragantẽ quibusdã sententijs quas proferebãt, à uero et recto sensu discrepantes: quas tñ à magnis et ualde nominatis patribus suis, id est, magistris suis, accepisse uidebãtur, qs uidelicet patres suos cõfiteri, et nõ abscondere, gloriosum arbitrabant. Quoꝝ uidelicet patrũ ipsoꝝ autoritati, utpote hominũ quãuis sapientũ, cũ ego non credere, meliusq; et sa nius loqui auderẽ, secundũ scripturaꝝ autoritatẽ. O quanta indignatio, quãta exprobratio iuxta hũc modũ. Intellige prius, et sic loquamur. Quid tumet contra deũ spũs tuus, ut pro feras de ore tuo huiuscemodi sermones? Sapientes cõfitentur. et nõ abscondunt patres su os. Tui patres ubi sunt? Qui uel quales magistri te docuerũt? Secundum hæc et his similia nõ semel, nec paucis diebus, sed multotiens, et aliquot annis me cõfuderũt, et sermonibus oppresserũt: donec pseuerantiæ uirtute, et scripturaꝝ autoritate subnixus, obtinui uicto riæ palmã, te q̃q; plurimũ adiuuante, et testimoniũ phibente, q̃ nõ ex timore spũs, non ex psumptione proprij cordis, sed ex dono mihi accidisset gratiæ dñi, ex dignatione spũs san cti, fiduciã talẽ habere tractandi sanctaꝝ scripturaꝝ sacramẽta: et q̃ nullo modo facultatẽ hãc assequi potuissem, nisi p spiritũ bonũ, de quo uel à quo bona cuncta procedũt. Confi teantur ergo sapientes illi quantũ uolunt, nec abscondant patres suos, qbus solis (ut aiunt) data est terra, id est, scripturaꝝ artiũq; liberaliũ scientia. ¶ Ego quamuis et ipse nõnullos in discipulis scholaribus patres habuerim, & in libris artiũ liberaliũ nõ segniter studiosus exti terim, hoc profiteor qa uisitatio ab altissimo melior mihi est, q̃ decẽ pfes eiusmodi, cui? sub uirga sæpe in labijs pcussus, nonnunq̃ etiã toto corpore cõcussus, sicut auribus tuis fideli bus aliqu otiens intimaui, loquor ad scribendũ quicqd ille monitor suggerit, spem habens istã, quã sapietia dicit. De fructu oris uiri replebitur uenter eius, & genimina labioꝝ eius saturabũt illũ. Nũc ad te sermo meus liberior dirigitur discipule ueritatis, desyderator san ctitatis, amator filij dei, eiusdq; filij hominis Episcope, bonis oibus amabilis. Iam dudũ in hoc gaudeo, et pro hoc tibi iure gratulor, qa pclare in te q̃q; lucet experimentũ ueritatis, q̃ in euangelio secundũ Marcũ dicit. Amen dico uobis, nemo est q reliquerit domũ, aut fra tres, aut sorores, aut patrẽ, aut matrẽ, aut filios, aut agros propter me et euangeliũ, quin accipiat centies tantũ, nũc in tẽpore hoc domos, et fratres, et sorores, et patre, et matrem, et filios, e

Esaiæ 58.

Psalm. 9.

Esaiæ 33.

Cant. 5.

Propter emu los ista scribi oportuit.

Iob. 32.

Iob. 29.

Iob. 32.

Visitatio ab altissimo melior cunctis ma gistris.

Prouer. 18.

Laudatio Cu thonis Epi.

Mar. 10.

filios, & agros, cū pſecutōib⁹, & in ſeculo futuro uitā æternā. ¶ Añq̄ ueri hui⁹ ſermonis in te habitū collaudē experimētū, dicere libet aliqd, ꝓpter eos, q̄ hic hęrere uel mirari et dicere pñt. Nūqd oēs q̄ ſua q̄licūq; ſiue q̄ntulūcūq;, ꝓpter Chr̄m reliq̄rūt, cēties tm̄ in hoc tpe uel in hoc ſeculo receperunt. Vt de cæteris taceamus, nunqd heremitæ ſiue anachoritæ centies tm̄, quantū reliquerant propter Chriſtū, in iſto ſeculo receperunt? Propter eos q̄bus hmōi cogitatiōes occurrere poſſunt, notandū eſt, quia nō dixit, q̄ reliquerit ꝓpter me tm̄, ſed addidit & ꝓpter Euangeliū. Denicq; ſi tantundē & nō plus eſt ꝓpter Euangeliū quàm ꝓpter Chriſtū, ſuperfluū erit, p̄miſſo propter me, addidiſſe, & propter Euangeliū. Quærēdum ergo uel ſciendū eſt, qd addiderit in ſenſu addēdo uerbis, & propter Euangeliū. Illud nimirū in ſenſu addidit per hoc dictū, ut ſentias eū dixiſſe, in hoc eſſe perfectionē etiā p̄ſenti remuneratiōe dignā, cum q̄s nō cōtentus propria ſalute, relictis oñibus ſequēdo Chriſtū, diſcurrit, feſtinat, ſuſcitat amicū, i. prædicat Euangeliū, ut audientes alij ſequant Chriſtū, qd uidelicet miniſteriū in primis ē apl̄oꝝ, q̄ tūc inſtruebantur, cū hæc diceret eis, quoꝝ primus Petrus dixerat ei: Ecce nos relinquimus oīa, & ſecuti ſumus te. Quid ergo erit nobis? De hmōi oſtendat quiſpiā aliquē, q̄ nō receperit ul' recipiat in ſuo tpe & domos, & frēs, & ſorores, & patrē, & matrē, & filios, & agros cū perſecutiōibus, i. in medio etiā pſecutionū, quæ uolentibus pie uiuere in Chriſto nō deſunt, centuplū quā reliquerat, idcirco expeditus p̄dicare poſſet Euāgeliū, & tūc demū dubitet de promiſſione hac, utrū uera ſit, an nō. ¶ Exempli gratia: Petrus q̄ piſcator erat, q̄ diues nō fuerat, q̄ cibos manu & arte quærebat. Hic ubi miſſo ſpiritu ſancto de cœlo prædicare cœpit Euangeliū, nōne centies tm̄ recepit quantū reliq̄rat, uocantē de nauiacula ſequēs Chriſtū? Vt taceā, qd & primū in Antiochia & deinde in urbe Roma magna reſidēs Pōtifex, & domos habuit, imò et eccl̄ias cōſtruxit, & frēs & ſorores ſpūales, & p̄es et matres & filios multo plures ſcdm̄ ſpiritū habuit, q̄ ſe tundū carnē q̄s habere poſſit: ut (inq̄) illa oīa taceā, ſolū illud ius poſſeſſionū ſiue facultatū cōmuniū in initio Euangeliī, ubi multitudinis credentiū erat cor unū & aīa una, nec q̄ſquā eoꝝ quæ poſſidebant aliqd ſuū eſſe dicebat, ſed erāt illis oīa cōia: ualuit illi plus q̄ centū retia centūq; nauiculas, qualiū unā reliquerat. His aīaduerſis, illud quoq; qd in Matthæo tali ter ſcriptū eſt, & oīs q̄ reliquerit hęc propter nomē meū, l̄iquet plus eſſe, q̄ ſi dixiſſet propter me, uidelicet ut propter nomē meū id eſſe intelligas, propter me notificandū, qd fit p̄dicando Euangeliū. ¶ Igitur ut dicere cœperā, cōgratulamur tibi Ep̄e uenerabilis, quia magnū in te experimentū lucet huius ueritatis. Domū quippe unā neſcio quantulā, & propinquos aliquos (ut pcepi) nō infimos, nō nihil agroꝝ habentes, in una ciuitate reliquiſti. Et eccē dñs factus es in hoc tpe eiuſdē ciuitatis. Nunqd nō cēties tm̄ eſt? Præter hoc aūt hæc ſpes in ſinu tuo repoſita eſt, qd in futuro ſeculo uitā æternā habebis. Laudi eius, q̄ quos ante tpa ſecularia præſciuit, & prędeſtinauit ſanctos oēs, ipſos & ſuo quēq; tpe uocauit, iuſtificauit & magnificauit: illud aſcribendū eſt. ¶ Quod te nō qualicūq; tpe, ſed in ipſo ingreſſu feruentis adoleſcētiæ uocauit cita uocatōe, ut eū, quē quaſi in ingreſſu mundi poſueras, retrahere ſpedē, & relictis oībus, patria q̄q; ſiue ꝓuincia natiuitatis tuæ longe poſt tergum dimiſſa, peregrinus ad monachicā uitā cōfugeres, in montē ſpūalis uictoriæ ſuo noīe præſagū, uocatur em̄ Sigeberch. Quis em̄ hoc fecit, niſi aſpiratio gratiæ uocantis? A fructibus eorum cognoſci poteſt, qa plantatio tuæ cōuerſionis, plantatio fuit p̄ris cœleſtis, quæ nunq̄ poſſit eradicari. Nunqd puer ſiue adoleſcentulus tunc eras, qñ uidiſti inter deū & hoſtē antiquū de te certamē haberi, quaſi dubiū eſſet uter eoꝝ, ſcilicet deus creator, an Satan corruptor, te habere deberet, ita rudis fuiſti, ut putares de te ſolo inter partes tam contrarias eiuſmodi certamē haberi? Imò & de toto genere humano certamen hoc fuit ab initio. Vtrū deus q̄ creauit: an diabolus q̄ primū hominē decepit, deberet poſſidere nos. ¶ De hoc certamine ego tibi efflagitanti nuper ſcripſi opuſculū libellos duodecim, intitulatū de uictoria uerbi dei, qd admirationi eſſe multis etiā ſapientibus, & ab ipſis libentiſſime legi (fateor) ipſe gaudens audiui. Certamen iſtud uetus eſt, & pro oñibus certatū eſt, & adhuc pro ſingulis certat, & in oñibus uel pro oñibus electis ſuis uincit deus. Nemo em̄ (ait filius dei) poteſt rapere de manu p̄ris mei: ſiue, & nō rapiet (inquit) oues meas quiſquā de manu mea. Tibi aūt ē de teipſo idcirco demonſtrata eſt illa ſingularis uiſio, ut eſſes ſollicitior, & territus fugi-

Quæſtio

Reſponſio.

Propter meē Euangelium.

Mat. 19.

1. Tim. 2.

Petr⁹, qui oīa reliquerat, centuplū recepit.

Actu. 2. & 4.

Mat. 19.

Exaltatio Cuonis ad epiſcopatum.

Rom. 8.

Cuno in adoleſcēria factꝰ monachus in Sigeberg.

Mat. 15

Opuſculū de uictoria uerbi dei.

Iohan. 10.

sti non perspecto neq; præmonstrato tibi, quænam pars uincere & quæ haberet uinci, for
Profectus Cu nonis te ne te cõprehendisse arbitrareris. ¶ Et tunc quidẽ sciens reliq̃ras oĩa propter Christũ, sed
nondũ sciebas qđ ea reliquisses propter Euangeliũ, i. idcirco ut alĩs multis euangelizares
Christũ: ip̃e aũt sciebat, q̃ te uocauerat in opus p̃destinatũ. Illud q̃q; nescibas futuri hu
ius ministeriũ quoddã esse initiũ, qđ acceptũ desup datum optimũ, scilicet boni ingenĩ uel
perspicacis intelligentiæ talentũ, factus iuuenis sub obedientia p̃is spũalis impendebas nõ
Mar. 4. Lucæ. 8. solũ iuniorib⁹, uer. etiã coęquis tuis, nõ magis p̃ceptor sciæ q̃ exẽplar disciplinæ monasticæ.
Cunofaci⁹ ab bas Sigeber gensis Vñ & ip̃m talẽtũ siue donũ acceptũ merito in te creuit, iuxta illd: Qui h3, dabit ei, & abũ
dabit. ¶ Quid m̃ta? Tũc sup clarissima cãdelabrum nõ cõtẽnendæ altitudinis, posita ẽ lu
cernula dei, qñ tu, quẽ illuminabat lux uera, & uerus accendebat ignis, regimen suscepisti
Ecclesiæ Sigebergensis. O q̃ multi iam ex tunc in lumine gaudere cœperũt. Oĩis simplex
oculus lõge late q̃; manentiũ, maxime q̃; in domo magna quæ est Agrippinẽsis siue Colo
niẽsis Ecclesia, flammã tui luminis libẽter aspiciebat: & si quis erat nequa oculus, q tibi ad
uersaret, hoc ip̃m qđ sibi grauis esses etiã ad uidẽdum, fateri nõ audebat. Tanta erat tui lu
Esa. 5 Hũilitas Cu nonis. minis autoritas, ut statim cõtra se dictũ putare posset illud Propheticũ, uæ qui dicitis ma
lum bonũ, & bonũ malũ, ponẽtes tenebras lucẽ, & lucẽ tenebras. Interea dum familia dñi,
sup quã tu fidelis seruus, & prudẽs constitutus eras, cui corde flammato & ore lucido uitã
æternã Euangelizabas, merito & numero augeret siue multiplicaret: tu tamẽ in oculis tuis
paruulus & ferè nullus eras, qđ maxime pcipiebant hi, qui familiares tibi erant: quiq; tecũ
de salute animæ familiarius colloquiũ habebant: qđ ipse ego p̃sentiẽs, animaduerti nonni
Esa. 40 hil, imò multũ ad te attinere illud Propheticũ: Quare dicis Iacob & loq̃ris Israhel, abscon
dita est uia mea à dño, & iudiciũ meũ à deo meo transiit. Nunquid nescis, aut non audisti?
Deus sempiternus, dñs, qui creauit terminos terræ, nõ deficiet neq; laborabit, nec est inue
Esa. 43 stigatio sapiẽtiæ eius, qui dat lasso uirtutẽ, & his qui non sunt fortitudinẽ & robur multipli
cat. Itẽq; illud: Ego deus tuus app̃hendẽs manũ tuã dicẽsq; tibi: Ne timeas, ego adiuui te.
Noli timere uermis Iacob, qui mortui estis ex Israhel. Ego auxiliatus sum tui. Hmõi respõ
sa tuæ humilitati esse congruẽtia, si hactenus nõ aduertisti, at saltẽ nunc attẽde, cõmonitus
augmẽto gratię seu magnitudine beneficĩ, quod altissimo nõ nulla de te cura sit. In primis
Mat. 11 Humilis præ lat⁹ & uermis & Iacob dicit hæc appellatio noli timere uermis Iacob, qui mortui estis, dicam quõ congruat tibi & si
milibus tui, imò cunctis humilibus corde, qui didicerunt à bono magistro dicẽte: discite à
me, quia mitis sum et humilis corde. ¶ Humilis quisq; spiritualiũ pater filiorũ, et uermis ẽ,
et Iacob: uermis quidẽ, suo: Iacob aũt, dei iudicio. Iacob denicq; magnus homo fuit, et mul
Gene. 34 tos habens mares filios, pro causa unius fœminæ, quã solam filiam genuit, afflictus est, et
tristitiã habuit. Sic nimirũ uiri apud deũ magni, qualiũ oĩm uiuẽtiũ tu mihi notissimus es,
cum multas habeant uirtutes, multosq; (ut et tu habebas) filios spirituales, aliquã habẽt qua
si filiã, id est, infirmitatẽ occultã, pro qua dum quis humiliat coram dño, et uermis est et Ia
Cuno curæ sunt deo cob: uermis (ut dixi) suo. Iacob aũt dei iudicio: et mortuus est sibi, id est, timet se illa infirmi
tate mori, sed uiuit deo. ¶ Noli ergo timere, dicit tibi, ego auxiliator sum tui, et ab effectis
probas, quia non fuit nec est à me abscondita uia tua, nec à me iudiciũ tuũ transiit, sed hoc
potius dicito. Tu deus qui uidisti me, & iudiciũ meũ, hoc quod iudicasti, & qui se humili
at exaltabit, non transiit à te. Ego quoq; cum ipso deo interrogante, uerbis ipsius interro
go te, qui cũ de hmõi secretã aliquoties haberemus collocutionẽ, uolebã consolatũ te eẽ.
Nunquid nescis, aut non audisti? Videlicet istud quod sequit, Deus sempiternus, dñs qui
creauit terminos terræ, nõ deficiet neq; laborabit, scilicet ubicunq; uel quotiẽscunq; infir
mum curare uel pauperẽ honestare uoluerit. Cuncta eñ possibilia, cuncta facilia sunt ei.
Nec est (inquit) inuestigatio sapiẽtiæ eius. In quo? Nimirũ ut secundũ causam præsentẽ lo
quar, in eo quod dat lasso uirtutẽ, & his qui nõ sunt fortitudinẽ & robur multiplicat, id est,
qui electũ suum prius dimittit lassari, & lassitudinẽ suam agnoscere, ita ut penitus sibi uideat
ui sibi for s uidentur, ficient non esse, siue nihil esse, & tũc demũ uirtutẽ dat, tũc demũ fortitudinẽ et robur multiplicat.
¶ Non ita est cũ fortibus, non sic agit cum sanis, id est, cum illis qui sibi iusti uident, & in sus
Esa. 40 is confidunt uiribus. Sed quid? Continuo subiungens, deficient pueri, & laborabunt, et iu
uenes in infirmitate cadent. Pueri nanq; recti dicunt, qui sunt inexperti, quiq; in tentationi
bus

bus non militauerunt, iuuenes aũt qui sibi uidetur fortes, & quasi de suis uirtutibus superbi unt. ¶ Manifestum iam te habere non dubitamus iudiciũ siue experimentũ, quod uia tua dño absconditа nõ fuerit, & iudiciũ tuũ à deo tuo non transierit, quia cum nescires, cũ pñs non adesses, imò longe remotus abesses: Ratisponensis ecclesia pastore suo uiduata, pasto/ rem te, id est, Pontificẽ sibi elegit: quæ magna est gratia, donũq; Põtificis magni, qui cœlos penetrauit, quẽadmodũ Apl'us dicit, & ip̃e dedit quosdã quidẽ Apl'os, quosdã aũt Prophe tas, alios aũt Euangelistas, alios aũt Pastores & doctores. Cum clerus & populus in partes pro eligendo sibi pastore diuiderẽt, fieretq; periculosa partiũ cõtentio, alĩs hũc, alĩs illum clamantibus, iamq; prope esset ut seditione inualescente ad arma cõcurrerẽt, un° sapiẽtior cæteris, cuius cor deus tetigit, repente tuũ nomen in mediũ protulit, teq; eligi consuluit, & protinus totus ille partium motus conquieuit, & in te unũ, quæ diuisa fuerat, unitas eccle siæ concessit. Cuius nutu, cuius intuitu taliter credamus actũ, nisi illius, de quo Apl'us, ip̃e est (inquit) pax nostra qui fecit utraq; unũ? Gaudeas igit, quia (sicut iam dixi) nõ ita fuit uia tua absconditа à dño, quin uideret te q̃is paruulũ inter multos, quos habet ipe regendos siue disponendos. ¶ Ergo ne (ait aliquis) gaudendũ est in re huiuscemodi? Nõne potius re nitendũ est, scdm exemplũ Moysi, cum mitteret ad tantũ misteriũ, ut fieret pp̃o Israhel dux & princeps liberationis, educendo eos de terra Aegypti? Ad hęc inquã. Nõne & il/ lius exemplũ sequendũ est, qui cum audisset uocẽ dñi dicẽtis, quẽ mittã, & quis ibit nobis, dixit, ecce ego, mitto me: Nimiũ Moysi quidẽ humilitas laudanda, & in exemplũ pro tẽ pore & re assumenda est: sed præter humilitatẽ, aliam quoq; rationẽ habuit, quæ ex uerbis istis intelligit, quæ dixit, postq̃ semel & iterũ, ac tertio recusauit. Obsecro (inquit) dñe, mit/ te quem missurus es. Quisnam erat ille, nisi de quo Patriarcha Iacob prædixerat, donec ue niat qui mittendus est? Christũ ergo iam ad salutẽ populi sui nimiũ festinus mitti uolebat, & idcirco recusabat. At si diceret: Non ego uicarius eam, sed ille obsecro iam ueniat. ¶ Itaq; præter istũ qui eiusmodi cãm intendebat, ostende mihi aliquẽ, qui iussus inire offi/ cium siue ministeriũ eiusmodi, laudabiliter recusauerit: nisi forte recusantis esse putes, quod Hieremias dixit, ah, ah, ah: Dñe deus, ecce nescio loqui, quia puer ego sum. At ille hoc di cere potuit nõ recusando ministerium, sed potius optando sibi augeri donum, quod & pro/ tinus factum est, quia misit dñs (ait) manum suam, & tetigit os meum &c. Illi ergo maxi/ me laudabiles sunt, qui dilectõis instinctu, ob salutẽ proximoꝝ semetip̃os obtulerunt, sicut et Helizeus se offerens: oro (inquit) ad Helyam, ut fiat spiritus tuus duplex in me. s. spũs ope rationis uirtutũ ut duplicia, quàm tu fecisti signa possim facere: p quæ cõmoueat populus, & nõ obliuiscat dicere illud, quod te agente dixit: Dñs ip̃e est deus, dñs ip̃e est deus, contra quem Iezabel impia nititur. ¶ Congratulantis animo cuncta hæc tuæ sanctæ loquor pa ternitati, & inter hæc nõ præteribo illud, q̃d ualde placet oculis nostris, quia nõ nihil habes de imitatõe beati Martini. Iam uero sumpto ep̃atu (ait scriptor uitæ eius) qualem se quan/ tumq; præstiterit, non est nostræ facultatis euoluere. Idem em̃ cõstantissime perseuerabat qui prius fuerat, eadem in corde humilitas, eadem in uestitu eius uilitas erat, atq; ita plenus autoritatis & gratiæ, implebat ep̃i dignitatem, ut non tamen propositum monachi uirtutẽ/ q; desereret. Vidimus te præclare ciuitatis ep̃m, uernecũ pellibus & pulla desup cappa co/ opertum, siue affibulatũ præcedentẽ, & euntes post te præclaros utriusq; tam clericalis q̃ laicalis ordinis spectabiles uiros, peregrinoꝝ murium pelliculis scdm morẽ uel honorem suum coloratos siue defloratos, in eo sapientes, quod ep̃m se habere uel sequi gauderent, ta lium cõtemptorem, censu diuitẽ, affectu uel habitu pauperem, in corde humilem, in uesti/ tu uilem, in mensa sibi cõmuni, cũ dignitate ep̃i propositũ monachi uirtutemq; nõ deseren tem. Hoc esse dixi, de imitatione beati Martini. ¶ Vnde nõ uanã fuisse cõstat illius san/ ctimonialis uisionẽ, quã audisti. Referebat, dictũ sibi per uisum, occurrendũ eẽ btõ Marti ni, festo die suo, in ipsis rogationum diebus tunc imminentibus, quæ ante ascensionẽ domi ni exmore celebrant. Mirabat illa pro nuncio huiuscemodi, sciens & in somnis quoq; me moria tenens, festum beati Martini non agi diebus illis, sed longe alio tempore anni unde cimo die|mensis Nouembris. Non ergo multum attendens uisum uelut ociosum reti/ cuit, donec tu, quẽ uentuꝝ esse non añ uisum illũ sciebat, electus aduenisti, die rogationũ.

Electio Cuno nis in ep̃m

Heb. 4.
1. Cor. 12

Ephe. 2

Quæstio.
Exo. 3

Respõsio
Esa. 6

Exo. 4
Gene. 49

Non licet re/ cusare mini/ sterium euan gelĩ
Hiere. 1.

4. Reg. 2.

3. Reg. 18
Cuno similis B. Martini in episcopatu.

Visio cuiusdã Monialis.

Christus honoratus i Cunonis suscepti one

¶O quanta cũ lætitia cleri & ppli, quanto cũ tripudio nõ solius ciuitatis uerꝝ etiã totius pa triæ, quãtis cũ laudibus Chri ciuitatẽ introisti? Cuius laus, cuius erat ille honor? Nunqd tu us, aut tibi debitus? Ergo tibi uerbis cõgruẽtibus uicẽ rependere uolo. Nam qa solitus eram

Num. zz.

uel mihi uel de me alijs dicere, qđ ea, q̃ scriberẽ ego, mihi nõ magis iputares, quã asinoꝝ ego

Mat. zj

silr dico, qa tantã illius susceptõis gl'iam, ferè nõ magis tibi ascribo, q̃ illã gl'iam siue hono rẽ, laudesq; turbaꝝ cũ palmaꝝ ramis occurrentiũ dño, ascribere uelim illi, cui sedebat, asel lo. Non em̃ ppter se sed ꝓpter sessorẽ suũ dignus erat asellus ambulare uiã stratã uestimẽtis

Ephe. 3.

hoim, tantisq; circũdari floribus & ramis palmaꝝ. Sic nec tu taliter suscipi dignus fuisti ꝓ pter temetipm, sed ꝓpter habitantẽ in corde tuo p fidẽ Iesum Christũ. Hæc uidẽs illa iã di

Episcopo tẽ nenda est, exẽ plo christi, hu militas

cta sanctimonialis, uisum, quẽ uiderat, ad te ptinere, recognouit, & ex tunc quibusq; fidu cialius enarrauit. ¶De humilitatis tuæ insignibus sermonẽ repetã, sperãs & spem meã fir

Prouer. jſ.

missimã esse desiderans, qđ in ipa pseuerabis, & pseuerãdo gloriã tibi in futuꝝ thesauriza bis, qa nõ gloria humilitatẽ, sed humilitas (ait Sapia) gloriã prẽcedit. Hoc tibi uel cordi tuo

Mat. zo

rectẽ psuasisti, ꝓpter humilitatẽ filij hois, cuius gloriã & honorẽ beata dilectõe diligis. Ipe

Lucæ. zz.

em̃ dixit. Nõ ita erit inter uos, sicut inter Principes gentiũ, qui dñant eoꝝ. Sed qcunq; uo luerit inter uos maior fieri, sit uester minister, & q uoluerit inter uos primus esse, erit uester seruus. Sicut filius hois nõ uenit ministrari, sed ministrare, & dare animã suã redemptionẽ

Visio de mini stratione christi in missa.

ꝓ multis. Nõne quotidie hic filius hois ministrat, nobis in sancto altari ministeriũ eiusdẽ redemptõis, s. sacrm corporis & sanguinis sui? Quare ergo nõ erubescimus ministrari, tali ministro ministrãte nobis, & audemus cuiquam dñari, nisi solis uicijs? ¶Audi me, adhnc unũ qd narrabo tibi de eiusmodi, qualia supius narraui, qa sic uoluisti. Cũ adhuc essem re centior, & ꝓinde etiã attentior in ordine huius ministerij. s. in officio presbyterij, uidi in ui su, pleno iocunditatis, ministrantẽ nobis istũ filiũ hois. Quid dicã, uel qualibus uerbis elo quar. Habitũ gestũq; ministrãtis? Denicꝝ quasi in magna domo ad mensam decorã & ma gnã residẽtibus multis, ipe aspectu reuerẽdus & amabilis, diffibulato ac depposito, quo sup

Can. s

tunicã amictus erat, pallio, manibus decentissimis, & incessu q̃ spectabili ministrabat, hinc & inde ministrationẽ panis & uini. Erãt aũt quasi crustula panis cãdidissimi cõcaua, uinũq; fusum in se recipiẽtia, & ferculũ hmõi oñibus ministrabat. Amplius dicere nõ possum, ni si quia qđ exprimi nõ põt, salua maiestate ministrabat: & sic eũ ministrare ualde decebat, ta li uel tanto affectu, ac si diceret illud de Canticis. Comedite amici & bibite, & inebriamini

Eccliastes. s

charissimi. ¶Et quidẽ uera est, & mihi tũc uera fuit sn̄ia: multas curas somnia. sed nihilomi nus ueꝝ est, quia bonas curas plerũq; bona & uera sequunt somnia. Nõ fuit hoc de somnijs

Ecci. 34.

eiusmodi, quæ multos errare fecerũt, imò ad ueritatẽ ducit, in eo qđ mihi dulciter & sæpe

Lucæ. zz.

cõmemorat, & tibi cupio ut cõmemoret illud dictũ filij hois, ego aũt in medio uestrũ sum sicut q ministrat, & adiuuãte cõmemoratõe hac, ab eo qđ cœpisti humilitatis gradu cõmi

Eccliastes. 9.

nister sanctitatis nõ desistas. Quid multa? oñi tpe (ait Sapia) sint uestimẽta tua candida, & oleũ de capite tuo nõ deficiat. Scienti loquor, quia uestimentũ tuũ hoibus quidẽ nigrũ, sed deo & ea quæ dei sapiẽtibus cãdida sunt, & oleũ in capite tuo charitas est in corde tuo, quæ

Prefagium uisionis de Cunone.

nunq̃ deficiat. ¶Ego quidẽ dispendiũ timere potui ꝓ absentia tui, scđm præsagiũ qđ uidi priusquã ꝓgredereris. Mancũ me esse uidebã, dextera de cubito suo manu auulsa, quæ res illud sine dubio, qđ de te actũ est, pfignabat. Veruntũ bene utrũq; erat, quia dexterã ipam, q̃ uis auulsam, nõ oñino amiserã, sed altera. i. sinistra manu deportabã, simulq; quasi mira culũ factũ est, ut alia loco illius tenella manus dextera succresceret. Scđm hæc reuera te,

Dominus ꝓtectio tua, super manũ dexteram tuam

manũ dexterã meã nõ oñino amisi, sed adhuc in sinistra. i. in pñtis uitæ cura tu mihi auxi liũ qualecũq; ferre poteris. ¶Certiorẽ aũt habemus & habere debemus pacletũ. i. cõsolato rẽ, uidelicet eũ qui dicit p Psalmistã: Dñs custodit te, dñs ꝓtectio tua, sup manũ dexteram

Psalm. jzo.

tuã. Q̃uis ergo pñtia tui careã, quẽ sic habebã ueluti custodiã fidã, & dexterã manũ meã, nõ sim quasi desolatus, sed ipe custodiat sperantẽ in se, q custodire & ꝓtegere põt sup oẽm

Can. s

manũ dexterã. Spem istã inter cætera nõnihil roborat recordatio miracli, cuius ego in ope qđ de Cãticis Cãticoꝝ scripsi, mentionẽ feci, ubi dilecta loquit: Dilectus meus misit manũ suã p foramẽ, & uẽter meus intremuit ad tactũ eius. Fateor de me quoq; illã narrationẽ feci sed qa uerebar insipiẽtiã meã, ne uiderer gl'iari frustra, necessitatẽ nõ habẽs quã nũc habeo,

quia si

ga ſicut ſæpe dixi, tu me adiuraſti: idcirco ſic ipſam narrationẽ transfiguraui, ut et rem ipſam ueraciter dicerẽ, & tñ pſona nõ poſſet agnoſci. ¶ Vltimo tandẽ libelli huius capitulo exora tũ ſe eſſe nouerit, quiſquis iſta legerit, ut nõ quaſi inſipiẽtẽ ſubſannare, ſed quaſi mœſti paruuli cãm cõpatiẽs attẽdere uelit, illã uidelicet, quã in initio hor dixi, ſcdm uerba Sapiæ dicẽtis: Noli regibus ô Lamuël, noli regibus dare uinũ, qa nullũ ſecretũ eſt ubi regnat ebrietas, ne forte bibãt, & obliuiſcant iudiciorũ, & mutẽt cãm filiorũ pauperis. Date ſicerã mœrẽtibus, & uinũ his q amaro ſunt animo. Bibãt & obliuiſcant egeſtatis ſuæ, & doloris nõ recordent amplius ¶ Verba ipa qm recitaui, libet aliquãtiſper aperire. Lamuël, qđ interpretat in quo deus, ipe eſt Chriſtus, de q Apl's dicit: Quinquidẽ deus erat in Chriſto, mundũ recõciliãs ſibi. Hic ſeſe gratũ habere & gratãter adimplere cõſiliũ iſtud ſpũs Sapiæ, dicemus: Noli Lamuël regibus dare uinũ & cætera, dicit in Euangelio: Cõfiteor tibi pater, dñe cœli & terræ quia abſcõdiſti hæc à ſapiẽtibus & prudẽtibus, & reuelaſti ea paruulis. Deniq; & hic reges, & ibi prudẽtes & ſapiẽtes ĩdẽ ſunt. ſ. ſuperbi, ſenſu ſuæ carnis inflati. Iſtis ait: Noli dare uinũ, i. noli aperire, imò claude diuinor profunda myſterior. Quàm ob cauſam? Videlicet, quia nullũ ſecretũ eſt, ubi regnat ebrietas. i. nulla oris cuſtodia, ubi ſcia inflat. Secretũ illud nõ eſt ibi, qđ eadẽ ſapia deſiderans alibi, cũ dixiſſet: deriuent fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide, ſubiũxit atq; ait: Habeto eas ſolus, nec ſint alieni participes tui. Quia ergo ſecretum nõ eſt ibi, & alienis, id eſt, hæreticis cõmunes ſe faciunt: Noli (inquit) dare eis uinũ, ne forte (qđ ſæpe contigit) ita bibant, ut obliuiſcant iudiciorũ, & mutent cauſam filiorum pauperis, id eſt, ne male iudicent, de ſcripturis, & aliter interpretent, quã expedit ſaluti auditorũ, quos tu pauper. tu ipe mitis & hũilis corde filios tibi ex aqua et ſpiritu ſancto regeneraſti. ¶ Mœrentes & amaro animo ſiue egentes atq; dolentes ſunt iam dicti paruuli, id eſt, humiles, qualiũ eſt ille gemitus: Heu mihi quia incolatus meus prolongatus eſt, qui in iſto ſeculo conſolari renuunt, & idcirco lugent, quia ſponſus ab eis ablatus eſt. Iſtis date ſicerã, iſtis date uinũ, id eſt, iſtis aperiat ſenſus, ut intelligant ſcripturas, legentes legẽ & Euangeliũ, & ita bibẽtes, nunc interim conſolent ex parte, donec ueniat qđ pfectũ eſt. Fateor taliũ ego unus erã, quondã tam ætate adoleſcẽtiæ, q propria paruulus eſtimatione, ita tunc ſcienter lugens, & cum beato Iob, dicens: Pereat dies in qua natus ſum, & nox in qua dictum eſt, conceptus eſt homo. Noctem illam tenebroſus turbo poſſideat, non computetur in diebus anni, nec numeretur in menſibus. Sit nox illa ſolitaria nec laude digna. Sed bibi ſicerã, bibi uinũ, eo mõ uel ordine, quo fideliter denarraui, in quo quia (ut puto) ſatisfeci tibi, iã nũc iſtorũ finẽ faciens, interruptũ ſubnectã ſiue repetã, ut cõpleã qđ ſupeſt opis de gloria & honore filij hoĩs, ſperans qđ in proximo te uiſurus ſim.

Deprecatio ad lectorem.

Prouer. 31.

Lamuel, id ẽ in quo deus, Chriſtus eſt. 2. Cor. 5.

Mat. 11.

Coloſſ. 2 Nullũ ſecretũ ubi regnat ebrietas.

1. Cor. 2.

Prouer. 5.

Date ſiceram mœrentibus.

Pſal. 119

Mat. 9

1. Cor. 13

Iob. 3

DE GLORIA ET HONORE FILII HOMINIS LIBER XIII.

BENEDICTA GLORIA DOMINI de loco Sancto ſuo, ait illa, quam audiuit Propheta (ut longe ſuperius memorare iam cœperam) uox commotionis magnæ, & uox alarum animalium percutientium alteram ad alteram, & uox rotarum ſequentium animalia & iterum uox commotionis magnæ. Ab illa commotione ô glorioſum animal, quod nunc uidemus per ſpeculũ & in ænigmate, iuxta ſæpedictũ flumẽ Chobar, aĩal q̃tuor facierũ, q tua q̃tuor ſacra ſunt, ſcilz incarnatio, paſſio reſurrectio, atq; aſcenſio, illã faciẽ tuã iam iuxta ꝓpoſitũ laudare cupimus q recte dr facies leonis, uidelicet fortiſſimã atq; ĩuictã uirtutẽ tuę reſurrectõis. Eiuſdẽ cõmotiõis ueraciter magnæ, initiũ ſimℓ & pſagiũ fuit illd, qđ te clamãte uoce magna & emittẽte ſpm ecce uelũ tẽpli ſciſſũ ẽ ĩ duas ptes à ſũmo uſq; deorſũ, & terra mota ẽ, & petræ ſciſſæ ſunt, &

Ezech. 3

Facies leonis, ſacramentum reſurrectiõis domini

Mat. 27.

monumenta aperta sunt, & multa corpora sanctorum qui dormierant surrexerunt, nō anteq̄ resurgeres, sed te primogenito mortuorum resurgente surrexerūt. ¶ Eatenus se continuerat facies leonis, agente uel patiente q̄d suū erat uituli facie, donec diceret, consummatū est, & inclinato capite traderet spm̄, & patefacto latere p lanceā militis, exiret sanguis & aqua redemptionis animarum simul & corporum preciū. Statim & ex tunc (ut uerbis Sapīæ loquar) sicut fremitus leonis, ita & ira regis, & sicut ros sup herbam, ita & hilaritas eius. Cui quæso statim ira regis, sicut fremitus leonis? Nōne inferno & sempiternę morti, diabolo tenebrarum principi, antiquo pctōri, præposito mortis? Et cui uel q̄bus hilaritas eius, sicut ros super herbam? Nōne oīm̄bus sanctis siue electis q̄ expectauerūt eū ab origine mūdi? Talem fremitū tanti leonis qūo senserunt spūs illi, q̄ nequidē terra insensibilis & inanimata senserit? Mota est em̄, & motu suo cū scissura petrarum fremitū illū se sustinere nō posse clamauit. ¶ Ecōtra hilaritatē uultus eius qūo senserunt Abrahā Isaac & Iacob, & cæteri sancti, q̄nquidē & latro cōfitens sicut rorem sensit? Audierat em̄ pauloante sibi dictū ab illo. Amen dico tibi: Hodie mecū eris in paradyso. ¶ Pulchre igit dictū, & ueraciter adimpletū est. Iuda te laudabūt fratres tui. Manus tua in ceruicibus inimicorum tuorum. Adorabunt te filij pris tui. Catulus leonis Iuda, ad prædā fili mi ascendisti. Requiescens accubuisti ut leo, & quasi leena Quis suscitabit eū? Scdm hæc & his similia, quæ & uox alarum animaliū pcutientiū alterā ad alteram, & uox clare psonat rotarum animalia sequentiū, id est, scripturarum uetera sacramentis Euangelicis cōsonantiū, recte dicta est hæc facies leonis esse à dextris. ¶ Nam facies uituli à sinistris, p quæ uidelicet sinistra significata est aduersitas passionis, & facies leonis (ut iam dictū est) à dextris, p quæ designat prosperitas uel gloria resurrectōis. Sinistra aūt dixerim pro infirmitate assumptæ humanitatis, saluo eo q̄d sicut resurrectio carnis eius nostris corpibus, ita & passio eius nostris animabus dextera est. Nam per passionē eius primā, quæ est animarum, resurrectionē habemus, & p resurrectionē eius, resurrectionē secundā, quę corporum est, in uitā æternā expectamus. Sibi ergo soli facies uituli, id ē, sua passio à sinistris erat, scdm q̄d tristis erat anima eius, & tædebat & pauebat. ¶ Nam interim pro cā ualde necessaria dexterā eius pater tenebat, id est, fortitudinē eius differri uolebat, ut ea nō iam tunc, sed oportuno uteret tpe, iuxta q̄d illi in Psalmo cōpetit dicere. Tenuisti manū dexteram meam & uoluntate tua deduxisti me, & cū gloria suscepisti me. Nam & si cuiuslibet sancti uel iusti uox ista esse potest, nihilominus & multo magis ex psona huius eam intelligi decet. Nā reuera iuxta q̄d ipe orans, dixit: Veruntn̄ nō mea uoluntas sed tua fiat, deus pf manum eius dexterā tenuit, deus pater sua uoluntate illū obediētis repressit ad tps fremitū leonis. Qui paulo ante. s. postera die, quā passurus ingressus est ciuitatē, leuiter se excutiens cū paruo flagello, quē fecit de resticulis, tantam multitudinē uendentiū & ementiū de templo eiecit, & mercimonia siue lucra eorum cū cathedris euertit. Et deide cū traderet, dicēdo, quē q̄ritis, ego sū, totā cohortē pfidis & mīstros pōtificū cū traditore pstrauit. Eo usq; tenuit dexterā illā, ut nō saltē descēderet de cruce, dicētibus Iudęis: Si rex Isrl'ē, descēdat nūc de cruce & credim⁹ ei. Postq̄ ergo tenuit manū dexterā ei⁹, & in uolūtate sua deduxit eū, fecit, & q̄d ptin⁹ seq̄t, & cū gl'ia suscepisti me. i. à mortuis gl'iose suscitasti me. ¶ Nūciā supra scripto pphetiæ capitulo sermo attentius innitat, & scdm uerba ipa, q̄d ad iam dictū fremitū leonis ptineat, aliq̄d loquamur. Et audiui (inquit) post me uocē cōmotiōis magnæ. Benedicta gl'ia dñi de loco sancto suo, & cætera ut supra. Sicut hic in pphetia semel & iterum audita habemus uocē cōmotōis magnæ, sic & in illo fremitu leonis. s. & in descēsu ad inferos, & in resurrectione Iesu Christi factum esse terræmotū, iam supra diximus, magnæ commotionis initium fuisse simul & præsagium. Initium, quia protinus cum ipo terræ motu ablatum est ab eis omne cœleste præsidium, clamantibus (ut Iosephus quoq; testatur) præsidibus templi uirtutibus transeamus ex his sedibus. Præsagium, quia uidelicet in eo quod uelum templi scissum est, nobis quidem reuelatio cœlestium mysteriorum, sed illis scissura ueli cum scissura petrarum præsagium fuit impacabilium seditionum, quibus ex tunc inter se discissi sunt, excitantes etiam contra semetipos romani imperij terremotum. ¶ Hanc denīq; partē fremitus leonis simul memorare libet, quoniam & alius Propheta, uidelicet Amos, taliter incipit, Dñs de Syon rugiet & de Hierusalē dabit uocē suā, & luxerunt speciosa pastorum, & exic⁹

Cor. 15. Iohan. 19 — Sicut fremit leonis, ita & ira regis — Prou. 19

Hilaritas regis, sicut ros super herbā. — Lucæ. 23 — Gene. 49.

Ezech. 3.

Facies leonis a dextris

Mar. 14. — Pater in passione tenebat dexteram filij — Psal. 72.

Matth. 26

Mar. 11.

Iohan. 18.

Mat. 27 — Psal. 72 — Fremitus leonis, uox commotionis magnæ.

Ioseph⁹ de bello Iud. libr. 7. ca. 12.

Dñs de Syon rugiet. Amos. 1.

& exiccatus est uertex Carmeli. Quænam fuerunt illa speciosa pastor, nisi illa, de pulcherrimo templo lucra Pontificũ siue sacerdotum? & qd uertex Carmeli (quod interpretat scia circumcisionis) nisi superbia Iudaici populi, carne quidẽ circumcisi, sed corde & auribus incircumcisi? Luxerunt ergo (ait) speciosa pastor, & exiccatus est uertex Carmeli, id est, desolata ẽ ciuitas & tẽplum, sup quo gloriabant pastores illi, dicentes: Templum domini, tẽplum domini, templum domini est: & ablatus est à Iudæis, omnis uiror gratiæ spiritualis, mandatum quippe est nubibus, ne pluerent imbrem sup illum superbiæ uerticẽ, mandatum est Aplis, ut excusso puluere pedũ in eos, ipsi ad gentes transirẽt. Istæ sunt quatuor partes illius commotõis magnæ, cuius uocẽ (ut præmissum est) sanctus Ezechiel audiuit post se. Nam dns de Syon rugiet: hoc recte intelligit, dns tanq̃ Leo siue catulus leonis infernum cõfringet, & ante faciẽ eius mors fugiet, iuxta illud, qd iã supra memini, catulus leonis Iuda, ad prædam ascendisti fili mi. Et de Hierusalem dabit uocẽ suam, id est, incipiendo ab Hierusalem prædicari faciet in nomine suo cunctis gẽtibus pœnitẽtiã. Eiusmodi autẽ uox dñi, sc3 prædicatio Euangelij: nunquid nõ & ipsa rugitus leonis est? Iustitia em̃ dei in eo reuelat, ait Aplus. Reuelat em̃ ira dei de cœlo sup omnẽ impietatẽ, & iniustitiã hominũ, eorum qui ueritatẽ dei in iniustitia detinent. ¶ Differunt tamẽ præsenti loco rugitus domini, & uox ipsius quam dedit. Rugitus nanq; solus infert timorẽ, uox aũt loquelam exprimẽs, cum terrore habet etiam doctrinæ rationẽ: Et dominus nimirũ sup infernũ solũmodo rugit, & rugitu suo mortẽ exterruit atq; fugauit: mundo autẽ id est, cunctis gentibus uocem suam dedit, doctrinæ rationẽ expressit, uocẽ (inquã) suam scilicet loquẽdo in Euangelio p semetipsum, qui prius dederat uoces Moysi & prophetarũ. Hinc est uel fuit illa supra dicta commotio magna. Cõturbatæ sunt gẽtes (ait Psalmista) & inclinata sunt regna, dedit uocẽ suam, mota est terra. Nec uero simplex cõmotio illa. Nam alij moti sunt, ad psequendum: alij ad agẽdam pœnitẽtiam, credẽdo iudiciũ futurũ, scdm uocẽ alarũ animaliũ, alteram ad alteram pcutiẽtiũ, & scdm uocẽ rotarũ animalia sequẽtiũ. ¶ Altera nanq; ad alterã ala pcutit: quia duo sunt aduẽtus leonis huius, & alter de altero cõfirmat: secundus in quo iudicaturus est de primo, in quo est iudicatus. Magna & fortis pcussio alarum hmõi, & pcussionis uox ualde terribilis. Exempli gratia, cũ dicit: Ammodo uidebitis filiũ hominis uenientẽ in nubibus cœli. Et angeli dicunt, sic ueniet, quẽmodum uidistis eũ euntẽ in cœlum: quod profecto testificat uox rotarum, uox legis, & prophetarũ, & psalmorũ: Tunc erit & alia commotio magna quando sic ueniet ille iudicaturus. Nam & uirtutes cœlorum mouebunt. Vnde nõ otiose repetiuit, qd iam semel dixerat, & uocẽ commotionis magnæ. Hæc pro illo terræmotu dicta sint, qa uidelz & quod eo morĩẽte, & qd eo resurgẽte terræ motus factus est, magnæ cõmotiõis signũ fuit, de qua pro rerũ magnitudine nulla põt lingua sufficiẽter eloqui. ¶ Quæ tandẽ uel qd est gloria illa dñi, quã prædicat & benedicit, tã animaliũ q̃ sequẽtium rotarũ omnis uox, dicẽdo: Benedicta gloria, dñi de loco sancto suo? Quid (inq̃) est gloria ipa, cui maxime propositũ nostrũ intẽdit, in psenti ope de gloria & honore filij hois? Quo alio noie, ut melius possit agnosci, nuncupanda est gl'ia dñi? Nẽpe isto noie, qd est ueritas dñi, & ipsa ueritas dñi, qd est nisi uerbũ dñi? Veruntñ causa postulat, et causam dicturi sumus, cur ipm uerbũ dñi, in quo gloriat dns, libeat pñti loco nũcupare ueritatẽ dñi. Cũ staret sub iudicio ante psidẽ, ipm incarnatũ uerbũ domini, et interrogãti et dicẽti, ergo rex es tu, respõdisset, tu dicis, qa rex sum ego: statim causam suã, causam aduẽtus sui incarnationis suæ taliter edixit: Ego in hoc natus sum, et ad hoc ueni in mundum, ut testimoniũ phibeã ueritati. Ois qui est ex ueritate, audit meã uocẽ. Magnum ualde capitulũ et in breui sermone sensus pergrandis, quẽ si assecutus es, tunc reuera dicas: Benedicta gloria domini. ¶ Vt ergo clarescat ipsa ueritas, quanta sit gloria domini, et q̃ gloriosum opus huius filij hominis, moriendo et resurgendo testimoniũ phibere uel phibuisse ueritati, primo consyderanda est ipsa facies ueritatis qualis sit. Non em̃ hic uulgariter nomen ueritatis debet accipi, id est, eo modo tantum, quo nominari solet in nostris quoq; cõibus uerbis iuxta quẽ modũ ethnicus quoq; siue comicus ille ueritatẽ nominare potuit, dicẽs: obsequium amicos, ueritas odiũ parit. Vnde ergo uel p quid iuuari melius possis ad cognoscendam faciẽ ueritatis, quam ex eo quod illi oppositum est, scilicet ex inconstantia uanitatis? Cuius

Hiere. 7 Esa. 5.

Mat. 10.

Gene. 49

Rom. 1. Differũt rugitus & uox domini,

Psal. 45

Alarũ altera ad alterã pertinet.

Mat. 24. Actu. 1

Mat. 24

Bñdicta gl'ia domini, ẽ ueritas & uerbũ domini

Iohan. 18

Veritas hic opponit uanitati.

Terentius in Andria.

quæso

Exod. 7. & 8. quæso uanitatis? Est enim tam amplum nomen uel significatio uanitatis, ut non solum phantasma
ta diaboli, qualia fecerunt Magi in Aegypto coram Pharaone, contra ueritatem dei: uerumetiam
Ecclíastes. 1 cuncta quæ fiunt sub sole, uana dicantur & sint. Vanitas uanitatum dixit Ecclíastes, uanitas
uanitatum, & omnia uanitas. Et post enumerationes multorum, quæ sub sole fiunt, uidi (inquit)
Bona tpalia dicunt uana, non ex natura, sed ppter male utentes. in omnibus uanitatem & afflictionem animi, & nihil pmanere sub sole. ¶ Nimirum cuncta quæ non
pmanent, ppter hoc ipm quia non permanent, uana esse iudicauit: Veruntamen ut hæc uana esse
iudicent, seu uanitatis arguant, non tam tporalis conditio ipsorum, quam cupiditas meret hor
minum: qui nimirum uani & falsi sunt, dum in eorum usu siue affluentia beatitudinem sibi cõstituere
Ecclíastes. 2 psumũt. Denique & ædificare domos, & plantare uineas, & facere hortos & pomeria, possi
dere seruos & ancillas, multamq; familiam habere, armenta quoq;, & magnos ouium greges, au
rum & argentum & substantias regum ac puinciarum, & cætera hmõi, sancti quoq; patres Abra
ham, Isaac, & Iacob, & Iob, & Dauid possidere potuerũt: nec tamen ea possidendo in uani
Gene. j. tate ambulauerunt. Ad summum uidit, deus (inquit scriptura) cuncta quæ fecerat, & erat ualde bo
j. Tim. 4 na. Et de cibis Apls loquit, quia omnis creatura dei bona est, & nihil reiciendum, quod cum
gratiarum actione percipit. Ergo ut uana iudicentur, non ipsorum natura, sed male utentium facit
affectus, quando nimium uel superuacue diliguntur, uidelicet præ concupiscentia carnis, &
j. Iohan. 2 cõcupiscentia oculorum, & superbia uitæ. A quibus nos reuocans Iohannes apls: qm̃ (inqt)
Vanitas uani tatũ, est altitudo satanæ. omne qd est in mundo cõcupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia uitæ:
quæ non est ex patre, sed ex mundo est, & mundus transit & cõcupiscentia eius. ¶ Semota
igitur media multitudine uanitatum, summã uanitatem, & quæ recte dicat uanitas uanitatum,
explorare libet, quatenus ex deprehensione illius uictæ partis notior fiat hæc pars uictrix,
scilicet ueritas dei, uictoriq; laudẽ adepta per testimoniũ huius filij hois, quẽadmodũ dixit,
Ioh. j8. ut supra iam memini. Ego in hoc natus sum & ad hoc ueni in mundũ, ut testimoniũ perhi
Apoca. 2 beã ueritati. Explorata est, & ipsa est altitudo Satanæ, quẽadmodũ dicũt (ait Iohanes apls)
subauditur hi qui eũ cognouerũt, uel stulte admirati sunt. Explorata (inq̃) est, maxime san
ctis Prophetis. Nam in Ezechiele deus exprobrat illi sub nomine Pharaonis regis Aegy
Ezech. 29. pti. Ecce (inqt) ego ad te Pharao rex Aegypti, draco magne, q cubas in medio fluminũ tuo
rũ, & dicis, meus fluuius, & ego feci memetipm, &c. uscq; eo qd dixeris, fluuius meus est,
Altitudo satanæ q̃ arrogat sibi gen⁹hũa num, tanq; fa ctor eius & ego feci eum. ¶ Quid rogo est dicere, istũ draconem magnũ, meus est fluuius, & ego feci
eũ, nisi dicere, meũ est humanũ genus, & ego feci illud? Et unde putas illi altitudini satanæ
ut hoc audeat dicere? Puta quod proinde glorietur sic, tantũq; sibi arroget, quia nequissi
Rom. 8 mus uenenator per os serpentis sibilans, radicem nostræ originis in primis parentibus uicia
uit, ut tam multiplex ultra numerũ succresceret propago generis humani, supra numerum
(inq̃) eorũ, quos deus præsciuit, & prædestinauit regni sui cõsortes fieri, quosq; in benedi
Gene. 3 ctione iussit nasci, benedicens enim dixit, crescite & multiplicamini. Nam reuera nisi inter
cessisset præuaricatio, autore illo serpente maligno, non dixisset deus ad mulierem: multipli
cabo ærumnas tuas & conceptus tuos, non profluxisset ex carnis liquore tantus fluuius tantæ
Qual' intẽtio satanæ in ne gcijs & decep tionib⁹ suis. superfluitate abundans, imò superabundans humanum genus. Sic uanus & mendax nebulo
ille malignus, ut proinde ausus sit dicere factorem se humani generis, pro eo quia uiciator est
humanæ originis. ¶ Qualis autem quàm mala sit intentio uel semper fuerit, in operatione
2. Thessa. 2 tanti aduersarij in omni uirtute & signis & prodigijs mendacibus, & in omni seductione
iniquitatis, quorum primum illud ex scripturis agnouimus, quod serpentem ingressus, & per
os eius locutus, stultam mulieri admirationem fecit, eamq; seduxit: ultimum, quod hominem
peccati, scilicet antichristum ingressurus est, & seducet eos qui iuste pereant, eo quod chari
tatem ueritatis nõ recepunt, credentes mendacio, iudicentur omnes qui nõ crediderunt ue
ritati, sed consenserunt iniquitati: qualis (inq̃) intentio eius sit uel fuerit, operæpreciũ est, &
ad præsens negociũ pertinet hic breuiter edicere, ut (sicut ppositum est) p hoc oppositum bonã
& utilem intẽtionem dei clarius queamus agnoscere. Hęc nimirum intẽtio eius fuit, quæ nũc fru
strata est p Iesum Chm, ut creatura cognoscere nõ posset creatorem suum. Q3 ob cãm? Vc3 qz
Intentio Dei. cognoscere illum uita ęterna est, quã ille deo mortuo⁹ & mortis autor oĩb⁹ iuidet. ¶ Econtra intẽtio
dei in oi opatõe sue bonitatis, in oi ỹtute & signis & pdigijs ueracib⁹, in oĩb⁹ q̃s cõdidit scriptu
ris ueritatis, hęc fuit & est, ut creatura creatorem suum in ỹitate cognosceret. Q3 itidem ob cãm?

Nimirum

Nimirum quia cognoscere illũ, uita ęterna est, quã ille nobis cupit, quia bonus est: Nã hęc est uita æterna (inquit filius ad patrẽ) ut cognoscatur te solũ uerũ deũ, & quẽ misisti Iesum Christum. Causa ista uere magna est, & digna deo, propter quam uoluerit cognosci et glorificari, & admirabilis fieri, magnumq; certamen suscipere contra illam intentionem diaboli, quo posset, uincendo illũ, melius cognosci: eo q; fructus cognitionis eius, uita æterna creaturæ sit, Quemadmodum Iamnes & Mambres restiterunt Moysi, ita & hic resistunt ueritati homines corrupti mente, reprobi circa fidẽ, sed ultra non proficient. Insipientia enim eorũ manifesta erit omnibus, sicut & illorũ fuit. Igitur ut certamen peramplũ atq; diutinum, diffusum in uniuersitate melius per cõpendiũ perspicias in parte: fit tibi Pharao ille carneus, tanquã spiritualis Pharao diabolus: sic illa localis Aegyptus, tanq̃ totus mundus sic Israelitæ peregrinantes in illa Aegypto, tanquã omnes electi dei degentes captiui in hoc seculo: sic omnis temporis illius Aegyptij tanq̃ omnes hoies reprobi, & à deo alieni: sic illi duo magi, tanq̃ omnes ministri Satanæ, quicunq; restiterunt ueritati, maleficijs siue quibusda arcanis & incantationibus maxime armati: sic Moyses & Aaron, tanq̃ oẽs sancti & prophetę uel iusti, quicũq; doctrinã uel ministeriũ ueritatis assecuti, ad hoc missi sunt & in hoc steterũt, ut testimoniũ phiberẽt ueritati. ¶ Quo tendebat Pharao, uocãs sapiẽtes & maleficos, ut facerẽt etiã ipsi p incantationes Aegyptias & arcana quædam, similiter ut Moyses & Aaron, proijcientes singuli uirgas suas, quæ cõuersæ sunt in dracones: & conuertentes aquas in sanguinẽ, & educentes ranas sup terrã Aegypti, similiter ut Moyses & Aaron, licet ultra proficere nõ potuerũt? Quo tendebat, nisi eò, ut dñs deus Hebræorũ diceret nõ posset, qđ dicebat, tu scias qđ nõ sit similis mei in omni terra? At ille & magi ipsius restiterũt quidẽ ueritati, sed ultra nõ profecerũt, & insipientia illorũ manifesta fuit, dũ p immolationẽ agni tandẽ effectũ est, ut cãtare liceret Israheli. Quis similis tui in fortibus dñe? qs similis tui, magnificus in sanctitate, terribilis atq; laudabilis & faciẽs mirabilia? ¶ Iuxta hũc modũ qui spectatus est in parte, spectandũ est & in uniuersitate. Quo eñ tẽdebat spiritualis Pharao diabolus, adhibẽs & subordinãs sibi p mũdũ uniuersum tẽpla et sacerdotes arrepticios siue phanaticos, magos & aruspices, poẽtas q̃q; turpiũ numinũ declamatores, similiter (ut putabat) sicut deus, imò plures q̃ deus† tantũ in una gente habebat prophetas & sacerdotes. Quo tendebat nisi eò, ut nesciret mũdus, nebula eius obtenebratus, illud qđ scire uita æterna est: scilicet q; nõ sit deus nisi unus? Nõ propositũ nobis est demonstrare, sed neq; scire licet, qbus modis, qbus artibus hoies corruptos mẽte in † suũ deduxit, q nisi corrupti sua spõte fuissent, & uoluptatũ amatores, odiũq; ueritatis habẽtes: nõ tã facile, nõ tã curiose, tantũ admisissent creaturæ dei adulteriũ: nõ ignorantes iniquũ esse & impiũ, cũ illo habere pactũ, sed plane sciẽtes, & tñ obsequentes, propter illũ (quẽ nimis diligebant) temporalẽ huius mũdi successum. ¶ Exempli gratia. Numa Pompilius, † tertius à Romulo rex, sacrorũ Romanorũ constitutor, cõscriptas eorũdem sacrorũ causas, ipse quidem, quo ad uixit, penes se habuit, sed nec populo nec senatui, nec saltẽ ipsis sacerdotibus eas innotescere uoluit. Constat quippe ga curiositate illicita, ad ea dæmonũ puenerat secreta, q̃ ipse quidẽ scriberet, ut haberet unde legendo cõmoueretur: sed tñ quãuis rex esset, q minime quenq̃ metueret, scire neminẽ uoluit, ne hoies nefaria doceret: uiolare aũt timuit, ne dęmones iratos haberet. Obruit ergo ubi tutũ putauit, scilicet in sepulchro suo, cui appropinquare aratrũ posse nõ credidit, qđ tamen factũ est. Nã cuiusdã Terentij bubulcus, cũ iuxta sepulchrũ eiusdẽ Numæ aratrũ traijceret, libros illos ex terra eruit, & in urbẽ ad prætorẽ pertulit. | At ille cũ inspexisset principia, rẽ tãtã detulit ad senatũ. Vbi cũ primores quasdã causas legissent, cur quidq; in sacris fuerit institutũ, eosdẽ libros, ut prætor cõbureret, tanq̃ religiosi, patres censuerunt. Sed redeamus ad rem. ¶ Quàm uano tumore inflatus ille Satanas, sibimet applaudebat, eò q; effecisset, ut non solũ cætera dei opera, quoru sub sole nil permanet (ait Ecclesiastes) uerũ etiam ipse homo an imaginẽ dei factus, uanitatis argui posset ita ut scriptura q̃q; diceret, Homo uanitati similis factus est, dies eius sicut umbra prętereunt. Item. Verũtamen uniuersa uanitas, omnis homo uiuẽs. Et iteru alia scriptura dicit. Homo natus de muliere, breui uiuens tempore, repletur multis miserijs. Qui quasi flos egreditur, & conteritur, & fugit uelut umbra, & nunquam in eodem statu permanet. Effecerat

Iohan. 17

Allegoria in hiſtoria Exo.

2. Timo. 3.

Exodi. 7. 8

Exodi. 15 Diaboli intentio

addo† qui

addo† ius

Numa Pom. Ie.† secũdus Vide Aug. de ciui. dei. lib. 3 cap. 9. Itẽ, lib. 7. ca. 34.

Psalm. 143 Psalm. 38. Iob. 14.

quippe

quippe duas homini mortes, alterã animę, alterã corporis: ſecũdũ illã myſticã ſimilitudinẽ in Aegypto, uel (ſicut iã ſupra dictũ eſt) Magi corã Pharaone, cũ duo eſſent, proie cerunt
Gene. 3. ſinguli uirgas ſuas, quę uerſę ſunt in dracones, neſcientes futurꝫ, qđ uirga dei, uirga Aaron uerſa in colubrũ, deuoraret uirgas eorꝫ. Vnã qppe ſolũmodo, q̃ carnis eſt, mortẽ, deus ho
mini bene prouidus intulit, dicẽdo, ne forte ſumat de ligno uitæ & uiuat in æternũ, emit
tens eũ de paradyſo, & dicẽs ei, qa terra es, & in terrã ibis. Verũtamen & ipſa mors carnis,
Roma. 5 nõ minus q̃ mors animę autori diabolo aſcribenda eſt, qa propter peccatũ, cuius ille autor extitit, utraq; mors in hũc mundũ ſubintrauit. Itaq; uanus male gloriabatur, qđ optimã dei creaturã, ſcilicet hominẽ, quaſi uictor, uanitati & morti ſubieciſſet: ignorans futurꝫ, qđ (ſi
cut iam dictũ eſt) uirga dei, uerſa in colubrũ, uirgas cõtrarias deuoraret, id eſt, mors carnis
Dolor em̃ electorꝫ de lapſu hoĩs nondum reparato diuinitus prouiſa, utrãq; generis hũani mortẽ euacuaret. ¶ Q̃ iuſto ecõtra dolore interim omnis creaturæ angelicæ & humanæ pars electa dolebat, bene æmulans pro ſui creato
ris honore, eò q̃ opus eius nondũ ita eſſet conſummatũ in ueritate, ut obſtrueretur os nebu
lonis illius, gloriantis quaſi pro uictoria, tanq̃ oĩno & inrecuperabiliter auertiſſet propoſi
tũ dei, parte angelorꝫ detracta, & uitiata omni creatura hũana. Hinc Iohannes in Apoca
Apoca. 5 lypſi cũ præmiliſſet, & nemo poterat in cœlo, neq; in terra, neq; ſubtus terrã, aperire librũ, neq; reſpicere illũ, & ego (inquit) flebã multũ, quia nemo dignus inuentus eſt aperire libꝫ nec uidere eũ. Deniq; in pſona flentis Iohannis uniuerſitatẽ intelligimus, & eorꝫ qui erant in cœlo, id eſt, ſanctorꝫ angelorꝫ, & eorũ qui erant in terra, ſcilicet hominũ iuſtorꝫ in qua
cũq; generatione uiuentiũ, & eorꝫ qui erant ſubtus terrã, uidelicet mortuorꝫ fideliũ qui a
pud inferos longũ uidendi gloriã dei habebant deſyderiũ. Omnes utiq; dolebant tanto do
lore, quantũ ille Iohannis fletus debuit ſignificare, eo q̃ nemo dignus inueniretur aperire
Golias expro brãs typus di aboli. librũ, & ſoluere ſignacula eius, id eſt, adimplere ſacramẽta ſalutis noſtræ, uel promiſſa quæ in ſcripturis ueritatis clauſa cõtinebantur. ¶ Ab aliqua ſimilitudine capiamus argumentũ.
j. Reg. j7 Cũ ille Philiſtæus Golias, ſtans clamaret aduerſus phalanges Iſrahel, & diceret, quare ue
niſtis parati in prælĩũ? nunquid ego nõ ſum Philiſtæus, & uos ſerui Saul? eligite ex uobis
uirũ, & deſcendat ad ſingulare certamẽ, & poſt hæc & cætera hmõi, iactaret ſe dicẽs, ego
exprobrãti agminibus Iſrahelis hodie: nimirꝫ dolebant oẽs uiri Iſrahelitæ, qa nemo inue
niebatur qui auferret hoc obprobriũ ab Iſrahel, cũ p̃cederet idẽ Philiſtæus mane & ueſpe
Maior expro bratõ diaboli Ezech. 28. 29 re, & ſtaret quadraginta diebus. Fugiebant oẽs à facie eius timentes eũ ualde, & dicentes,
alter ad alterꝫ. Ad exprobrãdũ Iſrahel aſcendit, ad exprobrandas acies dei uiuẽtis. ¶ Quid
aũt erat obprobriũ ſiue exprobratio unius hominis, pro cauſa eiuſmodi in cõparatione tan
tæ rei, tanti aduerſarij, dicentis, Deus ego ſum, & in cathedra dei ſedi, & meus eſt fluuius,
& ego feci eũ, ſcilicet genus humanũ? Si ergo dolore iuſto dolebãt oẽs Iſrahelitæ propter
unũ talẽ Philiſtæũ, & propter illud tale obprobriũ Iſrahel, qa non habebãt uirũ qui deſcẽ
deret ad ſingulare certamen: quãto magis iure dolebant oẽs ſancti, & hoies & angeli, pro
gloria dei, eo q̃ non haberent, qui pugnaret cõtra talẽ tantũq; aduerſariũ, diabolũ, ſecundũ
iã dictã ſimilitudinẽ Iohãnis multũ flentis, eo q̃ nemo eſſet inuẽtus, neq; in cœlo, neq; ſub
tus terrã dignus aperire librũ uel reſpicere eũ? ¶ Igitur dñs pater uerbi æterni, & deus toti
j. Reg. j7. us cõſolationis, qui nõ ſtatim, ſed poſt quadraginta dies illius obprobrij, cũ iã bene experti
eſſent oẽs Iſrahelitæ, q̃ nõ deberent cõfidere in uiribus ſuis, miſit eis paruulũ Dauid, quẽ
prouiderat ſibi regẽ in filijs Iſai, in quo experimentũ faceret uirtutis noĩs ſui, dicente, tu ue
nis ad me cũ gladio & haſta & clypeo, ego aũt uenio ad te in noie dñi, ut ſciat omnis terra,
qa non in gladio nec in haſta ſaluat dñs: ipſe nõ ſtatim poſt uerbũ promiſſionis, ſed poſt ge
Gala. 4. nerationes quadraginta, quarꝫ prima in ipſo Abrahã, quadrageſima reputatur in Ioſeph,
miſit filiũ ſuũ Chriſtũ (ſicut ait Apl̃us) in plenitudine tẽporis, qui ſaluaret nõ in gladio, ne
q̃ in haſta, ſed in ſua hũilitate & patientia. Quis ita futurꝫ crederet, q̃ talis ille paruulus, de
domo patris cuius paſcebat oues aſſumptus, tale experimentũ daret uirtutis ſeu noĩs dñi?
Nunq̃ em̃ ſic cõtigerat in Iſrahel. Sed nec quisq̃ eatenus prodiderat ex cunctis hoſtibus Iſ
rahel, q̃ multi fuerant, taliter, ut ad ſingulare certamen prouocaret, & talẽ cõditionẽ pro
j. Reg. j7. poneret. Si quieuerit pugnare mecũ, & p̃cuſſerit me, erimus uobis ſerui: ſi aũt p̃ualuero, &
p̃cuſſero eum, uos ſerui eritis, & ſeruietis nobis. ¶ Itaq; uenerabilis in puero cauſa, propter

quam ſe

uāſeſe periculo dedit, ſpem firmiſſimā hab ēs in noīe dñi, qđ auferret obprobriū ab Iſrahel, ſ. ut ultra nō dñarenť, aut ꝑualerēt eis Philiſtīm, uenerabilis (inq̄) cā quā dixit, ut ſciat oīs terra, qa eſt dñs deus Iſrahel, & nouerit uniuerſa Eccl'ia hæc, qa nō in gladio nec in haſta ſaluat dñs, ipſius eñ eſt bellū. Silr qs, niſi cui deus reuelauerat ꝑ ſpm̄ ſuū, exiſtimare uel ſperare poſſet, qđ mortalis hō p oīa nr̄æ naturæ in deū in ipa ſui cōceptione aſſumptus, in hoc naſciturus, & ad hoc eſſet in mundū uēturus, ut tale teſtimoniū phiberet ueritati, quē admodū dixit (qđ iā ſupius memini) ego in hoc natus ſum, & ad hoc ueni in mundū, ut teſtimoniū phibeā ueritati. ¶ Quale eñ uel quo mō, & cuius rei teſtimoniū phibuit ueritati ſcilicet uerbo dei, uerbo deo q illū aſſumpſit? Nimirū fidele teſtimoniū phibuit .i. experimentū in ſemetipo dedit, qđ ueritas q̄ nō eſt aliud q̄ ipm̄ uerbū dei, nō minus in humilitate ſeu infirmitate mortalis naturæ, qūā in maieſtate ſeu fortitudine diuinitatis ſuæ, nō minus in ꝓfundo inferni, q̄ in altitudine cœli, eſſet inſuperalis, ifatigabilis, incōmutabilis. Huius rei teſtioniū phibuit ueritati moriēdo, ad ifernū deſcēdēdo, à mortuis reſurgēdo, & i cœlū uñ uenerat aſcēdēdo, ut ſciret oīs creatura ãgelica & hūana, ꝑ hoc experimentū, quia uerbū dñi manet in æternū: & hoc ſciēdo ipa quoq; creatura uiueret i æternū, nā hæc ē (inqt) uita æterna, ut cognoſcāt tē ſolū uerū deū, & quē miſiſti Ieſum Chr̄m. ¶ Cuius unq̄ oculus hoc uidit? Cuius auris audiuit? Cuius in cor hoīs aſcēdit, qđ taliter deberet fieri, niſi ꝓphetarū paucorū, qbus deus p ſpm̄ ſuum reuelauit? Vt de hoībus taceā, nunqd uel ſancti totū hoc ſacr̄m ſciebāt oēs angeli? Deniq; Apl's dicit: Mihi minimo oīm ſanctorū data eſt gr̄a hæc in gētibus euāgelizare inueſtigabiles diuicias Chr̄i, & illuminare oēs, q̄ ſit diſpēſatio ſacramēti abſcōditi à ſeculis in deo q creauit, ut innoteſcat principibus & ptātibus in cœleſtibus ꝑ Eccl'iam multiformis ſapiæ dei, ſcđm præfinitōem ſeculorū quā fecit in Chr̄o Ieſu dño nr̄o. Nō dixit, ut innoteſcat Eccl'iæ p principatus & ptātes quæ ſunt in cœleſtibus (qđ minus mirū uideret) ſed ut innoteſcat p Eccl'iam principibus & ptātibus in cœleſtibus multiformis ſapiæ dei, quā fecit in Chr̄o Ieſu, ita uidelicet ut uidētes glorificatū caput eiuſdem Eccl'iæ, admirenť, & dicāt: Quis ē iſte q uenit de Edō, tinctis ueſtibus de Boſra, iſte formoſus in ſtola ſua, gradiēs in multitudine fortitudinis ſuæ. Et alibi: Quis ē iſte rex gl'iæ, qs eſt iſte rex gl'iæ? ¶ Quorū ne oīno ignoremus admirationē, qđ uere digna ſit, conſideremus (quo ad poſſumus) rē tanti ſacramēti, qđ à ſeculis abſcōditū innotuit eis, ſcđm hæc ipa uerba beati Apl'i: Data ē mihi (inqt) gr̄a in gētibus, euāgelizare inueſtigabiles diuicias Chriſti &c. ut ſupra. Pulcherrimas & ualde precioſas diuicias Chr̄i, quas eidē filio ſuo theſaurizauit diues pater deus, q oīa creauit, q̄s alias uult itelligi, niſi eas, quas cōtinet Gazophilatiū dei, Gazophylatiū Euāgelīj eiuſdē Ieſu Chr̄i? Quas eñ alias inueſtigabiles diuicias ipe, q hęc loquit, Apl'us in gētibus euāgelizauit? Ergo diuitiæ Chr̄i, diuitiæ inueſtigabiles diuicias ipe, q oēs gr̄æ uel dona ſpūs ſancti, oīs habitans in eo corpaliter plenitudo diuinitatis, plenitudo gr̄æ & ueritatis, qa uidimus (ait Euāgeliſta Iohānes) gl'iam ei⁹, gl'iam quaſi unigeniti à pr̄e, plenū ſubaudit, uidimus eū gr̄æ & ueritatis. ¶ De hmōi diuitīs aliq̄ dicturi, prius dicēdū ar bitramur de illa diſpēſatōe ſacramēti abſcōditi, imò & ante de ipo ſacro abſcōdito à ſeculis æternis in deo q oīa creauit. Cuius quæſo de abſcōſione ſacramēti hęc dicit? Cognito nā q̄ ſacro ſiue abſcōſione ſacramēti, tūc demū ſine ſcrupulo uia ſeſe oñdet ad cognoſcendā diſpēſationē ſacramēti, de qua dixit, & illuminare oēs q̄ ſit diſpēſatio ſacramēti abſconditi. Quis ergo itelligi uult noīe ſacramēti abſcōditi à ſecl'is, ſubiūgēdo, i deo q oīa creauit? An forte cām ipam ſecretā, ꝓpter quā deus oīa creauit? Nō eñ fruſtra uel ocioſe, talē pñti loco relationē fecit, dicēs, in deo q oīa creauit: & q̄ cā eſt, ꝓpter quā deus oīa creauit, niſi iſte filius hoīs? ¶ Religioſe dicendū, reuerēter eſt audiēdū, qa, ꝓpter iſtū filiū hoīs, gl'ia & honore coronandū, deus oīa creauit. Vnde idē Apl's ad Hebræos cū p̄miſiſſet, uidemus dñm Ieſum, ꝓpter paſſionē mortis gl'ia & honore coronatū, ut gr̄a dei ꝑ oībus guſtaret mortē, ita ſubiūxit. Decebat eñ eū, ꝓpter quē oīa, & ꝑ quē oīa, q multos filios in gl'iam adduxerat, autorē ſalutis eorū p paſſionē cōſummari. Diligēter aīaduertēdū, duo dixit, ꝓpter quē oīa, et ꝑ quē omnia. Et qđē ꝑ quē oīa ſi ſolū dixiſſet, nō eſſet adeo mirū ſiue icognitū: ſcimus eñ oēs, qa oīa p ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factū ē ni hil. Nūc aūt duo hæc dixit, prius, propter quē oīa: deinde, & ꝑ quē oīa. Ergo ipſe cā eſt, ꝓpter quam uidelicet cām deus creauit

Dauid parum lus typū Chr̄i gerebat.

Iohan. j°.
Quo teſtimoniū perhibuit ueritati Chr̄s

Eſa. 40.
Iohan. j7
Sacr̄a iſta etiā angel' abſcondita fuerunt.

Ephe. 3

Tex. ſapia.

Eſa. 63.
Pſal. 23.

Ephe. 3

Iohan. j
Diſpēſatio ſacramēti abſcōditi.

Ephe. 3.

Propter filiū dei creata ſūt omnia.
Hebr. 2

Gene.j. oīa, & q̄ pulchre, q̄ uenerabiliter sacr̄m appellauit, absconditū à seculis in deo q oīa creauit. Deniq; cū diceret deus, fiat hoc uel illud, fiat firmamētū i medio aq̄æ, fiāt lumiaria, & illuminēt terrā, & ita fieret: sciebāt angeli de his & de cęteris, q̄d p uerbū fierēt, q̄m de oībus

Psa.32.& 148 ipse dixit & facta sunt, ipse mādauit & creata sunt. ¶ Causa aūt, cur hæc oīa faceret, absc̄di ta erat in deo, & idcirco cā ipa recte dī sacr̄m, qa hoc erat in deo absconditū. i. soli deo cognitū, ꝓpter qd & angelos creasset, & fabricā huius mūdi cōderet? Nūc aūt innotuit, & angelis in cœlestibus & hoibus in terra, qa p quē facta sunt oīa, ꝓpter ipm etiā facta sunt oīa.

forte† patet at. Qd ut lucidius † pareat, iā de dispēsatōe sacramēti eiusdē dicendū est. ¶ Et illuminare (inqt) oīs, q̄ sit dispēsatio sacramēti absc̄diti à seculis in deo q oīa creauit. Eor̄ q̄ pcipua

Quatuor sacramenta ad salutem necessaria sunt, i dispēsatōe sacramēti. i. causæ secretę, ꝓpter quā deus oīa creauit. s. uerbi dei, filij dei, eiusdēq; filij hoīs, ꝓpter quē oīa, & p quē oīa, sicut iā dictū est: eor̄ (inq̄) primū ē opus incarnatio, scd̄m passio, tertium resurrectio, quartū ascēsio, de qbus quatuor sacramētis, ad

æternā salutē necessariis (nā absq; hor̄ fide nemo pōt saluari) hic nobis sermo est scribēdus de gl'ia & honore filij hoīs. Sic nāq; accipimus unū sacr̄m, qd erat in absc̄sione illa, & quatuor sacra q̄ apparuerūt in dispēsatōe ista, sicut in uisiōe ꝓphetica, de q̄ in hoc opere iā sępe dictū est, unū aial & quatuor accipimus facies, siue quatuor aialia. ¶ Nūc uide in ista quater

Ezech.j. & jo Admiratio angelor̄ sup̄ is. Ephe.3. Lucæ.2 naria dispēsatōe sacramēti, quō sancti angeli mirantes interfuerint, cm̄ Ap'lus de isto sacro dixit, ut innotescat principibus & ptātibus in cœlestibus p Eccl'iam multiformis sapiæ dei.

In Christo in carnatione Nato illo de uirgine Maria, ipa nocte pastorib' angelus locutus ē cum claritate magna, & mox ut ille gaudiū magnū annūciauit, dicēs: qa natus est uobis hodie Saluator, q̄ est Chr̄s dn̄s in ciuitate Dauid, ſubito facta est cū illo multitudo militiæ cœlestis laudantiū deū, & dicentiū: Gloria in altissimis deo, & in terra pax hoībus bonæ uolūtatis. Nimiq; iure lauda bāt, recte admirabant & glorificabant, quia magnū innotuerat eis sacr̄m, qa uidebāt eiusdē dei & dn̄i sui in terra nō minorē humilitatē siue clementiā quā uiderāt in cœlo maiestatē si ue potentiā. Itē cū pateret, cū in passiōe agonizaret, nimiq; pītes aderāt angeli, ad tā mirę

In passione Lucæ.22. patiētiæ & humilitatis eius spectaculū. An qa de uno solo narrat Euāgelista, quia apparuit ei angelus de cœlo cōfortās eū, putas, qa nō plures affuer ūt? Imò & illos pītes habebat, & si uoluisset uisibiliter exhibuisset, de qbus Petrus dicebat. An putas, qa nō possum rogare patrē meū, & exhibebit mihi mō plusquā duodecim legiōes angelor̄? Itē cū resurgeret

Mat. 26 In resurrectōe à mortuis, ex abundāti est astruere, qa læti & iocūdi exceperūt eū oēs sancti angeli, & sicut alibi scriptū est: Laudauerūt eū astra matutina, & iubilauerūt oēs filij dei, attoniti p gaudio tā

Iob.38 Psalm.23. ti sacramēti, qd innotuerat eis, ita ut dicerēt: Quis ē iste rex gl'iæ? qs ē iste rex gl'iæ? & rn̄dent ipsi suæ admiratiōi, dn̄s fortis et potēs, dn̄s potēs in prælio: ipse est rex gl'iæ, dn̄s uirtutū ipse est rex gl'iæ. Sufficiebāt duo ex illis ad iudiciū siue ꝓ testimonio magnæ cūct̄or̄ festiui

Lucæ.24. In ascensione Actu.j. tatis, sedētes uisibiliter ad monumentū eius in albis. Itē cū ascēderet, et apli intuerent eū cū tē in cœlū, magnā cunct̄or̄ beat̄or̄ spirituū festiuitatē satis iudicauerūt duo ex ipsis, q astiterūt iuxta illos in uestibus albis. Hæc idcirco dicta sint, ut aliq̄tenus pſentire queamus, q̄

Ephe.3. magna, q̄ læta fuerit admiratio sanctis angelis sup̄ illo sacro, scd̄m hæc uerba B. Apli. Et illuminare oēs quæ sit dispēsatio sacramēti absc̄diti à seculis in deo q creauit oīa, ut innotescat principibus et ptātibus in cœlestibus p Eccl'iā multiformis sapiæ dei. ¶ Adhuc de

Ardua Quæstio de oīpotētia & uoluntate dei. j. Cor.j. ista uera dn̄i gl'ia, seu ueritate gloriosa, q̄ diaboli uanitatē et mendaciū taliter uicit, aliq̄ dictu ri, magno eiusdē ducimur amore ueritatis, ut nō intacta ptereamus illā stultitię suspicionē, quā Ap'lus in gētibus redarguēs, nos aūt (inqt) p̄dicamus Chr̄m Iesum crucifixū, Iudæis q̄dē scādalū, gētibus aūt stultitiā. Stultū nāq; uisum ē gentiū sapiētibus, qd deus, cū p̄dicetur oīpotēs ut uere ē causas euenire ꝓmisit, ꝓpter q̄s oporteret eū hoiē fieri, & crucifigi, secundū stultā (ut eis uisum ē) p̄dicationē euāgelij. Quare nō potius fecit ut oīpotēs deus, q̄ tenus neq; hō caderet neq; angelus, atq; ita salua starent oīa, sine labore eius? Stultū nāq; fuit, (aiūt sapientes huius seculi, quor̄ sapiam deus stultā fecit) stultū fuit, malle ꝓ mortuis mori, sicut p̄dicatis, quā p̄uenire malū siue cām, ꝓpter quā oporteret necessario deū hoiē factū etiā ꝓ hoībus mori: malle ꝓ reparādis ruinis laborare, q̄ creaturas angelicā atq; humanā, ne ruere possent, firmiter in ipo creatōis initio stabilire. Scd̄m istā seculi sapiētiā cōsequēs uisum ē nōnullis etiā ecclīasticis, qd deus uoluerit malū ipm fieri ꝓpter qd oporteret

dei filiū

Dei filiũ hoiem factũ (ut iam dictũ est) mori, ne si aliter diceret, uiderent cõsequenter debere fateri, qđ de⁹ oĩpotẽs nõ sit. Itaq; utrobiq; magna ẽ difficultas hũano sensui, & utrobiq; psumptoribus blasphemãdi occasionẽ parit. Aiũt em̃ isti. Si malũ deus fieri noluit, malum aũt euenit, ꝓpter qđ ipm̃ usq; ad mortẽ laborare oportuit, ergo deus oĩpotẽs nõ est. Aiunt ecõtra illi. Si deus oĩpotẽs est, & malũ ne fieret auertere potuit, malũ aũt eo pmittẽte factũ est, ꝓpter qđ usq; ad mortẽ laboraturus erat, ergo deus sapiẽs non est. Et ut de aliq; exẽplos magis coartẽt, idẽ sapiẽtes huius seculi, quor; (ut iam dictũ est) sapiẽtiã deus stultã fecit dicere pñt si uolũt. Si potuisset fortissimus Sãson inimicos suos, oẽs principes Philistinor;, et cũ eis tot uiros ac mulieres sic interficere, ut nõ etiã ipe moreret, nõne stultũ fuisset sic de illis ultionẽ quærere, & sic eos interficere, ut etiã ipe moreret? ¶ Inter mediũ istaq; partiũ exi⸗ mius pr̃ Augustinus, regiã tenens uiã, dixit: Quis em̃ audeat credere aut dicere, ut neq; angelus neq; hõ caderet, in dei ptãte nõ fuisse? Sed hoc eor; ptãti maluit nõ auferre, atq; ita, & q̃ntũ mali eor; superbia, & q̃ntũ boni sua grã ualeret, ostẽdere. Veruntã cũ hæc dicit, nõ satis illor; suspitionẽ perimit: q bus cũ dei oĩpotẽtia cõstet, cõsequẽs esse uidet, qđ deus malum fieri uoluerit, cũ eo sciẽte uel ꝑsciente factũ sit. Quid igit dicemus ad hæc, nisi esse aliqđ qđ deus oĩpotẽs nõ potuerit aut nõ possit? Nec uero primũ à nobis dicendũ, imò lõge ante nos dictũ est, qa deus iniustus esse nõ põt. Sed & in Euãgelo Marcus hoc negationis uerbo uti nõ dubitauit. Cũ em̃ abisset dñs Iesus in patriã suã, dicẽtibus illis: unde huic hęc oñia, nõne iste ẽ faber filius Mariæ? nõ poterat (inqt) ibi uirtutẽ ullã facere. s. uirtutẽ fidei, uirtutẽ spei, uirtutẽ charitatis. Hmõi nãq; uirtutes intelligi uoluit, subiũgendo, nisi paucos infirmos ipositis manib⁹ curauit, & mirabat ꝓpter ĩcredulitatẽ eor;. Si ergo dñm uirtutũ, uer; deũ, dei oñipotẽtis oñipotentẽ filiũ dixit, in illis cõuicaneis eius nõ potuisse facere uirtutẽ ullã, qa nõ ꝓ ignorantiã errabãt, sed ꝓ inuidiã blasphemabãt: quanto magis de illis spiritibus malis & malignis, supbis & inuidis, q gl̃iæ creatoris inuidebãt, sane dicas, qa non potuit in eis facere ullã uirtutẽ? ¶ An putas, qa de uirtute in uiciũ, & nõ potius de uitio in uitiũ ruendo, & angelus cecidit de cœlo, & hõ eiect⁹ ẽ de paradyso? Nõ em̃ ita cecidit, ut q erat sanctus, siue i aliq; sctitatis arce locatus, fieret iniquus: & in id, qđ sanctitati est cõtrariũ, labere: sed ad hoc ut sanctus fieret, deũq; cognoscẽdo & diligẽdo sanctus fieret, & ad sanctitatẽ ꝑficeret, & angelus in cœlo, & hõ positus fuerat in paradyso. Nõ ergo de sanctitate, quã nõ attigerat, in iniquitatẽ, sed de loco in locũ, de cœlo in istũ caliginosum aerẽ, de mãsionibus q̃ in domo ab initio & angelis & hoibus multæ paratæ sunt, cecidit siue eiectus ille angelus, & cadẽdo factus est diabolus, quia supbiuit, & sibimet ipe placuit, tanq̃ sibi sufficiẽs, qđ nõ fuit de uirtute in uitiũ cadere: sed in eo, qđ factus erat, remanere. s. in uanitate, qđ qđdam mediũ est inter uerã & incõtaminabilẽ essentiã dei, & illud unde oñia creauit. s. nihil. ¶ Et cætera quidẽ nascentiũ genera in id reuertunt unde facta sunt. s. in nihilum, & idcirco interim dũ subsistunt, recte uana dicunt & sunt, angelica uero & humana creatura, nõ quidem in nihilũ, ita ut oñino nõ sit, sed in semetipa remanens, & deo qui uere est frui contemnens, nihilominus uana, imò & ipsa uanitas est: uanitas em̃ uanitatum, dixit Ecclesiastes: Vanitas uanitatũ & oĩa uanitas et ipe hõ uanitas, siue uanitati sil̃is fact⁹ ẽ. Et ipse diabol⁹ nõ solummodo uanus, uerum etiam totius uanitatis est princeps, quia deo frui contempsit, & in semetipso remanere noluit, ut iam dictũ est. ¶ Vtrũ in potestate dei fuerit, quatenus nec iste de cœlo, nec homo illum imitans caderet siue eĳceret de paradyso, dicat ipe dei filius, oñipotens ex oñipotente, deus ex deo. Non possum (ait) ego à meipso facere quicquam sicut audio, iudico. Vnde sciendũ quia iudex iniustus est, qui à semetipso facit, id est, qui aliter iudicat q̃ audit siue intelligit. Hoc facere deo impossibile est, iniustus em̃ † omnino nõ potest, & proinde sicut audiuit, sic illum iudicare oportuit, ut sese non communicaret aut impartiretur creaturæ illi, quæ ausa est uelle seipsam sufficere sibi. Salua igitur omnipotẽtia, salua beneuolentia dei, ruente diabolo, & homine decepto, malum accidit, propter qđ deum sapientem laudabiliter hominem fieri, & pro hominibus mori oportuit, aliterq; homo saluari non potuit, & hoc nimirum sensu fidelis animus non segnior, imò citatior fit ad occurrendum, & gratias agendum charitati dei, quia necessario propter nos tantum se humiliauit. ¶ Nunc ad illud longe superius memoratum Apostoli capitulũ recurrere libet,

Iudi. 16.

Rñsio B. Augustini

Hæc rñsio in sufficiens

Mar. 6.

Angel⁹ & homo nõ de uirtute, se de uitio in uitium ceciderunt

Aliter angel⁹ & homo, aliter res cæteræ dicuntur uanæ

Respõsio ad q̃situm alia.

Iohan. 5.

addo † esse.

Heb. 2

Alia quæstio

quo dicit: Decebat eñ eum, propter quem oñia, & per quem oñia, q multos filios in gloriam adduxerat, autorem salutis eorum per passionem consummari. Hic primũ illud quærere libet: Vtrum iste filius dei, de quo hic sermo est, etiam si pctm̃, propter quod oñes morimur, non interfecisset, homo fieret an non? Nam de eo quod mortalis homo non fieret, quod mortale corpus non assumeret, nisi pctm̃ accidisset, propter quod & nos oñes facti sumus mortales, nulli dubium est, nulli nisi infideli incognitum est. Illud quærimus, utrum hoc futurum, & humano generi aliquo modo necessarium erat, ut deus homo fieret, caput & rex omnium, ut nunc est, & quid de hoc respõdebitur? Nimirũ de oĩbus sctis & electis

Respõsio

certum est, quia nati fuissent omnes, & soli, si non accidisset illud pctm̃ primæ præuaricationis. Hinc pater Augustinus in libro quarto decimo de ciuitate dei.

Augustinus de ciui. dei. li. 14. ca. 23

Quisquis autem dicit primos homines non coituros fuisse nec generaturos nisi peccassent, quid dicit, nisi propter numerositatem sctõrũ necessarium hominis fuisse pctm̃? Si enim non peccando soli remanerent, quia sicut putant, nisi peccassent, generare non possent, pfecto ut nõ soli duo hoĩes iusti possent esse, sed multi, necessariũ pctm̃ fuit. Quod si credere absurdũ est, illud potius est credendũ, qđ sanctorũ numerus, quantus cõplendæ illi sufficit beatissimæ ciuitati, tãtus existeret: & si nemo peccasset, quantus nunc p dei grãm de multitudine colligitur

Filius dei factus esset hõ, etiaz si Adam nõ peccasset.

pctõrum, quo usq; filij seculi huius generant & generant. ¶ Cũ ergo de sanctis & electis oĩbus dubiũ nõ sit, qđ nasciturí sorẽt oẽs, usq; ad p̃finitũ numerũ scdm ꝓpositũ dei, quo ante pctm̃ benedicẽs: Crescite (ait) & multiplicamini: & absurdũ sit putare, qđ ꝓpter eos, ut nascerent, pctm̃ necessariũ fuerit: qd de isto capite & rege oĩm electorũ angelorũ & hoĩm sentiendũ, nisi q̃d & ipe maxime cãm necessariã nõ habuerit ipm pctm̃, ut hõ fieret ex hoĩbus

Prouerb. 8

delicias suæ charitatis habiturus cũ filijs hoĩm. Ipse est eñ sapia dei, quæ de isto suo ꝓposito dicit: Dñs possedit me initio uiarũ suarũ &c. quę ita cõcludit. Quãdo appendebat fundamẽta terræ, cũ eo erã cuncta cõponens, & delectabar p singulos dies, ludẽs corã eo omni

Maxĩa charitatis dei erga homines

tpe, ludẽs in orbe terrarũ, & deliciæ meæ eẽ cũ filijs hoĩm. ¶ Tantæ charitatis ꝓpositum, quo ꝓposuerat deus dei uerbũ deliciari cũ filijs hominũ, formã habendo circũscriptã ex natura humana, in medio angelorũ et hoĩm, mirũ et adoratõe dignũ, qa nõ euacuauit ex ad

Rom. 5

uerso ueniẽs pctm̃, imò iam tũc factũ est illud, qđ alibi siue aliunde dictũ est. Vbi aũt abundauit delictũ, supabundauit gratia. Vbi nanq; abundauit tm̃ tantæ præuaricatiõis delictũ: ubi sup mortẽ animæ, qua mortui fuimus in illis parẽtibus nostris, p illud originale pctm̃ accessit mors altera, mors. s. corporis prouidẽtia dei, dicentis ad hominem, quia terra es, & in terram ibis: gratiosum accessit præceptum patris ad charitatem filij obediẽtis, quatenus ipse filius talis fieret absq; pctõ, quales nos ꝓpter pctm̃ facti fueramus, id est, nõ solũ nãm, quam proposuerat assumere naturam, offensus non refugeret, uerũetiam ꝓpter nos usq; ad

Heb. 2

mortẽ nostrã descẽderet, qđ eum maxime deceret, quẽadmodũ (ut iam meminimus) Aplꝰ dicit: Decebat eñ eũ ꝓpter quẽ oñia, & p quẽ oĩa, q multos filios *in gloriã adduxerat, autorẽ* salutis eorũ p passionẽ cõsummari. In hac ergo consummatione, *in eo qđ* p passionem cõsummatus ẽ ipe autor salutis nostræ, pondus est paterni præcepti, decus ẽ obediẽtiæ fi-

Phil. 2

lij, paternæ dilectõis, de quo idẽ Aplus dicit: Humiliauit semetipm factus obediẽs usq; ad

Rom. 8. Iohan. 14

mortẽ, mortẽ aũt crucis. Et alibi: Qui etiã ꝓprio filio suo nõ pepercit, sed pro nobis oĩbus tradidit illum. Et ipse filius ipa nocte qua tradebat, ait ad discipulos suos. Sed ut cognoscat

Charitas pris & filij & spũs sancti

mundus, quia ego diligo patrẽ, & sicut mandatũ dedit mihi pater, sic facio. ¶ Et quia p charitatem pater hoc mandatum dedit, & per charitatem filius obediuit usq; ad mortẽ crucis,

Heb. 9.

ipsa aũt charitas sanctus est spiritus, eorundẽ patris & filij, recte & uenerabiliter idẽ Aplꝰ ad Hebræos dicit: Sanguis Christi qui p spm̃ sanctũ semetipm obtulit immaculatum deo, emundauit conscĩam nostrã ab opibus mortuis, ad seruiendũ deo uiuenti. Hãc eius humi-

Phil. 2

litatis & obedientiæ gloriã magna gloria cõfestim secuta est. Nam ꝓpter hoc deus illũ exaltauit, & donauit illi nomẽ qđ est sup oñe nomẽ, ut in noie Iesu oñe genu flectatur, cœlestium, terrestriũ, & infernorũ. ¶ Hic iam audire plurimũ delectat illud, qđ idem Aplus ua-

Adeamus cũ fiducia ad thronũ gr̃æ.

electis, q̃ gratiose, q̃ uenerabiliter intonat. Adeamus ergo cũ fiditia ad thronũ gratiæ, ut

Heb. 4

misericordiã consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio, tpe oportuno. Fidentes nos eẽ uult, fiditiã nos habere hortat, quę uidelicet fiditia nimirũ uenerabilis atq; laudabilis ẽ

quoniã

quoniam fides eam cum dilectione, fides sciẽtiam cum charitate habens operatur. ¶ Quid ẽm? Tu forte suspensa mente alta cœlorum suspiciẽs, & illic intuens oculo contẽplatiõis hunc altissimũ dei filium, stantẽ siue sedẽtem a dextris dei, ad dexteram maiestatis in excelsis, tremebundus & magna formidine tactus in corde tuo dicis. Eheu, quidnã erit de nobis seruis iniquis, & sceleſtis, quorũ ꝓpter scelera talis ac tantus dñs, tot & tantis affectus est cõtumelijs usq; ad mortẽ, mortẽ aũt crucis? Cũ hoc uel huic simile aliquid dixeris, nõ uane uideat tibi, qđ ille (ut est mitis & humilis corde) ueraciter respõdere possit. Nec ego talis ac tãtus nunc existerem, nisi causa tui, nisi ꝓpter pcta generis hũani: & reuera sic est, tamq; certum nobis esse debet, ac si ore proprio respõsum eiusmodi daret aut dedisset. Vt quid enim homo iste siue filius hominis in deum assumptus, ẽ? Vt quid passus uel mortuus est? Nõne pro impijs? Nonne pro inimicis? Videmus autem (ait idẽ Apl'us) dñm Iesum Christum, propter passionem gloria & honore coronatum. Ergo impij & scelerati causa fuerunt ei ut coronaret & sederet à dextris dei, coronatus gl'ia regni, honore Põtificij. Multũ igit debet impijs ꝓ fidem eius ad pietatem conuersis, multum debet inimicis ꝓ ipm deo recõciliatis. Hinc iure nobis fiducia, & fiducia nostra ipsi placet, quoniam iusta est, quoniam rationabilis est. ¶ Igit cum fidutia (inquit) adeamus. Quo adeamus? Ad thronum gratiæ. Magnifice dictum, uenerabiliter audiẽdum. Quid enim est thronus gratiæ? Dulcius quippe ac delectabili⁹ hoc sonat, qđ dicit, ad thronũ gratiæ, quã si diceret ad thronũ iudicij uel iustiæ. Et quidẽ thronus Christi filij dei, thronus ẽ iudicij uel iustitiæ & in hoc tẽpore magis expedit nobis, ut primũ sit thronus gratiæ. Quibus uel qualibus nobis? Nimirum pcõribus, quoꝝ (ait idẽ Apl'us) primus ego sum, & gratia dei sum id quod sum. Deniq; & eius cõsecutionis, de qua cum præmisisset, quod iam dictum est: adeamus ergo cum fidutia ad thronũ gratiæ, ꝓtinus subiunxit, ut misericordiã cõsequamur, & gratiam inueniamus in auxilio oportuno: magnũ in seipso sciebat experimentũ, quia cũ fuisset pcõr & blasphemus cõsecutus erat de illo throno gratiæ duo hæc, misericordiã & grãm: misericordiã uidelicet remissionẽ pcõrum: & grãm. s. insup apostolatũ. Hoc nunc interim opus siue officiũ est, nõ tã iudicis sedẽtis in throno iudicij siue iustitiæ, q̃ Põtificis summi, sedẽtis in throno gratiæ: futuꝝ aũt est, ut sedeat iudex in throno iudicij, sedeat rex in throno iustitiæ, qñ reuertẽtur quatuor animalia hæc, siue quatuor unius animalis facies, de quibus nobis hactenus sermo est. ¶ Reuertentur enim modo quodam, & non reuertent. Vtrunq; enim in Propheta scriptum est. Non reuertebant (ait) cũ incederẽt, sed unum quodq; eoꝝ ante faciẽ suã gradiebat. Et subinde: Et animalia ibant, & reuertebant in similitudine fulguris choruscantis. Quo ergo modo non reuertentur? Eo nimiꝝ modo non reuertentur, ut Christus, qui semel passus est, iterum patiatur. Quo autem modo reuertentur? Memoriter quippe tenẽdũ quatuor unius animalis facies esse unius Christi quatuor sacramenta hæc, quæ Christiano ignorare nõ licet, incarnationem, passionem, resurrectionẽ, ascensionẽ. Eo utiq; modo, ut sedeat in nouissimo die in sede maiestatis suæ, filius hominis cũ insignibus suæ passiõis, .s. cũ cicatricibus uulneꝝ quæ in manibus & pedibus suis, & in latere suo suscepit. & demõstret oĩbus, quia resurrexit in ueritate carnis, & faciat cũ oĩbus electis suis, q erunt à dextris, illud qđ dictũ est in Cãtico Deuteronomij. Sicut aquila prouocans ad uolandũ pullos suos, & sup eos uolitans, expandit alas suas, & assumpsit eũ, atq; portauit in humeris suis. De utroq; hoc. s. & de non reuertendo, & de reuertendo idem Apl'us dicit: Neq; ut sæpe offerat semetipsum, quemadmodum Põtifex intrat in sancta ꝓ singulos annos in sanguine alieno, alioquin oportebat eum frequenter pati ab origine mundi. Nunc autem semel in consummatione seculoꝝ ad destructionẽ pcti per hostiã suã apparuit. Et quẽadmodũ statutũ est hoĩbus semel mori, post hoc iudiciũ: sic & Christus semel oblatus ẽ ad multoꝝ exhaurienda pcta, secundo sine pcto apparebit expectãtibus se in salutẽ. ¶ Quod cũ dicit, nõ ab re quærat aliquis. Quid factũ ẽ hactenus uel nunc fit oĩbus sanctis, q expectauerũt eũ ab origine mũdi, si tũc apparebit? Nã apparebit, de eo dicimus qđ nõdũ uidemus. Quid ergo factũ ẽ illis? Nunqd nondũ uidẽt gl'iam dñi, gl'iam & honorẽ huius filij hoĩs, sedẽtis à dextris dei? Vt qđ ergo tãtopere desiderant peregrinari à corpe, nisi ut pñtes sint ad deũ? Vt qđ cupiũt dissolui, nisi ut cum Chro sint? Quo ergo nũc dicit, secundo apparebit expectantibus

Gal. 5
j. Cor. 8.
Obiectio contra fidutiã istã

Respõsio

Mat. jj

Heb. 2.

Adeamus ad thronũ grãe.

j. Tim. j.
j. Cor. jr.

Aialia illa q̃tuor, reuertẽt & nõ reuertẽt
Ezech. j.

Deu. 32

Heb. 9

Quæstio debeatitudine sanctoꝝ iã olim defunctoꝝ
2. Cor. 5.
Phil. j

Responsio. 1. Thess. 4

se in salutem? An forte propter illos dicit, qui tũc in corpore præsentes erant, iuxta quod et ad Thessalonicenses dicit, deinde nos qui uiuimus, qui reliquimur, simul rapiemur cũ illis in nubibus obuiam Christo in aëra, & sic semper cum domino erimus. Et hoc quidẽ rectẽ sentitur. Veruntamen & de omnibus sanctis, qui peregrini a corpore, præsentes sunt ad deum, nihilominus recte dicas, quia expectant eũ, recte (inq̃) dicas, quia & uident eum, & expectant eũ. Nondũ em̃ toti uident eũ, nondũ in carne sua uidẽt deũ. Hęc est expectatio illoꝝ, ut in carne uideãt deũ. Scio enim (ait B. Iob) quod redemptor meus uiuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum: & rursum, circũdabor pelle mea, & in carne mea uidebo deum saluatorem meum. ¶ Pro huiusmodi expectatione recte intelligis dictum, secundo apparebit expectantibus se in salutem, & qualis rogo tũc erit eius apparitio, quali cum uoce gloria dñi, quanta cum cõmotione apparebit? In iussu em̃ (ait idem Aplus) & in uoce archangeli, & in tuba dei descẽdet de cœlo, & mortui qui in Christo sunt resurgẽt primi. Magnus erit ille rugitus leonis, tenẽtis atq; amplexantis prædam, scilicet sanctos & electos oẽs constitutos à dextris, quoꝝ omni multitudine diabolum spoliauit: & rugientis super illos qui à sinistris erunt, tali rugitu ut dicat: Ite maledicti in ignẽ æternũ, qui paratus est à diabolo & angelis eius, postquàm dixerit à dextris: Venite benedicti patris mei. Tũc sicut ad beatum Iob dictum est: Videntibus cunctis præcipitabitur ille Behemoth, quod interpretatur animal, scilicet diabolus, leo cõtrarius, leo dictus propter feritatem: nam iste qui rugiet super eum, & suo rugitu præcipitabit eum, leo dicitur propter fortitudinem. ¶ Cum hoc factum fuerit, tunc demum omnis rugitus magni huius leonis cessabit, causam deinceps propter quam rugiat non habituri, uidelicet ablatis de regno eius omnibus scandalis: & tunc facies aquilæ sublimius euolabit, pariter uolantibus & sequentibus, quocunque ierit, pullis eius omnibus, bene adultis, & bene probatis, quod non degeneres sint, ualentes, & digni oculis apertis inspicere, summam claritatem solis æterni, uidere facie ad faciem gloriam summæ diuinitatis, gloriam beatæ trinitatis, unius dei, patris & filij & spiritus sancti. ¶ Quid amplius de facie ista, scilicet facie aquilæ dicere possumus? Longius enim supereminet, quam ut uisu nostro consequi ualeamus, quàm diu in hoc mortali corpore peregrinamur. Hoc tantum dixisse libet, quia uisio faciei huius, uisio claritatis filij dei, quam uidebunt illi beati, secundum hanc orationem ipsius, pater, quos dedisti mihi, uolo ut ubi ego sum & illi sint mecum, ut uideant claritatem meam quam dedisti mihi, quia dilexisti me ante constitutionem mundi: uisio inquam illa, uidentibus ignis erit. Nec qualiscũq; ignis, imò & caminus erit, iuxta illud Esaiæ: Dixit dñs, cuius ignis est in Syon, & caminus eius in Hierusalem. Deniq; in Syon, id est, in præsenti Ecclesia, quantuluscunq; ignis est: cognoscere ex parte, uidere per speculum & in ænigmate. At in illa cœlesti Hierusalẽ uidere facie ad faciem, caminus est: inæstimabiliter magnum æterni amoris incẽdium est, habens quatuor inconsumptibilia fomenta hæc. Propter quem om̃ia & per quem om̃ia, q̃ multos filios in gloriã adduxerat, autor salutis eoꝝ p passionẽ cõsummatus est. Nõne isto tũ cõsideratio, siue frequẽs meditatio, quendã facit amoris ignẽ in ista syon? ¶ In primis de eo, qd primũ positũ est, ppter quẽ oĩa interrogo. Nonne dũ istud consideras, nõne ex subiacente fidei scintilla suscitatur in te lucida iocundę dilectionis flamma? Quid enim? Pater optimus, dum unicum in secreto sui pectoris haberet filium, thesaurizare uoluit illi thesauros auri & argenti, lapidumq; pretiosorum, & omnis bonę suppellectilis, ædificare palatiũ regni, cunctaq; prouidere ministeria regalis curię, exercitum copiosum, familiam numerosam, duces, præfectos, tribunos, ac centuriones, seruos, & ancillas, seu clientes ac ministros qui pulchra uarierate distincti, astarent ei sedenti in medio ipsorum, ac deseruirent in ordinibus suis. Idcirco fecit hæc omnia cœlum & terram, cœlum inuisibile replens angelorum agminibus, terram autem tot & tantis humanæ creaturæ generationibus, in quibus sumus & nos. Quis ad hæc non respondeat, quia uel sola causa hæc magnam dilectionem exigit magnæ nos illi dilectionis ac deuotionis debitores facit. ¶ Adde quod secundo loco dictum est, per quem omnia. Omnia enim per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Si omnia, utiq; per ipsum inter omnia. ¶ Adde quod tertio loco dictum est, qui multos filios in gloriã adduxerat. Vn⁹ em̃ & sol⁹ ip̃e dei filius erat, sed noluit sol⁹ remanere, imò

uoluit

Quomodo secundo apparebit dñs? 1. Thess. 4

Mat. 25

Iob. 40

Duplex leo.

Facies aquilę post extremũ iudicium.

Mat. 13.

Visio diuinæ claritatis enarrari non põt. Iohan. 17

Visio illa, hæc ignis ẽ, illic caminus erit

Esa. 31

1. Corꝝ. 13

Heb. 2.

Propter quẽ omnia.

Per quẽ oĩa. Qui multos filios in gloriã adduxerat

uoluit multos fratres habere, qs &añ oĩa ſecula ſibi cõformes facere, id eſt, in gloriã filioꝝ dei adducere prædeſtinauerat. ¶ Adde q illũ optime decebat, qa cũ periſſent in Adã tot filij dei, fratres ſui, ipe autor ſalutis eoꝝ per paſſionẽ cõſummatus eſt. Quanta dilectione digna ſunt hæc? Nimiꝝ propter hæc nõ diligere illũ, nimiæ gratitudinis eſt, ſumma nequitia eſt. ¶ Quaſi ligna hæc ſunt, ſubiecta ſemperq; ſubĩciẽda in altari, ad nutriendũ ſanctæ huius dilectõis ſeu iuſti amoris ignẽ, ſic utin ſcta & myſtica lege ſcriptũ ẽ. Ignis i altari ſemper ardebit, quẽ nutriet ſacerdos, ſubĩciens mane ligna p ſingulos dies, & impoſito holocauſto deſup, adolebit adipes pacificoꝝ. Ignis eſt iſte perpetuus, qui nunq; deficiet in altari. Et nunc quidẽ in Syon, id eſt, in præſenti Eccleſia (ſicut iam dictũ eſt) dilectio hæc, ſiue amor iſte ignis eſt: ſed nondũ tãtus, ut caminus iure dici poſſit. Caminus illic erit, ubi præ magnitudine amoris, & torrente uoluptatis illi beatæ Hierlm. ſ. ſanctoꝝ atq; electoꝝ oĩm uniuerſitati, nihil aliud q deũ cogitare aut reſpicere uacabit. Holocauſta ſup hunc ignẽ, & adipes pacificoꝝ, laudes & gratiarũ actiões erunt; à quibus nunq; ceſſare poterunt. Nam beati, qui habitant in domo tua dñe, in ſecula ſeculorum laudabunt te, Amen.

Rom. 8 Tit. 1 Autor ſalutis eorum.

Ignis ꝑpetuꝰ in altari Leui. 6

Qualis ſtatus beatorum

Pſal. 83.

EXPLICIT LIBER REVERENDI DOMINI ABBATIS Tuitienſis, & piæ memoriæ Roberti ſiue Ruperti. De gloria & honore filij hominis. Liber eqdem, ab optimis qbuſcq; iamdiu deſideratus, & à nemine non ſtudioſiſſime reuoluendus.

HYMNVS SEV ORATIO. RVPERTI AD SANCTVM ſpiritum, cuius mentionem facit libro duodecimo. Qui decantari poteſt ſicut & hymnus ille, Veni creator ſpiritus & cætera.

DEus meus & dñs,
Tues ô ſancte ſpũs,
Arma mea, ſcutũ meũ
Veni in adiutorium.
Tu patris indulgentia,
Tu uera Chriſti charitas,
Ex te fuit conſilium,
Saluationis hominum.
Traxiſti de cœlo deum,
In uterum fœmineum,
Tu es amor, per quem deo
Coniuncta eſt noſtra caro.
Feciſti domum corporis
In matre filio dei,
Septem columnis æditam
Per ſeptiformem gratiam.
Virga Ieſſe flos ortus eſt,
Super quem requieſceres,
Cum tuis ſeptem oculis
Vnus lapis apparuit.
Tot cornibus, tot oculis,
Præmuniens agnum dei.
Opponis hunc in prælio
Vrſo, Leoni, Colubro.
Et ſicut mori uoluit
Nos quoque doces commori.
Dum uiuos aqua ſepelis
O artifex mirabilis.
Pro ſepulturæ triduo
Fit trina rei merſio.
Vt mortuus obruitur,
Vt reſurgens egreditur
O deus noſtris auribus,
Audiuimus, pres noſtri
Opus quod operatus es,
Annunciauerunt nobis
Dum proceſſiſti igneis
In linguis à throno dei.
Vt terra cœlum fieret,
Vt dñ eſſent homines,
Tonant ergo miraculis
Verbis pluunt cœli noui,
Quã terra bibens pluuiã
Nouam concepit grãm
Inde per orbem geniti
Adoptionis filij.
Abba pater in te deo
Clamamus ſancte ſpiritus.
Magnæ ſunt iſtæ domine
Tuæ miſericordiæ.
Quæ ſpem meã reficiunt,
Vt inuocem nomen tuum.
O fidei ſignaculum
Aduocate fidelium.
Lux ignis & fons luminis
Audi uocantem & ueni.
Vides uim mei frigoris
Scis glaciem mei cordis
Sed aſpira paraclete
Si flaueris, fluent aquæ.
Meloptimũ uinum bonũ
hoc uile reple uaſculum,
Et erit uas in gloria,
Quãq; teſta ſit lutea
Ignis dei, quo angelus,
Et qui homo eſt & deus,
Stans iuxta aram, aureum
Repleuerat thuribulum.
Purifica preces meas
Incenſa mea concrema,
Vt aſcendat ante deum,
Fumans odor aromatum.
Da oculos ut uideam
In maxilla leuiathan.
Foramen armillæ dei,
Maria per quod exĩt.
Dux bone prębe ualidum
Compunctionis gaudiũ,
Quo caſtra pœnitentium
Regno dei uim faciunt
Te duce patris facies,
Et filij uidenda eſt.
Et tu abillis profluus
Fons uitæ, pacis fluuius,
Et nunc tibi pio deo
Et pio ſit laus domino,
Et gratiarum actio
Cum patre & cum filio,
Amen.

Mat.j5.

DOmino & amico suo Ruperto, uenerabili Abbati, frater Meingoh salutem & seruitium bonæ uoluntatis. Perlecto libro uestro de gloria & honore filij hominis, refectus sum & delectatus sicut in omnibus diuitijs, beatificans negociatorem illum Euangelicum, quærentem bonas margaritas, qui inuenta una preciosa margarita, dedit omnia sua, & comparauit illam, & qui abiectis huius seculi †, gustat & uidet q̃ suauis est dñs. ¶Ego uero distractus sollicitudinibus, & curis grauiter prementibus, neglecto bonæ mentis exercitio, urticas solum & spinas pario. Per agrum (inquit sapiens Salomon) hominis pigri transiui, & per uineam uiri stulti, et ecce, totum repleuerant urticæ, operuerat superficiem eius spinę, & maceria lapidum destructa erat. Quod cum uidissem, posui in corde meo, & exemplo didici disciplinam. Parum (inquam) dormies, modicum dormitabis, pauxillum manus conseres ut quiescas, & ueniet tibi quasi cursor egestas, & mendicitas quasi uir armatus. Egestatem & mendicitatẽ supleat miseratus, qui cum diues esset egenus factus est propter nos. Ora pro nobis pater.

addo † negocijs

Prouerb. z4.

z.Cor.z. 8 Iudicium sup libro duodecimo de reuelationibus

¶De penultimo libro, super quo requisistis nostræ paruitatis iudicium, hoc ītelligo, quod angelus Thobiæ respondit: Sacramentum regis abscondere bonum est, opera autem reuelare & confiteri honorificum est. Deus cum sit ueritas, de seipo magna & fortia pronuntiauit sine arrogantia. Ita qui de donis dei, nõ in semetipo, sed in domino gloriatur, sumpta honesta & necessaria occasione, laudabiliter deum magnificat. Sic Paulus Apostolus gloriatus in infirmitatibus suis, super gloriatur de reuelationibus & uisionibus dei, ad honorem ueritatis ueritatem, dicens: & postquàm se pronunciat raptum in tertium cœlum, & in paradyso audisse archana uerba quæ nõ licet homini loqui, insipiens (inquit) factus sum, uos me coegistis. Coegit uos, adiurauit uos tanta & tam religiosa persona, per nomen dñi, quid faceret bonum signum, bona campana sic pulsata, nisi sonare laudem dei? Bone pater tuis orationibus sanctis tui conuentus commendata sit Ecclesia nostra, ut dominus det nobis pastorem in beneplacito suo, ut in domino idem sentiant omnes, & non sint in nobis schismata. Vale.

Thob.jz
z.Cor.jz

j.Cor.j

BREVIS DESCRIPTIO VITAE RVPERTI,
In eodem uolumine.

ISte Dominus Rupertus à puerulo, sicut tũc mos erat, apud nos ī monasterio S. Laurentij propè Leodium oblatus fuit & nutritus, ac elementis literarum primitus imbutus. Qui sicut ætate, sic uirtutibus germinauit fœliciter. Erat tunc in eodem monasterio uiri scientia & uirtutibus ac fama præclari. Qui in ciuitate & diocesi Leodien, fulgebant, sicut luminaria in firmamẽto cœli. In illis temporibus spectabilior erat bene literatus, q̃ bene nummatus. Factus uero presbyter, accessit ad cor altum, & excubans matutinis orationibus, unde fruebatur sępenumero illustratione diuina, & aperuit ei sapientia dei sensum, ut intelligeret scripturas, & tractaret de illis summa facilitate, summa utilitate. ¶De ipso etiam sic scribit domnus Abbas sancti Trudonis in Cronica sua. Dominus Fredericus archiepiscopus Colonien. Rodolphũ Abbatem sancti Trudonis secum Coloniam duxit, propter metum Imperatoris, & commendauit eum Ruperto Abbati S. Mariæ, sanctisq̃ Heriberti ultra Rhenum Tuitij. Iste Rupertus Leodij nutritus fuit in Cœnobio Sãcti Laurentij. Quem propter præclaram nominis eius famam in sanctarum scripturarum scientia Archiepiscopus sibi assumpserat & Abbatem prædicti loci constituerat. Huius uiri multa & præclara extant librorum uolumina, quæ de diuina pagina exarata reliquit in Ecclesia. Cuius corpus uiuẽtis nec somno poterat requiescere, in diuinæ legis meditatione. Hæc ille ibi.

¶Obijt, Anno domini M. C. XXVIII.

¶At in lapide tumuli eius inscriptum habet, Anno dñi M. C. XXXV.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE GLORIFICATIONE TRInitatis, & Processione Spiritus Sancti, Libri Nouem.

REVERENDIS. IN CHRISTO PATRI AC DOMINO, dño Nicolao, dei gratia archiepiscopo Capuano, S.D.N.CLE.PP.VII. A Consilijs &c. Iohannes Cochlæus S. P. D.

NE Germania ob paucoꝝ (qui mẽte, imò inuidia & malignitate corrupti, tum seculari eloqntia tũ sacris lris, male inflati, in religiõis reiq; publicæ turbatiõ nẽ ac aiaꝝ pniciẽ abutunt) insolentiã, uniuersal'r suspecta cæteris natõibus in his, q̃ catholicæ fidei sunt, fiat, plerisq; nr̃m, nõ solũ uiua uoce, sed & scriptis, ꝓ uirili ausibus eoꝝ nefarijs restiterũt, hodieq; uel ad sanguinẽ usq; resistũt. Qm̃ uero pſens ętas de pñtibus nõ satis integre (affectibus uarijs iudiciũ nr̃m puertẽtibus) iudicare solet: iudicat aũt certius ætas supueniẽs, cui in autorẽ iã uita functũ nulli obstãt affectus praui. Idcirco mihi admodũ utile necessariũq; uisum ẽ, in lucẽ edere nũc q̃sdã autores graues & antiq̃s, uitæq; sctimonia celebres, q̃ꝝ nõ minus uitæ integritas q̃ eruditõis claritas ad pietatẽ plurimis ꝓfecerũt. Inter q̃s sanè Ruptus, Abbas olim Tuitiẽn. nequaq̃ infimo loco cẽsendus ẽ. Ipse em̃ terso fulget eloqo, & in scripturis sctis ita uersatus ẽ, ut nõ solũ oẽ mẽtis castæ studiũ, oẽsq; uiuacis ingenij neruos uiresq; ꝓ oẽm ætatẽ in illas cõuerterit, ueꝝ etiã singl'ari spũs scti illustratõe in altissimis cõtẽplatõibus q̃ sępissime familiariter, ꝓ animi deuotõe cordisq; puritate in hac uita edoct⁹ atq; irradiat⁹ fuerit. Id qđ plęriq; autores de eo scribũt ac testant. Quinetiã ipsemet, ab eꝑo Cunone adiurat⁹, eiusmodi reuelatões diuinasq; illustratões, q̃bus à spũ scto mirabiliter in hac uita uisitat⁹, ac sensibil'r adimplet⁹ plærũq; fuit, & ꝓlixa & fideli narratõe descripsit, licet iuit⁹, in duodecio libro suo in Matthæũ de gl'ia & honore filij hois. Sed & in hoc ipso, qđ de glorificatõe trinitatis ac spũs scti Processiõe inscripsit, ope, adeo diluciđe diuinas illas ispiratões describit, ut nemo prorsus sic scribere posset, p nõ ꝓprio experimẽto sensibil'r talia in seipo aiaduertisset. Hũc igit autorẽ, Reuerẽdiss. pr̃ ac dñe, ex antiqs bibliothecis post lõga nimisq; idigna latibula erutũ, serena q̃so suscipe frõte, in tuãq; bibliothecã dignãter admitte. Quẽ admodũ añ. 400. annos studiosissime fecit legat⁹ aplicus, cui⁹ hic autor in hui⁹ opis ꝓlogo mentionẽ facit. Si em̃ Italus ille tam candide laudauit, ac desyderãtet, in Italiã secũ è Germania q̃sdã hui⁹ autoris, dũ adhuc uiueret, elucubratiões asportauit: certe nõ aliud de R.P.T. sperare licet, cũ sis tã nobili & antiq̃ Germanoꝝ ꝓsapia, q̃ lõga stẽmatũ serie bellicisq; laudib⁹ apud oẽs Germanos celebrisẽ, ꝓgenit⁹, adeo ut & nomẽ ipm gẽtis tuę p̃clarã nobilitatis idolẽ p̃ se ferat. Id qđ clare itelligũt oẽs, q̃b⁹ germanica lĩgua nõ ꝓrsus ignota ẽ. Neq; ꝙo minoris uel eruditõis uel ædificatõis ẽ hoc op⁹, qđ nũc tuo auspicio primũ p chalcographos i lucẽ edit, q̃ fuerit dimidiũ illud, qđ in. xij. ꝓphetas mĩores, dũ iunior eẽt, scripsit. Hoc em̃ opus post plura & maxia, in ultia ferè senecta, qñ iã tũ ꝓprio studio tũ spũs s. familiari uisitatõe cõsummatã adept⁹ erat sapiam, tãta deuotõe ac diligẽtia elucubrauit, ut dũ in Tuitiẽn. icẽdio timeret oia cõflagrãsiri, ꝓ uno hoc ope cõseruãdo, uelut ꝓ unica margarita p̃ciosa, maxie ac sup oia sollicit⁹ anxiusq; fuerit. Nõ em̃ ignorabat, q̃ta utilitas ac ędificatio ex hoc ope lectorib⁹ foret expectãda. Qđ si tuę R.D. p maiores occupatões, q̃b⁹ rẽ chrianã adiuuas, nõ uacat, totũ hoc opus statim plegere, ꝓcurre saltẽ tabulã alphabetariã, in q̃ his dieb⁹ sũmatim p cõpẽdiũ toti⁹ opis argumẽtũ cõprehẽdi, ut uideas q̃ pulchrã sublimẽq; ac deo dignã ꝓtract⁹ et antiquus iste germa n⁹ in hoc ope materiã. Sẽtiat ãt de hoc autore qsq; qđ uelit. Ego certe ingenuę fateor, me uno ex autore isto, ĩtra breue tps, pl⁹ ædificatõis ad pietatẽ accepisse q̃ antea ml'tis annis ex q̃libet magnis & antiqs autorib⁹ acceperi. De⁹ opt. max. clemẽter nobis cõcedat ut oia hui⁹ uiri opa i lucẽ ꝓferre possim⁹. Bonã qdẽ ptẽ eoꝝ hoc anno deo iuuãte, ꝓtulim⁹, nõ sine ml'to sanè ac graui labore, sed ml'ta adhuc ꝓferẽda restãt, q̃ alij forsitã fęlici⁹ (qđ opto) iueniẽt, atq; ad publicã utilitatẽ in lucẽ citrà iuidiã ĩtegra fide ꝓferẽt. Tu ĩterim Reuereñ. dñe hoc op⁹ dignãter accipe, ac sub tui noĩs auspicio cũctis edificatorię ad pietatẽ ac pacẽ theologię studiosis imptire cõcede, ut sit meę erga R.P.T. obseruãtię piũ ac fidele testimoniũ. Bñ ualę, ꝑsul piẽtiss. Ex Mogũtia, Ꝯ. nonas Iulias. Anno ab Incarnatõe dñi. M.D.XXVI.].

AD LECTO
REM.

ACcipe hic lector cādidissime cōpendiosum indicē breuēcq; summā, oīm ferme eorū, q̄ digniora nō bis notatu uisa sunt. Quæ ut studiosissimo cuicq; quātocius offerrent, diuisimus unāquāq; paginā in q̄tuor partes, designatas p has q̄tuor lras A, B, C, D. Ita ut A principiū. B, mediū supius. C, mediū inferius. D, finē paginæ demōstret. Fruere igit hoc nr̄o labore, multoq; magis, subseq̄ntibus ipsius Ruperti libris, sacro pacteu munere nobis oīmbus diuinitus dedicatis.

ABdicatio templi manufacti per fumum designata.]]7.d
Abraham quomodo typū gessit dei p̄ris. 55.c
Abrahę fidē Iudæi nō capiebāt, iō data est eis lex 9]. c
Adā uir nō beatus, abijt in cōsilio impioꝝ &c. 73.a
Adam sedit in cathedra pestilentiæ, & eam posteris reliquit. Ibidem.b
Adam perdendo tres uirtutes infusas, perdidit similitudinem dei. 78.d
Adonai, nomē dn̄i, cur Mosi p̄rio reuelatū ē. 53.d. 54.b
Aedificare solitudines sibi, quid est 15.a
A fructu frumēti, uini & olei, duplex expositio, 76.b
Alæ sex in duobus Seraphin quid designant,]]8.b
Alphabeti hebraici. xxn̄. lr̄æ earū interpretatio 85.c
Alphabetum hoc cur quibusdam psalmis & scriptis apponitur. Ibidem.c
Aman superbissimus assimilatus diabolo 99.b
Amictus lumine sicut uestimento. 29.d
Amicus noster singularis, Christus est. 1.d
Angelorū nouē chori, q̄ dicunt, Ordo cœli. 26.c
Angelis apostatis ꝓpter eorū supbiam non dat spiritus sanctus in remissionem peccatorū. 29.b
Angeli admīstrabūt usq; ad extremū iudiciū, nō postea
Angelorū, q̄ p̄stiterūt, remuneratio. 35.c (32.b
Angelos deꝰ creauit & magnificauit, sꝫ nō iustifica. 36.d
Angeli ꝓpter hoīem quēdā. s. Chr̄m, creati sunt. 37.c
Angeli nō prius apparuerunt hominibus, q̄ semē Abrahæ promissum est. Ibidem.d
Angelus, q̄ cruit Iacob de cūctis malis, Chr̄us est 60.d
Animæ impregnatio in baptismo. 28.c
Animus homis, qñ amicus, & quando desertor est 5.c
Animū magis attēdit deus q̄ factū aut oblatū.]22.d
Anni homis. cxx. quia tot uixit Moses 48.b
Anteq̄ fierent ibi eram.]16.c
Antiqs p̄ribus maior fuit cā flendi q̄ nobis, 95.c
Anulus Ruperti, tres libri de sacramentis. 1.a
Apocalypsis tot habet sacramenta quot uerba 3]. b
Apostoli accepto spū sancto primū ex Dauid sumpserūt testimonia. 71.c
Aplorū cor & os añ spūs sc̄ti missionē, angustū fuit. 74 c
Apostolorū dilatatio in die Pentecostes. Ibidē.d
Apostolis bis datus est spūs sc̄tūs. s. in remissionē peccatorū, & in diuisiones gratiarum. 75.c
Apli, sifes his tribꝰ uiris, Noe, Daniel, & Iob, nō libarar Iudęos sub Tito, sꝫ ipsi exierūt de medio eorū]03.c
Aplica sedes, apex ē & caput oīm ecclīarū chr̄i.]2]. b
Aqua saliēs in uitā æternā, gratia spiritus sancti 16.c
Aq̄ decursus in p̄io psalmo sunt gr̄arū diuisiones. 72.d
Aqua, spūs sanctus. Aquæ, diuisiones gratiarū.]17.a
Aqua de petra, spūs sanctus de filio quoq; ꝓcedens. Ibi,
Aqua salę aspsa, p̄cibusq; sacrata pplm sc̄tificauit.]23.c
Aqua diuinis precibus sacrata, sterilitatē aufert. Ibidē
Assimilatus deus in manu Prophetarum, 9]. d
Assimilatus unuersalis per fidē spem & charitatē. Ibidē
Assimilatio trinitatis i. Assuero, Mardocheo & Hest. 99.a
Assuerus rex assimilatꝰ deo p̄ri, p salūdis Iudæis 98.d
Auferre de spū Mosi & dare. lxx. senioribus qđ fuit. 66.c
Aurū opus decoris tui, quomodo intelligitur 30.b
Aurū in templo, qđ est corpus Chr̄i, sunt charismata spiritus sancti]]2.b
Auxiliū trinitatis p ternos hoīes ꝓ Iudęis cōtra. 4. regna
Auxilium trinitatis in arcu & gladio pertres (97.b
Machabæos.]03.a.

BAbylon nobis est uniuersus mundus, in quo peregrinamur. 95.d
Babylonē i idolatria diu imitata est Roma 96.a
Babylonicum regnum leonæ assimilatum 97.b
Benedictio dei terna ad filios Noe. 46.d
Benedictionē Isaac. i, Christi, accipiunt simplices & fideles sicut Iacob 57.a
Bn̄dictio filiorū Israel sub noīe trinitatis, sꝫ obscure. 60.a
Benedictio fidelium Christi sub nomine trinitatis in baptismo expresso. Ibidem.b.
Bn̄dictio filiorū Ioseph p Iacob sub noīe trinitatis Ibi.c
Benedictio trina in dedicatione templi Salo.]]3.d
Bn̄dictio salis & aquæ ad sanctificandū populū.]23.c
Bestiæ malæ q̄ auferent, sunt maligni spiritus 33.c
Blasphemia & spūs blasphiæ quō differunt]]8.b

CAput Christi deus. Et Tecum principium, quomodo intelligi debet. 5.c
Caput idololatrię dicit p̄t statua regis Nabuchodo
Cā triū puerorū differt a cā Daniel 97.c (nosor, 97.c
Chananæus hō cōtemptibilis allegorice dicit. 86.c
Charismata nouem apud Apl̄m, nouem ordinibus angelorū assimilantur. 3]. d
Charitas cur sępiꝰ exprimit in uet. test. q̄ fides & spes. 9]. c
Charitas Iudæorum carnalis. Ibidem
Charitas est uera & perfecta gratiarum actio.]00.a
Christus cur potius principiū q̄ filiū aut Christū se esse dixit. 6.b
Chr̄us est nomē multis cōmunicabile. Ibidem.c
Chr̄s filiꝰ dei uere deus, qa ex deo ꝓcessit.]4.c
Chr̄us nō sine spū sc̄tō, stat ad ostiū & pulsat. 20.c
Chr̄s dei sapia adiuuit spm̄ dn̄i ut cōsiliarius 42.d
Chr̄i cōsilio ac obedięntia liberati sumꝰ a morte aīæ. 43.b
Chr̄s cur uoluit p oia fratribꝰ assimilari absq; pcō. Ibi.c
Christus factus est quasi Adā, ut Adam fieret uere quasi unus ex nobis. 44.c
Christus inter mortuos liber. Ibidem
Christo fuerunt duæ uoluntates & operationes, 58.b
Christus quō surrexit, ꝓpheta sicut Moses. 59.a
Chr̄us quō apparuit Iacob uidenti scalam. 60.d
Chr̄s habuit in se oēm plenitudinē & oia dona spūs s. 68.c
Chr̄s ut hō, filiꝰ priogenitꝰ, excelsus p regibꝰ terræ. 70.c
Chr̄us moriēdo postulauit a patre hæreditatem. 73.c
Christus, ut uere Pontifex, signauit sup nos lumen uultus domini 75.c
Chr̄us ē ille Iacob & Israhel, ꝓpter quē Cyrus suscitatus
Chr̄us primus est, q̄ gratias deo egisse in scri fuit. 99.c
pturis legitur Ibidem.d
Christus ter gratias egisse legitur,]00.b
Chr̄s in forma serui grās egit p̄ri. i. toti trinitati Ibidē.c
Chr̄s mr̄tifariā exauditus ē in sc̄tis suis clamānibus, Ibi.

Chri tẽplū quō ẽdificatū, exornatū & dedicatū est,]o6.d
Chrus filius hoīs, omniū rex & dns.]o9.c
Christi incarnatio nobis ineffabilis.]]o.c
Chrus anno ætatis tricesimo apparuit exornatus]]z.c
Christi pietas per speciem columbæ designata Ibidem
Chrs ipe est Pōtifex, hostiaq; simul & tẽplum]3.c
Cingulū tradidit Chananæo mulier illa fortis 86.c
Ciuitas gloriosa, cœlestis Hierlm, mater nostra. 27.c
Cœli dicunt oēs Sācti, in qbus habitat deus 27.a
Cœli firmati, sunt sancti angeli Ibidem.b
Cognitio per speculum in ænigmate nobis ad salutem necessaria 90.d
Cognosco nunc ex parte. Tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum. 92.b
Cognitōis hmōi ineffabilis dulcedo Ibidem
Cognoscetis q; nō frustra fecerim oīa quæ feci.]o5.c
Coluber tortuosus bis eiectus, & adhuc tertio ejiciēdus ē
Coluber sine requie circuit terram. 34.c (3za.
Columba in holocaustū oblata, typus Chri.]]z.d
Colūba rtorto ad collū capite offerēda qd designat. Ibi.
Cōplere op⁹ suū & reqescere ab oi ope, qūo differūt. 88.a
Concentus cœlorum quid est. 33.b
Concentum cœli quis dormire facit. Ibidem.c
Cōcentum cœli turbare nisus est Arrius Ibi.d
Cōcepti nō uiderūt lucē. s. pres ante diluuium 46.c
Cōfessio mirabilis magor de digito dei, & Nabuchodonosor de filio dei. 59.c
Cōfidit in ea cor uiri sui, qūo intelligit 84.d
Cōfitemini memorie sanctitatis eius]]6.b
Cōsiliū dei altū in eo qd mortē hoi peccāti intulit 42.c
Cōsiliarius dei extrinsecus nemo. Intus aūt ipe fili⁹, 43.b
Cōsiliū diuinū de redimēdo hoīe pctōre p Chrm.]]o.d
Cōstitutio aplica de nō accusandis sacerdotib⁹ dñi.]z3.a
Cōtēplantibus debent sumptus ex domibus regū. 63.b
Cōuiuiū triū angelor cū Abrahā qd pfiguravit. 55.d
Cōuiuŋ illi⁹ cū risu familiariter celebrati mysteriū. 52.d
Cyri reges psag; spm̄ suscitavit dns, p tẽplo Hiel'm. 97.d
Cyr⁹, pphetice pnoiat⁹ ab Esaia miro testimonio. 98.c

DAuid intus & foris tribulatus, q; cōtristasset spiritum sanctum. 25.c
Dauid cur plures habuit uxores 27.c
Dauid manifesti⁹ de trinitate loquut⁹ est q̄ Moses. 70.c
Dauid Spm̄ Sanctū primus nominavit. Ibidem.d
Dauid magnū cōtinet thesaur testiōnior Sp. Sā. de chro
Dauid pleno cornu accepit a Samuele lætitiam (72.b Spiritus Sancti. 76.c
Dauid prim⁹ assumpsit psonā Chri in se loquētis 77.b
Declinare uictimas dñi in pfundū quid est]25.c
Deliciæ meæ, esse cum filis hominum 43.b
Desyderiū Sācto patrū sup Christo nascituro 57.c
Deus a'r erat cū Chro q̄ cū Mose aut Iosue 5.c.]9.c
Deus a nobis laudandus est, quantum possumus, quia maior omni laude. 25.d
De⁹ recte amator dr, ei⁹ sponsa ecclia, Syon sancta, 27.d
De⁹ cur nō Adā peccātē 53 terrā i ope ei⁹ maledixit. 47.b
Deus in hac uita perfecte cognosci a nullo potest 65.c
Deū time & mādata eius serua. Hoc est oīs hō. 89.c
Deus maxime fidelis in uerbis & pmissis suis. 91.a
Deus magis inspector est cordis q̄ opis]zz.d
Deuorare populos in ore gladij, aliter licuit ueteribus, aliter Christianis 64.d
Diabolus per superbiam repulit a amatorē suum deum, ideo iuste derelinquitur 30.a
Diabolus nō statim ut cōditus e st, cecidit Ibi.b.35.b
Dia. cur ponebat in mōte dei, cū scire t de⁹ eū casur. Ib.c
Diabolus quā habet plagā mortis qu æ sanata est. 35.d
Diaboli, qui ceciderunt, nunq̄ fueru nt inter Cherubin & Seraphin 35.c
Dies sex primi cur dicuntur dies 87.d
Dies septimus natura primus est 88.a
Dilectio trina & una, sicut tres pso næ & una sba 62.b
Dilectōis opatio prima est uita cōt emplatiua 62.d
Dilectōis opatio scda est uita activa. 63.c
Dilectio timorē pœnalē excludit se d nō religiosum. Ib.d
Dilectiōis opatio tertia, cōtra Idol o latriā ē zelus. 64.c
Doctores cōtristare aut accusare n ō licet.]zz.a
Dñe apud te est fons uitæ, qūo inte lligitur.]5.b
Domus dei infestat pluuns sophista & ac fluminibus hæ⁹
Domus dei a Salomone ædificata, (reticorum 39.b typus corporis Christi.]06.d
Domus dei, quod est corpus Christi, quomodo in utero Mariæ ædificata est.]09.d
Domus ædificata lapidibus dedolatis atq; pfectis]]]c
Dom⁹ dei, q̄ ē corp⁹ Chri, exornata auro puris simo.]]z.a
Dormire in cōtemplatōibus quale est 63.a

ECclesia non de Chro, sicut Eua & Adā, sed propter Chrm & p Chrm facta est. 6.a
Ecclesia per idem est illa mulier fortis, de qua in Prouerbijs. 84.b
Ecclia est illa sponsa, de qua in Canticis 90.a
Eccha in persequutōibus creuit.]04.d
Edom ppls execrabil', filijs Israhel cōtrari⁹ & insultās. 95.b
Ego & pr unū sum⁹, alti⁹ dictū, q̄ Ego sum Chrus. 6.c
Ego hodie genui te. In deo em non est heri aut cras, sed semper hodie. 70.c
Egressus Noe cum tribus filijs, trina benedictōe.]05.c
Egressus Daniel' cū trib⁹ socijs, trib⁹ grā incremētis Ibi.
Egressus Iob cū trib⁹ amicis, trib⁹ modis tentati. Ibi.d
Elemēta diuinis pcibus sacrata, ad multa psunt.]z3.d
Epi nō pri⁹ sunt a clericis aut laicis accusandi q̄ priuatim sint antea de iustitia regsiti & admoniti]z5.c
Epos persequ. est deū ipm, c⁹ uice funguntr persequ. Ibidē.d
Esau ludaicū ppm, Iacob gentes præfiguravit 56.d
Exercitio ad pietatē in Iacob. Corpal' aūt in Esau. 56.b

FAciamus hoīem ad imaginem & similitudinem nos⁹ stram. 39.c. 40.b
Fides facit hoīem recte mœrentem. 20.c
Fides, alia magna, alia modica, alia mima dr. Ib.d
Fidei excellētia hoies ad pricipat⁹ āgelor sublimat. 36.b
Fides ē pp̄atio ad grām, estq; donū spūs dei. 48.d
Fides Abel, Enoch, & silium magna, absque auxilio scri⁹ pturarum fuit. 45.a
Fides nra adiutores h3 scripturas, pphetas & aplos. Ib.
Fides patrum ante Mosen maxia, qa firma erat sine operatōe quacunq; uirtutum 54.b
Fides, oīm charismatum optimū est. 57.d
Fides regit aiam moralibus & utibus præornatā. 79.c
Fides ē illa mulier fortis, de qua in fine Prouerb. 83.d
Fides ē sba, peul & de ultimis finibus pcīū eius 84.c
Fidem habenti, ut Abrahæ, secreta sua pandit deus. Ib.d
Fides quomodo cingulum tradit Chananæo. 86.b
Fides quid operatur per spem & charitatem 90.c
Fides Abrahæ non indigebat lege 91.c
Fides uera & uiua nunq̄ sine charitate est. 92.d
Fides spes & charitas una & trina uirtus indiuisa Ib.
Fide cōiūguntr electi deo sicut mulier uiro suo.]]9.a

Fides, pspicit pciũ suũ, pcul & de ultimis finibus. Ib.
Filij dei de stirpe Seth, filię hoim de stirpe Cain. 46.b
Filij Adã, q turrim ædificabãt, supbi ut Adã 49.d
Filius dei ad patrem est, sicut mens hominis architecti ad animam suam 65.b
Filioꝝ sapiæ & stultitiæ, diuersi & cõtrarij fines. 83.b
Flumina de uentre credentis fluentia, sunt non ipe Spiritus Sanctus, sed eius doctrina. j7.b
Flumina quatuor præcipua, 4. sacramenta Chri. Ib.c
Fodere in akũ, ẽ q̃rere fundamẽtũ ex scriptura. 39.b
Fons uitæ apud dominum, dominus est pater, fons filius uita Spiritus Sanctus. j5.b
Fõs patens in ablutionẽ pctõris & menstruatæ j5.d
Fons patens domui Dauid. 36.a
Fons uitæ quomodo differt ab alijs fontibus. s. Prophetis & Apostolis. Ibidem.c
Fortitudo iudicum regumq; ac Prophetarum, pro deo
Fortitudo ueterum in gladio materiali, Apłorum in spirituali. (contra Idola. 64.c Ibidem.
Fruct⁹ & affe&⁹ cõsolatõis pacleti in recte lugẽtibus. z5.c
Funiculus triplex difficile rumpitur. 78.b

GEmitus recte lugentium in hoc seculo, magni quidem, sed dulces. z3.c
Gementium sic uocem audis, sed nescis unde ueniat aut quo uadat. Ibi.
Gemit⁹ inenarrabiles, qbus spũs postulat p nobis Ib.d
Gẽtiũ diuisio in. 72. linguas, scdm. 27. filios Israhel. 38.c
Grad⁹ in trinitate nłi sunt, sed oia ibi coæqualia 33.d
Græcoꝝ error de pcessione Spũs Sancti jj.a. jz.c
Græcoꝝ argumẽtatio ac data a Rupto solutio j3.b
Græci. i. gẽtiles, sapiam q̃sierũt & inuenerũt 8z.b
Grãꝝ diuisiões tot sunt, qt ordies angeloꝝ 3⁵.d
Grã sanitatũ quo differt ab opatõe uirtutum. 36.b
Grãs deo agens, debet respicere beneficia Chri 99.d
Gratiarum actio quid est? j00.a

HÆresis, mulier stulta & clamosa, reddens malum & non bonum 85.b
Hæretici charismatũ donis abutũt in supbia. 20.a
Hæretici murant causam filioꝝ pauperis i. Chri. Ib.
Hæreticoꝝ cãtus discors, cõtra eccłię cõcentũ. 33.d. 34.b
Hæretici cõtrarię sciæ turrim, sicut gygãtes, extruũt. 50.c
Hæretici ponũt os in cęlũ & ligua eoꝝ trãsit in terra. Ib.
Hætici Pharaoni & magis ejus silles. 59.d
Hæretici peccant in spũm sanctum, qa erant p supbiã, nõ per ignorantiam 70.b
Hæretici lædunt animas suas & diligunt mortem. 83.d
Hæreticoꝝ improbitas, qua nos interrogant 93.d
Hæretici sciẽter & p iuidiam resistunt ueritati. j5⁵.c
Hæreticis nõ est pars in dedicatõe domus dei. j56.d
Hierm, młũ differt ab apostatrice synagoga j04.c
Hiesm. i. ecclia i tribulatõe filios & filias eduxit Ib.d
Historia trium puerorum in camino ignis. 94.a
Hodie si uocem eius audieritis, qũo itelligit j13.b
Holocausta med ullata, cõbustio uitioꝝ. jj4.d
Hõ diũo spũ afflatus, tacere nõ põt, etiã si uelit. zz.a
Hõ sic afflatus rideł ab his q⁹ rutẽ spũs ignorant. Ib.b
Hois iteriorisuter⁹, młos hꝫ circuit⁹ & capacitates. z3.b
Hõ sic afflat⁹ spũ sctõ utrũ finalr possit deleri ab eo. z4.d
Hõ tal⁹ filis ẽ Israheli luctãti cũ deo, rogãti & flẽti z5.a
Hoi psa & majora i opib⁹ dei abscõdita sunt q̃ uisa. z6.a
Hõ cur positus fuit in paradysum, cum sciret deus eum peccaturum ibi. 30. d
Homies pro diuersa meritorum qualitate in diuersos angelorum ordines recipiendi 34.d
Hõ maximus debitor dei ac grãꝝ actionum 36.c
Hõ creatus fuisset, etiã si angeli nõ cecidissent, 37.b
Hoies & angeli, ppter unũ Chrm creati sunt, Ib.d
Hõ fact⁹ ad imaginẽ & sititudinẽ dei, añq̃ peccauit. 39.d
Hoies prædestinati dicunt mõtes & colles 47.a
Homies nõ prædestinati sunt sicut situla aquæ & pulvis terræ. Ibidem.b
Hõ młis miserijs replet⁹ ẽ, ut uexatio det itellectũ. 49.b
Hõ qũo nihi amplius habet inuentis 88.d
Hõ qũo liberatur a seruitute corruptionis 89.c
Hostis mło nequior, q excõmunicatis cõmunicat, q̃ is qui foris est jzz.c

IAcob, id est, supplantator, Spiritum Sanctum præsigurauit. 56.a
Ignis spũs sancti, nõ cõburẽs, sed illuminans. zz.d
Ignis sine diminutione sui, młiplicatur, sicut & gra spiritus sancti. 66.d
Illapsus Spũs Sã. auro grauior, melle dulcior 23.b
Incarnatio filij dei ab ęterno põdiara añ oẽm lapsũ. 39.d
Incarnatõis sacrm angel⁹ ab initio abscõditum. 40.c
Initium sapientiæ timor dñi. 63.d
Insufflãdo dãs spm sctm, Chs duo dedit intelligi jz.c
Interpretibus. 70. Apostoli & Euageliste, p necessitate tẽporis usi sunt. 6z.b
Iohãnes Ba. nõ fuit sicut Moses, in signis & portẽtis. 58.c
Iosue qũo accepit ptẽ glię Mosi in miraculis. 66.c
Ironiæ q̃dã in scripturis grauissimæ 29.d
Ironia hæc. Ecce Aam quasi unus ex nobis, per Chrm in serium conuersa est. 14.c
Isaac, typ⁹ Chri, q risus & gaudiũ est oim beatoꝝ 52.b
Isaac, q risus interpretat. Chri figura fuit in młis 55.d
Isaac oculi caligãs, Chrm i cruce moriẽtẽ pfigurauit. 57.a
Iudæus gliam Sãctę trinitatis cõtemplari refugit. z.b
Iudęis liber & sermo de trinitate signat⁹ & clausus. 63.d
Iudæi inexcusabiles sunt, qa non credunt in agnum qui librum aperuit. 6z.a
Iudæoꝝ mumura tẽtatões cp non ante puniuit deus, q̃ de spũ Mosi dedit. 70. uiris 69.a
Iudęoꝝ plagę iterit⁹ cp diuersi p⁹ acceptũ mun⁹ Sps. Ib.b
Iudæorum peccata in filium minus punita sunt, q̃ quę in Spiritum Sanctum. Ib.c. j04.b
Iudæi quærebant & emebant mendacium contra resurrectionem Christi 75.a
Iudęis nõ orit sol & stellę claudunt q̃si sub signaculo. 77.d
Iudæi derisores sunt, de quibus dr. Noli arguere derisorem
Iudaic⁹ pphs, parẽs nascituri Chri custodies (rem. 8z.a
baꝝ ne periret. 94.c
Iudæi captiui recordabantur Syon propter nasciturum in ea Christum. Ib.d
Iudæoꝝ cõtritio & cõculcatio sub Tito & Vespa. j03.c
Iudæi præuaricando præuaricati sunt, quod nunquam remitteretur eis j04.a
Iudæi, si post datum Apostol⁹ Spiritum Sanctum credidissent, potuissent excusari. Ib.b
Iudæis agnus in leonem, columba in ignem uersa ẽ, post mortem Christi. jj5.d
Iudæis nec hostia nec locus immolandi relingitur Ib.
Iudæis duplex pœna, una in hoc seculo, alia in futuro. jj6.a
Iudæis domus deserta & impleta fumo. jj8.b
Iudicia nostra fides est. Iustus em ex fide uiuit 8z.d
Iustitia & pax osculatæ sunt j0.c

Lætitia pris & filij, Spūs Sanctus est. 76.c
Lætitia Spūs Sancti in corde Dauid Ib.
Lamuel. i. In q deus. Chrus recte dr. j9.c
Lāces iudicū duæ, una miscdiæ, altera iustitiæ. jjj.b
Lapides dedolati atq; pfecti, sunt prīarchæ & phetę. jjj.c
Liber añ aduētū Chri sapiēter clausus & signatꝰ est. 77.a
Liber Prouerbiorum per antitheta iusti & impij fere totus contextus est 8z.c
Liber Ecclesiastes quid tractat. 84.a
Liber Ecclīastes certam præbet ratōem spei 86.d
Linguaꝝ diuisio cur facta est. 50.d
Liguaꝝ diuisionē cōsuluit filiꝰ dei, easq; in apīis p spm S. iteꝝ uniuit ac cōfusionē reformauit 51.a
Literaꝝ Hebraicaꝝ interpretatio. 85.c
Lugendū nobis in hac uita est j9.d (b.
Lugētes i hoc secło magis laudāt mortuos q uiuētes. 20
Lugētes sic, hīt gaudiū cordis p cōsolationē pacleti. z1.d
Lux ẏa, filiꝰ dei, angeli & scti nō sic sunt lux 28.d

MAgi non uera faciebant miracula, sed in uisu apparentia. 59.b
Magi cur non potuerunt facere Cyniphes, sicut colubrum ex uirga. Ib.
Manus tuæ fecerūt me & plasmauerūt me 40.b
Manus in deo quales sunt. Ib.d
Manus Chri tornatiles aureæ jjz.c
Maria mr Chri maximā habuit fidem 85.a
Marię ꝓprie et excellēter ascribīt Cāticū Cāticoꝝ. 90.b
Maria nō habuit, cur gemeret, nisi uulnꝰ charitatis. Ib.
Mendaciasigna magoꝝ & antichri 59.c
Misericordia & ueritas obuiauerunt sibi. jj0.a
Monathelitaꝝ & Euticetis error. 58.b
Mōs magnus q impleuit terrā Chrs est. 41.a
Mōtes in pōdere librati sunt hoies pdestinati Ib.
Mortē timēt hoies mūdani, cām mortis nō cōsyderātes.
Mors corpaꝝ ex dei miscdia hoi inflicta ē. 4z.c (z1.d
Mortis snia i hoīem duplex, una prīs, alia filij 48.b
Moses cur potiꝰ Bresith q Ben in capite libri posuit 5.a
Moses añ Iob, & lras prias. s. Hebraī. a deo accepit. 3z.c
Moses cur rōnē cœloꝝ nō enarrauit, sicut rōnē terrę. Ib.b
Mosi intentio in Cantico Deut. erat commemorare beneficia dei. 38. b
Mosi cur potiꝰ q prioribꝰ data ē opatio uirtutum 53.d
Mosi fides ad aquas contradictōis. 54.c
Moses uir fidelissimus, semen Abrahæ promissum maxime desyderauit. 57.b
Mosi oratio pro Christo mittendo Ib.c
Moses ōpatōe uirtutū maximꝰ fuit, ꝓphetaꝝ 58.c
Mose maior fuit Chrs ueraciter, ꝛs nō apd curiosos. Ib.d
Moses Iudęis uelamē hz, qd p Chrm euacuat. 60.b
Moses librū de trinitate Iudęis clausit & signauit, 61.d
Moses exemplar oīm prælatoꝝ 65.d
Mosi mira benignitas erga ppm suum. 66.b
Mosi nihil diminutum fuit, quando dixit deus, auferam de spiritu tuo. Ib.c
Mosi claritas, in comparatione ad Christum, nec excelsens nec uiua 67.d
Moses congregans septuaginta uiros seniores, typum Christi gessit. 68.b
Moses, p dnō zelatꝰ ē, ꝓpter uitulū, occidēs z3. milia 69.b
Mosi scriptura quasi fons scripturaꝝ est j07.c
Mꝛta nobis inexplicabilia etiā q naturaliter fiūt jj0.c

NOe cur potius Chanaan q Cham maledixit. 47.b
Noe cur potius Chanaan q alios filios Cham maledixit. Ib.c
Nomē meū Adonai nō indicaui eis. 53.c.54.b
Nomē dni inuocatū, facit pctōrē resurgere. 78.c
Nunquid Syon, dicet hō, & hō natus est in ea 3.c

OBlatio nulla maior aut potior q sacrificium corporis & sanguinis Chri jz3.b
Obstetricātem manu eiꝰ, eductus ē coluber 3z.b
Octo Primates, octo præcipui iudices in Israhel, in typū Christi 67.b
Oia q habet pr, mea sunt, qūo intelligīt 68.a
Opatio trinitatis p totū agrū scripturaꝝ expressa. 3.d
Opatio trinitatis inseparabilis in tribus psonis j0.b
Opus Ruperti in duodecim prophetas, uelut aurum, exoptatum a legato apostolico. z.a
Opus Rupti sup primū & scdm libros regū 70.c
Opus Rupti i cātica cāticoꝝ. vij. libris distinctū. 90.a
Oro Ruperti ad beatam trinitatē. 93.b
Ordinem cœli non nouit homo, nisi deus reuelet ei per spiritum suum 26.c
Ordinem cœli ponere in terra quid est. 28.c
Ostiū tebernacli i Chro ē latꝰ eiꝰ in cruce pforatū. 68.c

PAraclet9 nō ueniet, nisi ego abiero, duplex expō. jj.c
Paraclet9 cur primū i ultima cœna sic dictus est. j2.a
Paraclet9 duplex, aliꝰ hꝰ mūdi, aliꝰ electoꝝ dei. j9.b
Paracleti uisitatio sensibilī q dulcis sit duobus probatur exemplis. 22.c
Paradisum plātauerat dns a pricipio, i. die tertio j08.b
Pr qnq; psonę, qnq; totiꝰ trinitatis nomē est j3.c. j00.b
Pater, & pr meus differēter a Chro dr. Ib.
Patrum inuasores, infames & a liminibus ecclīæ alienos fieri. jzz.b
Passio Chri corā ipo fuit, ab æterno puisa. 48.c
Paulus rogās cōtra stimulū carnis, an sit exauditus. z4.b
Pau. iter cherubin, Iohā. Euā. iter seraphin cōputat. 36.c
Paulus sapiens Architectus. 93.a
Pcta q post datū Spm S. fiūt, cur grauius puniunt. 69.d
Peregrini a dño i hac uita, magis optāt mori q uiuere. z1
Persecq sacerdotes dei ē deū ipm plecq. j20.d. jz1.d (c.
Persequutores sacerdotū ppetua notant infamia jz1.c
Petrus, unus de seraphin, qa Aplorum primus jj8.c
Petro datꝰ i manu calculus, pcipua ptās Ib.
Petri uerba in ordiatōe B. Clementis. jzz.c
Pharao cur tot signis tentatus fuit, cum sciret deus cor eius. 30.d
Philosophorum scripta non admittunt tropos, sicut sacra scriptura 3.a
Pœnitet me fecisse hoīem, qūo itelligīt 48.d
Pœnia Chri, p nob assumpta in cruce cōsummata ē. jjz.c
Postula a me & dabo tibi gētes hære. tuam. 70.c
Præmiū laboris post hancuitam j06.b
Præuaricādo puaricari qd est j04.a
Pricipiū in q deus oia creauit, filius dei ē. 4.b
Pricipiū, p qd & ꝓpter qd oia, Chrus ē. Ib.d
Pricipiū cur potius filio q pri aut spūi Sā. attribuīt. 5.a
Pricipiū ē nomē magis ꝓpriū ẏ bo dei q filiꝰ aut chrs. 6.b
In pricipio erat ẏ bū, qūo itelligi debet. Ib.d
Processio Spūs S. tribus modis effecta est 7.c.jj.c
Processio Spūs S. res ualde magna 8.c
Processio chri duplex, una ex deo altera de thalamo. 9.b
Processio quid est. Ibidem.d.
Procedēs dr spūs s. non filiꝰ hic. n. ꝓcessit, ille ꝓcedit. j0.a
Processio filij ex ore altissimi in reꝝ creatōe j0.c
Processio Spūs S. in creaturę rōnal sanctificatōe Ib.
Prophetæ, etiam regibus dominati sunt, ideo inter dominationes computantur. 36.a

Prophetia Enoch cõtemni non debet 46.a (65.c
Prophetę iussi sunt librũ sctẽ scripturę claudere & signare
Prophetissa, ad quã oẽs ꝓpheteę accesserũt, Maria ẽ. 111.d
Prophetę absq; dolatura tribulatõis hinc nõ trãsierũt. 1b.
Psalmi q̃tuor primi, q̃tuor Chri sacra cõtinẽt. 72.b
Psalmus primus ꝓprie soli Chro cõuenit. 1b.c
Psal'. quart⁹ cur nũc singlariter, nũc plr logtur. 76.a
Psalmi. 136. expositio lralis 94.d
Psalmi eiusdem sensus mysticus. 95.c
Psal'. 29. de dedicatõe dom⁹ Dauid & de rsurrectõe chri. 1b.
Psal'. 65. de rsurrectõe chri et mystica oblatõe. 1b.c. (114.b
Puluis es & in puluerẽ reuerteris, misericors snia. 41.d

Quatuor bestiæ grãdes, q̃tuor regna ꝓcipua, 97.b
Quatuor iudicia domini pessima, fames gladius & cætera, 107.c
Quarta bestia, i. Ro. Impiũ, Iudæos cõminuit. 103.c
Qui ꝓcipit soli & nõ orit sol scripturarũ, Chrus 77.d
Qui uos tãgit, tãgit pupillã ocli mei 120.d
Quis appẽdit tribus digitis molẽ terræ 40.d

Reges, qbus unum dari prohibet Lamuel, sunt diuites huius seculi 59.d
Reges Isrl' oẽs peccauerũt, nullo excepto. 107.c
Reiscere mandatum dei qd est 120.d
Requies dñi, plenitudo est beatitudinis. 88.b
Regescere cũ regib⁹ & cõsulib⁹ terræ apd Iob, qd est. 72.d
Resurrectio mortuor̃ male a Sadducæis negata. 54.d
Rogabo ꝓrem, quo hoc cõuenit Chro 14.a
Romana Eccsia, latinæ Eccsiæ columna. 113.a
Roma tropice oli Babylõ, nũc noua Syõ est. 96.a. 107.a
Romæ Chrus Petro exeunti occurrens 1b.b
Ro. Im. nũc cõfitẽ filiũ dei, sicut olim Nabuchodonosor
Ro. Im. exsequissima bestia, ut hõ factũ ẽ. 107.a. (1b.c
Ro. Põtifici oim Eccsiar̃ cura est. 120.d

Sacerdotes nõ datores, sed mistri sũt bñdictõis. 60.c
Sacerdo. ad iudices publicos accusare nemi lz. 113.b
Sacrificiũ missæ quo celebrari debet 113.b
Sadducæi necq; aias necq; angelos uiuere putãt 55.a
Salices erãt, nõ solũ gẽtes, sz etiã carnales Iudæi 95.d
Salomõ filiũ ꝓris æterni manifesta uoce expressit 78.a
Salomõis tres libri de trib⁹ uirtutib⁹ theologicis. 1b.d
Salomõis casus i senectute oĩb⁹ nobis formidabil'. 81.b
Salom. libri boni sũt fruct⁹, q̃lecũq; fuerit ipe lignũ. 1b.c
Scti natões iudicabũt. i. spurcitias ear̃ cõdenabũt. 64.d
Sapia secsaris ass. milat meretrici in ꝓuerbijs. 79.d
Sapia apd Salomo. & ỽbũ apd Ioh. Euãg. idẽ sunt. 80.a
Sapia ꝓri coæterna, carnem susce pit, excidẽs columnas
Sapia quo iustificata ẽ a filijs suis. 82.b (septẽ. 83.d
Sapia mater iustor̃, Stultitia mr impior̃ 1b.d
Sapia seculi p mulierẽ stultã in ꝓuerbijs describit 83.a
Sapiens filius quis recte dr. 83.c
Sapia i q̃ de⁹ oĩa fecit, nobis dies septimus est. 88.a
Sara, id est, princeps, fidem. Ager, id est, aduena, legem præfigurauit 55.d
Scala Iacob, moralr intelligi pt & allegorice 61.a
Scia, tũ hũana, tũ diuia, i pribus añ Abrahã. 45.c
Scribere ỽba legis i l. mic & ostijs domus tuę, qd ẽ. 63.b
Scripturæ sacræ cur dicunt scripturæ ppl'or̃. 2.d
Scriptura sacra tota unus liber est, quia ab uno spiritu dictata. 4.c
Scriptura sctã tota ꝓter hoiem istruẽd ũ cõdita ẽ. 4.c
Scriptura uet. test. de trinitate clausa ẽ Iudæis & signata
Scripturæ sacræ pulchra commendatio exinterpretatione Alphabeti Hebræorum (61.c 85.d
Scrutari scripturas, nõ ẽ scrutatorem eẽ maiestatis. 106.a
Seditionũ autores tres in Hierlm sub Tito & Vespa. 103.d
Semita iustitiæ, arta prudẽtibus huius seculi. 43.d
Septẽ bestiæ capita, unt septẽ ꝓcipua regna 31.c
Septies & septuagies septies diuersi sunt mysterij 45.d
Septẽ pastores antiq, typũ Chri gerentes 67.b
Septenarius numerus in bonam & malam partem uim uersitatem significat 97.a
Septẽ saluatões Iuda p ternos uiros, Ab Abrahã usq; ad Christum 101.d
Septẽ colũnæ dom⁹ sapiæ sunt septẽ spũs dñi. 107.b
Septẽ spũs dñi, mltiplici septenario designant 1b.c
Septẽ spũs dñi p Mosen i septẽ primis dieb⁹ ꝓsignati. 1b.d
Septẽ spũs dñi cur dicunt septẽ colũnæ 109.b
Septẽ spirituũ plena requies in Chro. 1b.c
Septẽ spirituũ duplex ordo, alius i Chro, alius i nob. 1b.
Seraphin duo, Apostoli & Prophetæ 118.a
Signatũ est sup nos lumẽ uultus tui dne 75.b
Situdo gnatõis carnal' ad spũalẽ & diuinã 28.a
Situdo trinitatis in aĩa, mẽte, & fortitudine hois 65.a
Syon ciuitas oĩm elector̃. 3.c
Syõ, põs ecsia, Hierlm, supna ciuitas. Vbi dr, Cui⁹ ignis in Syõ, & caminus eius in Hierlm 36.d
Si qs uult, ueniat ad me &c. 15.c
Si qd petieritis ꝓrem i noie meo, dabit uobis 24.a
Si qspiã pualuerit cõtra unũ, duo resistũt ei 111.b
Sol uane, p deo habitus est 88.c
Solis & lunæ atq; stellar̃ mira potestas 108.c
Sordes Isrl', duo uituli Hieroboã, nõ emũdabunt. 34.a
Spes qd opat' in hoie p fidẽ & charitatẽ 90.c
Spũs nomẽ ẽ cõe toti trinitati, sz uni psonę ap, ꝓpriat'. 8.a
Spũs ubi uult spirat. Ergo uere deus est 17.d
Spũs creatus, siue bonus sit siue malus, aniæ substantiam non intrat 1bidẽ
Spũs creatus, non alterius creati, sed solum creatoris spiritus capax est. 18.a
Spũs dñi deforis spirat, etiã in mal', ut i Saul & Balaã. 1b.c
Spũs eius ornauit cœlos. 31.d
Spũs mẽdacij æmulator miraclor̃ in magis 59.b
Spũs timoris dñi, ex iudicio dei inter lucem & tenebras cognoscit. 107.d
Spũs fortitudis, ex creatõe solis & lunæ agnoscit 108.b
Spũs cõsilij, i creatõe piscium auiũq; & reptiliũ 1b.d
Spũs sapiæ ex rege dicit septimi cognoscit. 109.a
Spũs S. suggestio ad hoc opus scribendũ 2.b
Spũs S. in uet. test. dictus ẽ spũs dei seu spũs dñi 7.b
Sps S. añ aduẽtũ chri nõ fuit datus i remiss. pec. 1b.c. 16.a
Spũs S. cur ỽtus altissimi dr, sicut filius brachiũ dñi. 8.b
Spũs S. nõ solũ a pre, sed etiã a filio ꝓcedit. 10.d. 12.c
Spũs S. uere deus, qa a pre, deo ꝓcedit. 14.c
Spũs S. ut flumẽi fontẽ de filio, & uena fontis, pre. 15.c
Spũs S. de filio ꝓcedit singulariter, sz al'r de ꝓphetis & aplis
Spũs S. & deforis & intus spirat. 18.b (17.a
Spũs S. intus in spirat quosdam per semetipm ineffabili unctione. 1b.d
Spũr S spirat in ijs, q lugent in hoc seculo 19.a
Spũs S. quo cõtristat in nobis. 25.c
Spũs S. dona drũr antigs pri⁹ & nob data sunt 46.c
Spũs S. in Chro plenissime scdm oĩa dona fuit. 68.c
Spũs S. cur lumen uultus dñi dr. 77.b
Spũs S. i corde alicuius scti summa lætitia ẽ, sed cõtristat. 76.d
Spũs S formauit corpus Chri in Ma⁹ (peccato. 90.c
ria ex sua operatõe, nõ de sua substãtia. 110.c

Spūs S, a fr sup Chr̄m, a fr sup Aplos descēdit ijf.a
Spūs S. a fr apparuit añ glorificatōem Chr̄i q̄ post. Ib.c
Spūs S. aqua uiua de petra, de filio quoq; ꝓcedit ij7.b
Spolia, dicunt eloquia dn̄i 8f.b
Statera diuini iudicij in exitu huius uitæ ijjf.a
Stephani ꝓtomartyris præconia ij78.d
Supbia Luciferi, ꝓ quam cecidit. 29.c
Supbia gygantū post pœnā & in pœna Adæ f0.a
Suscitare sept̄ pastores sup eū. i. Chr̄m, qd est. 67.c
Suscitat Moses sup eū tā q̄d mortuū erat, ut uiuat. Ib.d
Suscitabo sup eū, cur potius d̄r, q̄ in eo. Ib.
TActus dolore cordis intrinsecus, quomodo intelligit (gif. 49.a
Tecū principiū in die uirtutis tuæ, dupli citer exponitur f.b
Templū Chr̄i dedicatum in resurrectōe jj3.c
Terra homini e Paradiso, ꝓpulso in pœnam data, stulte ad gl̄iam quærit. 87.a
Terra, cui nō uult misereri dn̄s, synagoga est quæ Chr̄m crucifixit. j0z.d
Terra Iudæoꝝ inexcusabil̄ facta est. j04.b
Testimonia Chr̄i cōtra Arrianos & Macedonianos j4.b
Thesaur⁹ absc̄dit⁹ in agro, mysteriū S. trinitatis. z. c
Thesaurus iste, non in parte autin partibus, sed in toto agro absconditus 3.d
Thesaur⁹ iste cur sic absc̄ditus ē antiqs in eo agro. 47.d.
Transferre mōtes, aplos & ꝓphetas, qd est. 77.c
Trālgredi terminos antiquos, qd est j20.d
Tres pueri q̄si ex uno ore laudabāt deū, sic nos oēs. 96.d
Tres reges plaꝝ, Cyr⁹, Dari⁹ & Artaxerxes, ꝓ Iudæis. 98.
Tres reges iustos inuenit dn̄s in tribu Iuda, In Isra (a, hel nullum. j0f.c
Tres uiri Noe, Daniel, Iob, quibus similes sunt Petrus, Iohannes, Paulus j03.a
Tria hæc, leo, gall⁹, aries in ꝓuerbijs qd significāt 83.d
Tria hæc, fides, spes, charitas, sæpe in nouo testamento, in ueteri raro ponuntur 9j.c
Tria hæc reformāt ad hoiem silitudinē dei. Ib.d
Tria hæc, maior autem hoꝝ est charitas 9z.c
Trinitatis mysterium, thesaurus desyderabilis, in agro scripturæ. z.d
Trinitatis cōsiliū, ꝓ hois repatōe ꝓ incarnatōem. 44.b
Trinitas ueterib⁹ partim i sermōe, ptim i ope ostēsa. 47.a
Trinitatis splēdor in uerbis dei ad Noe Ib.d
Trinitatis figura i trib⁹ noib⁹ & i trib⁹ angel⁹. 5j.c
Trinitis testamētū ad Abrahā, Isaac, & Iacob 5z.b
Trinitas ꝓ Chr̄m mundo publicata Ib.c
Trinitas corona spei nostræ 53.a
Trinitas etiā i mō diligēdi deū exprimit 6z.b
Trinitas psonaꝝ in una sba dei, ex uerbis Dauid 7j.b
Trinitatis noīa tū absoluta tū relatiua, clari⁹ in nouo q̄ in ueteri testamēto exprimunt 9j.c
Trinitatis grande negotium circa tres pueros in camino. 94.b
Trinitatis auxilium pro Iudæis propter Christum nascitu rum. 97.b
Trinitatis cōsiliū ꝓ tres reges Persaꝝ 98.b
Trinitas in il⁹ trib⁹ regib⁹ assimilata Ib.c
Trinitatis mira mysteria in Noe Daniel & Iob. j0f.c
Trinitatis fides quo pdicanda est. jz3.d
Tristitia iplebit cor uestrū, quo recte itelligit jj.a
Tropica locutio in scripturis sacris frequens 3.a.
Turris Babel cur extrui uoluit deus f0.b
Turrim Babel extruunt Hæretici. Ib.c
VAnitas magna in terrenoꝝ cōcupiscentia. 87.a
Vanitas & ueritas, sibi inuicē oppositæ sunt Ib.c
Vana sunt oīa tpalia ad deū cōparata 88.c
Verbo dn̄i cœli firmati sunt, & spū oris eius &c. 26.d
Verbū dei ē, ꝓ qd & ꝓpter qd facta sunt oīa, 28.d
Verba cantionū, sunt sacra scriptura 93.d
Verboꝝ uirtute sacrant diuinitus elementa jz3.c
Vestes Esau ualde bonæ, erant uestes sacerdotales, tanq̄ primogeniti f6.c
Vestes Iacob, charismata Spiritus Sancti Ib.
Via prudētiæ, lata ijs, gb⁹ de⁹ ꝓ Spm̄ suū reuelauit. 43.d
Via prudentiæ ē in uerbo crucis 44.a
Vinū, qd mœrētib⁹ dat Lamuel, ē Spūs Sc̄tus. j9.d, 20.b
Vino Spūs Sancti abutunt hæretici 20.a
Vinū siue aqua in calice offerri nō debet jz3.b
Visio Esaię de Seraphin, ad Chr̄m & aplos referēda. ij7.d
Visio illa asc̄siōis dn̄icæ gl̄iam repsentat jj8.a
Vita actia, ordie pria, dignitate sc̄da est. 64.b
Vnctio Spūs S. q̄dā singlaris & ieffabil̄, ꝓ i paucis. j8.d
Vnitas ꝓ Spm̄ S. i credētib⁹ sectaꝝ pīcas i hæreticis. 7f.d
Vox Chr̄i dulcis, uox turturis, uox pietatis jj3.b
Vox exultatio, p̄dicatō est Euangelij jj7.c
ZElus domini pro Moyse in Iudæos, postquam de spiritu eius dedit septuaginta uiris. 70.a
Zonæ gnq; in cœlo ex motu solis distinctæ, j08.c

¶ Correctoriū. Primus numerus designat faciem, Secundus lineam, deinde sequit uera lectio.

¶ 1.36. suimet. z.13. i margine adde gl̄iam. 4.41. decebat. f.3z. dici, eadē, zz. hoc libere posse. 9.25. natiuitatē hūanitatis. 10.6. ꝓcedētes, cū ꝓcedēs. Ea. 25. p̄ cū filio. 11.15. par. Ea. 47. coꝝ Ea. 52. dedit ei. 13.17. dictū illud ꝓ. 14.4. fuerit) sed &. Ea. 29. uic⁹ &. Ea. 40. qa a p̄e ꝓcedit, & a filio. Nihil ibi deficit. Ea 42. q spirat. Ea. 47. apparebat, 15.7. cp̄ sit. Ea. 10. nō inquā. Ea. 21. Flumē & de fonte, 16.43 ꝓferre. 17.1. lācea fit siue cōtra dissentiētes. Ea. 2. unū qdē sed q̄dāmō duo. 19, 12. diuites h⁹ sec. Ea. 33. cū rōne. Eadē 34. Sapia nobis. 20. 24. uenistī, 22. 38. nocte uigilātē. 23. 4 cū Ecclīaste. 24. 45. dixit Ego. 28. 10. caro spūi. Nihil ibi deficit. Ea. 13. huic ordini. Ea. 19. aq̄s, dū in Chr̄o baptizamur. Nihil deficit. Ea. 20. margiaria lectio supuacanea. 30. 41. ut nō oparet. 32. 52. dēsum. 37. 29. añq̄ angeli. 40. 43. p̄ītas innuit. 44. 47. nist fide. 49. 48. intēdebā. 50. 4. supbire. Ea. 7. titania. 51. 8. est. uacat. 52. 19. notū est. 53. 41. Neq; em illi. 54. 7. ul meriti. 57. 17. elocutus ē. 58. 30. Post illa q hinc. 60. 25. 3q incremētū. 61. 16. ut nō. Ea. 32. ut qd 66. 15. fili⁹ Nū. 69. 13. tot hoies. 75. 43. hanc unitatē. 78. 21 sensum eiusdē Salo. 79. 44. nitidius. 80. 23. similis illi. Ea. 27. missi pedē. Ea. 35. iuocās. 82. 5. missis ancillis. 85. 26. & 37. Nun. 86. 28. sit. 87. 27. qdā. Ea. 44. Et qd ē. 88. 47. iumētis. 92. 16. usum. 93. 37. gestim⁹. 94. 16. i mediū. 96. 24 Veneo. Ea. 35. p̄em. 101. 35. cām. 104. 11. ultor exist̄. 109. 3 cū in honore. 111. 44. absq; dolatura. 117. 10. aquā de petra Ea. 37. tua, uacat. 122. 10. Alter alteri⁹. Ea. 38. sctis apost. 123. 8. in margine. Constitutio.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS EPISTOLA AD SEDIS APOSTOLI cæ Præsulem, Romanum Pontificem.

ANTE FACIEM TVAM O PRINceps, beatissime Petre, testis CHRISTI ac præcentor, Christianæ fidei, simulq; ante faciem uicarij tui Papæ, uiam latam inuenire, & spacium habere, nostra paruitas

Prouer. 18. deposcit. Dicit autem quidam de principibus sapientissimis. Donum hominis dilatat uiam eius, & ante Principes

Iacobi. 1. spacium ei facit. Ne igitur uacuus uenirem, donum præsentaui, quale manus mea reperire potuit: & utinam donum perfectum, siue datum optimum, ut dicas, hoc desursum est, descendens à patre luminum. Est enim hoc donum non ex corruptibilibus auro & argento, quibus maxime delectantur Principes seculi, sed est opus ex gratia dei,

Apo. 5. qua sola delectati sunt & delectant Principes sancti: quibus ipse rex regũ & dominus dominantium principatum dedit æternum in regno suo cœlesti, habetq; amabilem hunc in

Obiectio fronte titulum. DE GLORIFICATIONE TRINITATIS ET PROCESSIONE SPIRITVS SANCTI. ¶Forte dicit aliquis. Sufficiunt iam Principibus nostris dona siue donaria huiusmodi. Meminisse debes, quia cum fi-

Exo. 36. eret tabernaculum domini, & instanter quotidie mane uota populus offerret, artifices uenire compulsi, dixerunt Moysi. Plus offert populus quàm necessariũ est. Iussit ergo Moyses præconis uoce cãtari. Nec uir nec mulier quicquàm offerat in opere sanctuarij. Sicq; cessatum est à muneribus offerendis, eo quod oblata sufficerent & superabundarent. ¶Ad hæc inquam: Equidem memini, sed quorsum istud? Hoccine intendis, ut quoniam tabernaculum illud manufactum secundum exemplar fiebat tabernaculi non manufacti

Exo. 25 siue cœlestis, quod in monte monstratum est Moysi, nos quoq; secundum exemplum illius prohibitionis debeamus prohiberi, & cessare à muneribus offerendis in opere sanctuarij cœlestis, cessare ab exercitio gratiarum siue charismatum, quæ spiritus sanctus, prout

1. Corin. 12 uult, distribuit singulis, scilicet, à sermone sapientiæ, à sermone scientiæ, à generibus linguarum, ab interpretatione sermonum, quoniam ante nos alij satis sapienter, satisq; scienter locuti sunt & abundanter sermones dei interpretati sunt? Nunquid quia illic uoce præconis cantatum est, ut nec uir nec mulier quicquàm offerret in opere sanctuarij, nos quoq; quasi per allegoriam intercludere uis, ut iam in opere sanctuarij cælestis, nullum

Responsio. offeramus donum de diuitijs salutis, de thesauro sermonis domini. ¶Noli quæso, noli esse allegoricus nimis. Meminisse debes & tu, quid sancti patres ante nos senserint de illa

Gene. 30 stropha simplicis Iacob: Tollens (ait Scriptura) Iacob uirgas populeas uirides & amygdalinas, & ex platanis, ex patre decorticauit eas, detractisq; corticibus in his quæ spoliata fuerant, candor apparuit: illa uero quæ integra erant, uiridia permanserunt, atq; in hunc modum color effectus est uarius. Denicq; iuxta mysticum illud exemplum, nõ passim uel ubiq;, sed in plerisq; locis corticẽ literæ detrahim⁹, & cãdorẽ allegoriæ tenemus, in nõnullis allegoriam non quærentes, moralem sensum in uiriditate literæ, retinemus. Exempli gratia:

Mysterium in uirgis Iacob.

Leui. 6 Ignis (ait dominus) in altari semper ardebit, quem nutriet sacerdos, subijciens mane ligna per singulos dies, & impositio desuper holocausto, ad olebit adipes pacificorum. Ignis iste est perpetuus, qui nunquàm deficiet de altari. Quid ualeret in isto præcepto literæ cortex? Corticem ergo detrahimus, & allegoricæ intelligentiæ spiritum tenemus, dum altare dei cor nostrum, & in hoc, ignem qui semper debeat ardere, charitatis flammam intelligimus.

Humilitas autoris ¶Fateor tibi magne sacerdos, quia præsens opus, & quæcunq; hactenus simili studio peregi, sic affero, sic æstimo uel æstimari cupio, tanquàm ligna, quibus nutriri possit ignis charitatis siue amoris in altari domini, in corde cuiuspiam legentis siue audientis, & legendo siue

do: siue audiendo cupientis proficere in dilectione nominis domini. Neq; em̃ donū hoc, quo (ut præscripsi) uiam mihi siue spacium ante principes mihi cupio parari, tanti æstimo, quanti est aurum, & argentum & præciosi lapides, quanti hyacinthus & purpura coccusq; bis tinctus & byssus, quæ spiritualiter in constructione spiritualis tabernaculi offeruntur. Bene nobiscum agitur, si hæc scripta nostra saltem precium lignorum habere iudicentur, quibus iam dictus ignis in altari domini, in corde cuiuspiam pusilli, efficaciter nutriatur.

¶Porro in eo quod iussit Moyses præconis uoce cantari, nec uir nec mulier quicq̃ ultra offerat in opere sanctu arñ, sicut & in multis alijs permaneat sensus literalis: quomodo in partibus uirgarum, cortex uiridis, quia non sicut illic cessatum est à corporalibus, ita & hic cessandum est à spiritualibus offerendis. Non bene uidentium immo inuidẽtium est, tali similitudine uti, ut dicant, sicut tunc offerebat populus plus q̃ necessarium fuit, ita nunc plures scribunt libri q̃ necessariũ sit. Sp licuit, spq; licebit, unicuiq; dicere, salua fide, qd sentit: nolentem autem legere nostra, nemo compellit. ¶Vellem, quoniã lex præcipit domini, tibi summo sacerdoti probata uel accepta esse hæc fidelis animæ oblata, ut uere primitias digne in opus domini suscipiendas. Vbi nam hoc præcipit mystica lex domini? In cõstructione tabernaculi supra memorati, in uerbis istis. Loquere filijs Israhel, ut tollant mihi primitias, ab omni homine, qui offert ultroneus, accipietis eas. Et quis est ille oñis homo primitias offerens ultroneus, nisi is in quo fides, quæ prima uirtus est, per dilectionem operatur? Nimirum recte dicitur ille ultroneus. Est em̃ hilaris dator, qualem diligit deus, & proinde siue parum offerat siue multum, dignæ oblationes eius primitiæ dicuntur & sunt. Quapropter & istud est notandum, quia oblationes, quæ secundum precium sui uiliores sunt, non ultimo loco ex ore domini nominatæ sunt, scilicet pili caprarũ & rubricatæ pelles arietum, sed loco fere medio cunctarum oblationum: ita ut prima posita uideas aurum argentum & æs. Hyacinthum & purpuram coccumq; bis tinctum, & byssum, nouissima aũt aromata in unguentum & thimiamata boni odoris, lapides onichinos, & gẽmas ad ornandum ephot ac rationale: & medio (sicut iam dictũ est) loco pilos caprarum, & pelles arietum rubricatas. Nonne per hunc quoq; ordinem utiliter commonemur, quia quę parua hominibus uidentur, interdum pro bona uoluntate offerentis deo magis accepta habẽtur, & inter primitias ab eo computantur. ¶Accipias igitur à me homine ultroneo primitias istas quas obtuli, in primis præsens opus IX. distinctum libellis, de glorificatione trinitatis, & processione spiritus sancti. Sunt alia quæ nũc usq; præsentare nõ potui, opus quoddam XIII. librorum de uictoria uerbi dei. Itemq; opus de gloria & honore filij hominis in totidem libellis. In XII. prophetas XXX. libri. In Apocalypsim libri XII. In euangelium Iohannis libri XIIII. De sancta trinitate & operibus eius libri XLII. In Samuelẽ & Dauid libri XV. In honorem beatæ Mariæ uirginis super Cantica libri VII. Scripseram & ante hæc omnia opusculum de Sacramentis siue officijs diuinis per circulum anni, distinctum libellis siue thomis XII. Hoc donum, sicut initio memini ex Salomone dicẽte donum hominis dilatat uiam eius & ante principes spacium ei facit: hoc inquam donum quis prohibere debet, ne huius hominis uiam dilatet, & ante principes spacium eius faciat, præsertim clamante desuper auctoritate diuina. Ab omni homine, qui offert ultroneus accipietis primitias? Hominem quippe me esse ultroneum, ueraci sententia profiteor, quia non conductus mercede hominis, sed sola delectatus dulcedine uerbi diuini, circa hoc donum laboraui, offerendũ in opus tabernaculi dñi: & ea causa hæc recordatus sum, & effudi in me aiam meã qm̃ transibo in locũ tabernaculi admirabilis, usq; ad domum dei, in uoce exultationis & confessionis,

Exo. 36.

Romanus Põtifex, summꝰ sacerdos

Exo. 25. Homo ultroneus Gal. 5. 2. Cor. 8

Exo. 25

Catalogꝰ operum Ruperti.

Prouer. 18.

Exo. 25. Rupertus, homo ultroneus

Psal. 41

ELENCHVS CAPITVLORVM.

INCIPIVNT CAPITVLA LIbri primi. De Glorificatione trinitatis, & ꝓcessiõe spiritus sancti.

QVod mysterium sanctæ trinitatis thesaurus sit desyderabil', & quod thesaurus in agro absconditus sit. 1

¶ Qđ sancta ueteris instrumenti scriptura ille ager sit, & q̃ ob causam connenienter agri nomine significata sit. 2

¶ Qũo uel q̃libus thesaurus eiusmodi in tali agro abscõditus sit & à qbus cito possit inueniri. 3

¶ Qđ nõ in una parte agri, sed ꝓ totũ agrum sanctæ scripturæ thesaurus iste, & indignis abscõditus, & à dignis sit inuẽtus uel cito inueniat. 4

¶ De capite libri, in principio creauit deus cœlũ et terrã, qualis ibi sit abscõsio huius thesauri, & qđ filius principiũ sit sicut ipsũ dixit, ego principium qui & loquor uobis. 5

¶ Quàm ob causam filium siue uerbum dei principium decuerit nuncupari. 6

¶ De eo qđ in psalmo dicit pater filio: Tecũ principiũ in die u.t. in s.s. ex.u.a.l. genui te. 7

¶ Itẽ de cã nois principiũ, & de eo ꝙ Aplus ait, propter quem oĩa, & per quẽ oĩa. 8

¶ Qđ altius sonet hoc nomẽ principiũ, dictũ Iudæis quã si dixisset, filius dei sum, ul' Chs̃ ego sum 9

¶ Quod pr̃ & filius & spũs sanctus unũ sit principium, & q̃ ob causam magis de persona filij scire oportuerit, ipm esse principium. 10

¶ De Spũ S. uel processione Spũs S. qđ tribus modis effecta sit, primo ad creandũ oĩa, q̃ dictũ est, et spũs dei ferebat super aquas: secundo, ut spũalibus donis rationalis exornaret creatura: tertio ut in remissionẽ peccatorũ daret, quod ante Christi aduẽtum non fiebat. 11

¶ Cũ & pater sit spũs, & filius spũs, q̃ ob cãm hoc ipm substantiale nomen. s. spũs, huic uni psonæ sæpius in scripturis sanctis assignet 12

¶ De ꝓcessione Spũs S. cuius uidelicet ꝓcessionis illud erat initiũ, qđ ferebat sup aquas, & quo usq; in ope suo ꝓcesserit hic spũs dei. 13

¶ Itẽ de ꝓcessiõe Spũs S. qđ differat à ꝓcessiõe filij qm̃ dixit filius, ego em̃ ex deo ꝓcessi & ueni. 14

¶ Quid sit ꝓcessio siue ꝓcedere, & cur de semetipo loquẽs ꝑterito tpe dixit, ꝓcessi de sancto aũt spũ dixit præsenti tpe. procedit. 15

¶ Qđ neq; filius ad creandũ oĩa ꝓcesserit absq; cooperatõe spũs sancti, neq; spũs sanctus ad sanctificandũ ꝓcedat absq; cooperatione filij. 16

¶ Cõtra illos p dixerũt, spm̃ sctm̃ à solo pre & non etiã à filio ꝓcedere, dictũ à sapia, en ꝓferã uobis spm̃ meũ & ostendã uerba mea. 17

¶ Ad eandẽ ueritatis rsitionẽ multũ illud ualere, q̃d ait filius, nocte illa qua tradebat, sed ego ueritatẽ dico uobis, expedit uobis ut ego uadã: si em̃ nõ abiero, pacletus nõ ueniet ad uos: si autem abiero, mittam eum ad uos 18

¶ Itẽ de eodẽ dicto, & qđ spũs sanctus tunc primũ appellat' fuerit pacle'. i. cõsolat, eo qđ sit ipe peccatorũ remissio quã uidelicet remissionem pctõrũ non dabat prius, nondum glorificato Iesu. 19

¶ Incipiunt capitula libri secũdi.

¶ De thesauro nois dñi, quẽ q thesaurizant sibi ipsi iuxta B. Iob, reges & cõsules siue principes sũt 1

¶ Qđ nõ minus à filio q̃ à pre ꝓcedat spũs sanctus & de eo qđ ait filius, quẽ ego mittã uobis à pre spm̃ ueritatis qui à pre procedit. 2

¶ Itẽ de eodẽ dicto cõtra hæreticos, quia nõ sequit spm̃ sanctũ nõ ꝓcedere à filio ꝓpter id qđ ait, q̃ à pre procedit: imò sequit spm̃ sanctũ deũ esse, quia à diuinitate procedit. 3

¶ Itẽ de eadẽ snia quo pertinuerit, ut in illa sacratissima cœna, qua tradebat nõ cõtentus dixisse, quẽ ego mittã uobis, addidit dicẽs: qui à pre procedit. 4

¶ Itẽ filiũ fontẽ eẽ ꝓcessiõis hui', sicut ẽ & pr̃, Psalmista dicẽte, qm̃ apud te dñe est fons uitæ. 5

¶ Ad eãdẽ ueritatis rõnẽ ptinere qđ clamans dixit fons ille, si quis sitit, ueniat ad me, & bibat, & de fontis eiusdem apertione. 6

¶ De ꝓprietate fontis illius q est apud te dñe, & de æquiuocatiõe fontiũ in scripturis, ut illic hauriat aquas in gaudio de fontibus saluatoris. 7

¶ De eo qđ ait Euangelista: Hoc aũt dixit de spiritu quẽ accepturi erãt credẽtes in eum. 8

¶ Qđ de uẽtre credẽtis in filiũ dei solũmõ sacra scripturarũ, quæ per spm̃ sanctum administrata sunt: de illo aũt fonte, id est, filio dei, ipa quoq; procedit substantia spiritus sancti. 9

¶ De ipo ꝓcedente spũ sancto, & diuina ipsius potentia, iuxta quã dictũ ẽ, spũs ubi uult spirat 10

¶ De illo mõ spiramẽti eius, q̃ spirãs ubi uult ipsam aĩæ substãtiã penetrat, & abyssum eius pambulat & qđ huius dignationis experimentũ sentiremus hac uita ualde paucorum est. 11

¶ Qđ ibi pacletus iste spirare uelit, ubi nõ q̃ritur uel recipit cõsolatio pñtis seculi, & de eo qđ ait dñs, rogabo pr̃em & aliũ pacletũ dabit uobis 12

¶ Itẽ de eadẽ dignatiõe spitãtis ubi uult, iuxta illud in ꝓuerbijs, noli regibus o Lamuẽl, noli regibus dare uinũ, date ficerã merẽtibus, & uinũ his qui amaro sunt animo. 13

¶ Quod mœror sanctorũ, & amaritudo animi eorũ descẽdat ex magna uirtute fidei, & iccirco cõsolatione spiritus sancti digni sint. 14

¶De distantia fidei, quod & magna fides, & modica fides, & minima fides, certas ob causas nominentur in uerbis domini. 15
¶Itẽ de magnæ fidei mœrore, siue amaritudine, & de eo quod Salomon loquitur. Cor quod nouit amaritudinem animæ suæ, in gaudio eius non miscebitur extraneus. 16
¶De eo quod dominus, præmisso, Spiritus ubi uult spirat, subiungit, & uocem eius audis, sed nescis unde ueniat aut quo uadat, & q̃d ueniens idem spiritus, signum aliquod ostendat, competens gratiæ quam importat. 17
¶Narratio quorundam signorum, cum quibus uisitationẽ sui spiritus sanctus diebus nostris quibusdam dignanter infudit. 18
¶Item de eo quod ait, Et uocem eius audis, quod uox hominis inspirati gemituosa sit, & quid sit nescire unde ueniat, quid sit nescire q̃uadat. 19
¶In isto q inspiratus gemit, probatum eẽ illud qđ ueritas, pmittẽs dixit amẽ amẽ dico uobis, si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis, & de eo quod apostolus ter dominũ negauit. 20
¶Vtrum postquam iste paracletus semel familiari uisitatione sese infuderit, contingere possit ut sese auferat, & animam illam semel deosculatam prorsus & irrecuperabiliter derelinquat 21
¶Quod nulli nimia securitas habenda sit, & de eo quod apostolus ait. Nolite contristare spiritum sanctum dei, & quod Dauid. Quia contristauerat eum. Redde (inquit) mihi lętitiam salutaris tui. 22

¶Incipiunt capitula libri tertij.

¶Benedicendum esse dominum à nobis quantum possumus, & quod maior sit in laude, multa eñ absconditа sunt, & pauca uidimus operũ eius. 1
¶De angelica creatura, quod facta sit ubi dixit deus, Fiat lux, & de iuditio spũs sancti in damnatione tenebrarum siue principis tenebrarum diaboli. 2
¶De eo quod ait dominus ad beatum Iob, Nunquid nosti ordinem cœli, & pones rationes eius in terra. 3
¶Quid sit ordo cœli siue ordo cœlorum, & de uersu psalmi, uerbo domini cœli firmati sunt, & spiritum oris eius omnis uirtus eorum. 4
¶Primum in illo beatorum spirituum sancto ordine contemplandum esse ordinem sanctæ trinitatis, q̃d illa gloriosa ciuitas, cuius sancta scriptura totiens meminit amatorem habeat deum amore ineffabili, qui uidelicet amator apud Hieremiã contẽptũ se esse queritꝫ ab anĩa infideli. 5
¶Quod secundum similitudinem amatoris, in quo hæc tria sunt, amator ipse, & amor ipsius, & crementum propter quod ad propagandam prolem amore suo ducitur, unus sit deus pater & amor ipsius spiritus sanctus & uerbũ ipsius. 6
¶De eo quod apostolus, dicebat eñ (inquit) eum propter quem oñia, & per quẽ omnia, & quod parum nobis scit scire, quod per eum, nisi etiam sciamus quod propter eum facta sit & angelica creatura, & omnis creatura. 7
¶Itẽ de processione spiritus sancti, quod in nos homines duobus datis diffundatur, altero q̃d est in remissionem peccatorum, altero quod est in diuisiones gratiarum, in sanctos aũt angelos uno tantum, quod est in diuisiones gratiarum 8
¶Quod recte & iusto dei iudicio diabolum spiritus sanctus suo respectu indignum iudicauit, reum æterni delicti, & de ruina eiusdẽ diaboli, & q̃d positus fuit in monte sancto dei. 9
¶Responsio ad illum qui forte querit ad quid posuit diabolum in monte sancto dei, & ut quid illi tanta contulit, cum sciret eũ spiritus sanctus, qui omnia scrutatur etiã profunda dei. 10
¶Propter quid tam terribili iudicio damnatus fuerit, & de eo quod in Apocalypsi dictum est unũ de capitibus bestiæ quæ habebat capita septem, quasi occisum in mortẽ & plaga mortis eius sanata est, siue habet plagam gladij & uixit. 11
¶De eo q̃ dictũ ẽ ad B. Iob, spũs ei⁹ ornauit cęlos & obstetricãte mauu ei⁹ eductus ẽ coluber tortu
¶De eo q̃ dictũ est ad eundẽ B. Iob, qs (osus 12 enarrauit cœlorꝫ rationem & cur saltem nec ipe Moyses describere debuerit rationẽ cœlorꝫ, id est, sanctorꝫ ordies angelorꝫ, q primus enarrauit rationes terrarꝫ, generatõesfiliorꝫ hoim. 13
¶De eo q̃ dictũ ẽ ad eundẽ B. Iob, & cõcentũ cęli qs dormire facit, & q̃ uel q̃lis illa dormitio sit. 14
¶Itẽ de eodẽ cõcentu, & de uerbis concentus siue cantionis illius, quę apud Esaiã audiuimus, sctũs sanctus, sanctus dominus deus. 15
¶Snĩa beati Papæ Gregorij de illis cœlestibus sanctorꝫ angelorũ ordinibus, q uel quales hoies cuius cuius ordinis societatem sortiantur 16
¶Respõsio ad illos q dicũt qđ de singulis ordinibus multitudines ceciderũt q̃m scđm illã snĩam beati Gregorij ex hoĩbus alij in illũ, & alij in illũ, ordinẽ sint assumpti siue assumendi. 17
¶Alia snĩa de sĩlitudine nouẽ ordinũ angelorũ & nouẽ charismatũ spũs sancti, quæ scđm Apl'm hoibus data sunt, dicentẽ, alij quidẽ per spm̃ dat sermo sapientiæ & cætera. 18
¶De eo quod Apostolus dicit, nusquã eñ angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehẽdit. 19

¶Itē Snīa B. Gregorij in illo uersu cantici Deuteronomij, cōstituit terminos gētiū iuxta numerū angelorū dei, p quo nos scdm hebraicā ueritatē, interp̄tante B. Hiero. ita legimus, cōstituit terminos pplorū iuxta numerū filiorū Israhel. 20

¶Probabilius dici posse, qd nō tā hō ppter supplē dum angelorū numerū, quā & angeli & hoīes, p pter unū hoīem Iesum Chm̄ facti sunt 21

¶Qualē sensum habere possit litera hec, quā scdm Hebraicū, B. Hieronymo interpretāte legimus, constituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Israhel. 22.

¶Incipiunt capitula libri quarti.

¶Propositio, dicere aliqd de hūana creatura ad laudē sanctæ trinitatis, ad honorē Spūs S. de patre & filio, p cedentis, cuius in ista creatura ualde clara rutilant dona. 1

¶De, ppositio dei dicētis: Faciamus hoiem ad imaginem & similitudinem nostram 2

¶De eo qd ait B. Iob, & post eū Dauid: manus tuę fecerunt me & plasmauerunt me. 3

¶Qd manus aut pedes in deo nō sint, quēadmodū in nobis, sicut putauerūt hij, q pro rustica simplicitate dicti sunt humaniformij, & de eo qd scriptum est in Esaia, quis appēdit tribus digitis molem terræ, & librauit in pondere montes, & colles in statera. 4

¶De eo qd ait dominus deus: Ecce Adā quasi unº ex nobis factº ē sciēs bonū & malū, ad ip̄m Adā qa puluis es & in puluerem reuerteris. 5

¶Exclamatio supradicti, pphetæ, qui post illud supradictū, quis appendit tribus digitis molē terrę protinus subiunxit, quis adiuuit sp̄m domini, aut quis consiliarius eius fuit, & ostendit illi. 6

¶Item de eadem exclamatōe, qs adiuuit sp̄m dñi & de obedientia filij dei, quod ip̄a adiuuerit Spiritum domini. 7

¶Itē de eo qd ibidē in, ppheta scriptū est, cum quo inijt cōsiliū & instruxit eū, & docuit eū semitā iustitiæ, & erudiuit eū sciam, & uiā prudētiæ ostēdit illi. 8

¶Respōsio ad illā pcunctationē scdm Apl̄m, dicētem: Sapiam loquimur iter pfectos: & alibi, nob aūt reuelauit deus per Sp̄m suum. De illa Ironia dei, siue sanctæ trinitatis, qua dixit: Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est sciens bonū & malum, cū iam præmisisset, quia puluis es & in puluerē reuerteris. Et quomodo illa ironia in seriū cōuersa ē, qñ nouus Adā Iesus Chrs fctūs ē una psona ex tribus psonis sanctæ trinitatis. 9

¶De fide, quæ est unū & p̄cipuū donorū Spūs S. qd ip̄a in sanctis antiquis p̄ribus primis tanti sacramenti tantæ salutis præparatio fuerit 10

¶Qd illo tpe non solū fides, uerūetiā, pphetia ante diluuiū sanctis illis à sancto spū data fuerit, put uoluit de sacramēto numeri, quo ait Lamech septuplum ultio dabit de Cain, de Lamech uero septuagies septies. 11

¶Itē de charismatibus spūs scti, qd illo tpe & post illud tp̄s añ aduētū spūs scti in remissionē pcōrū datº nō fuerit, qdq; data q̄ tunc p̄paratiōes eius fuerint regñatōis, qua nūc sunt filij dei, & de eo q̄ ait B. Iob de ill', qa cōcepti nō uiderūt lucē 12

¶De tribus filijs Noe ex qbus reparatus est orbis, & qd ualde notādū ē, trina enūciatiōe renouatū sup eos v̄bū bñdictiōis, qd deus sup primos hoīnes edixit, & quod Chanaan potius p̄ q̄ ip̄m Cham maledixit 13

¶De illius intentatione iudicij scilicet diluuij, qd in illa subluceat splendor sanctæ Trinitatis, textum ilteræ diligentius inspicienti. 14

¶De prima sententia illius iudicij, non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est: quod congruat personæ patris. 15

¶De secunda sententia, uidens deus pœnituit eum qd hoiem fecisset in terra & p̄cauēs in futurū, & tactº dolore cordis intrīsecº, delebo (inqt) hoiem quē creaui, qd psonæ cōgruat filij. 16

¶De tertia snīa, cumq; uidisset deus, dixit ad Noe, finis uniuersæ carnis uenit corā me, fac tibi archā qd psonæ congruat Spūs Sancti. 17

¶De eo qd dixit deus, uenite igit & descendamus & confundamus ibi linguas eorū, quia sit uox trinitatis, sicut & illud dictū p̄r: Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est. 18

¶De eo q̄ dixit, nec desistēt à cogitatōbus suis donec eas ope cōpleāt, qualr eas ope cōpleuerit. 19

¶De plaga illa confusionis, in quo profuerit, & cui personæ magis congruat dixisse cæteris: uenite descendamus & confundamus. 20

¶De fide patris Abrahæ credentis promissionibus beati seminis, & de eo quod tres uidit, & unum adorauit. 21

¶De tribus patribus, Abraham, Isaac, & Iacob, quomodo in illis tribus angelis conuiuantibus, & nasciturum Isaac promittentibus, præsignatum fuerit sacramentum fidei sanctæ trinitatis, qua per aduentum Christi mundus est illustratus. 22

¶Incipiunt capitula libri quinti.

¶De eo quod Salomon in parabolis loquitur, turris fortissima nomen domini, ad ipsam currit iustus & exaltabitur, & quod ille sit iustus qui ex fide huius nominis iustificatur 1

¶De eo qđ ad Moysen incipiens loqui deus: hæc (inquit) dices filijs Israhel: dñs deus patrũ uestrorum, deus Abraham, deus Isaac, deus Iacob, misit me ad uos, & de nomine Adonay, quod nomen meum (ait) non indicaui eis. 2
¶Nõ fuisse diminutionẽ gl̃iæ uel meritis p̃fibus ill̃ qđ dixit, & nomẽ meũ adonay nõ indicaui eis. 3
¶De eo qđ Sadducæis respõdens dñs pro resurrectione mortuorũ, congrue patrũ istorũ meminit, dicente deo ego sum deus Abrahã, & deus Isaac & deus Iacob, pro quo & sic assumpsit, nõ est deus mortuorũ sed uiuorũ, oẽs em̃ ei uiuunt. 4
¶De capitulo ꝓphetæ Oseæ, & locutus sum, ait dñs sup ꝓphetas, & in manu ꝓphetarũ assimilatus sum, qũo sancta trinitas in istis p̃fibus assimilata fuerit, in Abraham deus pater, in Isaac deus filius, in supplãtatõe Iacob de⁹ Spũs Scũs 5
¶Itẽ de consilio Rebeccæ, qđ ille ad utilẽ susceptæ effectũ quã recte intelligimus in eo assimilatã eẽ spũs sancti grãm, & de uestibus ualde bonis qbus illũ iduit, & de uersiculo psalmi: Elegit nobis hereditatẽ suã, speciẽ Iacob quẽ dilexit. 6
¶De charismatibus spũs scti, p illas uestes bonas figuratis, & de mystica caligine oculorũ Isaac bñdicentis, & de eo qđ dixit Moses, aut dimitte eis hãc noxã, aut dele me de lib. tuo quẽ scripsisti. 7
¶Itẽ de charismatibus spũs scti, & qđ bñdictio, quã Isaac nos benedixit, gra sit spũs sancti ex ipo, procedentis & cõtra monothelitas de mysterio illo mirabili, qđ Isaac nõ ei, cui ipe uoluit, sed ei bñdixit quẽ Rebecca mater benedictũ eẽ maluit. 8
¶De opatõe uirtutũ, quę magna est inter charismata spũs sancti, qđ secm illã dictũ sit, & nõ surrexit Propheta ultra in Israhel, quem nosset dñs facie ad faciẽ, & qđ uirtutes operari, hoc fuerit, iudicari nomen Adonay. 9
¶Itẽ de illa gra spũs sancti, quæ est opatio uirtutũ, qũo illã malefici corã Pharaone emulati sunt et nõ ualẽtes subsistere dixerũt, digitus dei est hic. Io
¶De trina bñdictõe noĩs dñi, quã dñs pacto tabernaculo mãdauit Moysi, dicẽs: sic benedicetis filijs Israhel, & de eo qđ ait: Inuocabũt nomẽ meũ super filios Israhel, & ego benedicam eis 11
¶De benedictõe q̃ bñdixit Iacob Ioseph filio suo sub iuocatõe sancti noĩs, deus in cuius cõspectu ambulauerũt p̃res mei, deus qui pascis me ab adolescẽtia mea, angelus q eruit me de cũctis malis & qđ ille angelus persona sit filij. 12
¶Qđ optuerit i ill̃ antiquorũ bñdictiõib⁹ taceri relatiua noĩa, q̃ sunt p̃ & filius & spũs s. & sermonẽ claudi, ut nõ sic apte bñdicerẽt sicut nũc bñdici⁹ ul̃ baptizam⁹ in noĩe p̃is et filij et spũs s. & de eo qđ scriptũ est in Esaia, Erit uobis uisio oĩm: sicut uerba libri signati. 13
¶De eo qđ dictũ est Audi Israhel, dominus deus tuus de⁹ unus est, & de eo qđ ꝓtin⁹ subiũxit hæc tria: diliges dominũ deũ tuũ ex toto corde tuo, & ex tota aĩa tua, & ex tota fortitudie tua, & qđ dilectio tria, sit & una, nõ tres dilectões, sz dilectio una. 14
¶Qđ tres sint opatões unius dilectõis, quas ꝓtinus Moyses subordinauit, & qđ prima opatio respiciẽs ad id qđ dixerat: diliges ex toto corde tuo, sic incipit, eruntq; uerba hæc in corde tuo, et qđ hæc operatio uita sit contemplatiua. 15
¶Secũda dilectõis operatio respiciẽs ad id qđ dixerat, et ex tota aĩa tua, ipa ẽ uita actia, quã fic tradere incipit, dominũ deũ tuũ timebis et illi soli seruies, ac per nomen eius iurabis. 16
¶Tertia dilectõis operatio respiciẽs ad id qđ dixerat, et ex tota fortitudine tua, est aras subuertere, cõfringere statuas, et hæc opatio martyrũ corona est, sed modo dissimili, quia nõ pugnauerunt gladio materiali 17
¶Qđ secm silitudinẽ harũ triũ operationũ unius dilectõis, debeamus iuuari ad intelligentiã, qđ pater et filius et spũs S. tres psonæ et unus de⁹ sit. 18
¶Qđ filius dei et ꝓcedẽs ex eo spũs S. in eo assimilat⁹ sit qđ dixit domin⁹ Mosi, cõgrega mihi. lxx uiros, et auferã de spũ tuo, tradã eis. 19
¶Qđ partẽ gl̃ię Moysi. s. ꝓphetiã, illi. lxx. uiri acceperint, nõ etiã opationẽ uirtutũ sicut Iosue, de q̃ dixit dñs, et dabis ei ptẽ gl̃iæ tuæ, et qđ hoc intẽderit, dicendo, auferam de spũ tuo 20

¶Incipiunt capitula libri sexti.

¶De eo q̃d in Michęa scriptũ est, et suscitabimus sup eũ septem pastores, et octo primates hoies. Qui pastores et qui sint primates, et qd sit eos super Chm̃n suscitari, et quod Moyses sit unus de pastoribus illis. 1
¶Item de uerbo suscitationis, quoniã suscitari dicitur id quod mortuũ fuerat et reuiuiscit. 2
¶Qũo suscitatũ fuerit sup dñm Chm̃m hoc mysteriũ huius pastoris, in eo, qđ. lxx. uiros, ut de spiritu eius daret eis, cõgregare iussus est ad ostium tabernaculi fœderis 3
¶De eo quod usq; ad illud patiẽter sustinuerat dñs postq̃ aũt tot hoies accepert de spũ Moysi, murmurantẽ ppm̃ percutere cœpit, et in cuius rei figura istud contigerit. 4
¶De eo qđ Pharisæis dicẽtibus, hic non eĩcit dæmones nisi in Beelzebub principe dęmoniorũ, respõdit dñs. Qui aũt dixerit ꝟbũ cõtra spm̃ sctm̃, nõ remittet ei neq; in hoc seculo neq; in futuro, et qđ illa res gesta in figura cõtigerit h⁹ iudicij. 5
¶Qđ septimus pastorũ supra memoratorum fuerit Dauid, & qđ apud istũ nõ solũ triplicatũ nomen dei sicut apud Mosen, ueꝝ etiã relatiuą iueniant

exp̃ssa noia trinitatis, q̃ sunt pr̃ & filius & Sp. Sã. & q̃d hic primus Spm̃ Sctm̃ noiauit, q prius lebat Spūs dei siue Spūs domini. 6

¶ De repromissiõe, q̃ ad deū cū iuramẽto facta ẽ, semel iurauī in sctõ meo &c. & de trino noie dñi ad eū, cū dicit dñs, requiẽ dabo tibi, p̃dicetq; tibi dominus, q̃d faciat tibi domū dominus. 7

¶ De eo qđ ubi missus ẽ apl'is, ꝓcletus spūs ueritatis, imò & anteq̃ appareret in linguis igneis (q̃d factū ẽ die Pẽtecostes) cū apparuisset ill' sensum ut intelligerẽt scripturas, prima testimonia Christi sumpta fuere de Psalmis Dauid. 8

¶ Item de eo quod ait: Ille spūs me clarificabit, qa de meo accipiet & annunciabit uobis: & de illo uersu psalmi quarti: Signatum est super nos lumen uultus tui domine, dedisti lætitiam in corde meo. 9

¶ Qđ per intellectũ Psalmi primi, hoc de Christo nobis annunciet spiritus ueritatis, quia & in hũc mundum sine peccato uenit originali: & in hoc mundo sine peccato uixit actuali. 10

¶ Qđ per intellectũ psalmi secũdi, hoc de Chr̃o nobis annũciet Spūs ueritatis, qa ꝓpter obedientiã passus sit ꝓ peccatis nr̃is .s. obediẽdo pr̃i dicenti Postula à me, nimiꝝ moriẽdo. Hoc eñ fuit postulare, & dabo tibi gentes hæreditatẽ tuam, & possessionem tuam terminos terræ. 11

¶ Qđ per intellectũ Psalmi tertij, hoc de Christo nobis annunciet Spūs ueritatis, quia resurrexit, & in cœlũ ascendit, & hoc esse quod dicit: Ego dormiui & soporatus sum & exurrexi, & tu autem domine susceptor meus es. 12

¶ Qđ per intellectũ Psalmi quarti, q sic incipit: Cũ inuocarẽ, exaudiuit me deus iustitiæ meæ, in tribulatiõe dilatasti mihi, hoc de Christo nobis annunciet Spūs ueritatis, quia fecit sicut promisit, dicens: Et gaudebit cor uestrum, & gaudium uestrum nemo tollet à uobis. 13

¶ Iterum de uersu Psalmi quarti. Signatum est sup nos lumẽ uultus tui dñe, q̃d uultus dñi, sit filiꝰ dei & q̃d lumẽ uultus dñi, sit spūs pr̃is & filij 14

¶ De uarietate in eodẽ psalmo singularis & plis numeri, q̃d singularitas credentiũ sit hñtiũ unũ spm̃ & unã fidẽ: pluralitas aũt siue multitudo, illoꝝ sit qui sunt contra uel extra hanc unitatẽ. 15

¶ Iteꝝ q̃d hæc dicit unitas: dedisti lætitiã in corde meo: & q̃d ubi spūs sanctus inhabitat, illic sempiterna sit & inenarrabilis lætitia. 16

¶ Admiratõ quã sapiẽter signatꝰ fuerit liber, donec illũ agnus aperiret, & de eo qđ dicit btūs Iob, q cõ mouet terrã de loco suo, q ꝓcipit soli, & nõ oriẽ. & stellas claudit quasi sub signaculo. 17

¶ De eo q̃d Salomon dicit: Quis suscitauit oẽs terminos terræ, q̃d nomẽ est eius, & q̃d nomen filij eius si nosti: itẽq;, uæ soli, quia cum ceciderit nõ habet subleuantẽ & cætera: post q̃ subiũgit funiculus triplex difficile rumpitur. 18

¶ Tria esse. s. fidẽ, spem, charitatẽ, per q̃ homo pducitur ad silitudinẽ dei, iuxta ꝓpositũ eius, dicentis: Faciamus hominem ad imaginẽ & similitudinem nostram, & secundum hoc tria fecisse Salomonem tres libros, Parabolas, Ecclesiasten, Cantica canticorum. 19

¶ De eo qđ ait in paroboliis: Sapientia ædificauit sibi domũ, excidit columnas septem, quodq; dñs possedit me ab initio uiarum suarum, & cætera usq;, cum eo eram cuncta componẽs, & in principio erat uerbum, omnia per ipsum facta sunt, unum & eundem habeat sensum. 20

¶ Quod secundum similitudinem sessi uiatoris frequens intercisio librorum sessum releuet animũ scribentis. 21

¶ Incipiunt capitula libri septimi.

¶ Iteꝝ de thesauro fidei, spei & charitatis, in tribus libris Salomonis q̃d sup illo quidẽ sapiæ thesauro gaudendum sit: formidandum autem, quod uir tam sapiens cecidit uel cadere potuit. 1

¶ De coæternitate patris uel filij secundũ hæc uerba Sapientiæ: anteq̃ quicq̃ fieret ego iam concepta eram, & cætera & de incarnatione eiusdem sapientiæ, secundum hæc uerba: Sapientia ædificauit sibi domum. & reliqua. 2

¶ De his quæ sequunt in eodẽ libro Prouerbiorũ, quomodo fere totus sermo quasi in conflictu sit ꝓ oppositionẽ iusti & impij sibi inuicẽ aduersantiũ & cõpugnantiũ, scdm qđ ait ipa incarnata sapiẽtia, non ueni pacẽ mittere sed gladium 3

¶ Item de oppositione iusti, uidelicet, ex fide uiuit, & impij, id est, fidẽ non habentis, & qualis scdm eundẽ librũ parabolaꝝ finis utrorum sit. 4

¶ Itẽ de fide qđ ipa sit mulier fortis, de qua in fine eiusdẽ libri scriptũ est: Mulierẽ fortẽ quis inueniet, procul & de ultimis finibus preciũ eius. 5

¶ Itẽ pro dignitate eiusdẽ fidei, qũo dictũ sit, confidit in ea cor uiri sui, & spolijs nõ indigebit reddet ei bonũ & nõ malũ omnibus diebus uitæ suæ. 6

¶ Quod uel quale bonum reddat fides siue ecclesia fidelis, ut merito confidat in ea cor uiri sui, secundum alphebetum hebraicum, cuius singulæ literæ singulis uersibus præfixæ sunt. 7

¶ De admirãda fidei potẽtia: maxie i hoc dicto sin donẽ fecit, et uẽdidit et cingulũ tradidit chananeo. 8

¶ Qũo ad instructionẽ fidei pertineat sequẽs liber Ecclesiastes, uanitas uanitatũ, & oia uanitas. 9

¶Quō iure uanitatis arguunt oīa q̄ fecit de⁹ sex die bus in cōparatōe diei septimi, in q̄ requeuit de⁹ 10
¶Qđ nō tā ipa creatura q̄ creaturæ usus īmoderat⁹ uel amor puersus recte uanitatis arguat, quū di cit scriptura, & uidit deus cuncta quæ fecerat, & erant ualde bona. 11
¶De eo q̄ ait, deū time & mādata ei⁹ obserua, hoc ē em oīs hō et qđ absq; timore dei oīs hō uiuēs sit ua (nitas. 12
¶Qđ hęc duo, fides q̄ i pabolis īstruit, & spes q̄ in eccl'iaste roborat, operent p tertiū. s. per charitatē, quæ in canticis loquit. 13
¶Quō in trib⁹ istis, fide, spe & charitate util'r specl'a ri possim⁹, quō magis ac magis ad cognitionē sc̄tē
¶Q; i scripturis antiqs (trinitatis erudiamur. 14
noīa hæc fidei spei & charitatis fere ita raro inue niant, cū res ipsa; ubiq; prædicentur sicut relati ua noīa p'ris & fil'ı & sp'ūs sancti, aut tacent, aut rarissime, & cum cautela pronunciant. 15
¶Itē de fide spe & charitate, qđ per hæc tria in san ctis scripturis assimulet sancta trinitas, & de capi tulo apl'i: tūc aūt cognoscā sicut & cognitus sum quid sit cognoscere uel cognosci. 16
¶Quō sensu uel qua intētōe dixerit apl's, nunc autē manet fides, spes charitas tria hęc: maior aūt hoz est charitas, & quod hæc tria sint inseparabilia, si cut & ipsa trinitas. 17
¶Orandū esse, ut q̄m per hæc tria reformamur ad sil'itudinē trinitatis, augeat in nobis fidē, augeat spem, augeat charitatē beata trinitas 18
¶Incipiunt capitula libri octaui.
¶Cōfessionē siue laudē sanctæ trinitatis canticū eē dn̄i, qđ ad interrogationē hereticoz non debeat cātari in terra aliena: sup flumina Babylonis. 1
¶De trib⁹ pueris uictorib⁹ in medio Babyloniæ for nacis, q̄ in eis sc̄ā trinitas auxil'ı sui p̄tiā cōtra ca put idolatrię demōstrauerit pariter et significaue
¶Quō illi historiæ siue rei gestæ cōueniāt (rit. 2
& uoces & sensus mystici psalmi. cxxxvi. Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuim⁹. 3
¶Qđ nō nobis equæ magna sit, ut fuit antiquis san ctis, huiuscemodi cōquestionis cā, in salicibus, in medio eius, suspendimus organa nr̄a, quō cātabi mus canticū domini in terra aliena 4
¶De magna Roma, qđ ipa fuerit magna Babylo nia, q̄ diu persecutionē cōtra cultores eiusdē tri nitatis, quæ apud illā priorē Babyloniā clarifica ta est in illis tribus pueris. 5
¶Q; pulchrū sit mysteriū, in eo qđ dictū est, tūc hi tres quasi ex uno ore laudabāt, & glorificabāt, & benedicebāt deū, & de fornace succēsa septupli quā succendi cōsueuerat, quid ibi numerus septe narius ualeat. 6
De q̄tuor bestijs, leęna, urso, pardo, & alia sine noīe terribili atq; mirabiliqđ cōtra sing'las ea; oppositū fuerit auxiliū trinitatis, sub sacramento numeri ternarij. 7
¶De urso, id ē, regno Persa; & Mœdoz, quō ibi altissimus suā potentiā clarificauerit sub eodē sa cramēto numeri ternarij, id est, triū regū in reędi ficatione templi uel ciuitatis. 8
¶Itē quō ex tribus tm̄ personis præuisum est auxili um sanctæ trinitatis aduersus Aman, ne deleret genus Iudæoz, unde optebat Chr̄m nasci. 9
¶Qđ ppter cām istā Sancta trinitas Cyrū regē per sarū ex nomine uocauit & assimilauit, & in corde cæteroz regū Persa; siue Mœdoz tantā bōuo lentiā dedit, & qđ dn̄s noster Iesus Christus pro pter quē nascitur; illa facta sunt, primus inuenit in scripturis. 10
¶Gratiarum actio quid sit & quando, quomodo & ubi dominus noster Iesus Christus gr̄as egerit. 11
¶De bestia tertia. s. pardo, id ē, regno græcoz, quō Sāc̄ta trinitas cōtra illud auxiliū sui p̄tiaz p uiros tres, p tres duces frēs Iudam & Ionathā & Symo nem demonstrauerit. 12
¶De rectitudine iudicij quo dictū fuerat p ppheta Osee, quia nō addam ultra misereri domui Isra hel, & domui Iuda miserebor, & qđ domus Iuda tres habuerit reges iustos: domus autē Israhel ne unum quidem. 13
¶Epilogus saluationū. qđ à uerbo pmissionis usq; ad natiuitatē Chr̄i septies saluatus sit ppl's ilie, de q̄ oportebat nasci Chr̄m, & hoc ptinere ad San ctæ trinitatis mysteriū: quia singulæ saluatōes sa ctæ sunt, ppter tres siue p tres uiros, q̄ inuēti sunt in medio eorum 14
¶Nō ita nūc eē pp'o illi post natū Christū, sed si fu erint, ait dn̄s, tres uiri isti in medio eius Noe Da niel & Iob, uiuo ego quia ipi soli iustitia sua libe rabunt animas suas. 15
¶Quali à gladio & fame qualibus à bestijs, quali à pestilētia, propiquos suos scdm carnem Iudæos apl's nō saluauerūt, & quod ipi fuerint in medio eorum quasi Noe Daniel & Iob. 16
¶Quod uel quale fuerit peccatū terrę illius quam Noe Daniel & Iob saluare nō potuerūt: & quō Iudæi blasphemauerunt uel uerbū dixerūt con tra Spiritum Sanctum 17
¶De Hier'm quæ illa sit, de qua dn̄s ibidē qđ & si quatuor iudicia mea pessima misero in Hier'm, tn̄ reliquet i ea saluatio educētiū filios et filias 18
¶De tribus uiris illis, quoz hæc propria noīa fue runt Noe Daniel & Iob, qualiter suis quisq; tē poribus egressi fuerunt, 19

¶Incipiunt capitula libri noni.

¶De eo quod scriptũ est, sicut q mel comedit multum, non est ei bonum, sic qui scrutator est maiestatis, opprimet̃ à gloria, & quod scripturas scrutari, non idem sit quod scrutatorem esse maiestatis. Caput .I.

¶Quod domus illa, quam sapientia sibi ædificauit, sit corpus Christi, & quod in istam domũ processio spiritus sancti tertio celebrata sit, primo ad ędificandum, secundo ad exornandum, tertio ad dedicandum. 2

¶De septẽ eiusdẽ domus columnis, & quis primus autor fuerit huius numeri, ut scriberet septem spiritus dei. 3

¶De septẽ diebus primis, & q̃d spũs domini q ferebat̃ super aquas ex ill' cognosci debeat q̃d sit spũs septiformis, primũ spũs timoris, secundũ diuisionẽ tenebrarũ & lucis, & in supremo spũs sapiæ, secundũ diẽ septimũ in quo deus requieuit. 4

¶Quàm ob causam idem sacramentum spiritus septiformis congruum fuerit septẽ columnarum appellatione designari, cur & Esaias ordine conuerso spiritus eosdem ordinans à spiritu sapientię descenderit, ad spiritum timoris. 5

¶De ædification e huius domus domini, & quod ibi factũ sit illud quod Psalmista dixit, misericordia & ueritas obuiauerũt sibi, iustitia & pax osculatæ sunt. 6

¶Item de eadem re, ad quid misericordia & ueritas obuiauerunt sibi, & quale consilium de saluando humano genere illic habuerint, secundum illud beati Iob, utinã appenderent̃ peccata mea quib⁹ irã merui, & calamitas quã patior in statera. 7

¶Item de ędificatione domus eiusdem, quid mysterij habeat dictum illud, domus cum ædificaret̃, lapidibus dedolatis atq; pfectis ædificata est. 8

¶De exornatione eiusdem domus, quali auro exornata sit, descendente ad illam super dominum spiritu sancto in specie columbæ, cum baptizaretur à Iohanne. 9

¶Quo pertinuerit, quod ad hoc opus procedens spiritus sanctus, non in qualicunq; specie, sed in specie columbæ apparuit. 10

¶De die illo quem determinauit spiritus sanctus in Dauid, dicendo: hodie si uocẽ eius audieritis. 11

¶De eiusdem domus dedicatione, id est resurrectione, secundum psalmum uicesimumnonum, cuius est titulus psalmus Dauid cantici in dedicatione domus Dauid. 12

¶Item in eodem psalmo, de trina appellatione nois domini: Exaltabo te domine, domine clamaui ad te domine eduxisti ab inferno animam mã & de titulo alterius psalmi, in finem canticum psalmi resurrectionis. 13

¶Cur ab illa festiuitate dedicatiõis, id est, à gloria resurrectionis spiritus sanctus non in specie colũbæ, sed in specie ignis appuerit, & de spũ blasphemiæ quod peccatum non remittet̃ neq; in hoc seculo neq; in futuro. 14

¶Item de eodẽ spiritus sancti iudicio, cum illa apostoli sententia, uoluntarie enim peccantibus nobis post acceptam notitiam ueritatis iam non relinquet̃ hostia pro peccatis. 15

¶Quomodo psallere, & quid psallendo confiteri debeamus sanctitatis eius, et quod ipsa memoria missio sit filij dei dicẽtis apud Esaiam antequam fierent, ibi eram, & nunc dominus misit me, & spiritus eius. 16

¶De processione spiritus sancti iuxta subsequens capitulum Esaiæ, non sitierunt in deserto cũ educeret eos, aquã de petra ꝓduxit eis, & scidit petrã & fluxerunt aquæ, & de uoce exultationis qua istud iubemur annunciare. 17

¶Quod huius manufactæ domus dedicatio fuerit illius ueteris & manufactæ abdicatio, secundum illã Esaiæ uisionem qua clamantibus seraphim, sanctus, sanctus, sanctus dominus deus, domus impleta est fumo 18

¶De eo quod scriptum est in laudibus mulieris fortis, id est, sanctæ fidei, uir eius laudauit eam, & date ei de fructu manuum suarum. 19

FINIS.

PROLOGVS RVPERTI
AD CVNONEM.

QVID FACIAM O PHILOCHRISTI OMnes auditores beniuoli, quia animus meus materiam qualemcunq; sibi obiectã, quãuis supra uires sit, interpretatã siue inoperatã abire non sinit? Ecce cuidã amicoꝝ sponsæ uel sponsi (quaCant.I.
liũ in Cãticis est illa uox, murenulas aureas faciemus tibi, uermiculatas argento) multũ roganti, opusculũ tribus ædiderã libellis Anulus Rusecundũ materiã quã ille mihi obiecit, scilicet de sacramentis fiperti, Opusdei sub Dialogo Christiani & Iudei, quod uidelicet opusculum culũ lib. III.
pro re uel qualitate suimet anulũ placuit appellari, atq; hoc facto, putabã me satis feciſſe illius uoluntati bonæ & laudabili. At ille, iuxta quod sapientia Ecci.24.
dicit, Qui edunt me, adhuc esurient: & qui bibunt me, adhuc sitient. ubi hoc tantillũ comedit & bibit, amplius esuriens & sitiens, & quasi irritato mentis palato ex gustu boni saporis, hoc rogare, hoc instanter petere addidit: ut apponerẽ loqui adhuc contra pfidiam Argumentũ
Iudaicã, primũ de tribus personis unius summæ diuinitatis, & demonstrate illi, quãuis in huius operis.
uito, trinitatis gloriã testificatã esse ex lege & prophetis: quas nimiꝝ scripturas ipse legit & recipit. Deinde cur uel quomodo magis ad personã filij pertinuerit susceptio carnis. Deinde & hoc demonstrare quod tẽpus illud, quo natus est hic Iesus Christus, quẽ confitemur & scimus Messiam ipsum esse, quẽ expectabant patres sancti, promissum sibi, à
ueritate nõ † discrepare, immò ualde cõcrepet prophetiæ, quã Patriarcha Iacob plocutus lege. discrepet.
est, Non auferetur sceptrũ de Iuda, & dux de fœmoribus eius, donec ueniat qui mittẽdus Gene.49
est. Hæc tria proponẽs, num paruã aut facilẽ mihi materiã obiecisse uisus est? Immò rem magnã, rem difficilẽ imposuit, & quanto propinquius huc animus accedit, & postulata facere cupit, tanto pondus esse grauius sentit, & penè refugit, nisi ꝙ maiora suis uiribus iam Animus hoisdudũ cũ auxilio dei uersare consueuit. ¶ Quid igitur faciã? Nimiꝝ hoc expedit & optimũ nũc amicus,
est, ut habens amicũ, eam ad illũ media nocte, & dicam. Amice, cõmoda mihi tres panes, nũc desertor
quoniã amicus meus uenit ad me de uia, & non habeo quod ponã ante illũ: animus meus est. Luc.jj.
amicus meus, qui tamen sæpe elongatur à me, ita ut rectè clamem, & cor meũ dereliquit Psalm.39.
me. Ergo ueꝝ dicere licet, & amicus & desertor ipse est. Amicus nimiꝝ, in eo dũ intus se cõtinet: amicus, dũ uocat & ad aliquẽ sanctoꝝ cõuertitur: amicus, dũ cogitat altius, quod dei filius propter nos uirginis filius factus est: amicus, dũ adhuc altius intuetur mysterium crucis, quod per illã idẽ dei filius omnia traxit ad se: amicus, dũ adhuc altissime gloriã beIohan.jz.
tæ Trinitatis cupit uidere, quasi per speculũ & in ænigmate. Hunc denicq; sumet processum, & olim in quadã uidit imagine, & nunc rebus aliquantisper experitur. Dũ post multa quæ scrutatus est in scripturis eiusdẽ Christi filij dei testimonia, nunc tandẽ aliquid dulce uel iocundum de gloria sanctæ Trinitatis & processione Spũs sancti effari desyderat. ¶ In quo aũt desertor idẽ est? Nimiꝝ desertor in crebra resolutione, desertor in popositi obliuione, desertor in fenestris per quas nõ deberet exire, desertor in uisu, desertor in auditu, desertor in gustu, desertor in odoratu, desertor in tactu, hic talis ecce nunc, ut sæpe fecit, de uia redijt ad me. Sed quid dicã? Non habeo (ut iã dixi) quod ponã ante illũ, non habeo ex me sermonẽ bonũ siue rectũ & bene sonantẽ, quo digne ualeã exequi opus propositũ, Restat igitur, ut (sicut iam dixi) eã ad illũ ueꝝ amicũ, ad illum singulárẽ amicũ, qui cũ deus esset, propter nos homo factus est, amicus & frater, dicãq; ei. Amice, cõmoda mihi Lucæ.jj.
tres panes, amice, da sermonẽ q & cor meũ reficiat atq; delectet, & cultores trinitatis, quicunq; legerint uel audierint, ædificet. ¶ Olim dum tu, amantissime mi Cuno, Ratispo- Legatus Senensis ecclesiæ Præsul uenerabilis, Legato sedis apostolicæ, domino Wilhelmo, Prænedis Apĺicæ.
stino Episcopo, quædã ex operibus nostris demonstrasses, & ille, ut uir studiosus & adpri
mè eruditus, intentæ legeret atq; amplecteretur: inter cætera libuit eũ sciscitari, si aliquid operis ædidissem de processione spũs sancti. Quod quia satis desyderanter sciscitatus est,

tu nimirū pro bona uoluntate penè indoluisti, quod non haberē quod per illū deportari posset ad uestigia sanctæ Apostolicæ sedis, de materia huiuscemodi, ut esset q̄si margarita super opus illud, quod (ut tu putabas) uelut aurū ille exoptauit, & secū tulit, uidelicet explanationē in sex priores ex. XII. prophetis. Exemplar illud te agente & illo expetente amisi, sicut & cætera multa nostrorū operū exemplaria, q̄ tu profectus in episcopatū abstulisti. Cū ergo postulatū ingredi uellē de gloria sanctæ trinitatis, memoria simul illius diei mentē tetigit, uisumq; est augmentū fore qualiscunq; utilitatis, si simul in procursu eiusdē operis dulcedinē sermonis permiscerē secundū hanc materiā de processione spūs sancti. Fateor quia mox, ut occurrit mentio siue suggestio hæc (quæ utinā ipsius sit paracleti, de quo

Iohan. 14. dñs: ille uos (inquit) docebit omnia, & suggeret uobis omnia quæcūq; dixero uobis) ualde cōplacuit, faciēq; mentis ad occurrēdū sibi deliniuit, & hilarē effecit. ¶ Sed quomodo

al's gloriam Iudæo cōpeteret hic stare in dialogo (ut ille amicus postulauit) ante faciē Christiani reuelata facie cōtemplantis † sanctæ trinitatis: & quæstiones proponere, quarū solutione magis ac magis reueletur uultus Moysi: cū ille à prima reuelatione statim fugere cōsueuerit? Amoto itaq; illo, sola cū quiete & tranquillo ocio sacras peragret paginas Christiana fides, quatinus & ille non interturbet, & tu Christiane nihilominus habeas q̄d cupis, quantum per nos deo iuuante fieri potest.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE GLORIFICATIONE TRInitatis, & processione sancti spiritus. Liber .I.

¶ Quod mysterium sanctę Trinitatis thesaurus sit desyderabilis, & quod thesaurus in agro absconditus sit. Caput .I.

Math. 13. Thesaurus absconditus in agro.

THESAVRVS DESYDERABILIS TV nobis es ò admirabile mysterium Trinitatis, & thesaurus, absconditus quidē, sed taliter, ut inueniri possis ab hoie attento qui te quærit, illuminatos per fidē habens suæ mentis oculos. Vbi eñ thesaurus ille absconditus est? in agro. Sic eteñ dñs ipse dicit in Euangelio: Simile est regnū cœlorū thesauro abscondito in agro. Mira res. Non in sacculo, non in diuersorio, nō in cubiculo intra cubiculū, ubi solent homines abscondere thesaurū suū, quia de furibus soliciti sunt, sed in agro, id est, in propatulo. Qualis (rogo) hæc est absconsio, absconditū esse in publico? Attamē ita est, & oino uerū est. Hoc opus nunc suscepimus, & hæc præsentis operis nostri est intentio, demonstrare, q̄liter uel quo thesaurus iste sit absconditus in agro. dicamus ergo, quoniā thesaurus istū solis cæcis absconditū inuenimus nos: & hunc oculos habentibus, quita men forte nōdum satis uiderūt, & uidere uolūt, quasi ptento demonstremus digito.

¶ Quod sancta ueteris instrumenti scriptura ille ager sit, & quā ob causam conuenienter agri nomine significata sit. Caput II.

Psal. 86. Scripturæ populorū sacra Biblia.

AGer iste de quo proposuimus: sancta ueteris instrumenti scriptura est. Et recte dicitur ager: quia profectò res publica est. res in aperto posita, & cunctis hominibus, immò populis omnibus, legere uel audire cupientibus, proposita est. Hinc est illud in psalmo ueraciter dictū. Dominus narrabit in scripturis populorū. Quid nāq; est qd dicit in scripturis populorū, nisi ac si diceret, in scripturis q̄ populis expositæ sunt, uel q̄ à populis oībus legi possunt? Quod ut diceret nō fuisset necessarium nisi essent quædā scripturæ siue quædā scripta q̄ nō sunt populorū, uerbi gra, scripta Platonicorū: scripta Aristotelicorū. Nimirū ad distantiā eorū, q̄ illi scripserūt, scripturę sacrę recte dicūtur scripturæ populorū, qa uidelicet pplos, id est simplices, à suimet lectione nō repellūt

repellunt, quin & si mysteria non cito ꝓcipiunt, at saltē literalem sensum & moralē quoq; facile capiunt intellectū. At illoꝝ scripta uel dicta lubricis anfractibus effugiēdo, simplices à se repellunt, Exempli gra: Si dixeris, mortuus est homo: dicūt, mortuus non est homo. Et ex parte ueꝝ dicūt, quia si homo est, uiuit: si aūt mortuus est, & homo & aia & aiatū corpus esse desiit. Quod nō attendētes populi, id est, simplices, stant attoniti. ¶ Sed nihilo minus ueꝝ est dicere, mortuus est hō, eo uidelicet sensu, quo solemus à parte significare totum. Et recte appellamus hoiem corpus humanū uita defunctū: & hmōi locutionē sicut populi, ita & scripturæ nr̄æ recipiūt, suntq; ob hmōi simplicitatē scripturæ populoꝝ. Sic̄r qđ hic de thesauro ꝓposuimus, dicentes, absconditū in agro, id est, in publico, illi dicerent uel scriberent, oppositū esse in adiecto, & cętera hmōi qualia populi nō intelligūt. At tñ uerum est, & nō ita, ut sicut in eo qđ anterius dictū est: sic & in isto à parte significetur totū, immo de toto sentias totum, uidelicet quia totum apertum uel publicum est uidentibus, totum absconditum uel clausum est inuidentibus.

Sicut ppl̄i, ita & scripturæ, tropos admittunt.

¶ Quō vel qualibus thesauris eiusmodi in tali agro absconditus sit, & a quibus cito possit inueniri. Caput .III.

DIximus quo in agro thesaurus iste absconditus sit, scilicet glorioſa distinctio ꝑsonaꝝ sanctæ trinitatis, iam dicendū, quō illic absconditus sit. Vtrūq; etem̄ demōstrare supra ꝓpositū est, & quo in agro & qualiter absc̄ditus sit. Non lōge pro hac demonstratōe exemplū petaī. Prę̄sens em̄ adest idoneū, si respicias unde dixerit: Dñs narrabit in scripturis populoꝝ. Vtiq; dices mihi, qđ hoc dixerit de illo, qđ sub interrogatiōe præmiserat, dicēs hoc modo. Nunqd Syon dicet homo, & homo natus est in ea, & ipe fundauit eā altissimus? Quō uel in quantū hęc portio magna thesauri absc̄diti hoc talentū magni pōderis, hoc sacr̄m incarnatiōis, ad solā ptinens ꝑsonā filij, absconditū est in agro sæpe dicto: sic uel in tm̄ & nō occultius ibidē mysteriū totius trinitatis absc̄ditum est. Solis em̄ indignis, inuidere & nō uidere uolētibus, sic fuit absc̄ditū, ut inueniri nō posset dū quereret, & porcis bona margarita cōculcanda nō obiceret. Proinde dicit: O Syon, nunqd dicit hō iste, & hō natus est in ea, subaudit ciuitate sua, de qua ꝑmisit, glorioſa dicta sunt de te ciuitas dei, & ipe fundauit eā altissimus. Nunqd (inq̄) dicet hoc homo, scilicet quispiā totus terrenus, qualis ē Iudæus siue hæreticus? Subaudit nō. Hoc nāq; dicere, deorum est, & oim filioꝝ excelsi: qđ hic hō, q natus est in sancta Syon (quæ una ciuitas est oim sanctoꝝ atq; electoꝝ angeloꝝ & hoim) priusquā in ea nasceretur, ipe fundauit eam altissimus. Non hoc dicet homo, nō intelliget quis, deditus sensui terreno. Ergo thesaurus absc̄ditus. Sic̄r de oīmbus sacramētis & distinctiōe ꝑsonarū sanctæ trinitatis, qui thesaurus magnus est: sciendū, quia modus absc̄siōnis talis est, ut hō infidelis nō inueniat: deorū aūt uel filiorum excelsi multitudo fidelis cito apprehendat.

Psal. 86.

Syon, ciuitas oīm electoꝝ. Psal. 86

¶ Quō nō in una ꝑte agri, sed ꝑ totū agrū sanctę scripturę thesaurus iste, & idignis absc̄ditus, & a dignis sit inuctus, vel cito inueniatur. Cap. .IIII.

QVa tandē in ꝑte uel qbus in partibus agri thesaurus iste absc̄ditus debet inueniri? Nā fortassis hoc qspiā putet, qđ in ꝑte seu in ptibus, & nō in toto agro thesaurus iste absc̄ditus uel demōstrādus sit. Ad hæc (inq̄) Nō in ptibus siue ꝑtes, sed in toto uel ꝑ totū, ꝑ oēs terminos agri huius, thesaurus iste absc̄ditus iamdudū inuētus & adhuc inueniēdus ē. Quid illud totū est? Nimirū oē qđ ab initio creaturæ usq; nūc deus opatus ē. Breuiter hic ꝑcurrere libet terminos agri, distinctōes operū utiliū, de qbus agit, de qbus oīs scriptura sancta cōsistit, iamq; ꝑmittere qđ nusquā in oībus his desit, p ipam designata lr̄am, cooperatio trinitatis. ¶ Primū est, creatio cœli & terræ, seqūs cōditio creaturæ angelicæ, post hæc plasmatio hoīs cū benedictiōe plasmatoris siue creatoris: deinde post diluuiū bñdictio reparādi gñis humani de hoībus paucis, post hæc facta ad Abrahā ꝑmissio beati seminis qđ est Chr̄us, deinde descēsus dei in Aegyptū ad liberandū ꝑpl̄m suū, post hęc modus benedictiōis, quo pacto tabernaculo Moses filius Israhel bñdicere iussus est: deinde sermo q de ædificāda domo dñi ad Dauid factus ē, simulq; sacra psalmorū & præconia ꝓphetarū, post hæc cōsolatio siue reuersio captiuitatis de Babylone: Deinde Macchabęorū uictrices pugnæ. Per hos oēs terminos extendit ille ager,

Thesaurꝰ ꝑ tō tū agrū absc̄ditus

Opa Trinitatis ī agro scripturarum

& in his omnibus iste thesaurus absconditus est, & ut manifestius dicã, ex istis operibus dei sancta uetus scriptura cõscripta est, & in singulis horæ sanctæ trinitatis cooperationem nõ defuisse certũ est, & hoc p̃senti opere demonstrandũ est. Quod cũ demonstratũ fuerit, subsequetur opus clarissimũ dominicæ incarnationis, passionis, resurrectiõis, atq; ascẽsionis, & aduẽtus paracleti spũs sancti, q̃ uidelicet opus nostra qualicũq; uelquantulacunq; declamatione tanto liberius tãtoq; uehemẽtius p̃sonare poterit in gloria sanctę trinitatis quæ ab hinc prædicatiõe publica per totũ mundũ cœpit annũciari, quãto pluribus corroborata fuerit testimoniis ex dictis seu rebus gestis p̃cedentiũ ætatũ seculi. Igitur ab initio creaturæ iam nunc exordiamur cursum suscepti operis.

¶De capite libri, in principio creauit deus cœlũ & terram, qualis ibi sit absconsio huius thesauri, & quod filius principium sit, sicut ipse dixit, ego principium qui & loquor vobis. Cap. V.

Gene.1. IN principio creauit deus cœlũ terrã: Terra aũt erat inanis & uacua, & tenebræ erant sup faciẽ abyssi, & spũs dei ferebatur sup aquas. Ecce qualis absconsio thesauri. Nõ nos pigeat, neq; fastidiũ cuiquã pariat frequẽtatio hæc nominũ istorũ thesauri & absconsionis eius. In inuentiõe gaudiũ est, & gaudiũ circa inuẽtum

In capite libri, testimoniũ de trinitate. discurrens libenter eadẽ repetit: facit em̃ loq; ex abundãtia cordis. ¶Ecce ergo qualis absconsio. Cũ sanctæ scripturæ spũs in isto capite libri sanctã trinitatẽ uelit intelligi, unã tantũmodo p̃sonã parũo subtegens uelamine, faciem eiusdẽ trinitatis sapientibus & prudentibus absconditreuelaturus eã paruulis. Quo sub uelamine, quã persona absconditNimirũ personã filij, sub uelamine nominis principij. Sapientes quippe & prudẽtes, id est sup-

Matth.jj. Iohan. 8. bi, qualiũ quidã dicebant eidẽ incarnato filio dei, tu q̃s es: in hoc dicto in principio creauit nihil aliud inuenerunt aut inuenire uoluerunt, quã ac si diceretur, primo uel primitus creauit, quo sensu & poeta ethnicus, licet insignis, dicere potuit. Principio cœlũ, terrã, camposq; liquẽtes, lucentẽq; globũ lunæ titaniaq; astra, Spũs intus alit. At ille paruulos attendens qui eũ erant audituri, interrogãtibus (ut iã dictũ est) tu quis es: principiũ (ait) qui & loquor uobis. Hoc dicens, nimiæ locũ istũ, caput istud sanctæ scripturæ retexit: ita ut nõ dubites, eũ te uelle simul agnoscere illud quoq;, quod in psalmo dicit ipse. In capite libri scriptũ est de me. Quod est em̃ caput libri, nisi hoc initiũ omniũ scripturarũ ueritatis?

Vergi. 6. lib. Aeneidos. Iohan. 8. Psalm̃. 39. Ois scriptura sacra unus est liber. ¶Omnis quippe scriptura sacra, scriptura canonica, unus liber est, quia ad unũ tendit, & ab uno deo profecta, uno eodẽq; spũ conscripta est. Econtra scripta omnia quæcũq; nõ ueniunt ex eodẽ spũ ueritatis, plures sunt libri. Propterea sapiens Ecclesiastes dicit. Faciendi plures libros nullus est finis, Igitur in principio creauit deus cœlũ & terrã, & spũs dei ferebatur sup aquas: splendidũ caput libri gloriã p̃dicat sanctæ trinitatis. Fugiant q oderunt eũ à facie ista, sicut fugiebat tunc & accedere timebat Israhel carnalis, quando ex collocutione dei splendida facta est facies Moysi.

Ecclę. j. Gene. I. Exodi. 34.

¶Quã ob causam filiũ siue verbum dei principiũ decuerit nuncupari. Cap. VI.

Chrs ẽ principiũ, qa ꝓpter ip̃m & p ip̃m sunt omnia. Hebræ. 2. QVam aũt ob causam filiũ dei, uerbũ dei, principiũ decuit nuncupari? Nimirum quia omnia p ipsum facta sunt. Verũtamen adhuc pro causa præsenti parũ dictũ est. Nã non solũ p ipsum, uerũ etiã propter ipsum omnia facta sunt. Sic em̃ aplus dicit. Dicebat em̃ eũ, propter quẽ omnia, & p quẽ omnia, q multos filios in gloriã adduxerat, autorẽ salutis eorũ p passionẽ cõsummari. Hæc est causa uera, causa digna tanti huius nominis, scilicet principij, quia ipse est, propter quẽ omnia, & p quẽ omnia: ipse (inquã) est omnis creaturæ principalis & efficiens causa. Dicit aliquis. Et deus pater, nõne principiũ est? Plane principiũ pater, principiũ filius, principiũ spũs sanctus. Verũtamen nõ tria principia, sed unũ principiũ: ficut nõ tres dij, sed unus est deus. ¶Cur ergo in isto capite libri, solã filij psonã, inspirator sanctæ scripturæ, spũs dei, principiũ nuncupare uoluit? Ad hæc inquã. Omnis iste liber, omnis sancta scriptura, cuius caput hoc est, In principio creauit deus cœlũ & terrã, cui creaturæ uel propter quã scriptus est creaturam? Nimirum propter creaturam humanam, ad instructionem creaturæ humanæ sancta scriptura condita est. Huic creaturæ fine dubio una hæc persona, filius dei, triplici modo principium est. Duobus modis tam angelicæ q̃ humanæ creaturæ principium est, uidelicet

Ois scriptura sancta, prnpter hominẽ ẽ.

quia &

quia & propter ipsum & per ipsum omnia, sicut iam superius dictum est: tertio modo, solius creaturæ humanæ: quia per passionem salutis nostræ autor cõsummatus est, salutis (inq̃)nostræ Princeps & principium ẽ. Quod futurũ non latebat Moysen, cum istam scripturã digito dei p̃doctus scribere inciperet. Bene igit, & uenerabiliter secundum rei ueritatem pro Ben, id est, p̃ filio, Bresith, id est, principium posuit, principium nuncupans filium dei. Propter quem & p̃ quem nos condidit, uidit, & saluandos fore præuidit? Proinde considerandum, quia licet pater quoq̃ principium sit, licet pater & filius & spiritus sanctus (sicut iam supra dictum est) unum principium sit, ex quo oĩa, p̃ quẽ omnia, in quo omnia, nusquã tamen uel pater uel spũs sanctus legit ita manifeste principiũ se noiasse sicut filius se nominauit: dicendo Iudæis, ego sum principium qui & loquor uobis. Ro.ij. Ioh.8

¶ De eo quod in psalmo dicit pater filio, tecum principium in die uir. tuę, in splen. san. ex utero ante luci. genui te Ca. VII.

IT quidem in Psalmo: Dominus dño, pater filio dicit, tecum principium in die uirtutis tuæ in splendoribus sanctorũ ex utero ante luciferũ genui te, & hoc ita intelligitur, ut dicat filio Dauid, dño Dauid, pater deus. Ego principium tecũ sum, tecum operor in die uirtutis tuæ, in processu uictoriæ uel resurrectionis tuæ, quo uidelicet die sancti splenduerunt dispulsis tenebris, & accepta remissione peccatorum: ego (inquam) principium, id est, pater, qui ex utero ante luciferum, id ẽ, ante omnem creaturam genui te. Nam Lucifer qui cecidit, quia principium esse uoluit, fuerit quidem principium uiarũ dei, sed iunior te extitit. Verũtamen expositio hæc, qua pater principium in hoc uersiculo intelligitur, scrupolosa est infirmis intellectibus, quod experimento didicimus. Putant enim ex hoc posse dici, quod pater sit principium filij, & ad eundem sensum ptrahere nisi sunt illud quoq̃, quod dicit Apostolus, caput aũt Chri deus. ¶ Vt ergo scrupulum omnem amoueat, & illæso calle fides procedat: sciendum, quia litera p̃scripti uersiculi nullam nobis necessitatem imponit, ut pater intelligatur nomine principij. Cum eñ dicit: dixit dñs dño meo, id ẽ, pater filio, deus Chro, tecum principium, hoc recte intelligit ac si dicat: iccirco sede à dextris meis, iccirco dñare in medio inimicorũ tuorũ, quia deus es, & non homo tantum: uerbum & non caro tantum. Deniq̃ hoc idem sonat, tecum principium. Cum natura humana, secundum quam uisus uel reputatus es nouissimus uirorũ, diuina natura est in unitate p̃sonę antiquum & increatum principium. Quid aliud loquitur Petrus in actibus Ap̃lorũ dicens de hoc eodem dño, qui ptransiuit benefaciendo & sanando omnes opp̃ssos à diabolo, quoniam deus erat cum eo? Nimirũ non sicut dicit poterat, fuit dñs cum Moyse, & sicut ad Iosue dñs dicit, sicut fui cum Moyse, ita ero tecum: non (inq̃) ita dictum accipimus, qm̃ deus erat cum illo scilicet Chro, sed ita ac si diceret, qm̃ ille non tantum homo, sed & deus erat & homo. Similiter dum hic audis dicentem patrem deum, ad mediatorem dei & hominum Iesum Chm̃, tecum principium, ne occasionem sibi porrectam arbitretur Arrius, ut dicat, qm̃ principium se hic appellat pater, ergo ille principiũ filij est: et hinc dicit Apostolus, caput autem Christi deus, compendio facilitis finem, sentiens & principium, id est, deum siue uerbum, & hominem assumptum, unam esse p̃sonam Iesum Chm̃, cuius humanæ naturæ ip̃a, quæ illi insita est, uerbi diuinitas & principium & caput & deus est. Amplius aũt & pater & filius & spũs sanctus indiuisa trinitas, unũ principium, unus deus, unum caput est. Psal.109 Iob.40 1.Cor.15 Psal.109. Esa.53 Actu.10. Iosue.1

¶ Item de causa nominis principij, & de eo quod Apostolus ait, propter quem omnia, & per quem omnia. Ca. VIII.

MVlta hinc iam dici poterant collectis de thesauro scripturarũ testimoniis fidelibus, sed qm̃ secundum ordinem scripturarũ ꝓcedere nobis ꝓpositum est, succingi oportet, iãq̃ p̃ aliquid simile demonstrare, q̃ ob rem scriptori Moysi, immo ipsi, qui p̃ Moysen locutus est & scripsit, digito dei, filium seu uerbum patris principium in isto capite libri nũcupare placuerit. Iam q̃dem supra dictũ est, quia ꝓpter ip̃m et p̃ ip̃m omnia, & ob hanc causam recte illum hoc nomine p̃scribi, sed adhibita similitudine melius eadem causa complacebit. Virum caput esse mulieris Ap̃ls dicit, iccirco quia non ꝓpter mulierem uir, sed ꝓpter uirũ mulier facta est, Dixit enim deus. Non est bonũ eẽ hominem 1.Co.11

minem ſolum, faciamus ei adiutorium ſimilem ſui. Illud iſti ſimile eſt. Quod enim aliud habuit exemplar, ut taliter prius uirum, et deinde ꝑpter uirum, ac de uiro mulierem faceret, niſi uerbum ſuum filium ſuum, ꝑpter quem & ꝑ quem oīa facta ſunt? Deniq; quod fuit uni uiro mulier una, hoc eſt, & hoc futura erat uni filio dei, una omniū ſanctoꝝ angeloꝝ atq; electoꝝ hominum eccleſia. ¶ Differt tamen in facturis, ſicut ꝓpoſitiones grammaticæ, ita & ueritas intelligentiæ. Nam & ꝑpter uiꝝ & de uiro mulier facta eſt, eccleſia ꝙo' ꝑpter filiū, ſed non de filio: non (inquam) de ipſa diuina ſubſtantia creatura ulla creata eſt. Vnde Apl's recte dixit, ꝑpter quem oīa, & ꝑ quem oīa, & Euangeliſta: ꝑ ipm (inquit) facta ſunt oīa: Per hoc ergo ſimile ualet aliquatenus mente ꝓcipi, quàm recte filius dei principium in initio creaturæ nominatus ſit: quia ſi uir caput, id eſt, principium mulieris recte dicit, iccirco quia ꝑpter eū mulier facta ē: multomagis ſine dubio filiū dei recte principiū ſcriptura nuncupat, iccirco quia ꝑpter ipm, & per ipm omnia.

Eccl'ia non de Chr̄o, ſed ꝑpter Chr̄m.

Heb. 2. Iohan. 1.

¶ Quod altius ſonet hoc nomen principium, dictum Judeis, q̄ ſi dixiſſet, filius dei ſum, vel Chriſtus ego ſum. Ca. IX.

Iohan. 8 Principiū, ē, nomē magis ꝑprium uerbo dei, q̄ filiꝰ aut Chriſtus

Vm igit̄ ab hoc teſtimonio capitis libri, principium ſe eſſe aſſerit, hoc modo rēdens Iudæis: Principium ſum qui & loquor uobis, ſanctū ac uenerabile eſt, ꝓpē dere, quō & malignā illoꝝ intentionem eludit, & ueritatē eſſentiæ ſuæ non ſolum non abſcōdit, immo altius depromit. Altius quippe ſonat hoc nomē principium, quàm ſi dixiſſet filius dei ſum, uel Chriſtus ego ſum. Cui em̄ angeloꝝ uel hominū, licet aut congruit ut uocetur principiū (Incommunicabile eſt ulli creaturæ hoc uocabulū.

Ezech. 29 Qui dicere auſus fuit. Ego feci memetipm. Hoc em̄ apud Ezechielem dixiſſe redarguit ꝑ ſpiritum ꝑpheticum, qd idem eſt, ac ſi diceret, ego ſum principium: ꝑpter hoc ipſum cecidit angelus, & factus eſt diabolus. ¶ Porro nomen hoc qd eſt filius, communicabile eſt, & ipſe pueris ſuis cōicauit ſiue ꝑticipauit, quia cōmunicauerūt carni eius & ſanguini: quēadmodum & in Pſalmo, ſpūs ſanctus longe ante ꝑteſtatus eſt, ego dixi dij eſtis, & filij excelſi oēs. Nec uero illud repugnat qd Apl's dicit, cui em̄ angeloꝝ dixit aliquando filius meus es tu: ſubiūgit em̄, ego hodie genui te, quod totū nulli unq̄ alij dictū aut dicēdū eſt. ¶ Chr̄s quoq; cōmunicabile nomen eſt, uerbi gratia, cum ipe deus in Pſalmo loquens de patribus Abraham, Iſaac & Iacob: nolite (inquit) tangere Chriſtos meos. Igitur & altius (ut iam dictum eſt) ueritatē eſſentię ſuę deprompſit, dicendo principiū, quam ſi diceret, filius dei uel Chr̄s ego ſum, & malignā intentionē illoꝝ ſic eluſit, ut nō poſſent eū accuſare apud Romanum imperiū quaſi de aſſumptōe regij nomis. Sic & in loco alio dū circūdātes illū diceret quouſq; animam nr̄am tollis, ſi tu es Chr̄us dic nobis palàm, non ſtatim aſcendit cōtra eos dicendo, Chr̄us ſum ego, ſed quaſi girando poſt eos, & aliqua locutus de ſe paſtore & ouibus ſuis, quam uidelicet ꝑfeſſionem, ſi de illa accuſare nō multū curarent Romani, tandem dixit, ego & pater unū ſumus: quod nimiꝝ longe eſt altius, q̄ ſi dixiſſet, ego ſum Chr̄s, quia (ſicut iam dictū eſt) multi dicti ſunt Chr̄i, in tantū, ut Saulē quoq; reprobū, Dauid nominare non dubitauerit Chriſtum domini.

Pſal. 83 Heb. 1. Pſal. 104 Ioh. 10. 1. Reg. 24

¶ Qō pr̄ & filius & ſpūs ſanctus vnū ſit principiū. & quā ob cām magis de ꝑſona filii ſcire oportuerit, ipſum eſſe principium. Ca. X.

Hęretici & Iudæi nō ꝑrem ſed filiū negabāt principium eſſe.

DE perſona filij ꝑ poſſe hactenus dictū eſt, quam ob cauſam recte & rationabiliter principiū debuerit nominari: nūc de ꝑſona patris, quod & ipſe principium ſit, non neceſſe ē certis ſimiliter demonſtrare ſcripturaꝝ teſtimonijs. Oīs em̄ concertatio prauitatis hæreticæ ſeu ꝑfidiæ Iudaicæ, non tam circa patris q̄ circa filij ꝑſonam oberrare conſueuit: qualium acerrimi fuerunt Arriani, qui nō ſolum uerbis refragati ſunt huic ueritati, quam tenet eccleſia dei de coæternitate patris & filij, ueꝝ etiā gladijs eandē ueritatē ꝑſecuti ſunt: uolentes quidem patrem increatū, filiū aūt creaturam, gladijs eandē ueritatē ꝑſecuti ſunt: uolentes quidem patrem increatū, filiū aūt creaturam, dici uel haberi. ¶ Quod ſi quis in initio euangelij ſecundū Iohannem, dum dicit: In principio erat uerbū, ꝑem uelit intelligi ꝑ principiū, ut ſit ſenſus, in ꝑe erat uerbū uim facit lię, nec locū relinquit ſequenti ſententiæ, quæ præmiſſo, in principio erat uerbū, ſtatim ſubiungit, & uerbū erat apud deū. Quid em̄ opabitur, & uerbū erat apud deū, ſi idem intelligis in hoc dicto, in principio erat uerbū? Melius ergo atq; expeditius, in principio erat uerbū, ſic intelligimus

In principio erat uerbum

simus, ac si dicat, ante secula erat uerbum dñs Chr̃us, qui homo apparuit in fine seculorũ. Hæc em̃ intentio est illius sancti euangeliꝫ defendere uel ꝓtestari, antiquitatẽ Christi filiꝫ dei, quod non ex Maria initiũ habuerit existendi, sicut tunc aiebant & cõcertare cœperant q̃dam hæretici, interim dũ in Pathmos insula exulauit ille dilectus discipulus dñi, qui & ꝓpter eandẽ causam nouissimus hoc euangeliũ scripsit. Sic ergo (ut iam dictum est) intelligi congruit in principio erat uerbũ, Chr̃us non ex Maria sumpsit existendi initium, sed deus erat ante secula, qui homo factus est in fine seculorũ. ¶Hæc iccirco dixerim, non q̃d pater & principiũ non sit, nam & hoc supius dixit quod & pater & filius & spiritus sanctus beata trinitas unũ principiũ est: sed quod ꝓpter uel contra hæreticos magis ꝓsonam filiꝫ q̃ ꝓsonam patris opus erat defendi testimonio scripturarũ p hoc nomen quod est principiũ, q̃d nõ ipse factus uel creatus sit, imo ꝓpter ipsum & p ipsum oia facta sunt, et in hoc fuerit intentio Moysi siue eius in quo ille scripsit digiti dei, dũ in capite libri talẽ præmitteret sniam, in principio creauit deus cœlum et terram.

¶De spiritu sancto vel processione spiritus sancti, quod tribus modis effecta sit, primo ad creãdũ oia, quo dictũ est, & spũs dei ferebatur sup aquas: secũdo vt spũalibus donis rõnalis exornaretur creatura: tertio, vt in remissionẽ peccatorꝫ daretur, quod ante Christi aduentũ non fiebat. Ca. XI.

NUeneristi igit̃ o homo thesaurꝫ hic, & thesaurus tuus exp̃ssa est sancta trinitas subsequẽte ꝓtinus hoc dicto. Et spũs dei ferebat sup aquas. Nam qui creauit deus ip̃e pater est: & principiũ, in quo creauit, ip̃e filius est: & qui ferebat sup aquas spũs dei, ip̃e spũs sanctus est. ¶De ista sanctæ trinitatis ꝓsona tertia, nõ ab re illud quẽrit, immo quæsitu & scitu dignũ est, cur & hic & p omnes fere ueteris instrumẽti paginas uocet spũs dei siue spũs dñi, in Euangelio aũt & ab ip̃o exordio Euangeliꝫ scdm Lucã nominet spũs sanctus, absqꝫ relatione dei uel dñi. Sic em̃ esse aduerte re poteris, si mente uel sedula intentione pcurras scripturas utriusqꝫ testamẽti, ueteris & noui. ¶Hoc ergo si quæras, utilem cito solutionẽ inuenis, quia spũs eiusdem ꝓcessio, quem ꝓcedentem sancta Christi ecclesia nuncupat, autoritate ip̃ius dicentis. Cum uenerit paracletus, quem ego mittam uobis spiritum ueritatis, qui à patre ꝓcedit: eius (inquam) processio tribus effecta est modis, secundum scripturas ueritatis: Primo, ut in principio, de q̃ iam dictum est, crearentur omnia: secundo, ut spiritualibus donis humana exornaret creatura, inter quæ maximũ est illud, quod locutus est p Prophetas: tertio, ut in pœnitentiam & remissionem peccatorum daretur, quod ante Christi aduentum non fiebat. His ante pspectis, patenter intelligis, quia ubi primo ꝓcessit ad creandum omnia, sicut hic habes, & spiritus dei ferebatur sup aquas, recte dictus est spiritus dei: quo nomine intelligitur sicut ait pater Augustinus, quod sit ip̃e bonitas dei: et enim quia bonus est (ait) deus, iccirco omnia creauit. Et ubi dona sua distribuit, ibi scribitur spiritus domini: Exempli gratia, ut illic, & recessit spiritus domini à Saul, & ferebatur in Dauid. Et ubi remissionem peccatorum cœpit operari, scilicet ab aduentu Christi filiꝫ dei, glorioso uocabulo spiritus sanctus cœpit nuncupari. Denicꝫ ante aduentum eiusdem filiꝫ dei, dabatur quidem in diuisionem gratiarum, sed non etiam in remissionẽ pct̃oꝝ. Vnde est illud: Nondũ erat spiritus datus, qa IESVS nondum fuerat glorificatus. Quia ergo ipse est omnium peccatorum remissio, nostra est sanctificatio, pulchre ex ore nostro tali honoratur uocabulo spiritus sanctus, non quod sanctificatus, immo quod sanctificans sit siue sanctificator, & ipsa sanctificatio. Verum de huiusmodi suo loco plenius dicendum erit, nunc ordinem seruaturi redeamus ad caput.

Quæstio de spũ sancto

Solutio.

Processio spiritꝰ s. triplex.

Gene. j

j. Reg. jo.

Iohan. 7.

¶Cum & pater sit spiritus, & filius spiritus, quam ob causam hoc ip̃m substantiale nomen, scilicet spiritus, huic vni personę sępius in scripturis sanctis assignetur. Ca. XII.

VAmuis hic solam hanc personam spiritum nuncupauerit scriptura dicendo, & spiritus dei ferebatur super aquas: nihil ominus tamen & ipse deus, cuius hic spiritus prædicatur: & ipsum principium, id est, filius, in quo deus creauit cœlum & terram, spiritus ẽ: & non tres spiritus, sed unus, sicut nõ tres dñi, sed unus deus.

Iohan.4. Vnde in Euangelio cũ dixisset dei filius, ueri adoratores adorabunt patrẽ in spiritu & ueritate, nam & pater tales quærit qui adorẽt eum, protinus subiunxit: Spũs ẽ deus, & eos q̃ adorant eum, in spiritu & ueritate oportet adorare. Quibus in uerbis nõ illud intendit, ut spũs subiectũ, & deus prædicatũ sit. Et iste sensus sit, spũs sanctus ẽ deus, licet & hoc suis in locis recte prædicet: sed hoc nimirꝝ, ut deus subiectũ, & spũs sit prædicatũ. sitq; sensus, deus ẽ spiritus. Quia uidelicet sancta trinitas, quæ hic (ut iam dictũ est) intelligit, in principio creauit deus cœlũ & terrã, & spũs dei ferebatur sup aquas: sicut unus deus, ita ueraciter unus prædicat & intelligit spũs. ¶ Quã igitur ob cãm hoc ip̃m substantiale nomen, scilicet spũs, sępius in scripturis sanctis huic uni ꝑsonæ assignatur? Nunqd eo qd̃ subtilior sit natura, cum sit una summæ trinitatis natura uel substantia? Non utiq; subtilior ẽ, neq; em̃ ulla est substãtiæ dissimilitudo, sed est huius ꝑsonæ propria quædam ualde subtilis operatio. Sic em̃ spũs iste intelligit in deo, quõ in anima cõscia sua siue intentio. Deniq; & Apl's cũ dixisset. Quis em̃ scit hoim quæ sunt hominis, nisi spũs hominis qui in ip̃o est. Cõtinuo subiunxit. Ita & quæ dei sunt, nemo cognouit nisi spũs dei. Virtus altissimi ẽ hic spũs patris & filij, utranq; etem̃ ꝑsonã hic recte intelligimus in noĩe unius dei, cũ dicit spũs dei, & in isto capite libri, & in toto libro, id est, scriptura sacra, ubi passim prædicat spũs dei, uel spũs dñi. Quod si distinctio ꝑsonarꝝ in hac ipsa relatiõe desideratur, exemplũ in promptu ẽ, cũ in Euãgelio dñs dicit. Non em̃ uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loqtur in uobis. & Apostolus ad Galatas: Qm̃ (inquit) estis filij dei, misit deus spiritum filij sui in corda nostra, & alibi loquitur, si quis autẽ spiritum Christi non habet, hic non est eius. Virtus (inquam) altissimi ẽ, sicut & filius fortitudo uel brachium dñi, hoc in sua operatione ꝓprium habens, quod ꝑ brachium quidem dñi, id est, ꝑ filium, facta omnis natura, uel formata ẽ oĩs creatura siue substantia: per hunc autem uiuificata est, & uiuit deo omnis electa rationalis creatura tam angelica quàm humana.

Alia quæstio.

Responsio

j. Corꝝ. 2

Spũs s. cur uirtꝰ altissimi dr̃

Mat. jo.

Gal. 4

Ro. 8

¶ De processione spiritus sancti, cuius videlicet processiõis illud erat initium quod ferebat̃ sup aquas, ⁊ quo usq; in ope suo processerit hic spũs dei. Ca. XIII.

Spũs s. cur paracletus dicitur

Ioh. 14

IAm supra mentio incidit de eo qd̃ hunc spiritum dei sancta Ecclesia ꝓcedentẽ appellari consueuit appellatõe solenni, autore ip̃o filio dei, qui primus hoc uerbo usus est ubi dixit. Cum uenerit paracletus, quẽ ego mittã uobis à patre spm̃ ueritatis, q̃ à patre ꝓcedit. Vnde sumptã putas uerbi siue uocabuli huius autoritate, nisi ex hoc eodẽ capite libri, quia sic dictũ est, & spũs dei ferebat̃ sup aquas? Quid nã ferri sup aquas, nisi iam ꝓcedere erat? Cuncta quæ locutus est homo factus & inter homines ambulans, & docens filius dei, nimirum autoritatem habent de sanctis scripturis: & in eas aspiciebat etiã cũ noua putaretur loqui iuxta quod de ip̃o dilecta in cãticis iamdudum dicebat. Oculi eius sicut columbæ super riuulos aquarum quæ lacte sunt lotæ, & resident iuxta fluenta plenissima. ¶ Itaq; sicut certum habemus, quia dicendo, ego principium qui & loquor uobis, respiciebat (sicut superius memoratum est) ad istud caput libri, quo dictũ est, in principio creauit deus cœlum & terram: ita & ubi spiritum sanctum procedentem dixit, non dubitemus eum respexisse istud quoq;, quia scriptum erat, & spiritus dei ferebatur super aquas. Magna res est processio spiritus sancti, cuius uidelicet processionis illud initium erat quod ferebatur super aquas. Leuemus oculos nostros, oculos hominis interioris, oculos fidei diligentis & intellectu quærentis, & uideamus, quo usq; in opere suo ꝓcesserit hic spiritus dei, & tunc aliquantisper perpendere poterimus dignitatem siue pondus dicti huiuscemodi spiritus ueritatis, qui à patre procedit, Certe cum procedere inciperet, quando ferebatur super aquas, terra de nihilo facta, inanis erat & uacua, & tenebræ erant super faciem abyssi. Nunc autem qualis est terra, & quid in ea factum est ex omnipotentia procedentis? Parum est attendere, quod in primis facta est lux intellectualis. Deinde firmamentum in medio aquarum diuidens aquas ab aquis, deinde ex arida, quam appellauit terram, productio omnis herbæ uirentis, & omnis ligni fructum facientis & semen suum in semetipso habentis. Deinde omnis ornatus firmamenti siue cœli, sole & luna ac stellis miro ordine dispositis. Deinde omnis creatura quæ in aquis natat, quæ su

Can. 5.

Processio sp. 1. res magna.

Reꝝ creatio ꝑ sex dies ex ꝓcessione spi. s.

per

per terram in aere uolitat, quæ per terram siue quadrupes siue bipes ambulat, aut sine pedibus reptat, ad summũ quæcũq; deo dicẽte facta, deo mandante suur creata, quoꝝ nouissimũ atq; pulcherrimũ est creatura humana, & de qbus oĩbus scriptũ est, quia uidit deus oĩa, quæ fecerat & erant ualde bona. Paꝝ (inquã) est attendere hæc in ꝓcessione huius spiritus dei, nisi leuatis (ut iã iã dictũ est) oculis uideas, quousq; ꝓcesserit, & adhuc in opere suo processurus sit, uidelicet donec sedeat filius hominis in sede maiestatis suæ, ptãtem habens faciendi iudiciũ à dextris & à sinistris. Filius (inq̃) homis principiũ creaturę & summa creationis siue ꝓcessionis huius, spiritus dei quia propter ip̃m, & per ip̃m oĩa facta sunt, sic̃ supra memoratũ est cum testimonio sermonis aplici, quo dixit: decebat em̃ eũ, propter quem oĩa & ꝑ quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, autorem salutis eorum per passionem consummari.

Gene. j

Filius homis.

Heb. 2.

¶ Itẽ de processione spiritus sancti, quid differat a processione filij, q̃niã dixit filius, ego enim ex deo processi ⁊ ueni. Caput .XIIII.

SEquamur attentius cũ glorificatõe trinitatis, maiestatẽ huius ꝓcessionis, & hoc nobis sit formare uel iure sacerdotali edere panes ꝓpositiõis de mẽsa sanctuarij cęlestis quã dñs in cõspectu nr̃o parauit, qd̃ scripturas ueritatis fideliter tractãdo dignas deo, q̃ad possum⁹, facere possum⁹ hostias pulchræ laudatõis. Dicẽdũ ĩ primis, ip̃a processio uel ip̃m procedere quid sit, deinde qd distet inter processionẽ spũs sancti & ꝓcessionẽ filij, qm̃ & ipse de semetip̃o loquens, hoc uerbo usus est, dicẽdo Iudæis. Si deus pater uester esset, diligeretis utrũq;. Ego em̃ ex deo processi & ueni. Neq; em̃ à meipso ueni, sed ille me misit. Duo uerba dixit, processi & ueni, & nimis angustũ est, si in his duobus uerbis unũ idẽq; intelligere uelis, scilicet nihil aliud q̃ qd̃ in hunc mundũ ueniẽs, q inuisibilis erat apud deũ, uisibilis ꝑ assumptã carnem apparuit. Latior sensus & amplioris intelligẽtiæ, lumen ẽ, si duas natiuitates eius suscipias in his duobus uerbis, processi & ueni: natiuitatẽ diuinitatis qua ex substãtia patris añ secula genitusẽ: Et natiuitatis, ipsi⁹ humanitatis qua ex substãtia matris in seculo natus est. Quãuis & hoc, qd̃ uenit prodiẽs ex uirginis utero, procedere fuerit: sicut scriptum ẽ. Et ip̃e tanq̃ sponsus procedens de thalamo suo. Item in alio psalmo dicit̃ ei: Intende prospere procede & regna. Qd̃ recte intelligit̃ de præsenti humanitatis eius uita, iuxta quã ueraciter dictũ est, puer Iesus proficiebat ætate & sapĩa, uidelicet eo usq; proficiens, ut appareret dictis & factis, qd̃ ipse esset ip̃a sapĩa: & sicut dictũ, ita & factum ẽ, quia prospere processit ꝑ annos paulo plus q̃ triginta, & tã breui exacto tpe ecce nunc regnat in ptãte magna, quẽadmodũ dicit, data ẽ mihi om̃is ptãs in cœlo & in terra. ¶ Veꝝ nos hic agimus de illo antiquiore processu eius, de quo nõ sine magno pondere dixerit. Ego em̃ ex deo processi. Quis nã ille processus, siue illa processio quæ fuit, nisi illa mirabilis atq; ineffabilis dilectio dicentis: fiat lux, fiat firmamentũ, fiant luminaria, & cætera om̃ia: de qbus Psalmista, contemplator illius dicti siue uerbi, statuit (inquit) ea in seculũ & in seculũ seculi, præceptũ posuit & nõ præteribit. Igit̃, ut supra propositũ est in primis dicendũ nobis, ip̃a processio uel ip̃m procedere quid sit: & deinde processio filij, q dixit, ego em̃ ex deo processi, in quo differat à processione spũs sancti, de quo idem dixit, quem ego mittã uobis spiritum ueritatis qui à patre procedit.

Psal. 22.

Iohan. 8

Duæ natiuitates Christi.

Psal. 18

Psal. 44

Lucæ. 2

Matt. 28

Iohan. 8

Gene. j

Psal. j48

Iohan. 15

¶ Quid sit processio siue procedere, ⁊ cur de semetipso loquens pręterito tempore dixit, processi, de sancto autem spiritu dixit pręsenti tempore procedit. Caput .XV.

PRocessio est solennis egressio personarum maxime spectabilium, non sine quadam grauitatis festiuitate suam præsentiam exhibentiũ, taliter, ut ueneratione quoq; digne mereant̃ à conspectu plębiũ, magna (ut sæpe fit) cũ iocũditate occurrẽtiũ, magno cũ gaudio deducẽtiũ. Et nr̃m qdẽ ꝓcedere, q locales sumus, ẽ proficisci de loco ad locũ: diuinitas uero localis nõ est, licet interdũ locus illi ascribat̃, exempli gratia, cum dicit quispiã, uere etem̃ dñs est in loco isto, & ego nesciebã. Est aũt ꝓcessio diuinitatis effectus mirandi operis, unde sic perpenditur, sic mente conspicitur, maiestas tantæ dominationis sicut ex facie cognoscitur dignitas hominis reuerendi, de loco ad locum uenerabiliter procedentis Igitur effectus operis, si dociles, si attenti, si beneuoli sumus

Processio qd est

Gene. 28

ad con

ad contẽplandã pulchritudinẽ tantæ ꝓcessionis, docere nos ꝑt, ut cognoscamus dñm ma-
iestatis, dñm (inquam) maiestatis, filium q iamdudũ ꝓcessit, dñm maiestatis nihilominus
Filius ꝓcessit spũs ſ. ꝓcedit Ioh. 8 spm̃ sanctũ qui adhuc ꝓcedit. Hæc deniq; discretio in tpibus uerbi huius prudẽter audien-
da est, quia de semetipo loquens filius dei, scdm̃ præteritũ tps dixit, ego em̃ ex deo ꝓcessi;
Idem. ꝭ de sancto aũt spũ loquens, ꝑsenti tpe dixit, q à patre procedit. Proinde nimis incongruum
esset, ambos scilicet filiũ & spm̃ sanctũ dicere procedens, cũ procedẽtes participiũ sit tpis
ꝑsentis, sicut & uerbũ procedit, qd de solo spũ sancto dictũ est: filius aũt iamdudũ (sicut di-
ctum est) ꝓcesserit, cuius ꝓcessio fuit ille effectus operis, à quo deus, qui p illũ oia creauit,
Genñ. 2 iamdudũ cessauit, sicut manifeste scriptura dicit. Et requieuit deus die septimo ab uniuer-
so ope qd patrarat, & benedixit diei septimo, & sanctificauit illum, qa in ipo cessauerat ab
oñi ope suo qd creauit deus ut faceret. Nullã q̃ppe nouã creaturæ speciẽ deinceps creauit,
quam ante illam requiem suam in genere suo non creauerit.

¶ Qd neq; filius ad creandũ oia ꝓcesserit absq; cooperatione spũs sancti, neq; spũs sanctus ad sanctificãdũ procedat absq; cooperatione filii. Ca. XVI.

NVnquid uero ꝓcessionẽ spũs sancti, qua nunc usq; ꝓcedit ad sanctifcationem
creaturæ rõnal̃, secernimus aut secerni patimur à ꝓcessione filij, qua (sicut iã di-
ctum est) dudum processit, & ꝓcedere, id est, nouas creaturæ species condere
uel patrare, cessauit? Nunqd hoc dicimus aut dici uel æstimari patimur, qd fili-
us ad creandũ ꝓcesserit absq; cooperatõe spũs sancti, aut spũs sanctus ad sanctificandũ ꝓ-
Inseparabilẽ to tius trinitatis operatio cedat absq; cooperatiõe filij? Absit hoc. Inseparabilis em̃ est totius opatio trinitatis, unius
dei, unius & inseparabilis imperij. Et tũc, qñ ꝓcessit filius ex ore patris dicẽtis, fiat hoc uel
illud, ductor totius opis erat spũs sanctus: & nũc, q̃diu ad sanctificandũ ꝓcedit spũs sanctus
ferturq; sup aquas baptismi, idẽ ipe q ferebat sup aquas in ĩitio, sicut scriptura dicit, filius ar-
biter & efficiẽs causa est eiusdẽ sanctificationis. Et illic, ubi deus pater cũ spũ sancto p filiũ
cuncta creauit (oia p ipm̃ facta sunt, & sine ipo factũ est nihil) & hic, ubi deus pater filio san-
ctificat electionẽ creaturæ rõnalis, delitiæ parant̃ uel pficiunt̃ cooperatiõe totius trinitatis:
illę nimirũ delitię charitatis, quarũ ita meminit sapia dei, filius dei: memor, eius quã dicimus
Prouerb. 8 suæ ꝓcessiõis. Quando præparabat cœlos aderã, qñ certa lege & gyro uallabat abyssos,
Processio filij ex ore altissimi. qñ æthera firmauit sursum, & librabat fontes aquarũ, qñ circũdabat mari terminũ suũ, &
legẽ ponebat aquis ne transirent fines suos, qñ appendebat fundamẽta terræ, cũ eo erã cun-
cta cõponens, & delectabar p singulos dies, ludẽs corã eo oñi tpe, ludens in orbe terrarũ,
Gene. ꝭ. & deliciæ meæ eẽ cũ filijs hoim. Quid nã ẽ hoc, nisi ac si diceret, qñ dixit de⁹, fiat lux, qñ di-
cebat, fiat firmamentũ in medio aquarũ, cõgregent̃ aquæ quæ sub cœlo sunt in locũ unũ,
qñ (inq̃) hæc & cætera dicebat, & p singulos dies uidebat qd esset bonũ, ego ꝓcedebam ex
Quõ dr̃nt ꝓfilij & spũs san. processio ore eius, ego em̃ sum illa dictio siue uerbũ eius. ¶ Igit̃ processio filij, tpe ul̃ loco à processio-
ne spũs sancti nõ secernit̃: quia uidelicet tũc ista facta sunt, qñ spũs dei super aquas ferebat̃,
& sicut pater, ita & filius, ita & spũs sanctus, unus deus, ubiq; est & nullo loco cõcluditur.
Tantũ in effectũ opis, distantia agnoscẽda est processionis utriusq; scilicet filij & spũs san-
cti: quia uidelicet à conditione creaturarũ siue substantiarũ quæ utiq; p filiũ factæ sunt, oia
em̃ p ipm̃ facta sunt, septimo die deus requieuit. A sanctificatione ꝩo creaturæ rõnalis (q̃d
opus p spiritũ sanctũ fit) nondũ pater aut filius requieuit, nondũ cessauit, unde dixit & Iu-
Iohan. ſ. dæis idem filius dei. Pater meus usq; modo operat̃, & ego operor. De illis delicijs sapiæ di-
Prouerb. 8. centis, & deliciæ meæ esse cũ filijs hoim, suo loco in illo speciali ope trinitatis, scilicet in fa-
ctura uel plasmatione hominis, erit plenius dicendum.

¶ Contra illos qui dixerunt spiritum sanctum a solo patre z non etiam a filio ꝓce-
dere, dictum a sapientia, en ꝓferam uobis spiritum meum z ostendam uerba
mea. Caput .XVII.

Prouerbi. ꝭ. Spũs ſ. etiã a filio ꝓcedit. Iohã. 20. Lucæ. 24 RAdem ipa sapia dicit paruulis. En ꝓferam uobis spiritum meum, & ostendam
uerba mea. Quid hoc est, nisi quod facturam se præuidebat, iamq; fecit ipa in-
carnata sapia? Cũ em̃ resurrexisset à mortuis, stans in medio discipulorũ suorũ,
insufflauit & dixit eis, pax uobis, accipite spiritum sanctum, & sicut alius euã-
elu. 1 dicit, tunc aperuit illis sensum ut intelligerent scripturas. Nonne hoc erat sapiæ, id
est, de fi

est, †de filio dei, ꝓcedẽtem de semetipso dare uel ꝓferre spiritum suum, spiritũ sanctum, & ostendere uerba suaꝫ. Item in eodẽ libro scriptum est. Sapia ędificauit sibi domũ, †scidit columnas septẽ. Quid hoc est dicere, nisi quia uerbum dei, filius dei, naturam assumpsit siue corpus humanum, & eidem assumpto homini sanctũ infudit septiformẽ spiritũ. ¶ Hæc iccirco dicimus, quia fuere nõnulli maxime græcorum, qui dicerẽt à solo patre, & nõ etiã à filio, procedere hunc spiritum sanctum: quos tamen sancta Romana ecclesia, latinæ ecclesiæ columna, iamdudum per multa concilia, luce coruscans euangelica, & sup petram fidei firmiter stans fundata, sic reuerberauit, concentorem ex ipis græcis habens Athanasium catholicũ atq; orthodoxum, ut iam non sit nobis necesse quicq̃ addere, nisi quia sponte taneum in sermonibus nostris huic processioni offerimus obsequium, & in scribendo delectamentum hoc duplicatur, & spectatorem tantæ processionis lætificat habundantius, si cum autoritate scripturaꝝ ratio quoq; suppeditat, ut non dubitet intima fides, quod nõ minus à filio, q̃ à patre, hic amboꝝ spiritus procedat, deus ex deo, non differens in substantia pax ambobus in maiestate, non dispar in gloria. Igitur, ut de ipa processione utiliter delectemur, & delectabiliter utilia loquamur, dicendum in primis, quot sint & qui sint modi ꝓcessionis eiusdem sancti spiritus.

†filij Prouerbi. 9. †excidit. Error græcorum

¶ Ad eandẽ veritatis rõnem, multũ illud valere, quod ait filius, nocte illa qua tradebatur, sed ego ueritatẽ dico vobis, expedit vobis vt ego vadã: si enim nõ abiero, paracletus nõ ueniet ad uos, si aũt abiero, mittã eũ ad uos. Ca. XVIII.

IAm quidem longe superius prælibatum est, sed nunc repeti & latius explanari causa postulat, quia ꝓcessio sancti spiritus tribus effecta est modis secundum scripturas ueritatis. Primo, ut in principio, id est, in filio siue per filium crearent omnia: inter quæ, ubi dictum est, & spiritus dei ferebatur sup aquas, maxima atq; pulcherrima narrat facta esse creatura, lux intellectualis, scilicet creatura angelica. Secdo ut spiritualibus donis humana exornaretur creatura: inter quæ maximũ est illud, quod locutus est per Prophetas: tertio, ut in pœnitentiã & remissionẽ peccatoꝝ daret, quod ante Christi aduentũ nõ fiebat. ¶ De isto effectu ꝓcessionis, qđ est in remissionẽ peccatoꝝ dari, qs dubitet hoc dicere, quia scdm hũc modũ spũs sanctus à filio quoq; ꝓcedit? Nam de illo quoq; dato, quo spũs idẽ diuisionis gratiaꝝ distribuit. postmodũ dicendũ erit, quia nihilominus hoc etiã modo à filio ꝓcedit. De isto nũc dicere pstat, qđ est in remissionẽ peccatoꝝ dari quo sine dato nullus unq̃ hoim saluari potuit aut poterit. Hoc ergo in primis libẽter (ut spero) & efficaciter accipiet auditor fidelis. Vado (ingt ipe filius dei) ad eũ q me misit, & nemo ex uobis ĩterrogat me quo uadis. Sed qa hæc locutus sum uobis, tristitia implebit cor uestrũ. Sed ego ueritatẽ dico uobis, expedit uobis ut ego uadã. Si em̃ nõ abiero, paracletus nõ ueniet ad uos. Si aũt abiero mittã eã ad uos. ¶ Scio qdem & miror, locũ hũc à qbusdã magnis & sanctis ꝑfibus sic eẽ tractatũ, ut dicerẽt, aplos Chri circa ipm dñm nõ potuisse habere dilectionẽ spũalẽ nisi ꝑsentiã sui subtraheret corpalẽ, atq; hoc esse qđ dicit, si em̃ nõ abiero, paracletus nõ ueniet ad uos: si aũt abiero, mittã eũ ad uos. Denicq; talis huius præsentis capituli expositio, uerticẽ rei siue maiestatẽ sacramẽti, de q̃ tũc agebat in illa sacratissima cœna, nõ attingit: ut dicere nõ dubitẽ, qa ꝓ rei magnitudine seu põdere, sensus iste bonus qdẽ, sed nimiũ uideꝫ exilis. ¶ Amplius aũt & hoc dicere licet, qđ nõ iccirco factũ est, qđ hic ꝑdixerat, tristitia iplebit cor uestrũ, qa corpalẽ sui ꝑsentiã ascẽdens in cœlũ abstulit ab oculis eoꝝ, imo & ꝓpinde magis gauisi sunt, sicut Lucas manifestius narrat, & factũ est (inquiẽs) dũ bñdiceret illꝰ, recessit ab eis & ferebat in cœlũ, & ipsi adorãtes regressi sunt in Hierlm cũ gaudio magno. Vnde ergo cõtristari habebãt, aut unde tristitia ipleuit cor uim. Nimiꝝ de morte eius, de qua tã diu cõtristati sunt, donec uenit Maria magdalene, resurrexisse illũ nunciãs, hic (ingt Marcus) q cũ eo fuerãt lugẽtibus & flẽtibus. Hocine (ings) fuit ire ad patrẽ. s. mori, qm̃ dixit, & nunc uado ad eũ q me misit. Plane hoc ad patrẽ ire fuit, à q̃ & coronãdis erit glia & honor ꝓpter eandẽ passionẽ mortis. An nõ & hoc Euãgelista dicit, in initio eiusdẽ sermonis? Sciẽs (ingt) Iesus, qa uenit eius hora, ut transeat ex hoc mũdo ad patrẽ: itemq;, sciẽs (ait) qa oia dedit eis pr̃ in manus, & quia à deo exiuit & ad deum uadit.

Sup. ca. ij. Triplex ꝓcessio spũs san.

Spũs s. a filio q̃q; procedit.

Ioh. 16.

Expositio insufficiens.

Tristitia iplebit cor uim.

Luc. xxiv.

Mar. 16.

Heb. 2

Ioh. 13

¶ Item

¶ Item de eodem dicto. ⁊ quod spiritus sanctus tunc primũ appellatus fuerit paracletus, id est, consolator, eo quod sit ipse peccatorum remissio, quam videlicet remissionem peccatorum non dabat prius, nondum glorificato Jesu. Ca. XIX.

Io. 16

Cã hui⁹ noĩs paracletus

IGitur, ut aliquid dicamus dignum tanta grauitate oris ipsius domini, dicentis, sed ego ueritatem dico uobis, expedit uobis, simul & illud perpendere operæ precium est, quia nusquam ante illam sacratissimam cœnam, in qua sermonem hunc habuit, spiritum sanctum paracletum nuncupauit. Eruditę mentis est, ꝑsentire causam nominis huius, scilicet paracleti, quod latine dicitur consolator. Quã uidelicet causam sentiens, simul etiam percipiet, quia multum pertinuit ad rem, ut tali in tẽpore potissimũ (quod ante non fecerat neq; per semetipsum, neq; per prophetas) spiritum sanctum paracletum nuncuparet. Quale enim tunc erat tempus, uel quid illo tempore agebatur? Tempus erat passionis, tempus glorificationis: etem̃ hora eius instabat, ut per mortis passionem transiret ex hoc mundo ad patrem, & iccirco tali transitu mox transiturus erat, ut acciperemus peccatoꝝ remissionem. Neq; enim aliter nobis peccata remitterent̃, aut remittuntur, nisi per sanguinem eius. Et quæ rogo prima uel maxima est sanctorum omnium consolatio, nisi peccatoꝝ remissio? Cum igitur dicit, si enim non abiero, paracletus non ueniet ad uos, sic intelligi uult, ac si dixisset, si enim per passionem mortis nõ transiero ex hoc mundo, neq; uobis, neq; antiquioribus, neq; uenturis post uos, dabitur spũs sanctus secundum hoc datum, quod est peccatoꝝ remissio. Quam propter causam recte dicitur & uere est consolator. Cũq; protinus subiungit: si autem abiero, mittam eum ad uos, hoc patenter enunciat, quod ab ipso procedat hic consolator. Hic spiritus sanctus peccatorum remissor & ipsa remissio. Et quis, nisi infidelis, dubitare aut nescire uellet, quod de ista persona, de isto filio dei, peccatorum nobis remissio processerit? Nonne hoc ipsum nobis luce clarius facit ueritas euangelij, cum ipse, qui dixerat, si autem abiero mittam eum ad uos: postquam abijt, rediens & stans in medio discipuloꝝ suorum, insufflans & dicens, accipite spiritum sanctum, statim subiunxit, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis? Et quidem spiritus sanctus non est flatus corporeus, ueruntamen per hoc uerbum, quod dictum est, insufflauit, duo hæc nobis dat intelligi, & quod ex ip̃o procedat ista paraclesis, & quod per hunc spiritum sanctum tam facile sit omnia peccata dimitti, quàm facile, cum uult, insufflare potest aliquis. Succurrunt multa cum ratione famulantia ueritati huic, & iccirco ut sermo ꝓlixus minus fastidiosus sit, quasi respirandũ ẽ, faciẽdo finem pñtis libelli.

Cõuincit̃ error grẹcoꝝ.

Ioh. 20. Insufflauit cur dictũ est.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE GLORIFICATIONE TRINITATIS, & processione sancti spiritus. Liber .II.

¶ De thesauro nominis domini, quem qui thesaurizant sibi ipsi, iuxta beatum Job reges ⁊ consules siue principes sunt. Caput .I.

Iob. 3.

QVI THESAVROS NOMINIS TVI fideliter thesaurizant sibi, o Trinitas deus, ipsi reges, ipsi consules siue principes sunt: De quibus beatus Iob, similis talium diuitum esse cupiens loquitur. Nunc enim dormiens silerem & somno meo requiescerem cum regibus & consulibus terræ, qui ædificant sibi solitudines: aut cũ principibus, qui possident aurum & replent domos suas argento. Quid ego tantillus, qui thesaurum hunc inuenisse me arbitror, absconditum in agro, sicut præscripsi in præcedenti libro? Putas ne sperare audeam, quod cum possedero aurum hoc, & domũ meam repleuero huiusmodi argento, dormiturus sim in silentio, & requieturus somno meo cum illis regibus & consulibus terræ: q semetip̃os regere, & alijs suo quisq; tẽpore

pore nouerunt consulere: cũ illis principibus, id est, sanctis doctoribus, qui ut aurꝝ hoc & argentũ possiderent, ædificauerunt sibi solitudines sanctæ contemplationis, iuxta illã sententiam ueram, Scribe sapientiam in tempore otij, & qui minoratur actu, ipse percipiat eã ¶ O si fiat iuxta præuisum olim memorandi Oromatis præsagiũ. Vtinã Iesu Christe, cũctarum dominus mansionum, qui ostiarius ipse es & ostium, adducas me in domum illorꝝ usq; ad pedes, ne dicam consessum ipsorum, scilicet regum iam dictorum consulumq; ac principũ, cum sponsione hac, Ingredieris in abundantia sepulchrum. Hac igitur spe cœptum fidelis sermo peragat cursum, & procedentis spũs sancti cum laude & gloria summæ trinitatis, quoad potest, personet præconiũ, scrutetur de sanctis scripturis testimoniũ

Aedificare solitudines qd ẽ. Eccle. 38

Reuelatinnis præsagium.

Iob. 5.

¶ Quod non minus a filio q̃ a patre procedat spiritus sanctus, ⁊ de eo quod ait filius, quem ego mittam vobis a patre spiritum veritatis qui a patre procedit. Cap. II.

IAm de processione, qua procedit in remissionem peccatorꝝ, pauca dicta sunt & adhuc aliqua dicenda sunt, pro astipulatione ueritatis huius, quod non minus à filio q̃ à patre procedat hic unus idemq; spũs. Dixit em̃ ipse filius. Si em̃ non abiero, paracletus non ueniet ad uos: si aũt abiero, mittam eum ad uos. Et de hoc iam dictũ est. Restat, ut eiusdem filij dictũ pro hoc ipso negocio ad medium deducamus, cui fortiter inniti uisi sunt sibi, qui dixerunt, q̃ à solo patre, & non etiam à filio, procedat spũs sanctus. Cum uenerit paracletus, quem ego mittam uobis à patre, spiritũ ueritatis, qui à patre procedit. Ecce (inquiunt) quomodo distinxit, q̃ diligenter expressit. Nã dixit quidem, quem ego mittam uobis, sed addidit à patre. Sed nec semel dixisse cõtentus, ne parum expressisse uideretur, subiunxit, Qui à patre procedit. ¶ Itaq; ad confirmãdum quod æque à filio, ut à patre, procedat spũs sanctus, parꝝ illis est, quod dixit filius pluribus in locis, ego mittam uobis: nisi rationem demus, cur uel quid intendens addiderit, qui à patre procedit. Magna plane quæstio, & ad soluendũ esset difficilis, si iam constaret, & nos concederemus, quod ubicunq; nominatur pater, una tantũ persona debeat intelligi, scilicet deus pater unici filij Iesu Christi. ¶ At uero, sicut apostolus dicit, unus deus & pater omnium: & nos in oratione dominica dicimus, diuina institutione formati: pater noster q̃ es in cœlis: discrete accipiendũ est nomen patris, ut alias intelligitur pater omnium filiorꝝ adoptionis, alias pater unici & consubstantialis filij. Deniq; nobis, qui non nati, sed adoptati sumus, pater est unus idemq; trinus deus, pater & filius & spũs sanctus: illi aũt, qui solus est naturalis filius, una persona pater est, & ad illũ unicum filium relatiue pater dicitur. Discretionis huius signũ hoc est. In euangelio est, ubi cum additamento possessiui pronominis dicat hic filius, pater meus uel patris mei: & est, ubi dicat, pater, uel patrem, & à patre: sicut hic absq; additamento huiusce pronominis. ¶ Q̃ si diligenter discreueris, perpulchrũ est animaduertisse, quia cum signanter dicit pater uel patris, cum prępositiõe hac meus uel mei, ea, quæ tunc loquitur, longe cõmunionem excellunt nostræ fraternitatis, scilicet, ut qualia tunc loquitur, nemini nostrũ, qui per gratiam fratres eius uel filij dei nominamur & sumus, loqui fas aut licitum sit. Exempli gratia. Pater meus (inquit) usq; modo operatur. Quod deinde sequitur, & ego operor. Et. Amen amen dico uobis, nõ potest filius à se facere quicquã, nisi quod uiderit patrem facientem. Et subinde, sicut em̃ pater suscitat mortuos & uiuificat, sic & filius quos uult uiuificat, hæc & cætera quæ sequũtur, cui filiorꝝ dicere unquam licuit aut licebit nisi huic unico filio dei? Vbi uero absq; pronomine possessiuo dicit, pater, sic loquitur humiliora de se, ut pene congruant uel imitanda sint paruitati nostræ, quorꝝ frater dignatur dici uel esse. Exempli gratia. Et sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio. Humiliora nanq; sunt hæc, & assumptæ humanitatis humilitatem. qua sine dubio maior est unus deus pater & filius & spũs sanctus, sonant ea quæ ibidem loquitur, scilicet hæc. Si diligeretis me, gauderetis utiq;, quia uado ad patrem, quia pater maior me est. Iam non multa loquar uobiscum, Venit em̃ princeps mundi huius, & in me non habet quicq̃, &c̃. Promptum esset discretionem istam, fere ubiq; obseruatam, in scriptura euangelij, nisi longum nimis uideretur legenti: præser tim cum ex paucis istis cõmonitus, cætera per semetipsum ualeat experiri. Qui etsi cantare consueuit ex persona

Iohan. j6

Argumentatio Græcorũ.

Iohan. j5

Responsio

Ephe. 4.

Pater, qñq; ꝑsonæ, qñq; totius trinitatis nomen est

Differẽs locutio, pater, & pater meus.

Iohan. 5.

Iohan. j4.

Iohan. 4 filij, rogabo patrẽ, & alium paracletum dabit uobis. Itemq;, meus cibus est ut faciam uolũ-
tatẽ pris mei, sciat Euãgelistã nõ sic scripsisse, meus cibus ẽ, ut faciã uolũtatẽ pris mei, sed uo
lũtatẽ eius q misit me: neq; scripsisse rogabo patrẽ meũ (cũ rogare sit naturæ inferioris, &
rogatio eius, sacrificium passionis eius fuerit) & ego rogabo patrem (inquit) & alium para-
cletum dabit uobis.

¶ Item de eodem dicto contra hæreticos, quia non sequitur, spiritum sanctum nõ
procedere a filio, propter id quod ait. qui a patre, procedit, immo sequitur spiritum san-
ctum deum esse, quia a diuinitate procedit. Caput .III.

Ergo qm̃ de ,pcedente spiritu sancto dixit, quẽ ego mittã uobis à patre, & meo
nõ addidit, itẽq;, q̃ à patre ,pcedit, & meo nõ apposuit: sic tuta & ,puida fides re
cte intelligit, à patre, ac si dixisset, à diuinitate, quæ scilicet diuinitas una patris &
filij substantia est. Requiratur nunc intentio uel causa, propter quam dixerit hic il
le testis fidelis, quia spũs sanctus à patre ,pcedit: & tunc sic sonabit, sic audietur dictũ istud
Christi testi monium con tra hæreticos Ioh. 18. ei qui habet aures audiendi, ut uere uox firmamenti, uere sonus sublimis dei. ¶ Quæ nam
intentio uel causa est, nisi ipa propter quam natus ẽ, & in hunc mundum uenit, scilicet testi
monium perhibere ueritati? Sic enim dixit: Ego in hoc natus sum, & ad hoc ueni in mun-
dum, ut testimoniũ perhibeam ueritati. Cuius uidelicet testificandæ ueritatis quæ summa
est, nisi quod sit unus uerus de⁹ pr̃ & filius & spiritus sanctus? Nimiꝝ ad testimoniũ huius
Iohan. 8 Iohan. 15 ueritatis, magnifice ptinet illud, quod idem filius dei & de semetipo dixit: ego enim ex deo
,pcessi, & de spiritu sancto testificatus est, qui à patre ,pcedit. Quid enim o hæretici? Arria
ni qui dixistis, quia spiritus sanctus creatura est: & uos o Macedoniani, qui dixistis, quia spi
Iohan. 3. ritus sanctus deus non est. Quid (in q̃) o insensati? Quid aliud q̃ deus ex deo ,pcessit aut ,pce
dit? Quod natũ est ex carne, caro est. Et quod natũ est ex spũ, spũs est. Sic ,pculdubio quod
Et filius & spi ritus sanctus uere deus est, ,pcessit & quod ,pcedit ex deo, deus est. Processit aũt ex deo filius, ,pcedit spũs sanctus. Er
go deus est dei filius, ergo deus est spũs sanctus. ¶ Ecce q̃ breue dictum, q̃ magnum sonat
testimonium? Breue dictum est, ego ex deo processi, & magnum phibet testimonium ue-
ritati, quod filius dei deus sit. Breue dictum est, qui à patre procedit, & magnum phibet te-
stimonium ueritati, quod spũs sanctus deus sit. Magna hæc uox (ut supra dictũ est) firma-
menti, magnus hic sonus sublimis dei, sup serpentẽ antiquũ detonans, qui uictus est & de
Apoca. 12 cœlo proiectus est in terram, & sup aquam doctrinæ nequam, quam misit ex ore suo tanꝝ
flumẽ post mulierẽ, id est, ecclesiam, ut faceret eam trahi à flumine, & hac uoce confortata
terra, adiuuit mulierẽ, aperiens os suũ, & absorbens illũ flumẽ, cõuenientibus scilicet pribus
de toto orbe terrarꝝ, tanta cũ oris apertiõe, ut p testimonia scripturarũ adnihilarent blasphe
mias hæreticorũ, quorũ deterrimi fuerũt Arriani, & post illos Macedoniani, qui dixerunt
creaturã esse dei filium, creaturam & non deum esse spiritum sanctum.

¶ Item de eadem sententia, quo pertinuerit, vt in illa sacratissima cœna, qua tra-
debatur non contentus dixisse, quem ego mittam vobis, addidit dicens,
qui a patre procedit .Caput .IIII.

Taq; illud, qđ cũ dixisset dei filius, pacletũ ego mittã uobis à patre, & addidit uel
repetiuit dicens: qui à patre procedit. ~~Hic deficit.~~

Et à filio non procedit, uerumetiam amplius magnificandam demonstrat maie
statem procedentis, ne putet quis et dicat hæreticus, qui sperat ab homine, et nõ
† adde rem, dei seu pr̃is. Mar. 9 procedit ab ipsa substantia. † ¶ Ecce per simile hoc, quod dicimus, non nihil adiuuatur in-
telligentia fidei. Apud Marcum Euangelistam cum dixisset. Quisquis unum ex huiusmo
di pueris receperit in nomine meo, me recipit, continuo subiunxit: Et quicunq; me susci-
pit, non me suscipit: sed eum qui me misit. Humilis enim erat homo inter homines, mor-
talis inter mortales apparebit, et homo tantum uidebatur, et deus esse non agnoscebatur.
Proinde ne diceret aut cogitaret qs: quid pro magno reputas te suscipi, aut quid magnũ est
in noĩe tuo quenquam recipi, cum et tu homo sis ut isti, quos uis in nomĩe tuo recipi. Recte
Cur dixit Christus, Qui a pr̃e ,pcedit. & oportune ,pcutus ẽ, et qui me suscipit, nõ me suscipit, sed eum qui me misit. ¶ Similiter
quando hæc dicebat, quando paracletum spiritum sanctum promittebat. Nonne et mul-
to magis homo infirmus et quasi nouissimus uirorum apparebat illa, qua tradebatur, ueſpe-
ra, in

ra, in illa sacratissima cena? Nonne (inquam) tunc maxime in infirmitate nostra laborabat, & non erat species ei neq; decor, unde & uidimus eum (inquit Propheta) & non erat aspectus, & desiderauimus eum despectum & nouissimũ uiroꝝ, uirum dolorum & scientem infirmitatem, & quasi absconditus uultus eius, & despectus? Proinde ne maiestas spiritus sancti † maior uideretur uel tunc præsentibus uel post futuris, ex eo quod homo eiusmodi dixisset, quẽ ego mittam uobis, recte & necessario addidit, à patre: & repetens, qui (inquit) à patre, id est, ab altissima procedit diuinitate, unde & credi uel agnosci debet quid sit altissimus ipse. Per hoc ergo simile, sicut iam dictum est, fides debet, ut firmior sit, adiuuari: præsertim, quia non, sicut ubi dixit, & qui me recipit, quasi quandam negationem suppositi dicẽs, non me recipit, sed eũ q me misit: non em̃ (inq̃) sicut illic: ita & hic tali locutione usus est, ut diceret, quẽ ego mittã uobis, non ego mittã, sed is qui me misit.

† leget minor

¶ Item filium fontem esse processionis huius, sicut est & pater: & Psalmista dicente, quoniam apud te est fons uitę. Ca. V.

VT igitur hauriamus uitam, & bibentes non sitiamus unquam, accedamus tam scienter quã fideliter ad hunc procedentẽ, non dubitantes filiũ æque ut patrẽ huius esse processionis fontem. Vnde & cum Psalmista dicamus tibi domine, quoniã apud te est fons uitæ. Vita enim spiritus sanctus est: & fons uitæ filius dei est: & dominus cui hæc loquitur, domine in cęlo misericordia tua, & cætera, usq;, inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, & torrente uoluptatis tuæ potabis eos, quoniã apud te est fons uitæ, deus pater est. Sic ergo in hoc psalmo intelligimus fontẽ apud dominũ, sicut in Euangelio, uerbũ apud deum: flumen & de fonte, & de fontis uena procurrit, spiritus sanctus & de filio & de patre procedit. Flumen inquã, uerbi gratia: physon siue gyon profluit de fonte qui est apud paradysum: Fluminis impetus, qui lætificat ciuitatẽ dei, procedit de fonte qui est apud dominũ, de uerbo quod est uel erat apud deũ. Attamẽ similitudo hæc non est omino perfecta. Nam paradysus & fons, terra & aqua, diuersa est substantia. Et fluuius localiter egreditur de fonte siue de terra illa. Fons aũt & dominus, apud quem est fons uitæ, & ipsa uita scilicet spiritus sanctus, una substantia est. ¶ Vide nunc ordinẽ siue iunctũrã uerboꝝ. Cum dixisset: Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, & torrente uoluptatis tuę potabis eos, cãm subiunxit, cur hoc deberet & unde posset fieri, dicens: Quoniã apud te est fons uitæ. Nam pro posse siue possibilitate talẽ præsens coniunctiũcula structurã facit. Dixi, torrente uoluptatis tuæ potabis eos, id est, perfectã & inęstimabilem iocũditatem eis dabis: & hoc bene poteris facere, quoniã apud te est fons uitæ, de quo procedit spiritus sanctus, qui ipse est torrens uoluptatis tuæ. Pro causa uero sic. Dixi, potabis eos, & hoc iccirco debes facere, quoniam ipsi credunt & confitentur, quod sit apud te ille fons uitæ.

Domine apd te est fons uitę Psal. 35.

Gene. 2 Psal. 45

Psal. 35.

¶ Ad eandem ueritatis rationem pertinere quod clamãs dixit fons ille, si quis sitit, ueniat ad me, & bibat, & de fontis eiusdem apertione. Ca. VI.

NOnne hoc est quod clamans dixit fons ille, filius ipse? Si quis sitit, ueniat ad me, & bibat. Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ. Cui rogo magis uel melius congruit quàm fonti, ut dicat, si quis sitit, ueniat ad me, & bibat? Habet enim fons quod de semetipso effundat, habet (inquam) fons uitæ, qui apud te est domine, uitam, id est, uiuificantem spiritum qui ex ipso procedat & in os sitientis siue bibere uolentis, id est, in interiora animæ credentis, desiderantis, & uiuere uolentis, larga dignatione influat. ¶ Hinc & apud Zachariam Prophetam scriptum est. In die illa erit fons patens domui Dauid & habitantibus Hierusalem, in ablutionem peccatoris & menstruatæ. Gaudemus enim, nomine fontis CHRISTVM dei filium in hac ratione designari, dum hoc intendimus quod nulli dubium esse debuerit, quod nunc Ecclesia Catholica firmiter credit, quia spiritus sanctus nõ minus à filio quàm à patre procedit. Primũ, in remissionem peccatoꝝ, de quo uidelicet dato eiusdem spiritus sancti, & hic propheta dicit manifeste, in ablutionem peccatoris & menstruatæ, scilicet populi utriusq;: peccatoris, populi gentilis: menstruatæ, synagogæ: cuius ex nobilioribus filiis unus Esaias, hoc ipsum confitetur et dicit, Et facti sumus ut immundi omnes nos, et

Iohan. 7 Si quis sitit, ueniat ad me

Zach. 13 Fons patens in ablutionẽ peccatoris & menstruatæ.

Esa. 64.

quasi pannus menstruatæ omnes iustitiæ nostræ. Sed nec illud ignotum esse debet, quando uel ex quo die fons iste patens factus sit, & peccatorem siue menstruatã abluerit, quoniam sic dictũ est. In die illa erit fons patens domui Dauid. Nimirꝝ dies illa nunc est, dies glorificationis Iesu Christi domini nostri, ex quo exaltatus à terra ut omnia traheret ad se, cũ emisisset spiritũ, unus militũ lãcea latus eius aperuit, & continuo exiuit sanguis & aqua. Tunc fons iste patens factus est, & ex tunc patet: quia non ante, sed ex tunc spiritus sctũs in remissionem peccatorꝝ datus est. ¶ Eatenus quippe (ut iam dictũ & sæpe dicendũ semperq; sciendũ est) in diuisiones qdem gratiarꝝ spũs idẽ patribus & ꝓphetis datus erat: sed huius dati, qđ est ablutio, tam peccator eatenus q̃ menstruata expers fuerat. Hinc est illud dictũ, nondũ em̃ erat spũs sanctus datus, quia Iesus nondũ fuerat glorificatus.

Iohan. j2
Iohan. j9.
Iohan. j2

¶ De proprietate fontis illius qui est apud te domine, ⁊ de ęquiuocatione fontium in scripturis, vt illic hauriat aquas in gaudio de fontibus saluatoris. Caput .VII.

Homines sancti quõ dicuntur fontes
Esa. j2,
Psal. j7
Iohan. 4



FOrte dicit aliquis. Multorꝝ communis appellatio, mystica est fons: etem̃ multi in scripturis fontes nominati sunt: multi (inquam) sancti homines, scilicet ꝓphetæ & apostoli, nomine fontium significati sunt. Exempli gratia: Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris. Item in Psalmo: Et apparuerũt fontes aquarꝝ. Ipse quoq; saluator mulieri Samaritanæ loquitur. Qui autẽ biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternũ: sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquę saliẽtis in uitam æternam. Quomodo ergo, pro documento processionis spiritus sancti, dum astruere uolumus, quod nõ minus à filio q̃ à patre procedat idem spiritus sanctus, tantopere gaudemus de significatione filij, uocabulo fontis, quia sic scriptũ est: quoniam apud te est fons uitæ: & in illa die erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Hierusalem, in ablutionẽ peccatoris & menstruatæ? ¶ Ad hæc (inq̃) Magna distantia est fontis qui est apud deũ, & cæterorꝝ fontiũ: qui omnes, ut efficerent̃ fontes, de plenitudine eius acceperũt: Deniq; cũ & in hoc multũ ab illo differant, qđ omnes (ut iam dictũ est) de plenitudine eius acceperũt, & adhuc multæ sint differentiæ illorꝝ, maxima hęc distantia est, quam protinus dicam. De illo fonte unico, qui erat & est apud deum, ipso profundo corde patris, non solæ uoces aut uerba, sed ipsa procedit substantia spiritus sancti. De fontibus autem alijs, tantũmodo uoces seu uerba eiusdem spiritus sancti, non ipsa eius substantia procedit. Quæ nam sunt uoces seu uerba spiritus sancti? Nimirꝝ omnes scripturæ ueritatis, quas utiq; per os sanctorꝝ hominũ locutus est spiritus inspirator ueritatis. ¶ Proinde diligenter perpende uerba hęc. Sed aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in uitam æternam, Hoc ita recte intelligit̃. Gratia spiritus sancti quam dabo uel dare potero ei (ille em̃ spũs ex me procedit) non est nec erit sicut spiritus huius mundi siue sapientia seculi, quæ non uiuificat, sicut aqua putei huius quam hauris, non facit tibi ut non iterꝝ sitias, sed faciet in eo gratia eadem intelligentiã scripturæ uiuificæ, quæ uidelicet intelligentia sic ꝑseuerat, sicut de fonte aqua profluere non cessat, ut loquendo siue etiam scribendo, quasi quibusdam riuis, prata multa, id est, multorꝝ irriget animas: fiatq; quod dictum est per Psalmistam: Riuos eius inebrians mulultiplica genimina eius: in stillicidijs eius lætabitur germinans. Et hoc quidem facere potest quisq; fontium, scilicet sanctorum hominum, qui à deo inspirati sunt, profundere doctrinę riuulum, proferre sermonem bonum: ipsum autem spiritum sanctum homo homini perferre non potest, quantocunq; dono eiusdem spiritus abundet, nisi solus ille & unicus fons uitæ qui apud te domine est.

Psal. 35
Zach. j2.
Rñsio ad obiectiouem de fontibus
Iohan. j.
2. Pe. j.
Iohan. 4.
Aqua uiuificans.
Psal. 64

¶ De eo quod Ait. Euangelista: hoc autem dixit de spiritu quem accepturi erant credentes in eum. Caput .VIII.

Iohan. 7.



PRoinde ualde diligẽter attendẽdum est illud, quod ubi dixit fons ille (sicut supra memoratũ est) clamans in templo in magno die festiuitatis, si quis sitit ueniat ad me, & bibat, qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ, protinus Euangelista subiunxit. Hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum. Deniq; potest quidem simpliciter & absq; offendiculo in pace fraterna suscipi siue intelligi, quod illud totũ de spiritu sancto clamauerit, sed ubi disso

nantia

nantia sit siue contra dissonantes declamandū est, quemadmodū hic dum agimus de processione spiritus sancti, caute discernēdū est, quia non solū unū, sed quodammodo domino dixit. Si quidē in ipso literali sensu aliud est bibere, & aliud est flumina fundere, sicut aliud est accipere, & aliud dare uel reddere. ¶ Quia ergo nec sic Euangelista scripsit: hæc autem dixit de spiritu, sed hoc dixit de spiritu, libera patet expositio, quia quod clamauit dominus, si quis sitit, ueniat ad me, & bibat: fine dubio de spiritu dixit testificans, quod spiritus sanctus de ipso procedat: Quod aūt subiunxit, qui credit in me, flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ, itē de spiritu dixit, sed hoc sensu, quod non ipse spiritus, sed uox uel doctrina spiritus sancti, de uentre uel ore hominis inspirati sese effundat, iuxta quod alibi dicit: Spiritus ubi uult spirat, & uocē eius audis. Sicut em̄ uox per hominē sonans spiritu sancto inspiratum, uerbi gratia Prophetā siue Apostolū, & proloquens siue sapientiæ siue scientiæ sermonē aut quodlibet de generibus linguaꝝ, non est ipsa substantia spiritus sancti in anima, prout uult spirantis: sic flumina credentis de uentre fluentia, non est ipsa substantia aquæ, quā fons ille dat, uel ad quā inuitat, dicendo, si quis sitit, ueniat ad me, & bibat: Attamen & uox quam audis, flumina quæ per uocē loquentis hominis diffunduntur, recte signantur nomine spiritus, eo uidelicet locutionis modo, quo plærunq; solemus efficiens exprimere per id quod efficitur, ueluti cum ferrum calens dicimus ignem, & aquam frigore concretam dicimus hyemem.

De filio Dei spiritus sctūs procedit. De sanctis hominibus uox uel doctrina spiritus sancti. Iohan. 3

¶ Quod de uentre credentis in filium dei solummodo sacramenta scripturarum, quę per spiritum sanctum administrata sunt: de illo autem fonte, id ē, filio dei, ipsa quoque procedit substantia spiritus sancti. Ca. IX.

IGitur ab illo fonte qui deus & homo est, multū (ut iam dictū est) cæteri omnes differunt, quicunq; fontes dicti sunt, uel dici meruerunt. Quia uidelicet de fontibus illis tantūmodo flumina aquæ uiuæ fluxerunt, quæ non sunt ipsa substantia spiritus sancti, sed administrata per spiritū sanctū sacramenta scripturaꝝ: ab illo aūt & ipsa substantia spiritus sancti procedit, quia deus est, & flumina scripturaꝝ uoce corporea fluxerunt, quia homo est. ¶ Et multa quidē sunt huiusmodi flumina de uentre illius, & de uentre credentis in eū fluentia, sed quatuor sunt fluminū cunctoꝝ capita, id est, flumina principalia: flumina (inquā) id est, sacramenta. Sicut em̄ unus est fons siue fluuius, qui egrediebatur (inquit scriptura) de loco uoluptatis ad irrigandum paradysum, qui inde diuiditur in quatuor capita, id est, principalia flumina: sic de multis uel multiplicibus sacramentis quatuor sunt præcipua CHRISTI sacramenta, quibus intendit omis scriptura diuinitus inspirata, scilicet incarnatio eius, passio eius, resurrectio eius, ascensio eius. Hæc flumina tam de uentre eius q̄ de uentre credentis in eū fluere non desinunt, & uocē spiritus sancti tam per os eius q̄ per os credentiū in eum Apostoloꝝ hæc sacramenta prædicantis, totus mundus audiuit, hoc interim excepto, quod ex abundanti est astruere, quia sacramenta hæc ex ipso sunt condita pariter & annunciata: cæteri aūt, annunciationis huius ad nos, ministri & adiutores fuerūt. ¶ Nunc de eo qđ iam prælibatū est, spūs ubi uult spirat, scilicet de ipsa processione uel procedentis persona, qđ deus & dns sit, & eiusdē cū patre & filio maiestatis siue potestatis, in hoc ipso dū procedit, latius dicendū est. Nūc qđ non minus à filio q̄ à patre, pcedat, hactenus à nobis sermo habitus, prosecutus est.

Quatuor præcipua flumina seu sacramenta Christi Gene. 2.

¶ De ipso procedente spiritu sancto, & diuina ipsius potentia, iuxta quam dictum est, spiritus ubi vult spirat. Ca. X.

CLausula hæc q̄ breuissima, spūs ubi uult spirat, diuinā eiusdē spūs sancti naturā diuinam nihilominus potentiā, magnifice nobis, quiin eū credimus, enūciat, & manifeste quædā diffinitio est, hunc secernens ab omi spiritu quicunq; deus non est uel sub deo spirat. Nullus em̄ spūs præter hunc spiritū qui deus est ubi uult spirat. Creatus quilibet spūs bonus siue malus spirat quo spirare mittit uel permittitur: nec ita spirat, ut ipsa spūs nostri substantiam ingrediat, niū solus creator spūs. ¶ Quid ergo est (inquis) qđ quilibet homo spiritu maligno plenus dicit? Sicut em̄ legimus hominē quēpiam sanctū uel fidelē, uerbi gratia, Stephanū, plenū spiritu sancto: ita & Iudā legimus pulsum à spiritu maligno, non quomodocunq; sed ita ut de illo dicat Euangelista, quia intrauit in

Iohan. 3 Spiritus ubi uult spirat

Obiectio

Actu. 6. Iohan. 13

Zach.j. uit in illum Satanas. Similiter de bonis ſpiritibus, hoc exemplū eſt apud Zachariam Prophetā. Et dixit ad me angelus qui loquebaꝫ in me. Ego oſtendā tibi quid ſint hæc. Item: Et reſpondit dñs angelo qui loquebaꝫ in me, uerba bona, uerba conſolatoria. Et poſt aliqua. Et ecce angelus qui loquebaꝫ in me, egrediebaꝫ, & alius angelus egrediebaꝫ in occurſum eius. ¶ Ad hæc inquā. Nec iſta ſcripturæ teſtimonia compellūt nos, nec ipſa ratio conſentit, ut dicamus uel ſuſpicemur, quod creatus rationalis ſpiritus rationali ſpiritui ſubſtantialiter unq̄ potuerit aut poſſit infundi, uel quod rationalis ſpiritus capax ſit alterius, niſi ſolius ſpiritus dei. In habitationē duntaxat corporis miſſus aut permiſſus ſeſe inſerit. Et malus quidem ſpiritus cōprehenſum hominis ſpiritū ueneno malitiæ inficit, aut furioſis agitat flagellis: bonus aūt angelus cuſtos appoſitus humano ſpiritui, demulcet eū uerbis bonis, uerbis cōſolatorijs: in ipſam aūt ſubſtantiā neuter ſeſe īfundit. Neq; eīm ita ſubtilior ſpiritus angelicus humano ſpiritu ē, ut alter alterius capax, uel alter alteri capabilis ſit. Solus creator ſpiritus, ſolus (inq̄) & unus deus pr̄ & filius & ſp̄ūs ſanctus hūano ſpiritui capabil' ē, quia lōge

Solutio

Iohan.j4 ſubtilior eſt. Si quis diligit me (ait filius) & pater meus diliget eū, & ad eū ueniemus, & mānſionem apud cū faciemus. De iſto aūt paracleto ſpiritu ſancto idem dixit. Vos aūt cognoſcetis eum, quia apud uos manebit, & in uobis erit.

Ibidem.

¶ De illo modo ſpiramenti eius, quo ſpirans ubi uult ipſam animę ſubſtantiam penetrat, & abyſſum eius perambulat, & quod huius dignationis experimentum ſentire in hac uita ualde paucorum eſt. Caput .XI.

Spiritus ſc̄ūs & de foris & intus ſpirat.

SIcut hic ſpiritus deus eſt, & hoc præſens quoq; ſententia confirmat, dicentis, ſpiritus ubi uult ſpirat. Cum uult, deforis per angelū ſpirat, id eſt. præceptum uel conſiliū dat: Et cū uult, intus per ſemetipſum ſpirat, id ē, ipſam animæ ſubſtantiam ſenſibiliter perambulat. At uero iſtud, quod poſtremū dixi, ualde paucoꝝ eſt, dū in corpore uiuentes peregrinantur à dño. ¶ Illud qd

Deforis ſpirat etiā in malis. j.Reg.j9 prim ū dixi, quia dū uult, ſpirat deforis, adeo multoꝝ eſt ut etiam malis interdū accidere potuerit. Exempli gratia: Miſit Saul lictores, ut raperent Dauid. Qui cū uidiſſent cuneum Prophetaꝝ uaticinantiū, & Samuel ſtantē ſuper eos factus eſt etiā in illis ſp̄ūs dñi, & prophetare cœperūt etiam ipſi. Prophetauerūt & alij nuntij, prophetauerūt & tertij. Abijt & ipſe, & factus eſt etiā ſuper eū ſpiritus dñi & pphetauit. Effectus eīm qdam eſt, ualens aperire interiores oculos, etiam eius qui non meret ingreſſum ad ſe eiuſdem ſp̄ūs dñi, ut uideat qd ante ignorauit, & intelligat uoluntatē dñi: nimiꝝ ad iudiciū ſibi. Quemadmodū & ille

Num.z4. Balaam, q de ſemetipſo ait. Dixit Balaam filius Beor, dixit homo cuius obturatus eſt oculus. Dixit auditor ſermonū dei, qui uiſionē oīpotentis intuitus eſt, qui cadit, & ſic aperiūtur oculi eius. ¶ De q̄ uidelicet Balaā in pñti rōe ppendendū ē, quia cū ſemel & iteꝝ dictū ul' ſcriptū ſit, qa occurrēs ei dñs, poſuit uerbū in ore eius, nusq̄ dictū ē, poſuit in corde eius

Balaam

Deu. 30 ſicut dr̄dig no & fideli uiro, prope eſt uerbum in corde tuo & in ore tuo. Nō eīm in corde

j.Corī.z. Sap.7 p dilectionē ſapiebat ea q̄ dei ſunt, q̄ uis ore p ſcīam, pferat ea q̄ dei ſunt. ¶ Iſtū modū ſpiramenti, de quo dicere cœperā, quo ſp̄ūs ſct̄ūs multiplex (ut ait ſapia) ſubtilis, mobilis, diſcretus, incoinquinatus, certus, ſuauis, ſtabilis, ſecurus, oībus mobilibus mobilior, ipam animæ ſubſtantiā penetrat, & abyſſum eius pambulat, ualde paucoꝝ ē experiri, q̄ diu in hac uita ſunt à domino peregrini: & cum uix quiſpiam eoꝝ expertus fuerit, non ualet uerbis exprimere ſi uelit, quoniam ineffabile eſt quod ſentit. Hic nimiꝝ opus non habet, ut eū doceat quis, quod ſpiritus ſanctus deus ſit, ipſa enim infuſionis eius unctio docet eum, quemad-

j.Ioha.z. modum Iohannes Apoſtolus in epiſtola ſua dicit. Et nos unctionem habetis à ſancto, & non neceſſe habetis ut aliquis doceat uos, ſed ſicut unctio eius docet uos de omnibus Vti-

j.Iohan.3 q̄ in ſemetipſo expertus hoc dixit. Et aliquos inter illos eſſe nouerat, qui non nihil haberēt, de iſta unctione mirabili, unctione ineffabili, per quam intelligit beata anima, quod deo placita ſit, ſicut & poſtmodum dicit: In hoc intelligimus quoniam in eo manemus, & ipſe in nobis, quoniam de ſpiritu ſuo dedit nobis.

¶ Quod ibi paracletus iſte ſpirare uelit, ubi non quęritur uel recipitur conſolatio preſentis ſeculi, & de eo quod ait dominus, rogabo patrem & alium paracletum dabit uobis. Ca.XII.

Vbi q̄ſo

Spūs sanctus spirat in ijs, q̄ lugent in hoc seculo
Psal. 76
Psal. ijj 9

Esa. 24.

Ali⁹ mūdi, alius electorum paracletus
Lucæ. 6
Iohan. 14

1. Cor. 2

Matth. 9.

Spūs sa. nō cassu, sed cū iudicio spirat ubi uult. Prou. 31

Lamuel, chr̄s
2. Cor. 5

Vinū, spūs s.
Lucæ. 24
Actu. 2

Lucæ. 6

Secretū, aptū spiritu sancto
Threñ. 3
2. Cor. 2.

Bi queso spūs huiuscemodi aspirationē spirare uult? Nā q̄d spiret ubi uult, tanq̄ deus & oipotens dn̄s, credimus & scimus: sed hoc nō frustra diligēs animus quę rit ubi ille spirare uelit, uel spirare cōsueuerit. Ad hæc inquam. Illic spirare uult & illic spirat aspiratōe illa mirabili, quā dixi, ubi nō est cōsolatio præsentis secu li, ubi est q̄ dicat, renuit cōsolari aīa mea. Itē: Heu mihi quia incolatus meus ꝓlongatus est, habitaui cū habitantibus cedar, multū incola fuit aīa mea. Sed hic gemitus, cui nisi deo uel spūi eius ē manifest⁹? Iccirco & altius dicit: Secretū meū mihi, secretū meū mihi, uæ mihi Quā ob causam? Confractōe cōfringet terra, cōtritiōe cōteret terra, cōmotione cōmouebit terra, agitatōe agitabit terra: & subaudias, iccirco renuit cōsolari aīa mea, quia cōsolatio stabilis nō est in terra, cōfringenda, cōterenda, cōmouenda, agitāda. Q̄d iam in partibus aliquotiēs factū est, uniuersaliter aūt ultimo iudicio fiet irrecuperabiliter. Vbi ꝓ hmōi causa luctus est uel gemitus, ubi spūs iste paracletus, id est, cōsolator, spirare uult. ¶ Oēs huius seculi aliā habēt cōsolationē suā, & uæ uobis diuitibus (ait dn̄s) quia habetis cōsolationē uestram. Ad discipulos aūt suos dicit. Et ego rogabo patrē, & aliū paracletū dabit uobis, ut maneat uobiscū i ęternū. Aliū paracletū dixit, uidelicet iccirco, q̄a duo sunt paracleti, multū dissimiles, immo & oppositi, hinc spūs dei, illinc spūs huius mūdi. Vnde & cum dixisset & aliū paracletū dabit uobis: subiūxit, quē mūdus nō pōt accipere, quia nō uidet eum, nec scit eū, ꝛc. Sua paclesi cōsolatū & icrassatū habēs cor suū. Et q̄dē bon⁹ & acceptus ē sensus, q̄ dictū ē añ nos, spm̄ sctm̄, iccirco aliū paracletū à filio esse nūcupatū, q̄a filius ipe paracletus est, alius in psona, nō aliud in natura, sed nihilominus hic sensus, quē nūc dicim⁹, placet, immo & expeditior ē. Deniq; in beata trinitate ē quidē, & necessario cōfitemur ad salutē, q̄a est, psonaꝝ pluralitas: sed nō est ibi ulla paracleseos, id ē, cōsolatōis, dualitas. Hic, pfecto in hac oppositōe, ubi deo mūdus opponit, dicendo, & aliū paracletū dabit uobis pater spiritū ueritatis, quē mūdus nō pōt accipere, quia nō uidit eū, manifesta est dualitas paracleseos, quia sicut duo sunt spūs, alius mūdi, alius dei. Vnde Aplus loquit, nō spm̄ huius mūdi accepimus, sed spm̄ qui ex deo est: sic & duos paracletos, nihil cōe habentes, recte dici ratio cōsentit, aliū spm̄ huius mūdi qui cōsolat filios seculi in delicijs trāsitorijs, alium spm̄ dei in quo solo cōsolationē habēt filij dei, filij sponsi, qui ablatus est ab eis.

¶ Item de eadem dignatione spirantis ubi uult, iuxta illud in Prouerbijs, noli regibus o Lamuel, noli regibus dare uinum, date siceram merentibus, & uinum bis qui amaro sunt animo.

Caput .XIII.

Spūs sa. nō casu, sed cū iudicio spirat ubi uult. Prou. 31

Gitur q̄d dictū ē, spūs ubi uult spirat, sic uenerabiliter intelligit. q̄d nō casu, sed sū rōne iudicij, alias spirare uelit, & alias spirare nolit, quā uidelicet iudicij rōnē capia nobis insinuat in parabolis Salomonis uerbis huiuscemodi. Noli regibus o Lamuel, noli regibus dare uinū, q̄a nullū secretū ē ubi regnat ebrietas, ne forte bibāt, & obliuiscant iudiciorū, & mutēt cām filiorū paupis. Date sicerā mœrētibus: & uinū his q̄ amaro sunt aio. Bibāt & obliuiscant egestatis suę, & doloris nō recordent amplius. ¶ Lamuel qppe, q̄d interp̄tat in q̄ deus, ipe est Chr̄s, in q̄ reuera deus, quēadmodū Aplus dicit: De⁹ erat in Chro, mūdū recōciliās sibi. Nec uero ita de⁹ in illo, sicut in nobis, sed mlto differētius, ita uidelicet, ut ꝟbū deus & assumptus hō un⁹ Chr̄s, una psona sit. Vinū q̄d dat iste Lamuel, sine dubio hic spūs sctūs ē, q̄ cū dat⁹ eēt aplis ab ipso dicēte: ego mittā ꝓmissū pris mei in uos: & illi loquerent linguis, stupētes q̄ audiebāt, nescientes q̄dem ipsi quid dicerent, sed tñ uerꝝ dixerūt, quia musto pleni sunt isti. ¶ Reges q̄bus uinū hoc dare nolit Lamuel, diuites sunt huius seculi, & in ipsis diuitijs superbi, q̄bus (ut supra iam dictū est) uæ uobis ait ipse Lamuel, quia habetis cōsolationē uestrā, & quasi quæreret idē Lamuel, quā ob cām talibus uinū hoc, talibus nolit mittere istū paracletū, quia nullū (ait) secretū est ubi regnat ebrietas, ebrietatē noians illorū supbiā, ipam cōsolatiōis ipsorū abundantiā seu confidentiā. Ibi, pfecto nullū est secretū eiusmōi, quale uinū istud expetit, quale paracletus iste requirit. ¶ Quale em̄ secretū exoptat? Nimirū, ut homo iugū portans ab adolescentia sua, solitarius sedeat & lugeat, præsentē ante oculos suos habens causam, cur lugere debeat, uidelicet, quia mortalis in peccatis aut in periculis peccatorū uiuit, rationem redditurus ante tribunal tremēdi iudicis: ubi quantacūq; habita fuerit cōsolatio psentis seculi nihil ꝓderit.

Psalm. 76. Quam ob rem, sicut uere uanitatē illam contemnit, dicens cū Psalmista, renuit cōsolari anima mea. Quia ergo nō est ibi tale secretū, noli (ait) ò Lamuel regibus, id est supbis, dare uinum. ¶ Plerunq; accidit, ut talium quispiam, gustata (ut sibi uisum est) aliqua uini huius portiuncula, scilicet accepto sapientiæ siue scientiæ sermone, siue prophetia, siue generibus linguarum, siue aliquo cæterorum charismatum quæ distribuit idem spiritus, idem dominus, idē deus, diuidens singulis prout uult: uteretur eo in superbia faceretq; hæreses, & schismata. Hoc est quod dicit de regibus illis. Ne forte bibant & obliuiscātur iudicioꝝ & mutent causam filioꝝ pauperis. Obliuiscuntur nanq; iudicioꝝ hæretici, dum male iudicant uel sentiunt de scripturis sanctis, & hoc est mutare causam filiorum pauperis, transgredi uel transferre terminos fidei, quæ propria causa est filiorum pauperis, scilicet Christi, qui cum diues esset (ait apostolus) pro nobis pauper factus est. ¶ Quibus ergo uel qualibꝫ debetur uinū cōsolationis huius? Date (inquit) siceram mœrentibus, & uinū his q amaro sunt animo. Mœrētes illi sunt, amaro animo illi sunt, qbus est p̄sentis uitæ tædiū, & futuræ desyderiū, & iccirco laudāt magis mortuos q̄ uiuētes, sicut dicit Ecclesiastes: q cognoscunt lachrymosum exiliū suū, iuxta illud. Sup flumina Babylonis illic sedimus & fleuim⁹, dū recordaremur Syon. Isti bibant, isti sp̄m paracletū accipiāt, & obliuiscātur huiusce egestatis suæ, & doloris hmōi nō recordētur amplius: certi facti ex isto pignore, qd pedes sancti oꝝ iā sunt stantes in atrijs tuis Hierl'm, ubi nulla est egestas, & dolor nō erit ultra.

2. Cor. 8
Vinum dari mœrentibus quid sit.
Eccle. 4
Psalm. j36
Ephe. j.
Apo. zj.

¶ Quod mœror sanctorum, & amaritudo animi eorum descendat ex magna virtute fidei, & iccirco consolatione spiritus sancti digni sint. Cap. XIIII.

Igitur dulcis mœror: & o amabilis amaritudo animi, tam magnam habens remunerationem gaudij sancti, tam iocundam uisitationem tanti domini, tam suauem consolationem tanti paracleti, unde te habet spiritus hominis? unde illi p misisti? Nimirum ex uirtute fidei, & uerum illi testimonium perhibes quod fides eius magna sit. Nisi em̄ fidem haberet in penetralibus suis, non incederet mœrens, nō esset amaro animo, non se cognosceret ægenum & pauperem, non diceret (uerbi gratia) quod dixit rex præpotens & splendidus in gloria regni sui. Ecce sicut oculi seruorū in manibus dominorum suorum, sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ, ita oculi nostri ad dominum deum nostrum, donec misereatur nostri: Nescire dicere, quia multum repleti sumus despectione, nescire quale uel quantū in Adā honorē perdidit, q̄tū in illo obprobriū, quantā despectionē hæreditauit. Hoc etenim scire, fidei est: Fides aūt ipsa hominis uita est. Vnde & Dominus in Propheta dicit, & Apostolus meminit, Iustus autem ex fide sua uiuit, siue, iustus autem meus ex fide uiuit. ¶ Pulchrum ergo & pium est uidere, hunc introitū paracleti, ubi stanti illi ad hostium & pulsanti fides ianuam aperit, & ille ingressus demittit se dignantissima inclinatione in amplexum fidei, & cœnat cum illa, & ipsa cum eo. Nunquid em̄ soli filio dei dicere cōpetit, ecce sto ad ostiū & pulso: si quis audierit uocem meā, & aperuerit ianuam, introibo ad illū, & cœnabo cū illo, & ipse mecum, & nō etiam spiritui paracleto? Immò & huic, nam ipse filius dei siue uerbū dei, nunquam nisi per spiritum sanctum, huc ad manendum introire cōsueuit. Ipse spiritus sanctus dux est itineris siue introitionis, & miro atq; ineffabili modo, cum ipse sit donum patris & filij, cum eo mō, de quo nūc agimus, scilicet sensibili gratia, quæ magna prærogatiua est, introierit, & patrem dat & filium, id est, cognitionem efficit patris & filij.

Fides facit hominem recte mœrentem.
Psalm. jzz
Abac. z
Roma. j.
Hebr. jo
Apoca. 3

¶ De distantia fidei, quod & magna fides, & modica fides, & minima fides, certas ob causas nominentur in verbis domini. Cap. XV.

ET nos quidem fere omnes fidē habemus, etenim sine fide (ait apl'us) impossibile est placere deo: sed magnā fidē nō omnes habemus, unde & eiusmodi grām nō oēs accepimus. Denicq; est & magna fides, est & modica fides, est & minima fides. Si nō ita esset, nō diceret alibi dn̄s, magna est fides tua, & alibi, qdmodi est is modicæ fidei, & alibi, quāto magis uos minime fidei. De tribus ist is differentijs breuiter aliquid pro elucidatiōe dicendum est. ¶ Minima fides est, ubi hoies Chr̄iani quidem, & Christum cōfitentes, sed in seculari cōuersatiōe uiuentes, ita de crastino cogitāt & solliciti sunt, dicētes, quid manducabimus aut qd bibemus aut q̄ operiemur: ut p̄pter hāc sollicitu-

Hebræ. jj.
Matth. jf
Idem. 8
Lucæ. jz.
Minima.

ſollicitudinem acriorem uitam aggredi ſubterfugiant, & penè deſperent de cura dei, ſi in aliquo horum uel ad tempus deficiant. Ideo dominus dicit. Si autem fœnum, quod hodie eſt, & cras in clybanum mittitur, deus ſic ueſtit, quantò magis uos minimæ fidei? ¶ Modica uero fides eſt, ubi propter metum mortis, ſub articulo perſecutionis, uocem quis abſcõdit Chriſtianæ confeſſionis: quod fecit Petrus ubi Chriſtum negauit & cæteri apoſtoli, q̃ relicto eo, omnes fugerunt. Ideo & Petro dixit, cum cœpiſſet mergi, quia uidens uẽtum ualidum timuit, modicæ fidei quare dubitaſti? ſimiliter & in alia tempeſtate, tam Petro, q̃ cæteris diſcipulis, quid timidi eſtis modicæ fidei? Vtraq; nanq; tempeſtas, futuram turbationem Iudæorum ſignificabat. Prima, ubi ſcriptũ eſt, ipſe uero dormiebat, cũ nauicula operiretur fluctibus. Eius rei ſignum erat, quod dormiente domino dormitione mortis, diſcipulorum fides habebat periclitari. Secunda, ubi uenit ad eos ambulãs ſupra mare, & apprehendit manum Petri clamantis quia dubitans cœperat mergi, ſignum fuit reſurrectionis in eo ipſo quòd ſupra mare ambulauit, ambulaturus ſuper fluctus mortis, ſicut ſcriptum eſt. Qui aſcendit ſuper occaſum, dominus nomen illi, & conſolaturus eundem Petrũ ut non amitteret gradum apoſtolicum, qui tunc utiq; clamauit eo quod cœpiſſet mergi, quando egreſſus foras, amarè fleuit, & dominus lachrymantem reſpexit. ¶ Porro magna fides eſt, ubi tam apoſtoli q̃ cæteri ſancti, non ſolum mori non timuerunt, uerũ etiã mori propter uitã æternã præoptauerunt, ſecundũ exemplũ illorũ trium puerorũ, qui cũ dixiſſent regi Nabuchodonoſor, ecce enim deus, quẽ colimus, poteſt eripere nos de camino ignis ardẽtis, & de manibus tuis rex liberare, addiderũt adhuc. Q; ſi noluerit, notũ ſit tibi rex, quia deos tuos nõ colimus, & ſtatuã auream quã erexiſti nõ adoramus.

Matth. 8. Modicæ.

Marci. 4. Matth. 14.

Matth. 8

Matth. 14.

Lucæ. 22. Magna.

Danie. 3.

¶ Item de magne fidei mœrore ſiue amaritudine, & de eo quod Salomon loquitur, cor quod nouit amaritudinem anime ſue, in gaudio eius non miſcebitur extraneus. Cap. XVI.

NImirum ad hanc fidem pertinet ille dolor mœrentium, uel eorũ qui amaro animo ſunt, propterea quia diu peregrinantur à dño dũ in corpore uiuunt, & nullam ab hoc ſeculo conſolationẽ recipere uolunt. Gemunt gemũt, nec ſaltem iccirco gemunt quia morituri ſunt, ſed iccirco quia uiuunt: & iccirco uitã ipſam deflent, quia uiuendo peccare timent. Ibi eſt locus, ibi cauſa poſtulat, ut eo (quo iam dictum eſt) modo ſpiret ſpũs, qui ubi uult ſpirat. Quo fructu? Cuius rei effectu? Nimirũ, ut donũ aliquod ſuimet infuſione tribuat, & tribuendo quaſi manu piæ cõſolationis faciem plorantis animæ demulceat, & lachrymam eius abſtergat, & quaſdã percipiat gaudij primitias, ut mitiget ei à diebus malis, & patienter uiuat, donec ueniat tempus ſuæ uocationis & ſedens homo ſolitarius cum deo loquatur quotiens uult, & in dono quod accepit exerceatur. Hinc eſt illud. Cor quod nouit amaritudinem animæ ſuæ, in gaudio eius non miſcebitur extraneus. Quẽnam eſt amaritudo animæ, niſi peregrinatio iſta, pro qua uel cuius intuitu dicit (ut iam ſupra memoratũ eſt) Pſalmiſta, heu mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt, multum incola fuit anima mea, rennuit cõſolari anima mea. ¶ At uero iſtã amaritudinem nõ omne cor nouit. Multa corda ſic obtuſa ſunt, ut nõ ſentiant, immo amaritudinẽ dulcedinẽ putant, nõ peregrinationẽ, ſed patriã exiſtimant uitę huius morã aliquãtulã. Et quidẽ amara illis eſt mors corporis, immo & ipſa memoria mortis, qũo Sapiens dicit o mors q̃ amara eſt memoria tua homini pacem habenti in ſubſtantijs ſuis, uiro quieto & cuius uiæ directæ ſunt in omnibus, & adhuc ualenti accipere cibum. Sed cauſam mortis, quæ uere amaritudo eſt, nõ conſyderant, quod per peccatum mors introierit in hũc mundum, non recogitant. ¶ Non parua ergo ſeiunctione lugentes ſeiungit à non lugentibus, dicendo, cor quod nouit amaritudinem animæ ſuæ, in gaudio eius non miſcetur extraneus, & hoc idem eſt quod ſaluator ait. Beati qui lugent, quoniã ipſi cõſolabũtur. Quod eñ eſt gaudiũ cordis illius, niſi cõſolatio paracleti huius ſancti ſpũs, uiſitantis cor illud propter ſcientiã amaritudinis ipſius? Et bene de iſto gaudio dicit, qa in eo nõ miſcebitur extraneus. Ipſe eſt eñ ſpiritus ueritatis, & docens omnem ueritatẽ, ſicut & Pſalmiſta dicit, ſpũs tuus bonus deducet me in terram rectam: cuſtodit animam, ne ſubrepat ſpiritus deceptionis, uere extraneus, quia ueritati contrarius. Hic iam fructus eſt magnæ fidei, quæ ianuã, (ſicut ſu-

1. Cor. 5

Effectus cõſolationis paracleti.

Pſalm. 93.

Prouer. 14.

Pſalm. 119. Hories mũdani mortem timent.

Eccle. 41.

Beati lugẽtes

Matth. 5.

Pſalm. 142

(sicut supra dictum est) paracleto huic, ut introiret, aperuit mœrendo in amaritudine, & nolendo siue renuendo temporaliter consolari.

¶ De eo quod dominus, præmisso, spūs vbi vult spirat, subiungit, & vocē eius audis, sed nescis vnde veniat aut quo vadat: & quod veniens idem spūs, signum aliquod ostendat, competens gratiæ quam importat. Cap. XVII.

Iohan. 3. Hō diuinitus inspiratus, tacere nō potest

Vid tandem cum tali uel tanta dignatiōe spirauerit spiritus ubi uult & uocem (inquit) eius audis, sed nescis unde ueniat aut quo uadat. Verus sermo quem dixit, & uocem eius audis. Non ēm tacere potest qui gratiam accepit eiusmodi, etiā si interdum propter causam uel discrimen aliquod tacere uelit. Exēpli gratia: factus sum (ait Hieremias) in derisum tota die, omnes subsannant me: quia iam olim loquor, uociferans iniquitatem, & uastitatē clamito. Et factus est mihi sermo dñi in obprobrium, & in derisum tota die, & dixi. Non recordabor eius, neq; loquar in noīe illius. Cū hoc dixisset & hoc dicto tacere proposuisset, quid cōtinuo sequitur? Et factus est (inquit) in corde meo quasi ignis exæstuans, clausus q; in ossibus meis, & defeci ferre nō sustinens.

Hiere. 20

Psal. 38.

Iuxta hunc sensum se habet & illud, quod Psalmista præmisso, posui ori meo custodiā, cū cōsisteret peccator aduersum me, obmutui, & humiliatus sum, & silui à bonis, cōtinuo subiunxit, & dolor meus renouatus est, cōcaluit cor meū intra me, & in meditatione mea exardescit ignis. Vere ergo uocē eius audis, quia tacere nō potest, silere nō audet. Ibi ēm est pceptor, qui tubā uocis largitus est & dicit ei. Clama ne cesses, & his similia. ¶ Sed tu forte hoc ignoras, quòd talem intus monitorem habeat, & iccirco loquētem derides, clamātem subsannas. Sequitur ergo. Sed nescis unde ueniat, aut quo uadat. Reuera nescis unde ueniat, nam forte in alio cubiculo eras, & dormiebas, quando ille dominus, ille paracletus, illum, cuius uocem audis, uigilantem uidens, sicut Psalmista dicit. Anticipauerunt uigilias oculi mei, magna dignatione declinauit in eū, aut sicut flumen lactis, aut sicut torrens ignis iuxta illud propheticū. Quia hæc dicit dominꝰ, ecce ego declino in eos ut flumen pacis, & vt torrens inundans gloriæ gentiū. Solet enim ipse procedens, quocūq; procedit, suæ processioni conpetentem facere apparatū, & secūdū gratiam, quam importat, de multis diuisionibus gratiarū congruū aduentus vel pr̃sentiæ suæ sensibus animæ, aut corporis etiam oculis, exhibere signū.

Iohan. 3

Psal. 76

Esa. 66.

¶ Narratio quorundam signorū, cum quibus visitationem sui spūs sanctus diebus nostris quibusdam dignanter infudit. Cap. XVIII.

Matth. 3 Actu. 2.

DE signis maioribus nunc interim taceam, uidelicet de signo vel significatione, qua super dominum in specie columbæ, & super apostolos eius apparuit in igne, ut erat & illius iudicis iram nobis mitigaturus, & istorum corda eatenus infirma per zelum bonum accensurus. De minoribus, quos nostro tempore uidimus nō pigeat vel nos scribere, vel aliquem attendere, si fuerit beniuolus, quicunq; hæc legere dignabitur. ¶ Puellæ cuidam nomine Waldradæ, cum esset in apparatu nuptiarū, q̃ tamen animo eius nō sedebāt ipsa nocte, uigilant ēm alīs dormientibus, sic afflauit iste paracletus, ut præ magnitudine caloris euigilarent q dormiebant, & inclamarent, putantes quod arderet ipsa domus. Iacebat iuxta matrē uiduam, sanctæ uiduitatis propositū habentem, cū per fenestram domus superiorē ecce aduenit & intrauit ignis magnus, & descendens ad eā, q̃ sola hæc uidebat, in os & in secreta uentris illius illapsus est. Prima ipsius mater p̄ magnitudine ardoris, q̃ fortiter tangebatur, somno excussa est, & inclamās altius, surgite (inqt) surgite: ardemꝰ ardemus. At ille ignis erat nō cōburens, sed illuminans: non corpus cōsumens, sed animæ lucens. Cū ergo turbarentur, & ardorem quidem sentirent, sed ignem non uiderent, tandē persensit mater, q̄ ardor ille de filia veniens sese diffunderet, quæ iam diuino amore inflāmata, uulnerato corde flebat abundanter, ita vt ex illa hora per multū tempus lachrymis fluere non cessaret. Quam vocem eius extūc audiuit aliquis? Contigerat ēm illi secundum hoc ipsum capitulū, quod tractamus nunc, quod dixit dñs, spūs ubi vult spirat, & vocē eius audis, sed nescis vnde veniat aut q̃ vadat. Quā ergo vocē eius extūc audiuit aliqs, nisi votū & ꝓpositū, & tenorē sanctę virgitatis? Denīq; usq; ad sene-

Vvaldrada puella spiritu sctō repleta

Iohan. 3

ad senectutẽ in proposito permansit, & in reclusione uitam solitariã duxit, tandẽq; cursu consummato ante hos annos ferme quatuor pro terrenis, de quarũ medio uocata fuerat, nuptijs ad cœlestes (ut credimus) nuptias transmigrauit. ¶ Alius quidam, cũ penè inconsolabiliter lugeret incolatum suũ prolongari, & cum ecclesiastice laudaret mortuos magis q̃ uiuentes, & sicut de Anna legitur nusquam uultus adolescentis in diuersa mutarentur, quadã nocte, cum se sopori dedisset, dolore plenus & totus in luctu, ecce uidit quodammodo cœlum desuper modice aperiri, atq; inde quasi talentũ lucidum substantiæ ineffabilis, substantiæ uiuentis, uelociter atq; dicto citius demitti: quod illapsum pectori eius, magnitudine uel põdere suo protinus illũ somno excussit, auro grauius, melle dulcius. Quod ubi illapsum est, primũ quidẽ aliquantula morula quieuit, seq; ab omni motu continuit, illo quoq; quiescente (ut forte resupinus iacebat) & expectante euentũ rei, mox aũt moueri cœpit, & circuire uteri interioris hominis, uteri animæ, quẽ (ut fatetur) ipse nesciebat earenus, quod tantæ esset capacitatis. Circuibat itaq; modo mirabili res uiua, & uera uita, semperq; circuitus sequens erat præcedente maior, multoq; amplior, donec tandem ultima infusio ueluti quoddam magnum flumen inundans, hoc dabat intelligi uel sentiri, quod totum animæ uel cordis exceptorium plenũ esset, & plus capere non posset. Quo facto, iterum quieuit paulisper, ut neq; influeret, quod iam fecerat: neq; effluere t, quod postmodũ fecit: & interim uolebat homo interior quasi faciem clarius uidere illius substantiæ uiuentis, sed quodammodo occultabat se, ut nõ uideretur facies eius, cũ ualde magno pondere portaretur, & in magna dulcedine sentiretur. Postmodũ cœpit reflecti, aliamq; in partem circuitus agens in modũ fluminis, per leuum latus effluxit, uidentibus oculis interioris hominis, quod cũ ultimus fluctus effluere t, paululũ substitit, & ecce uidebam (ait) quia substantia illa pulcherrima quasi aurum liquidum erat.

Qualis est illa spũs. infusio. Psalm. ij9. Eccle. 4. I. Reg. I.

¶ Item de eo quod ait, & vocem eius audis, quod vox hominis inspirati gemituosa sit, quid sit nescire vnde veniat, quid sit nescire quo vadat. Cap. XIX.

Igitur quia nemo scit, nisi qui accipit quamlibet gratiarum eiusmodi, recte & ueraciter dicit ipsa ueritas, & uocem eius audis, sed nescis unde ueniat aut quo uadat. Audis uocẽ gemẽtis, audis uocẽ uerba dei loquẽtis, sed nescis ul' quali de camino gemituosa uox formata sit, uel quali de flumine uox exultationis & confessionis imbuta & lætificata sit. Hoc est nescire unde ueniat. Et qd est nescire quo uadat. Nimi nescire quid desyderet, cur exultans gemat, gemens exultet. Ipse scit quo tẽdat, & secundum scientiam ueram loquitur. Quemadmodum desyderat ceruus ad fontes aquarum, ita desyderat anima mea ad te deus. Et cætera his similia. ¶ Tu forte, dum ille secretum se esse putat, uel secretum habere quod amat, ut abscq; arbitris fortiter pro uelle suo gemat, & uocem sui gemitus ipse audiat, quam utiq; ipsum audire, sicut panem comedere delectat, ita ut ueraciter possit dicere, fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, tu (inquam) forte casu, illo ignorante, prope accubabas, & illo eiulante in sublime, & gemitibus frena laxãte, audisti & miratus es, audisti & cõpassus es, quippe qui eiusmodi uulnus nec dum expertus eras, & iccirco nesciebas tantorum gemituum quæ uel qualis causa erat. Et reuera mirari poteras. Quis enim tam fortiter gemere potest pro aliqua seculi amaritudine, quam gemit ille qui eiusmodi est præ dilectiõis dei dulcedine? Ibi plane est quod aplus loquitur. Nam qd oremus, sicut oportet, nescimus, sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Et uere mirum atque ineffabile est, quod cum iste spiritus illis, qui dicunt, super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur Syon, pro consolatione detur, unde & dictus uel nominatus est paracletus, hic idem adueniens, cum se infuderit, totumq; animæ habitaculum in possessionem suam redegerit, adauget gemitus, multiplicat lachrymas, crebriora distendit suspiria, facie tamen permanente lætissima, ita ut tu oppido mireris hilaritatem uultus in publico, cuius quasi per insidias delitescens audieras gemitus in occulto. Sicut ergo nescis unde ueniat, ita & illud nescis q̃ uadat, nec satis unq̃ scire poteris, nisi & tibi similiter cõtingat, nisi simile uulnus ab isto spiritu pietatis excipias.

Psalm. 41. Gemitus magnus, sed dulcis pie lugentibus.

Roma. 8

Psalm. 136.

In isto

¶ In isto qui inspiratus gemit, probatum esse illud quod veritas promittens dixit, amen amen dico vobis, si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis, & de eo quod apostolus ter dominum rogauit. Cap. XX.

Iohan. 16. IN isto sane probatum est illud, quod ueritas promittens dixit, Amen amen dico uobis, si quid petieritis patrem in nomine meo, dabis uobis. Quam enim ob causam uel quo iure istud cõtingit, ut quod petit accipiat, nisi quia qđ postulat non nisi secundũ deũ postulat? Hinc apostolus, cum dixisset (supra qđ memoratũ est) ipse spũs postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, con-

Roma. 8 tinuo subiunxit. Qui aũt scrutatur corda, scit quid desyderet spũs, quia secundũ deum postulat pro sanctis. Non ergo quiuis festinare debet, cũ audit, si quid petieritis patrẽ in nomine meo, dabit uobis, ut fiat sibi quod petit: quia non omnibus istud cõgruit, sed illis dũtaxat, qui paracletum istũ acceperunt secundum deũ postulantem pro sanctis, quod reue-

Obiectio ra est postulare in nomine saluatoris, quem tunc in eodem sermone promittebat apostolis suis. ¶ Sed dicit aliquis. Ipse aplus, qui illa scripsit quæ præmissa sunt, & spũs postulat pro nobis & cætera, quiq; præcipuã habebat eiusdem spũs gratiam, sicut ibidem loquitur, sed

2. Cor. 12 & ipsi nos ipsi primitias spũs habentes, ipsi intra nos gemimus: ipse (inquam) petiuit, & nõ datum est illi. Ait enim. Datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus Satanę: Propter quod ter dominũ rogaui, ut discederet à me, & dixit mihi. Sufficit tibi gratia mea: Nam uirtus in infirmitate perficitur. Nonne secundũ deũ postulauit? Aut nunquid nõ erat ipse unus

Responsio de sanctis, pro quibus istũ gemituosum spiritum postulare dixit. Attamen nõ fuit datũ illi ¶ Ad hæc inquam. Vnde hoc habemus, quod non datũ fuerit illi? Nunquid hoc ipse dicit? Scimus quidẽ nostros maiores & nobis multo meliores hoc dixisse, hoc scripsisse, qđ nõ fuerit exauditus, & circa hoc laborasse, ut ostenderent illi nõ fuisse utile ut exaudiretur Verũ & si autoritate illoꝝ, quia magni habentur, nos quisquã premere uelit: nihilominus dicere nõ dubitamus, quia exauditus fuit. Quid enim, si nõ statim, nõ ad primam, nõ ad secũ-

Matth. 7 Lucæ. 11 dam, sed neq; ad tertiam rogationem exauditus fuit? Deniq; nec saluator hoc dixit, si qđ petieritis patrem in nomine meo, statim dabit uobis, Sed neq; sic intelligi uoluit, quippe q dicturus, petite & accipietis, pulsate & apietur uobis, pulchrũ exemplũ pseuerantiæ pmi-

Paulus cõtra angelũ Sathanę exaudit9 ẽ sit. Quis uestrum (inquit) habebit amicum & ibit ad illum media nocte, & dicet illi, amice cõmoda mihi tres panes: & cætera usq;, propter improbitatẽ tamen eius surget & dabit illi. ¶ Ne ergo dicas mihi, quia nõ fuit exauditus, & quod ab illo nequam angelo talis he-

Sapien. 7 ros usq; ad finem uitæ fuerit colaphizatus. Deniq; fuerit hoc diuinæ dispensationis, ut interim colaphizaretur, ne iuuenem extolleret magnitudo reuelationũ: nam ut uirum proiectum militemq; emeritũ deinde ab eiusmodi colaphis redderet secuꝝ, bene decuit illum omnia suauiter disponentem cani & reuerendi capitis antiquum dierum.

¶ Vtrum postquam iste paracletus semel familiari uisitatione sese infuderit, contingere possit vt sese auferat, & animam illam semel deosculatam prorsus & irrecuperabiliter derelinquat. Cap. XXI.

Quæstio. HIc iam quæritur, utrũ necne iste paracletus, postq; semel illa, de qua nobis hactenus sermo fuit, familiari uisitatione sese infuderit in secretarium animæ, rursus ita sese inde auferat offensus aliquo crimine, ut animam semel deosculatam sua consolatione prorsus deserat, & derelinquat desolatã sempiterna desolatione?

Responsio ¶ Super hoc breuiter respondere libet, quia nimia confidentia res periculosa est. Nõ uult aplus quenquã nimium confidere, qui de semetipso dixit, & utiq; pro exemplo ad utilita-

Philip. 3 Roma. 5 tem nostrã dixit. Ecce enim me non arbitror cõprehendisse. At idem alibi cũ dixisset, sed & gloriamur in tribulationibus, scientes quod tribulatio patientiã operatur, patientia aũt probationem, probatio uero spem cõtinuo subiunxit. Spes aũt nõ confundit, quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris, per spiritũ sanctum, qui datus est nobis. Igitur non audemus quidem securitatem prædicare illi, quicunq; est eiusmodi, qui talem sancti spũs gratiam, de qua loquimur, accepit, quam appellat aplus primitias spũs: ueruntamen hoc dicere nõ

Psalm. 120 dubitamus, quod spes illius firmior sit aut esse debeat pro tali conscientia, pro eo qđ iam senserit, quia custodem habet illum, de quo scriptum est. Ecce non dormitabit neq; dormiet, qui

miet qui custodit Israel. ¶ Hoc em̄ dicitur illi, qcunq; Israeli similis factus est. In quo? Nimiꝝ in eo, q̄d sicut ille cū deo luctatus est, & cōtra deū fortis fuit & inualuit, dixitq; ad eum flens & rogās eū, quæ uera fortitudo ē, sicut Oseæ meminit dicēs, & inualuit ad angelū & cōfortatus est, fleuit & rogauit eū, nō dimittā te nisi benedixeris mihi, & benedixit ei in eodem loco, sic & iste nō nihil luctatus est cū deo, flendo qd̄ sciret se esse pegrinū, & fortis fuit cōtra deū, & nō poterat deus superare eū, nō potuit se cōtinere flente illo & rogāte, quin de multitudine uisceꝝ suoꝝ spm̄ paracletū effunderet in eū. Qui ergo custodiuit illū Israel & genus eius, ut cōfirmata benedictio, q̄uis multis illius ppl̄i peccatis offensa, nō deficeret, donec Chr̄s ex eo nasceret, ecce (inquit Psalmista) nō dormitabit neq; dormiet, id est, te uerū quoq; Israelitā custodiet, ut nō pecces: sed & si peccaueris, cito peccatū deplores, iuxta illud, amen amen dico tibi, q credit in me etiā si mortuus fuerit, uiuet.

Luctatio Iacob cum deo Gen. 32 Oseæ. j2.

Iohan. jj

¶ Qd̄ nulli nimia securitas habēda sit, ⁊ de eo qd̄ Apl̄s ait, nolite cōtristare spiritū sanctum dei, ⁊ quod Dauid, quia contristauerat eum, redde, inquit mihi lętitiam salutaris tui. Ca. XXII.

IGitur nō nimia securitas habēda uel p̄sumēda est cuiquā dū uiuit, immo quāto familiarius exptus est osculū illud cōsolantis pacleti, de quo (ut supra meminimus) Apl̄s dixit, quia charitas dei diffusa est in cordibus nr̄is p spm̄ sanctū, q datus est nobis, tāto sollicitior esse debet, ne cōtristet eundē spm̄, sicut idē Apl̄s dicit, Et nolite cōtristare spm̄ sanctū dei, in quo signati estis in die redēptiōis. Et exponens, q bus ex accidētibus soleat cōtristari. Om̄is (inqt) amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor & blasphemia tollat̄ à uobis, cū om̄i malitia. ¶ Nā est qdem impassibilis natura spūs sancti: uerūtamē dum se cōmouet habitās in hoīe donū eiusdē spūs sancti. Ipse hō in ip̄o motu minus dulcedinis & plus sentit seueritatis, si qd negligētius egit, qd̄ melius nouerūt illi q expti sunt. Exempli gr̄a. Dauid hæc exptus erat, q dicebat. Et spm̄ sanctū tuum ne auferas à me, statim subiungēs: redde mihi lætitiā salutaris tui, & spū principali cōfirma me. Nimiꝝ q̄uis grauiter peccasset, nō recesserat ab eo spūs dn̄i, de quo sic scriptū est, ubi Samuel unxit eū, & directus ē spūs dn̄i in Dauid à die illa in reliquū: sed nō tā lætū ul̄ iocūdū in motu ul̄ attactu suo se exhibebat, sicut eatenus solitus fuerat: nec tam cito recuperauit lætitiā siue iocūditatē illam, nisi usq; ad satisfactionē congruam, passus interim foras & intus tribulationē magnam, ita ut fere nulli magis q̄ ip̄i congruerit dicere: tribulationem & dolorem inueni. Sciendum qppe quod & intus doluit, eo quod contristasset spiritū dn̄i, & quæ foris tribulatio ꝓuenit, scilicet domestica clades, sine dubio acriter illū tetigit: & q̄uis scd̄m corpus euaserit gladiū filij sui, gladius tn̄ usq; ad animam ꝑuenit, ferrum animam eius ꝑtransiuit.

Ro. 5. Ephe. 4.

Qūo cōtristatur spūs san. in nobis

Psal. 50.

j. Reg. j6.

Psal. jj4.

j. Re. j5. Psal. j04

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE GLORIFICATIONE TRInitatis, & processione sancti spiritus. Liber .III.

¶ Benedicēdū eē dn̄m a nobis quātū possumus, ⁊ q̄ maior sit in laude, multa enim abscōdita sunt, ⁊ pauca uidimus operū eius. Ca. I.

BENEDICENTES DOMINVM (AIT quidam sapiens) exaltate illum quantum potestis, maior est enim om̄i laude. Exaltantes eum replemini uirtute, ne laboretis, non em̄ ꝑuenietis. Quis uidit eum & enarrauit? & qs magnificauit eū sicut est ab initio? Multa sunt abscōdita maiora his, pauca em̄ uidimus opeꝝ eius. Quæ pauca uiderat iste, cum hæc diceret? Altitudinē firmamēti & pulchritndinē eius, solē speciosum, uas admirabile, opus excelsi: speciē lunæ & gloriā stellaꝝ, quæ illuminant mundū, ut cętera opa dn̄i: ac deinde uiros gloriosos legerat uel audierat, quos uel in qbus dn̄m laudare incipiens. Laudemus (ait) uiros gloriosos & parētes nr̄os in generatiōe sua.

Ecci. 43.

Ecclesiastica plura & maiora absc̃dita fuerũt q̃ uisa.

Hæc oĩa pauca & parua iudicans comparatione maiorũ uel pluriũ: multa (inquit) abscondita sunt, maiora his, pauca eñ uidimus operũ eius. ¶ Quæ nam sunt illa maiora uel plura, abscondita & nõ uisa? Nimirũ añ altitudinem firmamenti pulchri, à quo laudare cœpit, facti fuerãt angeli quam multi ac nouem ordinibus distincti: de qbus uel de quorũ gloria ordinata & multiplici, recte dicere potuit, abscondita sũt à nobis: & post uiros glorioſos, quorum laudẽ in ordinẽ digessit, usq; ad Symonem Oniæ filium, uenturus erat Christus dei filius, tanta facturus in primo, & secundo aduentu suo, ut de oñibus quæ nouerat, uel quæ eatenus ante ipm facta fuerant, recte dicere potuerit, pauca enim uidimus operũ eius. ¶ Et nos qdem iuxta ꝓpositum quod ꝓposuimus, absconditũ in agro scripturarũ, quærere siue ostendere thesaurum sancti nominis patris & filij, & spũs sancti, stetimus aliquantisp in capite libri, quo dictum est. In principio creauit deus cœlum & terram, & spũs dei ferebatur sup aquas: sed diligentia contemplandi ꝓcessionem spũs sancti, longius abduxit nos. Redimus nunc ad ipm caput, & de felicitate sanctorum angelorum aliquid eiusdem sanctæ trinitatis, cui assidue benedicunt, dicere intendimus.

Argumẽtũ libri huiꝰ tertij

¶ De angelica creatura, qđ facta sit ubi dixit deus, fiat lux, & de iudicio spũs sancti in damnatõe tenebrarũ siue principis tenebrarũ diaboli. Ca. II.

Gen. j.

VBi dixit deus, fiat lux, & facta est lux, & uidit deus lucẽ, quod esset bona, & diuisit lucẽ & tenebras, creaturã esse angelicã factã, & nomine lucis bonos angelos: tenebrarum aũt uocabulo, malos esse angelos significatos, multorũ & maxime patris Augustini non puipendenda firmat autoritas. Verum nos in alio ope de creatura ista mirabili, & de cæteris quæ de hinc scripturæ series creata uel facta narrauit latius tractauimus & rerum ordinem ꝓ posse diligenter ꝓsecuti sumus. Nunc ad ꝓsens ꝓpositum ptinet, pia iocundi festiuitate sermonis celebrare beatitudinẽ huius lucis, tanq; speculum summæ trinitatis, & laudare siue admirari iudicium spũs sancti in damnatione tenebrarum siue principis diaboli tenebrarum: quia ptinet contemplatio hæc ad laudem processionis ipsius, de qua iam aliqua diximus, & ad glorificationem trinitatis, de qua simul dicere proposuimus.

In. xlij. lib. de opibus trinitatis.

¶ De eo quod ait dominus ad beatum Job, nunquid nosti ordinẽ cœli & pones rõnes eius in terra. Cap. III.

Iob. 38.

NVnquid nosti ordinẽ cœli (ait dñs ad beatũ Iob) & pones rationes eius in terra? Subaudit ut ego, & rñdeas, non. Nemo enim nisi solus deus nouit hunc ordinẽ cœli, cuius uniuersitas hic designata est nomine lucis, dicente scriptura. Dixitq; deus, fiat lux, & facta ẽ lux. At tñ aliqbus spũs sanctus reuelauit, ut partim quasi ꝓ speculum & in ænigmate uiderent adhuc uiuentes in carne illũ dicentẽ cœli, Opus beatæ trinitatis ter trinis distinctũ choris, quorum nomina hæc sunt: Angeli, archangeli, throni, dominationes, principatus, potestates, uirtutes, cherubin atq; seraphin. Iste ordo cœli, ordinatus ad uidendã atq; laudandã gloriã sanctæ trinitatis, rantę est beatitudinis, ut recte admiretur Apls & dicat oñibus, qui illuc ad societatẽ illorum scãm pscientiam & prædestinationem dei uocati sunt, & iustificati atq; magnificati illuc peruenturi sunt, Oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit deus his, qui diligunt illum. Statimq; subiungit. Nobis autem reuelauit deus per spiritũ suum. Quibus nobis? Vtiq; hoĩbus in terra manentibus, terrenã habitationẽ huius corporis inhabitãtibus. Quis alius istis reuelaret, nisi deus? ¶ Cum igit dicit, nunqd nosti ordinẽ cœli & pones rõnes eius in terra? bene (ut iam dictũ est) subaudit, ut ego. Et rñdetur non. Nunc ipse ordo cœli qd sit, & quõ ipe, qui loquebat hæc, deus rationes eius posuerit in terra, quantum possumus, & quantum accepimus ex deo, uel ex ipsis quibus deus reuelauit p spm suũ, nostra infantia gestit effari paruulis similibus nostri.

j. Cor. j3 Nouẽ chori angelorũ

Ro. 8 j. Cor. 2

Ordinẽ cœli, quis uouit

¶ Quid sit ordo cœli siue ordo cœlorum, & de uersu psalmi, uerbo dñi cœli firmati sunt & spũ oris eius omnis uirtus eorum. Ca. IIII.

Psal. 32

ORdo cœli siue ordo cœlorum illud est firmamentum eorum, de quo Psalmista, uerbo (inquit) dñi cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorum. Qui sunt enim illi cœli, nisi omnes sancti, in quibus deus habitat, quam ob rem & dicuntur & sunt

cœli

cœli, quia deus habitat in illis. Angustior uero sensus est solos hic intelligere Apostolos CHRISTI, quos incarnatum uerbum sua præsentia firmauit, & spiritum sanctum ad perfectionem confirmationis misit eis de cœlo sedens ad dexteram patris. Ante cœlos istos ualde paucos, quam plures & nobis innumerabiles erant cœli, id est, sancti. Et leuabat oculos suos Dauid illuc dicens. Ad te leuaui oculos meos qui habitas in cœlis. Maxime ergo p̃ senti loco, dum dicitur: uerbo domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorum, sanctos angelos intelligimus, præsertim quia sicut illic, ubi scriptum est. Dixit deus, fiat lux, & facta est lux. Deinde sequitur, dixit deus, fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis. Et subinde, dixit deus: congregentur aquæ quæ sub firmamento sunt in locum unum, & appareat arida: ita & hic continuo post præscriptum uersiculum subsequit. Cõgregãs sicut in utrẽ aq̃s maris, ponẽs in thesauris abyssos. Timeat dñm oĩs terra, ab eo aũt cõmoueant oẽs ihabitãtes orbẽ. Qm̃ ipe dixit, & facta sunt: ipe mandauit, & creata sunt. In quibus nimirum dictis, & si pulchra subest allegoria, nihilominus tamen ueridica magnificæ historiæ manet & non euacuatur litera. ¶ Igitur uerbo domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorum, id est, sancti angeli habitantem in semetipsis habẽtes beatam trinitatem, unum deum patrem & filium & spm̃ sctm̃, firmiter in ordine suo consistunt. Nam dominus ipe est pater, uerbum domini ipe est filius, spiritus oris eius, ipe est spiritus sanctus: unum & unicum sanctorum angelorum & electorum hominum firmamentum, ut iam in æternum, non moueatur pes alicuius eorũ & qui iam ordinati, & adhuc illuc ordinandi sunt.

Cœli dicunt omnes sancti, in quibus habitat deus Psal. lxxv.

Gene. j.

Psal. xxxij

Cœli firmati sancti angeli sunt

¶ Primum in illo beatorum spirituũ sancto ordine contemplandum esse ordinẽ sanctę trinitatis quod illa gloriosa ciuitas, cuius sancta scriptura totiens meminit amatorem habeat deum amore ineffabili, qui videlicet amator apud Hieremiam contemptum se esse queritur ab anima infidelis. Ca. V.

Psa est ciuitas gloriosa de qua tam multa scripturæ loquuntur nobis, & exempli gratia, sic Apostolus dicit. Sed accessistis ad Syon montem, & ciuitatẽ dei uiuentis, Hierusalem cœlestem, & multorum milium angelorum frequẽtiam & ecclesiam primitiuorũ qui conscripti sunt in cœlis. Item ad Galatas: Illa autem quæ sursum est, Hierusalem libera est, quæ est mater nostra, & multa his similia. In hac ergo beata ciuitate, in isto beatorum spirituum ordine, quem dominus nouit: primũ contemplari cupimus, oculo licet exiguo, gloriam sanctæ trinitatis, & per aliquam similitudinem uestigare pulchritudinem illius firmamenti, quo istam matrem nostram, istam ciuitatem gloriosam, sibi copulando firmauit dominus, & uerbum domini & spiritus oris domini. ¶ Qualem uel cuius rei per similitudinem? Nimirum per similitudinem uiri legitimi, genus uel posteritatem suam ꝓpagare oppido cupientis. Et ob hanc causam coniugium sibi assumentis, exempli gratia, qualis fuit Dauid, fortis utiq;, & in omni maritali copula legitimus uir, excepto sermone Vriæ Ethei. Nam reuera, illo excepto, legitime uixit quotquot uxores habuit, utpote pluribus indigẽs filiis atq; cognatis, quia rem grandem susceperat, scilicet gubernacula regni, cum esset homo eiusmodi, ut ipe dixit, ego autem sum uir pauper & tenuis: pauper uidelicet, uerum possessione, tenuis exiguitate familiæ. Nec uereamur nimium pudorati, de hoc uiro, siue de aliquo huic simili, secundum rem coniugalem assumere similitudinem, ad contemplandam causam dei, propter quam illam matrem nostram Hierusalem cœlestem & creauit & sibi copulauit. ¶ Ipsemet quippe in multis scripturarum locis se ipsum uult agnosci, quod amator sit. Exempli gratia, cũ in Hieremia dicit: Quomodo si contemnat mulier amatorem suum, sic contempsit me domus Israhel. Ergo econtra ueraciter dicas. Quomodo si libenter admittat mulier amatorem suum, sic libenter admisit me uera domus Israhel, uera ciuitas Syon, cœlestis Hierusalem. Itaque secundum eiusmodi similitudinem causam uel opus dei, opus sanctæ trinitatis speculari licet, in illo ordine cœli, in illa sancta & ter beata Hierusalem. Est enim in his similitudo, quamuis dissimilis, quia uidelicet caro spiritui quidem dissimilis est, sed tamen dissimilium istorũ aliqua similitudo est. Quod natum est ex carne (ait dñs) caro est, & quod natum est ex spiritu spiritus est. Sed iam accedamus ad rem.

Heb. xij.

Gala. 4

Coniugium Dauid apta similitudo ad propositum.

j. Reg. j.

Deus recte amator dicẽ

Hieremiæ. 3.

¶Quod secundum similitudinem amatoris, in quo hęc tria sunt, amator ipse, & amor ipsius, & crementum propter quod ad propagandam prolem amore suo ducitur, vnus sit deus pater & amor ipsius spiritus sanctus & verbum ipsius. Caput .VI.

IN amatore tria sunt, amator ipse, & amor ipsius, & crementū, propter quod ad propagandam prolem amore suo ducitur. Similiter in creatore nostro, qui amatorem se nominat (ut supra dictum sit) sunt tres. Ipse & amor ipsius scilicet spiritus sanctus, & uerbum ipsius, quod non est aliud quàm cremen tus eius, semen eius, filius eius. Hæc similitudo, quàmuis (sicut iam dictum est) longe dissimilis, ita ut spiritus carni uel caro spiritum. Hic deficit

Esa. 66 adeo uera est, ut in Esaia quoque scriptum est. Nunquid ego qui alios parere facio, ipse non pariam dicit dominus? Si ego qui generationem cæteris tribuo sterilis ero, ait domi nus deus tuus? Loquebatur enim hinc ordini cęli, huic (de qua nunc loquimur) Hieruśa lem magnæ & sanctæ ciuitati. Vñ et protinus dicit: Lætamini cum Hierusalem & exul tate in ea omnes qui diligitis eam. Gaudete cum ea gaudio uniuersi qui lugebatis super eā ut sugatis & repleamini ab ubere consolationis eius. Et cætera. Nescíremus quicquam de ordine uel generatione eiusmodi, nisi rationes eius in terra posuisset ipse qui nouit. Quo modo enim posuit? Ipse spiritus dei, qui tunc ferebatur super aquas dicente Deo, fiat lux. Ipse (inq̄) etiā nunc fert super aquas, dicente deo, dū in Chro baptizamur. Hic deficit

† lege gene rans. Et hoc est deū dicere, fiat lux † regenerare nos, ut qui eramus aliquando tenebræ, iam nūc in dño simus lux. ¶In hoc est regeneratio, quia iam dictus amator deus, animam creden tem impręgnat uerbo suo, dignam amore suo. Verbum enim semen est eius, sicut ait Iaco bus Apostolus: Voluntarie genuit nos uerbo ueritatis, ut simus initium aliquod creaturæ eius. Semen hoc non nisi cum amore suscipitur, uerbum hoc non nisi per spiritum san ctum immittitur. Hæc est trinitas unus deus, amator creaturæ, rationalis deus, & semen eius quod est uerbum ipsius, & amor eius qui est spiritus sanctus. Igitur quamuis (ut su pra iā dictū est) caro & spiritus dissimilia sint, nihilominus tamen aliqua hic similitudo est, quia uidelicet, sicut generatio carnis ab aliquo semine eius & amore eius patratur: sic gene

Impregnatio animæ in ba ptismo. Iacobi. Iob. 38 ratio spiritus à deo uerbo eius & spiritu oris eius consummatur. Et si aliter exponi potest iā dicta sententia, nunquid nosti ordinem cęli & pones rationes eius in terra: nihilominus ta men sensus iste, quem diximus, locū habet, & pondere non caret, quia nullo modo splen didius rationes ordinis cęli deus in terra posuit, quàm regenerādo per aquam filios lucis, Matth. 22 ituros in illū ordinē cęli ad angelos lucis: erunt enim (ait ipse dominus) sicut angeli dei.

¶Be eo quod Apostolus: decebat enim (inquit) eum propter quem omnia & per quē oia, & quod parum nobis sit scire, quod per eum nisi etiam sciamus quod pro pter eū facta sit & angelica creatura, & oīs creatura. Ca. VII.

ADhuc ad supradictam similitudinem & illud pulchre accedit, quia sic ut legimus uir non nisi propter amorem sobolis coniugem ducit, Sic & deus pater non nisi propter amorem uerbi sui creaturam rationalem, creaturam angelicam, de qua nunc loquimur, et creaturam hūmanam, de qua post hæc locuturi sumus,

Heb. 2. condidit. Hinc Apostolus de illo scilicet dei filio loquens: decebat enim (inquit) eum, pro pter quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, & cætera. Non solum hoc dixit, per quem omnia, sed primū dixit, propter quem omnia: quia uidelicet ipse ē oīm causa. Per ipm facta ē ista lux, quia sic scriptum est: Dixit deus, fiat lux, & facta ē lux. Si dixit, & facta est, utiq; per uerbum facta est. Sed parum est scire hoc, etenim plus habet delectamenti hæc sententia fidei, sciendo quod etiam propter ipsum facta sit, scilicet ut ipsum in semetipsa creatura hæc haberet, & habendo lux existeret. ¶Ipse enim lux est, & utiq; lux non facta, lux non ab aliquo illuminata, sed illuminans, & proinde lux uera. Comparatione eius qualiscunque lux, quiuis angelus lucis, recte & fideliter negatur esse lux. Hinc Iohannes Euangelista, de Baptista Iohanne. Non (inquit) erat lux, sed ut testi monium perhiberet de lumine. De ipso autem Christo domino. Erat (inquit) lux uera, quę illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Iohannes & quiuis angelus lu

Filius dei, lux uera. Angeli & sancti, non lux sed lucer na. Iohan. j

cis, si

cis, siue homo filius lucis, sic lux dicitur uel est, tanquam lucerna, id est, lux non carens materia: uerbū autē dei, uerbū deus, ipsa lucis est substantia. Nec eīm aliud est illi esse, & aliud lucere: istis aūt aliud esse & aliud est lucere. Diligendo quippe lucē, ipsi sunt lux: sicut ecō tra apostatæ angeli, odiendo lucem, tenebræ sunt.

¶Item de processione spiritus sancti, quod in nos homines duobus datis diffundatur, altero quod est in remissionem peccatorum, altero quod est in diuisiones gratiarum: in sanctos autem angelos uno tantum, quod est in diuisiones gratiarum. Caput .VIII.

DE processione spiritus sancti, qui hoc operatur, & in illis beatis spiritibus & in nobis hominibus, ut per hoc ipsum, quod uerbum dei, filium dei, manentem in nobis hñtes, filij dei nominamur & simus, hoc in superiore diximus, quod duobus datis siue per duo data diffundatur: altero quod est dari in remissionem peccatorum, altero quod est in diuisiones gratiarum. Verum nobis duntaxat hominibus istis duobus modis datur. In sanctos aūt angelos uno modo scilicet in diuisiones gratiarum larga dignatione effusus est. ¶Nam ut in remissionem peccatorum nunquam detur apostatis angelis, iudicium uerum fuit, & est eiusdem spiritus sancti. Illi nanq; cū suo principe diabolo non per infirmitatem seu per ignorantiam, sed per superbiam peccauerūt. Cuius uidelicet superbiæ magnitudinem, spiritus propheticus apud Ezechielem denotat uerbis huiusce modi, diabolū coarguens sub nomine principis Tyri. Eo quod eleuatum est cor tuum, & dixisti deus ego sum, & in cathedra dei sedi, & dedisti cor tuum quasi cor dei. Item sub nomine Pharaonis regis Aegypti. Ecce ego ad te Pharao rex Aegypti, draco magne, qui cubas in medio fluminum tuorum, & dicis, meus est fluuius, & ego feci memetipsum. ¶Pro huiusmodi superbia sententiam damnationis æternæ accepit, de cœlo proiectus, factusq; princeps tenebrarum diabolus, qui fuerat angelus speciosus. Vnde apud eundem prophetam dicitur ei. Tu signaculū similitudinis plenus sapientia & perfectus decore, in deliciis paradysi dei fuisti, & cætera, usq; repleta sunt interiora tua iniquitate et peccasti et eiecite de monte dei. Quibus utiq; uerbis tria prædicant, horribilis eius superbiæ instrumenta, sapientia, decor siue pulchritudo, maxime ubi sub nomine Assur dicitur in eū, omnem lignum paradysi non est assimilatum illi et pulchritudini eius, q̄nia speciosum feci eum. Tertium eius fuit magnitudo, nam cedri (inquit) non fuerunt altiores illo in paradyso dei, abietes non adæquauerunt summitatem eius, et platani non fuerunt æquales frondibus illius. ¶Cæterum uera magnitudo deus est, et uera sapientia, uerbum dei, filius dei est: & uera pulchritudo spiritus sanctus est: quæ beata trinitas, sanctorum angelorum & magnitudo & sapientia & pulchritudo est. At ille diabolus magnitudinem illam non honorificauit, sapientiā illam non adoptauit, pulchritudinem illam non amauit. Quomodo ergo nisi per Ironiam plenus sapientia, & perfectus decore extentusq; & protegens dicitur fuisse? ¶Sunt enim in scriptura sancta Ironiæ grauissimæ. Exempli gratia: cum dicit sancta trinitas, ecce Adam quasi unus ex nobis factus est: cum reuera potius propter peccatum comparatus sit iumentis, & similis factus sit illis. Et sicut filia Babylonis uirgo dicitur, cum sit meretrix. Itaq; & q̄d ibidem illi dicitur, omnis lapis pretiosus operimentum tuum, sardius, topazius, iaspis, chrisolitus, onyx, berillus, saphyrus, carbunculus, & smaragdus, qui sunt sanctorum nouem ordines angelorum, cum improperio dictum esse sentimus, quia sic sibi ille arrogauit, ponens (ut supra dictum est) cor suum quasi cor dei, & dicens, in cathedra dei sedi. ¶Denique solius dei est operimentum omnis lapis eiusmodi, id est, omnis perlucidus ordo angelicæ dignitatis, sicut dicitur in Psalmo. Confessionem & decorem induisti amictus lumine sicut uestimento, id ē, decora confessione sanctorum (qui omnes lumen, id est, filij lucis sunt) sic es indutus, sic es ornatus, ut aliquis uestimento suo. Quod nimirum parum est, de solis intelligere hominibus, filijs lucis: nam & sancti angeli, immo & primum ipsi lux, & filij siue angeli lucis, confessione sua decora creatorem suum induerunt, & ipsi sunt, de quibus idem dominus ad beatum Iob dicit. Cum me laudarent astra matutina, & iubilarent omnes filij dei.

¶Quod recte & iusto dei iudicio diabolum spiritus sanctus suo respectu indi-

Ioan. 5

Angelis apostatis cur non datur spiritus sanctus in remissio. pecca.

Ezech. 28.

Ezech. 29.

Esa. 14.

Apo. 12

Superbia luciferi.

Ezech. 28

Ezech. 31

Ironia in scriptura sacra.

Gene. 3.
Psal. 48.
Esa. 47.
Ezech. 28

Amictꝰ lumine sicut uestimento

Psal. 103.

Iob. 38.

gnum iudicauit, reum ęterni delicti, ꝛ de ruina eiusdem diaboli, ꝛ quod positus fu
it in monte sancto dei. Caput .IX.

QVia igit̃ per superbiam peccauit, recte & iusto iudicio spiritus sanctus, pcedens
à patre & filio, non in illū, sicut in electos angelos, sed oīno longe ab illo decli
nauit eandē passus ab ip̃o repulsam, quam & ex hominibus similibus eius pas
sus est, uel patitur dicens: Qūo si contemnat mulier amatorem suū, sic contem
Hiere.3 pſit me domus Israhel. Sicut eī illū populū Israhel sibi adduxit, & legem siue tabulas testa
Exo.20. menti dedit illi in monte, qui & ob hoc dictus est mons dei, hoc exigens pro cunctis bene
ficijs suis, ut diligeret eū, atq; dicens, & nunc Israhel quid dominus deus tuus petit à te, nisi
Deut.10. ut timeas dominū deum tuū, & diligas eum: & multa hic similia. Sic & illum malignum in
Ezech.28 cœlo posuit, quemadmodū dicit. Et posuite in medio monte sancto dei, in medio lapidū
ignitoꝝ ambulasti. Hoc ab illo exigens, ut creatori & tanto largitori haberet gratias, utpo
re rationalis creatura, & tanquàm lapis appositus uel præparatus in foraminibus suis susci
peret ligaturas auri, uinculū dilectionis dei. Nam hoc est quod eadem scriptura dicit. Au
rum opus decoris tui, & foramina tua in die, qua conditus es, pręparata sunt. Itaq; quia per
nimiam (ficut iam dictū est) superbiam repulit à se amatorem deū, & contemptuosam ab illo
spiritus dilectionis passus est repulsam. Neq; eī in semetip̃o unquàm recepit illū, quāuis
ita scriptū sit, aurū opus decoris tui: subaudit eī, esse debuit uel promptū fuit. Iusto ualde
iudicio, spiritus sanctus, non, sicut ad nos peccatores homines in remissionē peccatoꝝ pro
cedit, & deinde diuisiones gratiaꝝ superaddit, ita & in illam creaturā & complices eius ma
Lucifernō sta los angelos facere unq̃ uoluit aut proposuit. ¶ De hoc miror quosdam contendere, dicen
ti m, ut cōdit⁹ tes. quod statim, ut conditus est, cecidit, cum hoc autentica nulla scriptura tradiderit: immò
est cecidit. & contrariū sonet quod hic scriptū est. Præmisso nanq;, & foramina tua in die, qua condi
Ezech.28 tus es, præparata sunt. Qd est dicere, & rationalis creat⁹ es, & subtili donatus ingenio: pro
pter qd excusationē nō habes de peccato tuo, statim subiūgit Et posuite in monte sancto
dei, in medio lapidū ignitoꝝ ambulasti, perfectus in uijs tuis: subauditur p hypocrisim, à
die conditionis tuæ, donec inuenta est iniquitas in te. Et multa hmōi, quę qm̃ non possunt
solui, cum sint uerba diuinæ autoritatis, necessario nōnulla debet intelligi mora, inter illud
quod creatus est & illud quod proiectus est, uel de cœlo cecidit: iuxta quod dicit, & pecca
sti, & eieci te de monte sancto dei.

¶ Responsio ad illum qui forte quęrit, ad quid posuit diabolum in monte sancto
dei, ꝛ ut quid illi tāta contulit, cum sciret eum spiritus sanctus, qui
omnia scrutatur, etiam pꝛofunda dei. Ca.X.

Quæstio 1.Cor.2 HIc forte quærat aliquis. Ad quid illū talem posuit in mōte sancto dei? Ut quid
illi tanta cōtulit? Nunquid nesciebat spiritus, qui omnia scrutatur, etiam pfun
da dei, qđ ille lapis durissimus atq; rebellis, nō recepturus foret in se aug opus
Gene.2. decoris sui? Cur ergo illic posuit eū, ut ambularet in medio lapidum ignitoꝝ?
Hoc qui quærit, quærat & illud, cur idem deus hoiem in paradyso posuit. Neq; eī illū in
paradyso fecit: sed tulit ergo (ait scriptura) dn̄s deus hoiem, & posuit eum in paradyso uo
Responsio. luptatis, ut operaret & custodiret, illum. Dicat ergo: Nunquid nesciebat deus quod futu
rum esset, ut operaretur & custodiret illū? Vt quid ergo illic posuit eum? ¶ Ad hęc inquā.
Nō nesciebat deus, sed nisi angelū in cęlo, et hoiem tētasset in padyso, ut nota fierēt secl'is
supuēturis, uel q̃ in corde angeli, uel q̃ in corde erāt hoīs, nos iudicia ei⁹ laudare nescirem⁹
Iohan.17 multūq; deesset nobis de cognitōe dei, cui⁹ cognitio uita ęterna ē, quēadmodū dicit ip̃e fili⁹
Similitudo. dei. Hæc est aūt uita æterna, ut cognoscāt te uer̃ deū, & quē misisti Iesum Chm̃. ¶ Hoc
Exo.3. qđ diximus, p aliq̃d fil'e melius intelligit. Cū dn̄s Moysen mitteret ad Pharaonē, dicēs: cla
mor filioꝝ Israhel uenit ad me, ueni mittā te ad Pharaonē &c. Hæc q̃q; dixit: Sed ego scio
qđ nō dimittet uos rex Aegypti, ut eatis, nisi p manū ualidā. Attn̄ ip̃am manū ualidam nō
statim exercuit, non statim primogenita Aegypti uel ip̃os Aegyptios cū Pharaone per
cusserit: sed prius multis & bonis illum sermonibus conuenit, pluribus signis leuioribus q;
plagis tentauit, donec scirent qui uiderūt, sciremus nos quoq; qui legimus, glorificationē
domini in curribus Pharaonis & exercitus eius: quia iustus est dominus, Pharao autem &

popu

populus eius impius. ¶ Sic nimirũ idem dominus, cũ sciret de angelo illo, quàm esset malus, debuit eũ non statim iudicare uel damnare cæteris uidentibus, sed tentare prius, similiterq; hominẽ, ut sciremus nos quoq; cũ angelis sanctis ab effectis siue ex operibus, quòd solus sciebat deus iam, nullis adhuc malis meritis præcedentibus: & scientes, iustitiã eius, uel in illius angeli ruina, uel in hominis pœna laudaremus.

¶ Propter quid tã terribili iudicio dãnatus fuerit, & de eo qđ in Apocalypsi dictũ est, vnũ de capitibus bestie que habebat capita. VII. quasi occisum in mortẽ, & plaga mortis eius sanata est, siue habet plagã gladij & vixit. Cap. XI.

SVperius iã diximus, spm̃ sanctũ paracletũ, uinũq; uel ficerã cõsolationis eius, secundũ uisionem Lamuelis, dandũ esse mœrentibus, & his qui amaro animo sunt, id est hominibus, & qui peccatoꝝ sibi cõscij constanter secundum deũ, & ab hoc seculo cõsolationẽ recipere nolunt uel renuunt. At illi apostatę angeli cũ suo capite diabolo, q̃ longe fuerint uel sint ab isto laudabili mœrore, ab ista dulci amaritudine, mirabiliter innuit scriptura libri Apocalypsis: cuius quot uerba, tot penè sunt sacramenta. Immò & amplius dicas, Paꝝ em̃ pro merito uoluminis dictũ est (ait B. Hieronymus) nã in uerbis penè singulis multiplices latent intelligentiæ. Quomodo ergo illa scriptura dicit & unũ (inquit) de capitibus eius, uidelicet bestiæ quæ habebat capita. VII. quasi occisum in mortẽ, & plaga mortis eius sanata est. ¶ Septẽ bestiæ capita, quæ illa erexit cõtra mulierẽ in utero habentem, quæ & clamabat parturiẽs, & cruciabatur ut pareret, ut cũ peperisset deuoraret filiũ eius: nos intelligimus septem regna mundi huius principalia, siue notissima, quæ à tempore promissiõis beati seminis, quod est Chrũs, in hoc steterunt, agente diabolo (cuius corporis sic illa regna recte intelliguntur capita, sicut omnes iniqui recte dicuntur & sunt eius membra) ut promissio nõ adimpleretur, ut Christus non nasceretur, aut ut natus moreretur, & periret nomen eius. Primum illorum fuit regnum Aegyptiorum, quod masculos seminis Abrahæ omnis iussit interfici aut in aquis necari. Secundum, regnum Israhelitarum carnalium, quod, maxime regnante & agente Iezabel, promissionis uerbum abolere uoluit, cultum Baal superadijciens uitulis, quos fecerat Hieroboam, & pro his interficiens prophetas & suffodiens altaria domini. Tertium, regnum Babyloniorum, quod populum illum captiuauit, & tres pueros nolentes adorare statuam quam erexerat, misit in caminum ignis. Quartum, regnum Persarum & Mædorũ, quod, agente Aman, uniuersum Iudæorum genus delere uoluit. Quintum, regnum Græcorũ, cuius uires diabolus, maxime per Antiochum Epiphanen sibi assumpsit, sicut narrãt Machabeorum libri. Sextum, regnum Romanorum, quod Christum & martyres eius interfecit. Septimum, regnum erit Antichristi, de isto recte itelligas quod dictũ est, & unum de capitibus eius, quasi occisum in mortem, & plaga mortis eius sanata est. Diabolus em̃ est uel erit, qui plagam æternæ dãnationis in cœlo accepit, sed plaga mortis eius (inquit) sanata est, siue (ut postmodũ repetitum est) habet plagam gladij & uixit. Mirabiliter ergo (ut supra dictum est) scriptura hæc duritiam eius innuit. Quid em̃ est dicere, habet plagã gladij & uixit: nisi, & dãnatus est & superbit? Et quid est dicere, quasi occisum caput in mortem, & plagam eius sanatam esse: nisi de perditione & separatione ipsius à deo, quæ uera occisio & uera mors est, non curare, immò & contemnere, ac semetipsum quasi uiuũ, id ẽ, iustum defendere? Non em̃ uere uiuit, aut uere plaga eius sanata est, sed iccirco dictũ est, quia sic sibi arrogat, sic consolatur miser.

Prouer. 35.

Laus libri Apocalypseos.

Apoca. 13.

Ibidem. 17. Septẽ bestiæ capita, septem regna sunt p̃cipua.

Exod. 1.

3. Reg. 19

Danie. 3.

Hester. 3. 1. Macha. 1.

Apoca. 13. Habet diabolus plagã gladij & uixit.

¶ De eo quod dictũ est ad B. Job, spũs eius ornauit cœlos, & obstetricãte manu eius, eductus est coluber tortuosus. Cap. XII.

IGitur nõ minus sciẽter q̃ fideliter dicimus, ad laudẽ huius procedẽtis spũs sancti, quia sicut nũc, ita & tũc sup omne cor impœnitẽs iusti & recti in processione sua tenuit iter iudicij, donis gratiaꝝ suaꝝ humiles & subiectos perornans angelos, et relinquens superbos diabolum simulq; complices eius omnis spiritus superbiæ filios. ¶ Hinc illud ad B. Iob pulcherrime et uerissime dictũ est. Spirit9 eius ornauit cœlos, et obstetricãte manu eius, eductus est coluber tortuosus. Neq; em̃, quoniã de beatis aplis recte intelligitur hoc dictũ, spũs eius ornauit cœlos: iccirco minus uerũ erit, hoc sentire uel dicere de illis beatis

Iob. 26.

angelis

Iohan. j̄z. angelis, quos ornauit idem ſpūs, nouē ordinibus diſtinctos. Et quia tunc quoq; eductus eſt coluber tortuoſus, quando dixit dominus, nunc iudiciū eſt mundi, nūc princeps huius mūdi eiȷcietur foras: quod tunc futurū erat, quando ſcriptura iſta condebatur, non iccirco minus uerū eſt, iam tūc de cœlo illum fuiſſe eductū eductione terrifica, cuius meminit ipſe dñs dicens, uidebam ſatanā, ſicut fulgur, de cœlo cadentē. Immò & adhuc tertia uice eſt educendus idem coluber tortuoſus, ſummæ trinitatis aduerſarius: & proinde trino iudicio damnatus atq; damnandus, ſcilicet in die iudicij, quando fiet illud, quod itidem beato Iob dominus loquitur. Ecce ſpes eius fruſtrabitur eū, & uidentibus cunctis præcipitabitur. Nunc uide, quanta res, quanti ponderis actio, q̄ breui, quàm parco deſignata eſt eloquio, dū dicit, & obſtetricante manu eius, eductus eſt coluber tortuoſus, p̄miſſo, ſpūs eius ornauit cœlos. Quid nā eſt obſtetricare, niſi naſcentes infantulos excipere, & diligenter tractando ad uitā cuſtodire? Cū ergo hęc dicit, mirabiliter creatoris noſtri deſignat, quā habuit uel habet, curam, circa electā creaturā ſuam, tam angelicam q̄ humanam, pro ipſius creaturæ humilitate, ſicut ſcriptum eſt. Cuſtodiens paruulos dominus, humiliatus ſum, & liberauit me. ¶ Iccirco plane & quando cœlos illos ornauit, qui ſunt ſancti angeli, colubrū tortuoſum eduxit, id eſt, diabolū de cœlo proiecit, ut ablato ſcādalo faceret pacem & concordiam in ſublimibus ſuis. Et quando cœlos alios, id eſt apl̄os, ornauit, iccirco colubrū eundem tortuoſum eduxit, id eſt foras eiecit, ſicut ipſe in euangelio dixit, ut liberati p ſanguinem ipſius à ſcandalo peccati, ſciremus & poſſemus ſeruire creatori noſtro & redē ptori. Et quando cœlos omnes, id eſt ſanctos omnes, tam angelos q̄ homines, ita peromabit, ut & angeli iam non habeant negotiū adminiſtrandi, ſicut adminiſtrant, & uſq; ad diē illū adminiſtrabūt, unde & apl̄us dicit, nonne omnes ſunt adminiſtratorij ſpūs in miniſterium missi propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis: & homines ſiue hominum ſpūs, reſumptis corporibus, duplici gloria corporis & animæ remunerentur, iccirco colubrum eūdem tortuoſum funditus educet, uidentibus eīn cunctis præcipitabitur, ut omnia ſcandala de regno eius auferātur, pacēq; habeat illa dormitio, de qua itidē ad beatū Iob dictū eſt. Quis enarrauit cœlorū rationem, & cōcentū cœli quis dormire facit.

Pſal. jj4. Coluber tortuoſus ter p̄ ij cit̄ de cœlo.

Iohau. j̄z

Heb. I.

Iob. 38.

¶ De eo quod dictum eſt ad eundem B. Job, quis enarrauit cœlorū rationem et cur ſaltem nec ipſe Moyſes deſcribere debuerit rationem cœlorū, id eſt, ſanctorū ordines angelorum, qui primus enarrauit rationes terrarum, generationes filiorum hominum. Cap. XIII.

SVper fundamentū literæ huius pulcherrimū atq; firmiſſimū, libenter atq; delectabiliter ſuperædificauimus, quoad poſſumus, cœpti ſermonis aurū ſiue argentum aut aliquid precioſorū lapidū ad laudē ſpūs ſancti, qui ornator eſt eiuſmodi cœlorū. ¶ Sed interim occurrit quæſtio, quia quæri poteſt, cur nullus enarrare debuit eatenus rationem eorūdem cœlorum. Etenim cū dicit dominus, quis enarrabit cœlorū rationem? ſubauditur, nullus: ego aūt ſum enarraturus. Deniq; Moyſes, qui ante beatū Iob, & literas primas ſcilicet Hebraicas, deo uel digito dei ſcribente ſibiq; tradente, accepit, fere nihil de illorū ratione cœlorū enarrauit, niſi hoc tantū. Dixitq; deus. Fiat lux, & facta eſt lux, & uidit deus lucē quod eſſet bona, diuiſitq; lucē & tenebras. Appellauitq; lucē diem, & tenebras appellauit noctē. Hoc ergo quæritur (ut iam dictū eſt) cur cœlorū rationem nullus eatenus enarrauit, nec ſaltem ipſe Moyſes, qui terræ, id eſt hominis rationem enarraturus, de cœleſtibus illis ſolum hoc breuiſſime enarrauit, ſic incertum, & quaſi ſub uelamine, ut uix aliqui patrum ſpiritualium intelligere potuerint, maxime quòd pater Auguſtinus nomine lucis ſanctos angelos, & nomine tenebrarum malos angelos deſignauerit, quorum diuiſio, qua dictū eſt, diuiſitq; deus lucem & tenebras, illud indicat iudicium, quod catholica firmiter tenet eccleſia, quia angeli lucis nunquam ulterius in tenebras, & angeli tenebrarū nunquam ulterius in lucem, redituri ſint. ¶ Quiſquis iſtud quærit cur nec ipſe Moyſes de illis cœleſtibus plus ſiue manifeſti aliquid ſcripſerit ſiue ſcribere debuerit, quærat & illud cur de cœleſtibus ſacramentis ſcripturus, quæ poſt illum futura uel facienda erant circa genus humanum, tantum tamq́ groſſum ſiue defenſum uelamen ſuper faciem ſuam obduxerit: ut non ſolum illi carnales filij Iſrahel, qui tunc

Quæſtio.

Gene. j̄.

Alia quæſtio

qui tunc erant uidentes cornutã faciẽ eius fugere potuerint, sicut usq; hodie fugiunt illorũ posteri, uerũ etiam spirituales filij Israhel, ex quibus sumus & nos, uix aliquatinus tractando & retractando scripturam eius perspicere possimus, quo tendat claritas uultus eius, quo intendant radij cornutæ faciei eius. ¶ Quærenti hoc uel illud respondere debemus, quia cœlestia sacramenta portare tunc non poterat totus fere carnalis mundus. Sic eñ tunc erat mundus, quasi puer siue adolescentulus lasciuus atq; petulcus, cui pro parte illorum, quibus hæreditas promittebatur in semine Abrahæ quod est Christus, uix posset inueniri pædagogus, qui reprimeret lasciuientes mores eius pœna præsente, uindicta præsto apparente: ita ut plerosq; illlorũ ignis absumeret, terra deglutiret, serpentinus morsus deuoraret. Cum igitur talis esset mundus, quomodo illi competeret reuelata facie uel manifestis sermonibus enarrari rationem cœlorum, describi sanctorum ordines angelorũ cum & ipsa, quæ ad homines specialiter pertinent, oportuerit uelari mirabilia splendida spiritualium sacramentorum? Proinde satisfactum sibi esse putet, quisquis illud quærit, cur non saltem Moyses, cui deus facie ad faciem loquebatur, cœlorum istorũ rationem enarrauit.

Exod. 34

Responsio ad utranq;.

Nume. 16. 21

Exod. 33.

¶ De eo quod dictum est ad eundem beatum Job, & concentũ cœli quis dormire facit, & que vel qualis illa dormitio sit. Cap. XIIII.

IAm nunc ut ad capitulum hic & supra memoratum sermo recurrat, quis est ille cœli concentus? Et quæ uel qualis est dormitio eius? Dixit enim. Et cõcentum cœli quis dormire facit? Nimirum concentus concors est, & in nullo dissonans cantus, & eiusdem angelicæ cantionis omnis symphonia laus est sanctæ trinitatis, cuius uidelicet laudis summam hanc audiuimus in Esaia, Sanctus, sanctus, sanctus, dominus deus exercituum, plena est omnis terra gloria eius, siue pleni sunt cœli & terra maiestate eius. Verus & pulcher concentus chordis omnibus bene extẽtis, & uocibus cunctis bene consonantibus, ex q̃ (sicut iam supra dictum est) eductus est coluber tortuosus omni uoce dissonus, omni symphoniæ contrarius, sibilator non cantor, non præcentor aut succentor, immò quantum in ipso fuit uel est, totius sacræ musicæ corruptor. Quomodo illum talem cõcentum cœli dominus deus dormire fecit uel facit? Nimirum deijciendo siue eijciendo de ordine uel choro cantantium illum sæpe dictum & sæpe execrandum colubrũ tortuosum, quia dum illũ deiecit, pacem firmauit, & cõcordiam fecit in sublimibus suis. Pax illa, cõcordia illa, nonne dormitio est? Quid eñ aliud nobis hominibus sancta & mystica lex repromittit, nisi securitatem illam ineffabilem sub uerbo dormitionis? Et comedetis (inquit) panẽ uestrũ in saturitate, & absq; terrore habitabitis in terra uestra. Dabo pacẽ in finibus uestris, dormietis & non erit qui exterreat. Et protinus ostendens, quomodo uel per quid efficiatur illa dormitio nostra. Auferã (inquit) malas bestias, & gladius non transibit terminos uestros. Malæ quippe bestiæ sunt maligni spiritus & malarum bestiarum caput est ille coluber, id est diabolus, quorum terminos iam transiuit gladius, id est, sententia damnationis æternæ, quam supra iam diximus. Quid igitur in sermone pulchrius, in re preciosius, isto quod ait, & concentum cœli, quis dormire facit? O ter quaterq; beatus ille concentus cœli, ubi omnis multitudo & concinendo dormit, & dormiendo concinit. Sabbatizat eñ & dormitio eius in sabbato est, ipsa requies domini, septima dies domini, & in illam requiem introiuit cum concentu interminabili, cũ uoce ineffabili, cum extensione infatigabili.

Cõcentus cœli concors.

Iob. 38

Esa. 6.

Leuit. 26.

¶ Item de eodẽ concentu, & de verbis concentus siue cantionis illius, quẽ apud Esaiam audiuimus, sanctus sanctus sanctus dominus deus. Cap. XV.

AVdiuimus (ut supra iam dictum est) uerba quædam concentus siue cantionis illius, sanctus, sanctus, sanctus dominus deus. Q̃ pulcher, q̃ æqualis tenor in uerbis, q̃ certus, q̃ stabilis. Nulli gradus sunt hic, nullũ momentũ incrementi siue decrementi in uocibus istis. ¶ Vnde ergo gradus suos accepit inimica hæresis? Nam ac si concentus ille sic cecinisset, Sanctus, Sanctior, Sanctissimus, & pluraliter addidisset Domini & Dij, non singlariter Dominus Deus, ita sibi gradus fecit, maxime per os Arrij, ut diceret spm̃ sanctum magnum quidem, sed filiũ spiritu sancto maiorẽ, &

Esa. 6.

Cãtus hæreticorũ discors.

deo pa-

deo patre minorem, Vnde (inquã) gradus istos accepit impia uel serpentina hæresis, nisi ab ipso colubro patre mendacij, quem de concentu illo manus domini propter dissonantiam ipsius eduxit, & foras misit? Iccirco talis hæreticus reus est, æterni delicti, sicut & pater ipsius diabolus, qui fecit gradus istos, quibus non ascenditur ad superos, immò descenditur ad inferos. In Ozee scriptum est. Proiectus est uitulus tuus Samaria, iratus est furor meus in eis, Vsq; quo non poterunt emundari? Quia ex Israhel ipse est. Artifex fecit illũ, & non est deus. Est autem hic sensus. Ne mireris quod sordes Israhel, scilicet uituli quos fecit Hieroboam, non potuerunt aut possunt emundari: quia uidelicet ipse, subauditur uitulus siue uitulorum cultus, ex Israhel est. Neq; enim aliunde hoc accepit, ut uitulum pro deo coleret, sicut Baal & Astaroth & cætera dæmoniorum portenta, de uicinis gentibus accepit, forte errantibus & per ignorantiam multis peccantibus: sed artifex fecit illũ, subauditur Hieroboam siue Israhel, sciens quia non est deus, artifex (inquã) sicut manifeste scriptura dicit. Dixitq; Hieroboã in corde suo. Nunc reuertetur regnũ ad domũ Dauid, si ascenderit populus iste, ut faciat sacrificia in domo domini, in Hierusalem. Et excogitato consilio, fecit duos uitulos aureos. Propter excogitationem consilij propheta siue deus artificem illum nuncupauit, quia non ignoranter, sed maliciose peccauit: & iccirco nõ potuerunt peccata illa emundari, ut recederet Israhel à uitulis illis, saltem tempore unius ex regibus suis. ¶ Similiter de Arrio sciendum cæterisq; hæreticis, qui intelligere noluerunt, illum concentum cœli, & maluerunt scindere unitatem cantionis: quia non est eorũ amplius illum audire concentum cœli, neq; partem aut communionem habebunt cum illis qui per planitiem siue fidei æquitatem, absq; illis gradibus inæqualitatis uadunt: hinc ut dormiant & concinant, illic, iuxta illud de Canticis graduum. Illuc enim ascenderunt tribus, tribus domini, testimonium Israhel, ad confitendum nomini Domini, neq; enim emundari poterunt, sed immundi erunt & in hoc seculo & in futuro, & laborabunt in æternum, Sicut laborat & ille coluber, circumductor ipsorum, perforatas nares in sudibus, & circulum habens in naribus: atq; ita nusquam sabbatizãs, nusquam dormiens circuit terram, dissimulare uolens quidem, sed non ualens, fatigationem suam: dum requisitus, unde uenis, respondet & dicit, circuiui terram & perambulaui eam, & maxime hoc tempore habens iram magnam, quia scit quod modicum tempus habet, & non diu, illi circuire licet.

Ozee. 8. Sordes Israel uituli Hieroboam.

3. Reg. 12.

Hæretici non audiunt cõcẽtum cœli.

Psal. 121.

Coluber sine requie.

Iob. 40.

Iob. 1.

¶ Sententia beati pape Gregorij de illis cœlestibus sanctorum angelorum ordinibus qui vel quales homines cuius ordinis societatem sortiantur. Caput. XVI.

Hoĩes uẽturi in societatẽ 9 ordinum angelorum.

BEatus papa Gregorius, de illis cœlestibus sanctorum angelorum ordinibus loquens, & spei nostræ congaudens, quod uenturi simus ad illorum societatem, siue (ut ait ipse dominus) æqualitatem, hæc inter cætera dicit. *Isti itaq; qui parua quæ capiunt, pie fratribus annunciare non desistunt, in angelorum numerũ currunt.* Alij secretorum cœlestium summa & capere præualent, & nunciare. Quo ergo isti (inquit) nisi inter archangelorum numerum deputantur. Alij mira faciunt, signa ualenter operantur. Quo isti, nisi ad supernarum uirtutum sortem & numerum congruunt? Nonnulli etiam de obsessis corporibus malignos spiritus uirtute orationis, & ui acceptæ potestatis eijciunt. Quo isti meritum suum, nisi inter potestatum cœlestium numeꝝ sortiuntur? Nõnulli acceptis uirtutibus cũ & bonis meliores sint, electis quoq; fratribus principantur. Quo isti sortem suã, nisi inter principatũ numeros acceperunt? Nõnulli sic omnibus uicijs dominantur, ut iure dij inter homines uocentur, qualiũ uni scilicet Moysi, ecce (inquit dñs) cõstitui te deũ Pharaonis. Quo isti, nisi inter numeros dominationũ currũt? Nonnulli hoc in munere uirtutis acceperũt, ut recte & alios iudicare possint? Quid isti, nisi throni sunt conditoris sui? Nonnulli tanta dei ac proximi dilectione pleni sunt, ut Cherubin iure nominentur. Quia enim Cherubin plenitudo scientiæ dicitur. Et PAVLO dicente, didicimus, quia plenitudo legis est dilectio, omnes qui dei & proximi charitate pleni sunt, meritorum suorum sortem inter Cherubin perceperunt. Nonnulli supernæ contemplationis facibus accensi, amando ardent, loquendo & alios accendunt, & quos

Exod. 7.

Roma. 13

quos uerbo tangunt, ardere protinus in dei amore faciunt. Qui ergo ita ad amorem sui conditoris inflammati sunt, quo nisi inter Seraphin sortem suæ uocationis acceperunt.

¶ Responsio ad illos qui dicunt, quod de singulis ordinibus multitudines ceciderunt, quoniã secundũ illã sentẽtiã beati Gregorij ex hominibus alij in illũ ⁊ alij in illũ ordinẽ sint assumpti siue assumendi. Cap. XVII.

DVm hæc dicit, scilicet ex hominibus alios in angelorum, alios in archangelorum numero deputari, alios inter supernas uirtutes, alios inter cœlestes potestates, alios inter principatus, alios inter dominationes, alios inter thronos, alios inter Cherubin, alios inter Seraphin, accipere sortem suæ uocationis nonnulli solent asserere, quod de singulis ordinibus multitudines ceciderint, quoꝝ itidem in singulis ordinibus ruinæ debeant ex hominibus reparari. Quid ad hæc dicere potuim⁹ aut possumus? Hoc em̃ pertinet ad rationes illas, de quibus scriptum & supra memoratũ est. Nũquid nosti ordinem cœli, aut pones rationes eius in terra? Dicimus ergo. Si de scriptura qualibet canonica, confirmare possent opinionem illam, qua præuenti sunt, dicentes, angelos siue spiritus illos mox ut creati sunt in suis ordinibus constitisse, moxq; & illos cecidisse, & istos in gradibus suis perstitisse, concedendum esset opinioni illorum. Nunc autem non ita est, Nulla enim scriptura canonica opinioni illi suffragatur, immo & prophetica ueritas apud Ezechielẽ oppido refragatur, ut longe supra memorauimus. Proinde recte è contra quærimus. Quid illi spiritus beati remunerationis acceperunt pro eo, ꝙ peccantibus apostaticis spiritibus, ipsi peccare noluerunt? Si enim iam tunc erant ut nunc sunt in ordinibus suis stabiliti atq; perfecti angeli, archangeli throni, dominatores principatus, potestates, uirtutes, Cherubin, atq; Seraphin, quomodo exinde tam multi cadere potuerunt? Verbi gratia. Si erant in ordine Seraphim, id est, eorum angelorum qui diuini amoris igne ardent, siue incendunt, quomodo inde excidere potuerunt? Immò quomodo unquam illius amoris dulci ardore arsisse putandi sunt? ¶ Verius ergo & rationabilius hoc dicimus, quia in remuneratione pro eo, quod non peccauerunt, & creatori suo subijci maluerunt, ordines illos acceperunt, quos habent nunc, in hoc ipsum ordinati uerboq; domini & spiritu oris eius firmati, ut amplius cadere, id est peccare nõ possint sicut lapides supra memorati, auro astricti, tenentur in ordinibus suis dispositi secundum scientiam artificis, ligando ordinati, ordinando ligati, ut excidere non possint, nec aliud doctoris supradicti sermo bene perspectus recipere nos compellit.

Iob. 38.

Ezech. 28.

Remuneratio angelorum.

¶ Alia scientia de similitudine nouem ordinum angelorum ⁊ nouem charismatum spiritus sancti, que secundum apostolum hominibus data sunt, dicentes: alij quidem per spiritum datur sermo sapientie, ⁊ cetera. Caput. XVIII.

NVnc iam, quia sermo idem nos lætificauit secundum speciem quam dominus ipse fundauit dicens, æquales em̃ sunt angelis, cũ sint filij resurrectionis: quia (inquam) sumus eisdem nouenis ordinibus disponendi, perpulchrum est consyderare, quia quot sunt illic à spiritu oris domini ornamenta cœlorũ, tot sunt hic in hominibus sanctis ab eodem spiritu diuisiones gratiarum. Sic em̃ ait apl'us. Vnicuiq; aũt datur manifestatio spũs ad utilitatem: Alij quidem ꝑ spiritũ datur sermo sapientiæ, alij aũt sermo scientiæ secundũ eundẽ spiritũ. Alteri fides in eodẽ spiritu, Alij gratia sanitatum in uno spiritu, Alij operatio uirtutũ, Alij prophetia, alij discretio spirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio sermonũ. Hæc autẽ omnia operatur unus atq; idem spiritus, diuidens singulis, prout uult. Hoc ergo qui ꝑpendit, scilicet electionem ex hominibus tot esse charismatũ uarietate ornatam, quot ordinibus illos beatos spũs constat esse distinctos: potest etiã apte secundũ eadem charismata cõijcere, qui uel quales hoies, quibus aut cuius ordinis angelis similes debeant existimari. ¶ Deniq; qui habent interpretationem sermonum, ut saltem in una lingua possint enunciare sensum scripturarum ad utilitatem audientium, nonne angeli sunt? Labia enim sacerdotis (ait dominus in Malachia) custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore eius, quia angelus domini exercituum est

Lucæ. 20.

Diuisiones grãꝝ tot sũt, q̃t ordines angelorum.

I. Cor. 12.

Qui hoĩes in q̃s ãgeloꝝ ordies recipiũt.

Malach. 2.

Quiaũt

Qui aũt etiam genera linguarũ acceperunt, ut hoc ipsum non una tantũ lingua, uerũ etiã uariis linguis efficere possint, & de gẽte in gentem transferre ac dilatare uerbum dei, quod maxime sanctis datum est apostolis, nõne merito dicuntur & sunt archangeli? In discretione spirituum, nimirũ dignitatem iudiciariã recte intelligis, quod iure uocentur throni, eo
I.Iohan.4. ꝙ de spiritibus, deo in ipsis præsidente, iudicare nouerint, iuxta illud. Nolite omni spiritui credere, sed probate spũs si ex deo sunt. In gratia prophetica non incongrue dominationũ agnoscitur autoritas, quia profectò regibus q̃q̃ prophetæ dominati sunt, maximeq̃ He-
4.Reg.j3. xoEdi.7 lias & Heliseus, nam Heliseo quoq̃ clamauit rex, pater mi pater mi, currus Israhel & auri-
Roma.4 ga eius, cæterisq̃ regibus prophetæ dominati sunt, & maximo prophetarũ Moysi dictũ est, ecce constitui te deum Pharaonis. Fides nonne principatum meretur? Denicq̃ & Abraham & Isaac & Iacob & Dauid propter fidem siue iustitiam fidei patriarchæ, id est patrum principes, nominati sunt, & Petrus quoq̃ aplus ob excellentiam fidei princeps apostolorũ nominari meretur. Ergo & omnes quorũ fides præclarior habetur, recte principatus nominãtur, & ipsi fratribus suis siue ecclesiis Christi principari, id est, præesse digni habentur. Gratia sanitatũ & operatio uirtutum hoc maxime differunt, quod gratia sanitatũ circa infirma corpora expenditur, siue per impositionẽ manuum, siue per alium quemlibet modũ: operatio uero uirtutũ extrinsecus exhibetur in rebus exterioribus, in elementis
Nume.j2. huius mundi, sicut maxime factum est per manũ Moysi, qui circa corporũ sanitatem fere hoc solum fecisse legitur, quod Mariæ sororis suæ lepram sanauit. Quibus ergo gratia sanitatũ data est, nonne inter potestates, & quibus operatio uirtutũ data est, nõne iure reputantur inter uirtutes? Porrò quibus sermo scientiæ, ipsi sunt tanq̃ Cherubin: & quibus sermo sapientiæ datus est, ipsi sunt tanquam Seraphin. In illa gratia maxime aplus Paulus claruit, habuit em̃ scientiam non solũ dei, uerum etiã seculi: in ista uero Iohannes dilectus domini, cuius sermo totus uersatur circa charitatem quæ uera sapientia est, & auditores intendit accẽdere igne amoris dei secundũ ipsum uocabulum Seraphin.

¶ De eo quod apostolus dicit, nusquam enim angelos apprehendit sed semen Abrahe apprehendit. Cap. XIX.

Hebræ.2 ADde illud quod idem apostolus dicit, nusquã em̃ angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit. Quorsum istud? Diximus em̃ longe superius, quia nobis hominibus duobus modis datur spũs sanctus, altero, quod est in remissionem peccatorũ: altero, quod est in diuisiones gratiarũ. In sanctos aũt angelos uno modo, scilicet in diuisiones gratiarũ, larga dignatione effusus est. Nam ut in remissionẽ
Maximus de bitor dei, hõ. peccatorũ nunquam detur spiritibus apostaticis, iudicium uerũ fuit, & est eiusdem spũs sancti. ¶ Vt ergo, quantũ creatori debeas, homo perpendas, & causam tuam melius ipse discernas, adde quod nusquã angelos apprehendit, sed humanam de semine Abrahæ naturam apprehendit tali apprehensione, ut autor salutis tuæ dignaretur per passionẽ mortis consummari. Quota in hoc est portio debiti tui debitæ gratiarũ actionis? Angelos & creauit, & eos qui non peccauerunt magnificauit: te aũt & creauit, & cum uniuersus in Adã peccauisses iustificauit, & insuper magnificauit. Iustificauit (inquã) dato illo spũs sancti, quod est remissio peccatorũ, quo electio creaturæ angelicæ quia nõ perierat non indiguit: magnificauit alio dato eiusdem spũs sancti quod est diuisio gratiarũ, quo in primis illos cœlestes spũs ornauit siue magnificauit. Angelorũ itaq̃ deus est, tibi aũt idem deus est & pontifex: simul uero & angelorũ & hominum rex, unus idemq̃ dei filius est. Cum hęc ita sint, putas ne plura in altari pectoris tui ligna quàm angelus habes ad nutriendũ ignem diuini amoris? Scriptum est em̃ in sancta ac mystica lege domini. Ignis in altari semper ardebit, quem nutriet sacerdos subiiciens mane ligna per singulos dies. Igni deniq̃ ligna subiicere, est cõmemorationem beneficiorũ sanctæ trinitatis iugiter habere, & propter hæc in amorem eius magis ac magis proficere, & interim ardere aliquantisper donec ueniat id
Leuit.6 Esai.j3. quod perfectũ est, sicut in Esaia scriptũ est. Dixit dominus, cuius ignis est in Syon, & caminus eius in Hierusalem. Syon nanq̃ præsens ecclesia est, Hierusalem aũt illa superna ciuitas, id est, sanctorũ angelorũ uniuersitas, de quibus nobis hactenus sermo est. Ergo ignis domini est in Syon, & caminus eius in Hierusalem, id est, abundantia diuini amoris quæ illic est

Illic est præsenti dilectione dei, sic maior est, sicut paruo siue quantulocunq; igniculo grandis & ualide succensus caminus fortior est.

¶ Item sententia beati Gregorij in illo versu cantici Deuteronomii, constituit terminos gentium iuxta numerum angelorum dei, pro quo nos secundum Hebraicam veritatem interpretante beato Hieronymo, ita legimus, constituit terminos populorum, iuxta numerum filiorum Israhel. Ca. XX.

Ait idem doctor supra memoratus. Decem dragmas mulier habuit: quia nouem sunt ordines angelorum, sed ut compleretur electorum numerus homo decimus est creatus. Item post aliqua: Superna illa ciuitas ex angelis & hominibus constat, ad quam tantum credimus humanum genus ascendere, quantos illic contigit electos angelos remansisse, sicut scriptum est, constituit terminos gentium, iuxta numerum angelorum dei. Quod scripturæ testimonium, fateor, utrum ad hanc rem confirmandam satis idoneum sit ambigo. Præsertim quia iuxta Hebraicam ueritatem, interpretante beato Hieronymo, taliter scriptum est. Constituit terminos populorum, iuxta numerum filiorum Israhel. Quæ litera qualem adhuc sensum possit habere, postmodum dicemus. ¶ Nunc illud dicere præstat, quia propter illa uerba quæ dixit, sed ut compleretur electorum numerus, homo decimus est creatus. Solent plęriq; arbitrari, quod si omnes angeli perstitissent, nullaq; ruina facta fuisset ex eis, non crearetur neq; fuisset causa cur deberet homo creari. Quod si conceditur, cauendum est ne ita pueri simus, ut existimemus deum nullum ante ruinam angelorum de homine creando habuisse propositum, sed postquam casus ille contigit, tunc demum illi uenisse in mentem consilium huiusmodi, scilicet facere genus nostrum ob recuperandam multitudinem domus seu familiæ suæ quæ cecidit. ¶ Rectius ergo dicit, qa non homo propter angelos, immo propter hominem quendam angeli quoq; facti sunt, sicut & cætera omnia testante Apostolo, cum dicit: decebat em̃ eũ, ꝓpter quẽ oĩa & ꝑ quẽ oĩa, cuius capituli memoria nos nõ ꝑteriuit in primo libello præsentis operis, cum de principio loqueremur in quo creauit deus cœlum & terram. Si enim uerum dicit, immo quia uerum dicit Euangelista, quod factum est, in ipso uita erat, nihil excipiens: præmiserat enim, omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil quanto magis homo iste decorus, ab ipso ue rbo in unitatem personæ assumendus angeli, qua angeli fierent, in ipso uita erat? Testatur & hoc ipsa sapientia, quæ non est aliud quàm ipsum uerbum, dum dicit: dominus possedit me ab initio uiarum suarum & cætera usque, quandq; appendebat fundamenta terræ cum eo eram cuncta componens, & ludens coram eo omni tempore, ludens in orbe terrarum. Statimq; subiungit, & deliciæ meæ esse cum filijs hoĩm. Quidnã hoc ẽ, nisi ac si dixisset, anteq̃ deus quicq̃ faceret à principio, & qñ hęc uel illa faciebat, hoc erat in proposito, ut ego uerbũ dei, uerbũ deus caro fierẽ, & in hoĩbus habitarem magna charitate, & summa humilitate. quæ ueræ deliciæ sunt.

Deut. 32

Falsa quorundam opinio de homis creatõe propter ruinam angelorum.

Heb. 2.

Iohan. j

Prouerb. 8

¶ Probabilius dici posse. quod non tam homo propter supplendum angelorum numerum, q̃ ⁊ angeli ⁊ homines propter vnum hominem Iesum Christum facti sunt. Caput .XXI.

Igitur probabilius hoc dicimus, quod non tam homo propter supplendum angelorum numerum, quàm & angeli & homines propter unum hominem IESVM CHRISTVM facti sunt: ut quoniam unus idemq;, & deus ex deo natus erat, & homo nasciturus erat, haberet præpar atam ex utroq; latere familiam, hinc angelorum, hinc hominum, & ipse deus, & homo dominus & creator angelorum, dominus & creator atq; saluator emineret hominum sanctorum: dominus (inquam) in eis, sicut in domo sua, rex in gente sua, deus in maiestate sua. Quia (sicut iam dictum est) & propter ipsum & per ipsum omnia. ¶ Hoc aspicientibus nobis perpulchrum est etiam illud attendere, quia non ante sed postquam ad Abraham factum est uerbum de promissione tam beati seminis, de aduentu uel natiuitate tanti hominis, cœperunt sancti angeli congaudentes hominibus uisibiliter quoq; interdum illud exhibere ministerium, de quo Apostolus: nõne (inquit) omnis spiritus administratorij sunt, missi in ministerium, & ita familiariter, ut hospicio quoq; illorum suscipi dignati sunt, &

Heb. 2.

Ministeria angelorum ad homines propter Christũ.

Heb. j

Gen. 18. & 19.

appositos sumere cibos more hospitum hominum, & multa beneficia per eos amministrata sunt, sicut passim testatur ipsa sacrarum historica siue prophetica series literarum. Verũ nos de illis ipsorum beneficijs siue ministerijs alio in opere diximus aliquid, quod intitulatur de uictoria uerbi dei. Hic tantum hoc meminisse libuit, quod recte à uerbo promissionis, quod factum est ad Abraham de semine eius in quo benedicerentur omnes gentes, qd est Christus, cœperunt angelorum ministeria cum hominibus celebrari siue frequentari, ac si dicat nobis scriptura, quia iure patribus illis angeli famulabantur, quoꝝ ex semine nascituros erat angelorum dominus.

Gene. 12

¶Qualem sensum habere possit litera hęc, quam secundum Hebraicum beato Hieronymo interpretante, legimus, constituit terminos populorum, iuxta numerum filiorum Israhel. Caput .XXII.

Deut. 32

PRoposuimus supra dicere, quem sensum habere possit litera hæc, quam secundum Hebraicum beato Hieronymo interpretante legimus, constituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Israhel. Nam quod iuxta aliam editionem legitur: statuit terminos populorum iuxta numerum angelorum dei, sensum haberet firmiorem autoritate supradicti doctoris eximij, si hebraica quoq; ueritas sic haberet ut septuaginta transtulerunt, iuxta numerum angelorum dei. ¶Primum ergo quærenda est intentio Moysi in uerbis istis cantici Deuteronomij. Interroga patrem tuum & annunciabit tibi, maiores tuos & dicent tibi: Quando diuidebat altissimus gentes, quando separabat filios Adam: constituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Israhel. Pars autem Domini populus eius, Iacob funiculus hæreditatis eius. Nimirum in istis & in his quæ sequuntur, commemorando beneficia dei, hoc intendit, ut benenolẽtiam alliciat illius populi circa cultum dei, uel amorem patris sui: qui possedit (inquit) & fecit & creauit te. Quale autem ab initio uel quanto à numero cœpit possidere tali possessione, ut ille homo Iacob, gens fieret, aut populus existeret? Nimirum ab ingressu siue introitu Iacob in Agyptum, dicente domino ad illum. Ego sum fortissimus deus patris tui. Noli timere, descende in Aegyptum, quia in gentem magnam faciam te ibi. Et post pauca sic scriptum est: Omnes animæ domus Iacob, quæ ingressæ sunt in Aegyptum fuerunt septuaginta. Porro Ioseph & duo filij eius, Effraim & Manasses in Aegypto erant. Itemque scriptum est. Erant igitur omnes animæ eorum, qui egressi sunt de femore Iacob, septuagintaquinq;. ¶Profecto iuxta hunc numerum filiorum Israhel, q tunc populus esse cœpit, iam dudum constituerat dominus terminos populorum, quando (sicut ibidem dictum est) diuisit altissimus gentes, & seperabat filios Adam propter superbiam, ubi turrim Babel ædificabant. Illa nanque diuisione septuagintatres (quod aiunt scriptores) uel potius (ut ratio declarat) septuagintaduæ gentes totidemq; linguæ per terras esse cœperunt, quæ crescendo prouincias & insulas impleuerunt. Hinc beatus Hieronymus, ubi dominus dixit ad Petrum, an putas quia non possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modo plus quàm duodecim legiones angelorum, illius iam dictæ multitudinis gentium siue populorum hoc modo meminit. Vna legio apud ueteres sex milibus complebatur hominum. Pro breuitate temporis, numerorum non accurrimus explicare typos. Tantum dixisse sufficiat: quia septuagintaduo milia angelorum, in quot gentes hominum lingua diuisa est, duodecim legionibus fieri manifestum est. Nonnihil igitur ponderis habet secundum hunc sensum litera hæc, constituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Israhel. Quantum enim ualet ad exigendam Israhelis beneuolentiam, circa deum, quod cum iam haberet deus septuaginta gentes, dimissis illis, solos elegit sibi in gentem septuaginta duos homines uel pauloplures, quia Ioseph cum filijs suis in Aegypto erant? Vnde fit, ut recte propter paucitatem cum admiratione legatur, pars autem domini populus eius, Iacob funiculus hæreditatis eius.

Intentio Moysi in Cantico. Ibidem

Gene. 46

Diuisio gentilium secundũ septuaginta & duas linguas.

Matth. 26.

FINIS LIBRI TERTII.

TVITIENSIS DE GLORIFICATIONE TRI-
nitatis, & processione sancti spiritus. Liber .IIII.

¶ Propositio, dicere aliquid de humana creatura ad laudem sanctę trinitatis, ad honorem spiritus sancti, de patre ⁊ filio procedentis, cuius in ista creatura valde clara rutilant dona. Caput .I.

SAPIENTIS VIRI EST, DVM EDIficat domũ suam, fodere in altum, & ponere fundamenta supra petram. Descendit pluuia (ait dominus) uenerũt flumina, & flauerunt uenti, & irruerunt in domũ illam, & nõ cecidit, fundata enim erat supra petram. Nimiꝝ illi uiro sapienti aliquatenus & nos extremum cupimus assimilari. Quotiens enim cupientes exigere aliquod boni ac fidelis sermonis ædificium, quærimus ac tenemus aptum siue cõueniens quodlibet capitulum de autoritate diuina, autoritate canonica siue Prophetaꝝ siue Apostoloꝝ, ut ædificemus super fundamentum illoꝝ, profecto fodimus in altũ & ponimus fundamenta supra petram. ¶ Ac proinde si descendant loquaces pluuiæ secularium maximeq; sophistaꝝ odibilium, quibus sua stipula suumq; placet fœnum, nostrum aut uile est aurum siue argentum. Et nostri lapides pretiosi contemptibiles sunt: si (inquam) ueniant flumina hæreticoꝝ, & irruant in domũ nostram, non cadet, quia supra petram fundata est. Igitur de humana creatura iam dicturi aliquid ad gloriam & laudem sanctæ trinitatis, ad honorem spiritus sancti de patre & filio procedentis, cuius in ista creatura ualde clara rutilant dona, quærimus hoc fundamentum, & in omni portiuncula sermonis nostri certum de sanctis scripturis tenere cupimus capitulum: quia uidelicet hoc est (sicut iam diximus) fodere in altum, & ponere fundamenta supra petram. Primum capitulum hoc est.

Mat. 7
Aedificiũ supra petrã ponendum.

Pluuiæ sophistarum flumina hæreticoꝝ.

¶ De proposito dei dicentis, faciamus hominem ad imaginem ⁊ similitudinem nostram. Caput .II.

FAciamns hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Hinc ait fidelis Dauid. Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me, & sanctus Iob: Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me totum in circuitu. Fodiens hic in altum, ut fundamenta ponam, qualem inuenio petram, nisi ipsam beatæ trinitatis intentionem, dicentis: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram? Quænam erat intentio, uel quid erat in intentione eius, nisi is qui nunc sedet ad dexteram patris, mediator dei & hominum homo Christus Iesus? Si enim (quod sæpe dictum semperq; sciendum est) non solum per ipsum, uerumetiam (ut Apostolus ait) propter ipsum oĩa, quantomagis humana propter ipsum facta est creatura? Cum ergo dicit: faciamns hominem ad imaginem & similitudinem nostram, parum est ad consummationem ꝓpositi dei, hoc attendere, quod omnes electi qui secundum ꝓpositum uocati sunt sancti, & rationales creati, & similes deo sunt futuri, tanq̃ patri suo filij, iuxta illud: Charissimi nunc filij dei sumus, sed nondum apparuit quid erimus, scimus, quia cum apparuerit, similes ei erimus, quoniã uidebimus eum sicuti est, parum (inquam) hoc est, nisi hunc hominem attendas, qui ip̃e est (ut Apostolus ait) imago dei inuisibilis, & sicut idem alibi loquitur: splendor gloriæ & figura substantiæ eius. ¶ Nunquid enim cum hæc diceret beata trinitas: Faciamus hominẽ & cætera, de homine isto nihil cogitauerat aut proposuerat: sed postquam peccauit Adam tũc demũ istud cogitauit deus, ut hõ fieret dei filius, ob redimendũ humanum genus? Diximus de hoc in pręcedentibus, cum de angelis loqueremur: quia si uerũ dicit, immo quia uerum dicit euangelista, quod factum est in ip̃o uita erat, nihil excipiens, præmiserat enim, omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil: multomagis homo iste ab ip̃o uer

Gene. j
Psal. ijã.
Iob. jo
j. Tim. 2.
Heb. 2
Faciamus hominẽ ad imaginẽ. & s. n.
Rom. 8.
j. Iohã. 3
Coloss. j
Heb. j
Incarnatio uerbi ab æterno præordinata.
Iohan. j.

bo in unitatem personæ assumendus, antequam angeli fierent in ip̄o uita erat, & hoc erat
Prouer.8 propositum eius deliciosum, sicut sapientia loquitur, quæ non est aliud q̄ ip̄e dei filius. Do
minus possedit me initio uiarum suarũ, anteq̄ quicquam faceret à principio, & cætera quę
ita concludit, & deliciæ meæ esse cum filijs hominum.

¶ De eo quod ait beatus Job, ⁊ post eum Dauid, manus tuę fecerunt me, ⁊ plasmauerunt me. Caput .III.

Consilium trinitatis

MAgnum igitur negotium, & res ualde operosa, magnum sanctæ trinitatis exige
bat consilium, ut taliter diceret: faciamus, & sic dicendo, quasi semetipsam una
patris & filij & spiritus sancti diuinitas ad operãdum hortaret, tali modo, ut rem
bene perpendentes, recti dicant sancti supra dicti: manus tuæ fecerunt me &
Psal.ĵĵ8. Iob.ĵo plasmauerunt me, da mihi intellectum: Manus tuæ fecerunt & plasmauerunt me totum
in circuitu. Quid enim tale creatum est in diebus primis? Quid tale factum est in illis gene
Gene.2 rationibus cœli & terræ? in illo die, quo fecit dominus deus cœlum & terram & omne uir
Cur ait, faciamus, non, fiat gultum agri? ¶ Pulchre ergo dictum, & magna cum reuerentia est audiendum, quia cum
de singulis operum dei speciebus narrans scriptura dixerit. Dixitq̄ deus fiat hoc uel illud,
de hoĩe solo narrat deũ dixisse, faciamus. De singulis uero diebus, siue dierũ operibus nos
latius alio in opere tractauimus: in quo nec illud diligentiam nostram præteriuit, quia se
pties deus dixit, fiat: & si non eodem uerbo, tñ eodem mõ usus dicendi, quem imperatiuũ
modum appellant grammatici, & septies bonitati eius opus suum complacuit, dicente scri
Gen.ĵ ptura. Et uidit deus quia bonum est: quæ uidelicet bonitas dei non est aliud q̄ septiformis
Gene.2. spiritus dei. De homine autem non dixit, fiat homo, siue producat terra hominem: sed fa
ciamus, ait, ac deinceps ita scriptum est: Formauit igitur dominus deus hominem de limo
terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum uitæ. Nimirum ubi dicit: Formauit de limo
terræ, quod est plasmare, locum siue causam prębuit admirationi nostræ, scientiamq̄ sug
gessit humilitati nostræ, ut diceret, manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me. O igitur
Sacr̄m ĩcarnationis angelis absconditum magnum spectaculum, grande miraculum. ¶ Putas ne sancti angeli, qui iam fuerant con
diti, sciebant, quid tanto molimine plasmator deus inciperet operari? Nimirum absconditum erat illis hoc sacramentũ, si uerũ loquitur Apostolus, immo qui in Apostolo loqtur
Ephe.3. Christus. Ait enim: Mihi minimo omnium sanctoꝝ data est gratia hæc in gentibus euan
gelizare inuestigabiles diuitias Christi, & illuminare omnes, quæ sit dispensatio sacramen
ti absconditi à seculis in deo, qui omnia creauit, ut innotescat principibus & potestatibus
in cœlestibus per ecclesiam multiformis sapientia dei. Solus plasmator ip̄e sciebat, & in se
metip̄o absconditum habebat tantũmodo dignitatem futuri operis præsignans qualitate
operationis, operando manibus suis.

¶ Quod manus aut pedes in deo non sint, quemadmodum in nobis sicut putauerunt hij, qui pro rustica simplicitate dicti sunt humaniformii, ⁊ de eo quod scriptum est in Esaia, quis appendit tribus digitis molem terrę, ⁊ librauit in pondere montes, ⁊ colles in statera. Caput .IIII.

NEc uero hoc dicimus aut opinamur, quod manus aut pedes in deo sint, quem
admodum in nobis: sicut putauerunt hi, qui pro rustica simplicitate dicuntur
humaniformij: sed pluralitate manuum, dum dicitur: manus tuæ fecerunt me.
Pluralitas minuitur personarum, sicut & alibi pluralitate trium digitorum. Scri
Esa.40 tres digiti dei res personæ trinitatis ptum quippe est in Esaia: Quis appendit tribus digitis molem terræ, & librauit in pondere
montes, & colles in statera? Tribus enim digitis, id est, tribus personis unius ueræ & sum
mæ deitatis. Cum ergo dicit: Quis appendit tribus digitis, sapiens responsum expostulat,
ut dicas: Tu deus appendisti. Quod cum responderis, placet illi, ut quæras adhuc & di
cas: Vbi? Quando? Qualem molem terræ? Quos montes? Quales appendi atque librauit
colles? Taliter percunctanti, pulchrum est, ut respondeas illi: Domine, si dicam, quia ter
ram inani matam, & insensibilem quam calcamus pedibus nostris tu appendisti super ni
Psal.148 hilum, neq̄ enim aliquibus sustentatur columnis, sed tu eam positione præcepti tui funda
sti ut stabilis sit, montes & colles (qui sunt terræ tumores) consistere iussisti: Verum qui
dem di-

dem dico, sed parum est ad gloriam & laudem Trinitatis, quam per tres digitos nobis insi-
nuatam esse uis, cuius capax non est terra hæc inanimata & insensibilis. Plus ergo dicam,
quia ubi uel quando dixisti: Faciamus hominem, & de limo terræ masculum & fœmi- Gene.j.
nã creasti siue plasmasti, & benedixisti eis, dicens: Crescite & multiplicamini, ibi siue tunc
tribus digitis molem terræ appendisti, montesq; in pondere & colles in statera librasti.
Tunc illam terræ molem appendisti, quæ nimirum digna erat appensione trium digito- Dani.2.
rum tuorum, scilicet montem illum magnum qui secundum uisionem Danielis impleuit Montes & col
orbem terrarum. Et illos montes in pondere, atque illos colles in statera librasti., de qui- les homines p̃
bus Apostolus dicit: Nam quos præscíuit, & prædestinauit conformes fieri imaginis filij destinati, sunt
sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autem prædestinauit, hos & uocauit. Rom.8.
Et quos uocauit, hos & iustificauit. Quos autem iustificauit, hos & magnificauit. Veris-
sime nihil horum in præscientia & prædestinatione defuit, quando dixisti: Faciamus ho-
minem ad imaginem & similitudinem nostram, & creasti masculum & fœminam, & be-
nedixisti, dicens: Crescite & multiplicamini. Præfinitum habebas numerum multiplici-
tatis eorum, præcognitum habebas modum crementi, id est, meriti singulorum, & appen
debas pondus meriti in libra siue statera iustæ remunerationis. ¶ Quid autẽ illi, quos non Homines nõ
tetigerunt hi tres digiti in appensione eiusmodi, id est, quos non prædestinasti in hoc uer- prædestinati,
bo benedictionis: Crescite & multiplicamini: quorum superflua multiplicitas de pecca- sunt sicut situ
to uel propter peccatum uenit, te dicente ad mulierem, multiplicabo ærumnas tuas & la aquæ & pul
conceptus tuos? Si filij benedictionis, quos nasci iussisti, dicendo, crescite & multiplica- uis exiguus.
mini, recte dicuntur & sunt montes & colles tribus digitis appensi siue librati: quid de illis Gene.3.
protinus censet in eodẽ Propheta spiritus sanctus, quos uiciata caro protulit, aut profert
ultra modũ et multiplicati sunt super numerum? Ecce (inquit) gentes quasi stilla situlæ, Esa.40.
& quasi momentum statere reputatæ sunt. Ecce insulæ quasi puluis exiguus. Omnes gen-
tes quasi non sint, sic sunt coram eo, & quasi nihilum & inane reputatæ sunt ei. Quid
rogo uel quantum est stilla situlæ ad magnos montes? Quid puluis exiguus, qui leui uento
aufertur ad colles stabiles. qui de loco suo nec per terræ motum uel per tonitrua mouen- Esa.5.
tur? Sic omnes filij huius seculi, quantumlibet alti uideantur, & magni sint in oculis suis, Rom.8
nihil sunt in comparatione filiorum benedictionis, qui secundum propositum tuum, Tri-
nitas deus uocati sunt sancti, quos ante secula præscitos & prædestinatos, suis quenq; tẽ-
poribus, in nomine tuo uocasti, iustificasti, & magnificasti: quoꝝ magnitudo tunc clarissi-
me apparebit, quando constitutis ad dextrã dicetur eis, uenite benedicti patris mei, possíde Mat.25
te regnum, quod uobis paratum est à constitutione mundi.

¶ Be eo quod ait dominus deus, ecce Adam quasi unus ex nobis factus ẽ, sciẽs bonum ⁊ malum, ad ipsum Adam, quia puluis es, ⁊ in puluerem reuerteris. Ca. V.

PRocedamus ulterius. Propositum quippe nobis est, sanctæ scripturæ agrum perambulare, & quærere ac demonstrare thesaurum, sancti nominis huius, pa-
tris & filij & spiritus sancti, sic in agro isto absconditum, ut tamen inueni-
ri possit ab his qui deo diuites esse uolunt. Ecce (inquit deus) Adam factus Gene.3.
est quasi unus ex nobis, sciens bonum & malum. Nunc ergo, ne forte mittat manum su-
am, & sumat etiam de ligno uitæ, & uiuat in æternum, emisit eum dominus deus de
paradyso uoluptatis, ut operaretur terram, de qua sumptus est. Et ad ipsum Adam dixit.
Quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Quodq; uni dixit, nimirum oñi ḡneri huma- Sentẽtia mor
no dixit. Et concedit dictioni uel iudicio, immo misericordissimæ prouidentiæ eius, humi tis corporalis
litas hominis, dum in Psalmo dicit: Mane sicut herba, transeat, subauditur, homo siue na- ex misericor
tura humana, mane floreat & transeat, uespere decidat, induret, & arescat, quia defecimus di prouidẽtia
in ira tua, & in furore tuo turbati sumus. Et est sensus: Dixi, ne auertas hominem in humi- dei. Psal.89
litatẽ, tamen non id oro, ut homo, statim ex quo natus ẽ, fiat immortalis & impassibilis,
sed potius concedo diuinæ sententiæ, qua dixisti, quia puluis es, & in puluerem reuerte-
ris, scilicet, ut ipse apparens, sicut herba mane, nimirum uiridis & pulchra, transeat, id est,
ad modum ipsius herbæ deficiat, hoc modo siue tali ordine. Sicut herba mane, ita ho-

mo in iuuentute positus floreat, id est, uigeat, & postea ab ipso matutino flore iuuentutis transeat in uesperum senectutis, & in illo uespere positus decidat, id est, moriatur, & post mortem induret, id est, rigidum cadauer fiat. Et deinde arescat, id est, aridus puluis existat. Recta & ualde prudens concessio, quia uidelicet non solummodo concedendum, uerumetiam omnibus modis laudandum est, prouidum sanctæ Trinitatis consilium, cuius est uox ista secundum pluralem numerum, ecce Adam quasi unus ex nobis factus est, sicut & illa, de qua iam supra tractatum est, faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Laudare uel satis considerare mens humana non sufficit altitudinem huius diuini consilij, quo beata trinitas homini mortuo morte peccati, quæ mors animæ est, necessariam prouidit mortem corporis, præparatum habens apud se bonæ artis instrumentum quo posset per mortẽ corporis mors animæ destrui.

¶ Exclamatio supradicti prophetę, qui post illud supradictum, quis appendit tribus digitis molem terrę, protinus subiunxit. quis adiuuit spiritum domini aut quis consiliarius eius fuit, & ostendit illi. Ca. VI.

Esa. 40.

HIc igitur exclamare libet cum Propheta, qui cum dixisset, quis appendit tribus digitis molem terræ, & librauit in pondere montes, & colles in statera (cuius capituli supra meminimus) protinus subiunxit. Quis adiuuit spiritum domini? Aut quis consiliarius eius fuit, & ostendit illi? Cum quo iniit consilium & instruxit eum, & docuit eum semitam iustitiæ, & eruditi eum prudentia, & uiam prudentię ostendit illi? Exclamatio siue admiratio hæc nimirum, & si in aliis mirabilibus tuis deus cõgrua ẽ, maxie in isto ul' ꝑ isto consilio tuo locũ habet, q̃ sic bene consuluisti humano generi, ut diceres Ironia quàm grauissima. Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est, quia uidelicet sic serpens dixit, eritis sicut dij, statimq̃ subiunge-

Gene. 3.

res. Nunc ergo, ne forte mittat manum suam, & sumat etiam de ligno uitæ, & comedat, & uiuat in æternum. Hoc denique cum consilio locuta es o beata Trinitas. Est enim consilium apud te. Si non esset apud te consilium, non diceret Propheta: Domine consilium tuum antiquum uerum fiat, & Psalmista dicat: Consilium autem domini in æternum

Psal. 32.

manet. Est ergo consilium apud te deus in spiritu tuo sancto, sicut & fortitudo. Vnde idẽ

Esa. 11

spiritus sic dicitur spiritus consilij, sicut & spiritus fortitudinis. ¶ Viderit quid sentiat aliquis, ego in nullo magis admiror, in nullo magis amplector altitudinem consilij diuini, quàm in isto dicto uel facto, quo dixit homini, puluis es, & in puluerem reuerteris, & emisit eum, ne comederet de ligno uitæ & uiueret in æternum. Audebo igitur circa illud consilium uersari, & respondere percunctationibus istis, quoniam & si uerum Apostolus dicit: Quis enim cognouit sensum domini, & ut subaudias nullus: tamen idem alibi loquitur. Nos autem sensum CHRISTI habemus. Denique antequàm consilium istud antiquum iniret deus, nullus sensum eius cognouit, & nullus extrinsecus consiliarius eius fuit, nunc autem postquam factum est, cognouerunt multi, & ut uerbis utar eiusdem Apostoli, manifeste magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne iustificatum est in spiritu, apparuit angelis, creditum est mundo, assumptum est in gloria. Percunctabor igitur sicut percunctando ipse Propheta percunctari nos docuit, & respondebo prout Christiana fides ad respondendum nos instruxit.

Altitudo cõsilij dei in mia mortis corporalis Gen. 3

Rom. 11. 1. Cor. 2

¶ Item de eadem exclamatione, quis adiuuit spiritum domini, & de obedientia filij dei. quod ipsa adiuuerit spiritum domini. Ca. VII.

Ephe. 4.

QVis adiuuit spiritum domini? Laborabat enim spiritus domini. Deniq; si quis alius eũ laborare fecit ut dicat ei, laborare me fecisti in iniquitatibus tuis: si quis hominum contristauit eum, ut recte dicat Apostolus, & nolite cõtristare spm̃ sc̃m̃ dei, in quo signati estis in die redemptionis, maxime Adam illum contristauit, & laborare fecit in iniquitatibus suis, quibus omnem posteritatem suam antequàm nasceretur inuoluit & prædamnauit. Quis in huiusmodi labore adiuuit spiritum domini, uolentem supplantare autorem peccati, & reformare iustitiam nascituris filijs benedictionis, ne piret bn̄dictio, q̃ bn̄dicens dixerat: Crescite & multiplicami. Quis (inq̃) illũ adiuuit? Vere nullus extrinsecus, sed sola intrisecus sapia dei, obedietia filij dei. Puta ergo dixisse in

illo

illo cõsilioſpm̃ dñi. Ecce homo, ſiue humanũ genus cum ſit mortuum ſecundũ animam, ſi uita corporis uixerit in æternũ, non erit quo recuperetur. Quid autẽ ad hæc ſapientia dei? filius dei. Holocauſtũ ait & ꝓ pcto nõ poſtulaſti, tũc dixi, ecce uenio. Ego ego ex antiqs an tequàm terra fieret, & dum hęc uel illa fierent, dum tecũ eſſem cuncta componens, iamdu dum pro delicijs meis habebam eſſe. † Sed ecce oportet, ut oñes moriantur, morte carnis ſilij hominum, quoniam morte animi mortui ſunt. Num ego ſubterfugiam propoſitum, & renuam eſſe cũ filijs hominũ? Immo in maiore neceſſitate maiorẽ confirmabo charitatẽ. Et ecce uenio, taliter ut cauſa illoꝝ fiam holocauſtũ & pro peccato. Quis in hoc conſilia rius fuit, & oſtendit illi? Vere nullus extrinſecus, ſed ipſe dei filius, ſpontaneã offerens obe dientiã, conſiliarius fuit, immo eſt. Vnde Propheta loquitur: Et uocabitur nomen eius ad mirabilis, conſiliarius. Cum quo inijt conſiliũ, & inſtruxit eum? Vere cum nullo extrinſe cus, ſed intrinſecus in abſcondito trinitatis rationabiliter diffinitũ eſt, decere eũ (ſicut Apo ſtolus dicit) propter quẽ oñia, & per quẽ oñia, qui multos filios in gloriã adduxerat, iam per præſcientiã & prædeſtinationẽ ante oñia ſecula, autorem ſalutis eoꝝ per paſſionẽ con ſummari. Quid rogo iſta cõſummatiõe decentius? Quid iſta rationabili charitate pulchri us? Hæc eſt ſemita iuſtitiæ, quam nullus extra docuit eũ. Hæc eſt ſcientia qua nullus erudi diuit eum: hæc eſt uia prudentiæ quam nullus oſtendit illi, ſed ipſe adinuenit. Vide ergo. Niſi præcautum fuiſſet ne ſumeret hõ etiam de ligno uitæ, & uiueret in æternum, quales fierent uel fieri poſſent deliciæ huic ſapientiæ dei, eſſe cum filijs hominum? Si enim nec fi lij hominũ, qui mortui erant ſecundum animam, ſecundum carnem morerentur. Nec ipe dei filius, dignatus eſſe cum filijs hominum, ſecundum carnem moreretur, quid delitio ſum illi, aut quæ utilitas nobis, illum eſſe cum filijs hominum? Nulla: Sicut enim granum frumenti cadens in terram, niſi mortuum fuerit ipſum ſolum manet: ita niſi & nos oñes fi lij hominum ſecundum carnem moreremur, & ipſe uolens eſſe cum filijs hominum, fu iſſet nobis locutus hoc unum de ſimilibus, ut ſecundum carnem moreretur, maneret ipſe ſolus, nec eſſet in quo uel per quid diuinitas nobis propiciaretur. Nunc autem quia dixit deus homini, puluis es, & in puluerem reuerteris. Dicit Iob: Inueni in quo propitier ei, & quid eſt illud? Nimirum ut debeam per omnia fratribus aſſimilari, ſubauditur abſque pec cato, ſicut dictum eſt alio loco. Tentatum autem per omnia pro ſimilitudine abſque pec cato. O iuentio mirabilis, ob hoc tradendũ eẽ morti filiũ, ut ſeruo dñs deberet repropitiari.

Conſilium ſa pientiæ diui næ ſup mor te hois corpa li. Pſal. 39. Prouer. 8 addo † cũ fi lijs hominũ

Eſa. 9

Heb. 2.

Iohan. 12

Iob. 33

Heb. 4

¶ Itẽ de eo quod ibidem in ꝓpheta ſcriptum eſt, cum quo inijt conſilium, & inſtruxit eum, & docuit eum ſemitam iuſtitię, & erudiuit eũ ſciẽtiam, & uiam prudẽtię oſtendit illi. Et reſponſio ad illam percunctationem ſecundum Apoſtolum dicentem, ſapientiam loquimur inter perfectos. Et alibi: nobis autem reuelauit deus per ſpiritum ſuum. Caput .VIII.

Eſa. 35

Differunt ſemita & uia.

1. Cor. 1.

1. Cor. 2

Via prudẽtiæ ſuerbo crucis

ISta iuſtitiæ ſemitã quis eum docuit? Iſtam prudentiæ uiam quis oſtendit illi? Eſt em̃ ibi & ſemita & uia, & uia ſancta uocabitur, ait idẽ Prophera. Et alijs qui dem ſemita, id eſt, anguſtior uia: alijs autẽ uia, ſubauditur plana ſiue amplifica ta, & quibus uel qualibus eſt ſemita? Quibus itidẽ uel qualibus eſt uia. Nimirũ ſemita illis eſt, qui non ſapiunt ea quæ dei ſunt, ſcilicet ſapientibus huius ſeculi, de quibus uel qualibus Apoſtolus cũ dixiſſet, quoniã Iudæi ſigna petũt, & Græci ſapientiã quærũt: nos autẽ prædicamus Chriſtũ crucifixũ, Iudæis q dẽ ſcandalũ, gentibus autẽ ſtultitiã. poſt modũ ait. Sapiam aũt loqmur ĩter perfectos. Sapientiã uero nõ huius ſeculi, neq; principũ huius ſeculi qui deſtruuntur, ſed loquimur dei ſapientiã in myſterio quæ abſcondita eſt, quã prædeſtinauit ante ſecula in gloriã noſtrã, quã nemo principũ huius ſeculi cognouit. Si em̃ cognouiſſent, nunq; dñm gloriæ crucifixiſſent. Nimiꝝ iſtis uel oñibus, qui eiuſmo di ſunt, iſta ratio iuſtitiæ, de qua nunc loquimur, ſemita eſt, id eſt, uia tãq; arta, ut pauci ſint uel fuerint ex eis qui inuenirent eam. Porro uia prudentiæ, uia (inquam) id eſt, plus quàm ſemita iſtis eſt, qui diligunt illum, quorum uel qualium eſt unus idem Apoſtolus, qui proti nus ſubiungit Nobis autem reuelauit deus per ſpiritum ſuum, & cætera uſq; ſpiritualis hõ mo iudicat omnia, & ipſe à nemine iudicatur, quis enim cognouit ſenſum dei qui inſtruat eum? nos autem ſenſum Chriſti habemus. ¶ O ergo quàm pulchra uia prudentię, quanta

pulchritudo iustitiæ in uerbo crucis, de quo tunc loquebatur apostolus dicens. Verbum enim crucis pereuntibus quidem stultitia est, his aũt qui salui fiũt, id est nobis, uirtus dei est & de quo uidelicet uerbo crucis mentio nunc nobis occurrit, contemplantibus illud consilium trinitatis, quod admiramur cum propheta dicentes. Quis consiliarius eius fuit, & ostendit illi? Audemus nos adiungere, his qui dicunt, nobis autem reuelauit deus per spiritum suum: audiuimus enim dicentem dei filium, cum dignaretur baptizari à Iohanne, nimirum baptismo pœnitentiæ. Sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Audiuimus & Apostolum dicentem, quia decebat eum autorem salutis per passionem consummari, quæ uidelicet passio pœnitentiæ illius, quam ob implendam omnem iustitiam suscepit, consummatio fuit.

Esa. 40.

Matth. 3

Hebr. 2.

¶ De illa ironia dei siue sancte trinitatis, qua dixit, Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est sciens bonum & malum, cum iam præmisisset, quia puluis es & in puluerem reuerteris, & quomodo illa ironia in serium conuersa est, quando nouus Adam Iesus Christus factus est una persona ex tribus personis sancte trinitatis. Cap. IX.

NOn ergo dubitamus, quia simul ut sancta trinitas hanc ironiam edixit, Ecce Adam, quasi unus ex nobis factus est, sciens bonum & malum, cum iam præmisisset, quia puluis es, & in puluerem reuerteris, iamq; fecisset Adæ & uxori eius tunicas pellicias, & induisset eos, taliter in eodem consilio pertractatum est, ut diceret. Non est Adam factus ut putabat, quasi unus ex nobis, immo amisit illud quod habuerat, uel habere potuerat ex nobis. ¶ Sed decet nos implere omnem iustitiam, taliter, ut unus ex nobis fiat quasi Adam, id est, ita fiat homo, ut sit etiam mortalis secundum carnem sicut Adam, & tali morte moriatur, quasi sceleratus sicut est Adam, & inter iniquos reputetur, qualium omnium exemplũ est Adam. Per hoc enim fiet, ut quàm multi filij Adam, fiant, quasi unus ex nobis, nequaquam à sua spe decepti, sicut decept⁹ est Adam, fiant inquam quasi unus ex nobis, id est fiant filij dei per gratiam, fratres & cohæredes unici filij, qui est unus ex nobis. Nonne sic est factum? Non ergo dubitamus in illo trinitatis consilio sic fuisse dictum siue tractatum, filius dei unus ex illis tribus personis, bonum pro malo, id est gratiam pro rapina reddidit homini, factus quasi Adam. Vnde & dicit: Obliuioni datus sum tanquàm mortuus à corde, id est mortuus morte animæ, & fact⁹ sum tanquàm uas perditum, nimirum ut fuit Adam, & æstimatus sum cum descendentibus in lacum, qualium primus factus est Adam, & factus sum, id est, reputatus sum sicut homo, subauditur sine adiutorio, subauditur diuino, & sicut uulnerati dormientes in sepulchris, id est, oppressus tam actualibus peccatis quàm & peccato originali, quod fecit Adam cum essem inter mortuos liber, uidelicet potestatem habẽs sumendi animam meam post mortem, quæ libertas mortuorum non est. Ita plane factum est, ac perinde conuersa est ironia illa in serium, ut ueraciter dicas, ò trinitas deus, ecce Adam quasi unus ex nobis factus est, id est, homo in unitatem personæ prouectus est in filio, qui unus ex nobis est, homo inquam filius dei factus est, & hic est nouus Adam, multorum filiorum pater, quorum uniuersitas, quasi unus ex nobis est, id est, filio dei similis est. Hinc est illud quod dicunt. Scimus quia quum apparuerit similes ei erimus, quia uidebimus eum sicuti est.

Filius dei factus quasi Adã, ut Adã uere fieret unus ex nob̃. Es. 53

Psalm. 30

I. Iohan. 3.

¶ De fide que est unum & precipuum donorum spiritus sancti, quod ipsa in sanctis antiquis, in patribus primis tanti sacramenti tante salutis præparatio fuerit Caput X.

ADd tam mirũ tãq; ineffabile sacramẽtũ, nimiq; grandi ꝑparatiõe opus erat. Quã uel cuiusmodi ꝑparatione, nisi fidem, denicq; per culpam perfidiæ & ambitiõis nimiæ sese indignum deo fecerat Adã, credendo serpenti magis quàm deo, & ambiendo celsitudinem illã quã primus ambiuit ille, dicens in corde suo, ero similis altissimo. Quid enim aliud mendax ille promisit? dicendo eritis sicut dij? Ergo econtra, præparatione opus erat fidei & humilitatis, ut saluo ordine iustitiæ dignos se redderent filij hominũ illa gratia, quã proposuerat sapientia, qua intelligimus & scimus ipsum esse dei

Ordo iusticię in reparatiõe hominis.

Esa. 14.

esse dei filium dicens (ut superius memoratum est) & deliciæ meæ esse cum filijs homi- Prouer.8
num. Vnde hæc præparatio scilicet fides nisi ex dono tuo uenit o spiritus domini? Hæc
enim de diuisionibus gratiarum, quas tu operaris, una & optima est, dicente Apostolo: 1.Cor.12
Alij quidem per spiritum datur sermo sapientiæ: alij autem sermo scientiæ secundum
eundem spiritum, alteri fides in eodem spiritu, & cætera, quarum uidelicet gratiarum nu- Heb.ij
merum nouenarium pulchre (ut arbitramur) superius assimilari diximus nouem nomini- Fidei cõmen
bus ordinum angelorum. ¶Cum igitur dicit idem Apostolus: Fide plurimam hostiam datio i pribꝰ.
Abel q̃ Chain obtulit deo, per quam testimonium consecutus est esse iustus testimoniũ
perhibente deo muneribus eius, et per illam defunctus adhuc loquitur, fide Enoch trans-
latus est ne uideret mortem & non inueniebatur, quia transtulit illum deus. Ante transla-
tionem enim testimonium habebat placuisse deo: sine fide aũt impossibile est placere deo:
Cũ (inquam) hæc & cætera dixit, admirationem nobis adauget, ut dicamus magis ac ma-
gis, sicut supra memoratus Propheta dicit: Quis adiuuit spiritum domini? Immo ubi erant
illi adiutores tui o spiritus domini. ¶Quoꝝ uel qualium unus loquitur Apostolus, dei em̃ 1.Cor.3
sumus adiutores, subiungens, dei agricultura estis, dei ædificatio estis secundũ gratiã quæ
data est mihi, ut sapiens architectus fundamentũ posui, alius aũt superædificat. Vbi (inq̃)
erant, quando ponebas illa fundamenta terræ, illos primos secundum fidem patres Eccle
siæ? Nã hodie ubicũq; fundamentũ hoc ponitur, ubicunq; fides fundatur, multi eiusmodi
adiutores sunt, multæ uoces prædicatorum, multi libri Prophetarum & Apostolorum,
multa signa frequentia ad confirmationẽ dictorum. At uero tunc quis te adiuuit o spiritus
domini? Quid habuisti huiusce adiutorij? Tu solus absq; libris, absque signis uel portentis
scripsisti, ut es digitus dei in cordibus eoꝝ scripturam hanc, id est, fidei scientiam, per quã
uel in qua testimonium consecuti sunt senes (ait idem Apostolus) scilicet Abel & cæteri Heb.ij.
antiqui patres usq; ad Moysen, quoꝝ in cordibus absq; libris cæterisq; adiumentis funda
mentum hoc, te ponente fundatum est.

¶Quod illo tempore non solum fides, verumetiam prophetia ante diluuium san
ctis illis a sancto spiritu data fuerit, prout voluit: & de sacramento nu
meri, quo ait Lamech, septuplum ultio dabitur de Chain
de Lamech vero septuagies septies. Ca. XI.

Scia tã diuĩa, q̃ hũana i pri bus antiquis

CAeterorum quoq; charismatum non nihil iam tunc temporis senibus siue pa-
tribus illis diuisit idem spiritus sanctus, prout uoluit, scilicet prophetiam siue sci
entiam diuinam. Nam scientiam humanam non adeo nos hic attendimus, quã
humano plærunq; ingenio consequuntur, & illi qui sunt sine fide uel expecta
tione huius paracleti. Verbi gratia musicã, cuius ita meminit scriptura in illo, qui septimus
fuit à Chain. Et nomen fratris eius, uidelicet Iubal, fuit Tubal, ipse fuit pater canentium ci Gene.4.
thara & organo. ¶Diuinam autem scientiam dicimus, quæ diuinum aliquid siue spiritua- Mysteriũ i his
le sapit, ut est illud: Septupl ũ (inqt Lamech) ultio dabit de Chain: de Lamech uero septua nũeris septies
gies septies. Huius nanq; dicti meminisse, et huc respicere dignatus est ipe dñs, qui fere ni & septuagies
hil absq; scripturaꝝ autoritate loquebat, dũ Petro dicenti: dñe, quotiẽs peccabit in me fra- septies
ter meus, & dimittã ei, usq; septies? ita respondit: Non dico tibi Petre usq; septies: sed usq; Ibidem.
septuagies septies. Diuinus nanq; sensus in uerbis istis latet, qui ex ratione numerorũ facile Mat.18.
colligi potest. Nã septenarius numerus, in quo est positũ peccatũ Chain, dicendo, septies
ultio dabitur de Chain, insolubilis est: neq; enim partes habet mediã aut tertiã, aut alias præ-
ter solas unitates. Numerus uero septuagesimus septimus præter unitates habet etiam ali-
as partes in quas resoluatur, scilicet septenarium, & undenarium. Denique septies unde-
cies siue undecies septies. lxx. septem sunt. Recte ergo & pulchre, sicut per septenarium
in quo numero (sicut iam diximus) signatum est peccatum Chain, insolubilis intelli-
gitur ultio, quæ de ipso data est, eo quod inpœnitens fuerit, & per. lxx. septem, in quo
numero positũ est uulnus siue liuor Lamech, dicendo, de Lamech uero. lxxvij. solubil' in-
telligit ultio. i. quã aliqñ terminet uel finiet remissio, & hoc eẽ qđ dominus dixit Petro, nõ
dico tibi septies, sed usq; septuagies septies, id est, non cuiquam impœnitenti, sed omni Prophetia
pœnitentiã agenti dimittes. ¶Prophetiã quoq; cui illius hoibus nõ oino defuisse, uel illud Enoch

pro ex-

pro exemplo siue testimonio sit, quod in canonica legimus epistola Iudæ Apostoli. Prophetauit autem de his septimus ab Adam Enoch dicens. Ecce uenit dominus cum sanctis milibus suis, facere iudicium contra omnes inique agentes, & cætera. Quæ prophetia & si de notis non habet exemplum literis: ante illam epistolam Apostoli, non tamen leuiter potest contemni, quod Apostolus Christi prophetatum fuisse scripsit, & per spiritū sanctum scire potuit.

¶ Item de charismatibus spiritus sancti, quod illo tempore & post illud tempus ante aduentum spiritus sancti in remissionem' peccatorum datus non fuerit quodq; data † que tunc præparationes fuerint regenerationis, qua nunc sunt filij dei, & de eo quod ait beatus Job de illis, quia concepti non viderunt lucem. Cap. XII.

lege † eius

HIs & alijs charismatibus suis spiritus sanctus homines illustrando, sine dubio multitudinem iam tunc fecit filiorum dei, quamuis paucos, quamuis tantum duos aut tres ante diluuium manifeste scriptura nominauerit. Cum eñ cœpissent (ait) homines multiplicari super terram, uidentes filij dei filias hominum, quod essent pulchræ, acceperunt sibi uxores ex omnibus quas elegerant, filios dei illos, q̃ de stirpe Seth: & filias hominum illas nominans, quę de stirpe Cain procreatæ fuerāt. Ve runtamen q̃uis filij dei iã tunc nominati fuerint, propter fidē & propter cætera (de quib⁹ diximus) charismata spūs sancti, nō iam tunc eadem charismata hoc perfecerunt, ut essent filij dei, sed præparatiões erant generatiõis, immo regeneratiõis, filiorum dei, in quo consummati sunt tam ueteres q̃ noui, deo prouidente (ait apostolus) ut nō sine nobis cõsummarentur. Nam per sanguinem huius solius, tam illi, q̃ nos, spiritum sanctum in ista gratia, quæ est remissio peccatorum, accepimus. ¶ In quorum, uidelicet ueterum & nouorū, distinctiõe illud perpendere pulchrū est, quia cum (sicut alio iam loco diximus) duo sunt data sancti spūs, alterum in remissionem peccatorum, alterum in diuisiones gratiarum: ueteres prius in diuisiones gratiarum q̃ in remissionem peccatorum acceperunt, noui autē, scilicet nos, qui post passionem Christi renascimur aut renati sumus, prius in remissionem paccatorum q̃ in diuisiones gratiarum accepimus, præter Cornelium de Actibus ap'lor⁹, & eos qui cum illo erant, super quos, antequàm baptizarentur in remissionem peccator⁹, cecidit spiritus sanctus, & erant loquentes linguis, & magnificantes deum. Ratio quippe temporis hoc exigebat, propter eos qui crediderant ex Iudæis, & gentiles nisi circumciderentur, ne liceret illis, uidelicet credentibus ex Iudæis pertinacius dicere, quare introisti ad uiros præputium habentes, magisq; daretur libertas Petro, ut diceret ad eos. Quis prohibet baptizari eos qui eos spiritum sanctum acceperunt sicut nos? Itaq; de illis, scilicet, de ueteribus sanctis siue filijs dei, maxime qui ante diluuium fuerunt, recte dicas illud mysticum beati Iob, quia concepti non uiderunt lucem. Gratia nanq; spiritus sancti (qui est ipsa benedictio patris & filij, qua benedixit deus masculum & fœminam dicens, crescite & multiplicamini) sterilis quidem deinde nunquam fuit, quin tanquam maternus uterus conciperet filios dei, sed quia non peruenerunt ad iam dictæ remunerationis diem, immo nec cogniti sunt mundo per alicuius scripturæ narrationem, nimirum quasi concepti non uiderunt lucem. Proinde his omissis, iam ad cætera transeamus.

Gene. 6. Filij dei, de stirpe Seth, filiæ hoim, de stirpe Cain.

Hebr. jj.

Differētia inter ueteres & nouos in donis spūs sanc.

Actu. jo

¶ De tribus filiis Noe, ex quibus reparatus est orbis, & quod valde notandum est, trina enunciatione renouatum super eos uerbum benedictionis quod deus super primos homines edixit, & quod Chanaan potius pater q̃m ipsum Cham maledixit. Cap. XIII.

NOe uir iustus atq; pfect⁹ fuit in gñatiõibus suis. Cū deo ãbulauit, & genuit tres filios Sem & Cham & Iaphet. Ex istis trib⁹ hoib⁹ reparat⁹ est orbis & qd ualde notādū ē trina enũciatiõe renouatū est sup eos uerbū bñdictiõis, qđ deus super hoies primos edixit. Egredere (inqt de⁹ ad Noe) de archa tu & uxor tua, filij tui & uxores

Gene. 6

& uxores filiorum tuorum tecum, & ingredimini super terram. Crescite & multiplicamini super eam. Itemq; secundo: Benedixitq; deus Noe & filijs eius, & dixit ad eos: Crescite & multiplicamini, & replete terram. Ac deinde tertio: Vos autē crescite & ingredimini super terram, & replete eam. ¶ Nonne ergo trinitas quæ illic se ostenderat in sermone, ipsa hic sese ostendit in opere? Nam illic dicendo, faciamus hominē ad imaginē & similitudinē nostrā, & ecce Adam quasi unus ex nobis factus est: nimirū se ostendit in sermone & hic reseruatos habens tres filios Noe, & benedicens eis trina benedictione, ut essent initia tantæ rei, scilicet reparandi generis humani, profecto sese ostendit in opere. Nec uero sacramentum hoc imminuit culpa unius ex illis tribus uiris, sicut nec præuaricatio Adæ destruit sacramentum uerborum eius, quæ dixerat: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Vnde Apostolus, sacramentū (inquit) hoc magnum est, ego autem dico in CHRISTO & in ecclesia. ¶ Qua propter ualde notandū, quod pater Noe, cum didicisset quæ fecerat ei filius suus Cham, non dixit, maledictus Cham: sed maledictus (ait) Chanaan, seruus seruorū erit fratribus suis. Neq; enim decebat, ut in illum maledicti plagam mitteret homo sapiens, in quo deus benedictionē dederat inter fratres suos, benedicendo simul oībus illis tertio, sicut iam dictū est, & dicendo, Crescite & multiplicamini: sicut nec ipse deus, postquam eodem modo benedixit Adam & Euæ dicens: Crescite & multiplicamini, uerbum benedictionis ita in contrariū mutauit, ut diceret ad eum, quod postea dixit ad Chain, nunc igitur maledictus eris super terram. Et ad serpentem, quia fecisti hoc (ait) maledictus eris inter oīa animantia & bestias terræ: sed maledicta (inquit) terra in opere tuo. Nimirum sicut deus incommutabilis non ad ipsum, cui benedixerat, dignum iudicauit dicere, maledictus eris, sed, maledicta terra in opere tuo, dicere maluit: sic homo dei uitauit dicere, maledictus Cham, cui deus benedixerat, & maluit dicere, maledictus Chanaan. ¶ Quare autem, cum habuerit Cham etiam alios filios, sicut scriptura dicit. Filij autem Cham, Chus & Mesraim, Futh, & Chanaan, istum potius sub maledicto esse Moyses scripserit, dicere nunc ex abundanti est: tamen breuiter dicendum, quia tunc temporis Israhel egressus ex Aegypto, ducebatur in terrā Chanaan, & implebantur peccata Chananæorū: iccirco, ut sciret Israhel, auxiliū domini ad delendū eos sibi non defuturū, scire etiā debebat genus illud fuisse maledictū, antequā natum.

Gene. 8
Gene. 9
Ibidem
Trinitas ptim in sermone ptim in opere uteriste stamenti ostensam.

Gene. 2.
Ephe. 5.
Gene. 9.
Noe cur non Cham sed Chanaan maledixit.

Gene. 4
Gene. 3.

Cur Noe chanaan & nō alijs filijs Cham maledixit.
Gene. 10

¶ De illius intentatione iudicij, scilicet diluuij, quod in illa subluceat splendor sanctę trinitatis, textum litęrę diligentius inspicienti.

Caput .XIIII.

AT sciamus autem certius, quia non casu sed per prouidentiam sanctæ trinitatis Noe tres filios genuit, & ex huiusce numeri hominibus, reparatus est orbis, ipsam diligentius literam perspiciamus in illius intentatione iudicij, scilicet diluuij. Nam ubi dictum est: Videntes filij dei filias hominum, quod essent pulchræ, acceperunt sibi uxores ex omnibus quas elegerāt, continuo sequitur. Dixitq; deus: Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est. Moxq; repetita quę rela de illa permixtione filiorum dei cum filiabus hominum, protinus sequitur. Videns autem deus, quod multa malitia hominum esset in terra, & cætera, usq; pœnitet enim me fecisse eos. Continuo subiungens scriptura, Noe uero inuenit gratiam coram domino, & genuit tres filios, sic ait. Cunq; uidisset deus terram esse corruptā, dixit ad Noe: Finis uniuersæ carnis uenit coram me, fac tibi archam de lignis leuigatis. ¶ Quē non delectet pro modo siue intentiōe præsentis operis, quod etiam hic ubi forte non putabatur, lucere splendor apparuit sanctæ trinitatis. Deniq; in tam breui, ecce tertio nomen dei, dum dicitur, dixitq; deus: Videns autem deus, cunq; uidisset deus. Quid hic deest de manifestatione trinitatis, nisi quod iccirco, quia oportebat (sicut in exordio diximus) hunc thesaurum in isto agro scripturarum esse absconditū, tacitum est de relatiuis nominibus, ut non diceretur, dixitq; pater deus, uidens autem deus dei filius, cunq; uidisset deus patris & filij spiritus? Deniq; si hoc totum scriberetur, tunc non potuisset portare mundus, faciesq; Moysi: nimis cornuta sue splendida fuisset, & lōgius ab eo fugisset scādalizatus Israhel. Nūc uelamē uultus eius sublet,

Gene. 6

Trinitatis splēdor, in uerbis dei ad Noe.

Exo. 34

ſubleuare licet, & demonſtrare, quia ſedentẽ in throno iudicij ſanctã trinitatem prædicat litera hæc, pro magno iudicio, uidelicet ad faciendũ tam terribile iudiciũ ſup illos gygantes nimisq; multiplices hoies, quoꝝ malitia et iniquitate terra repleta erat. Sententias ergo iudicij, ſententias libet hic perpendere ſingularum perſonarꝝ ſanctæ trinitatis.

¶ Be prima ſententia illius iudicij, non permanebit ſpũs meus in homine in eternũ quia caro eſt, quod congruat perſone patris. Cap. XV.

DIxitq; deus, Non permanebit ſpũs meus in homine in æternum, quia caro eſt. Nimirũ perſonæ illi, quæ dixerat (quod ſuperius tractatũ eſt) ecce Adam quaſi unus ex nobis factus eſt, nunc ergo ne forte ſumat etiam de ligno uitæ & uiuat in æternũ, ipſi congruit dixiſſe, non permanebit ſpũs meus, id eſt à me factus ſiue datus, in homine in æternũ, deniq; priorem ſententiã iſta confirmat, & quodammodo ſatis facit audientibus, quod uere ſapienter & ualde utiliter obcluſerit homini lignũ uitæ, ne uiueret in æternũ. Ac ſi patenter dicat. Quid facerent homines, ſi uiuerent in æternum: quandoquidẽ propter longiuſculam uitã (uerbi gratia, nongentorꝝ aut octingentorum annorꝝ) tam corrupti tamq; ſuperbi ſunt? Ergo (ſicut tunc dixi) ne ſumat de ligno uitæ, & uiuat in æternũ: ita & nunc dico, non permanebit ſpũs meus in homine in æternũ quia caro eſt, id eſt, quia corruptus eſt, immo & annos eius diminuam, ut non ſit amplius tot annorꝝ, ſed erunt anni centum. xx. annorꝝ. ¶ Et quidẽ alij pauciorĩbus annis uixerunt poſt diluuium, ſed Moyſes, qui ſcripſit hanc ſcripturã, huius fuit numeri quando mortuus eſt, ſcilicet centum. xx. annorꝝ. Eſt & alia de hoc numero ſententia, ſed hæc potior uidetur. Sed nos propoſito tenemur, & in huiuſmodi immorari non poſſumus, preſertim quia alio in opere latius tractauimus. Ergo cui magis cõgruat hæc iudicij ſententia, perſona patris eſt. Nam ea quæ ſequitur, nimirũ perſonæ filij congruit, & hoc perpendere nobis dulce ac delectabile eſt.

Duplex ſnia mortis in homĩe, una patris, alia filij

Anni hominis. CXX.

¶ Be ſecunda ſententia, videns deus pœnituit eum quod hominem feciſſet in terra & præcauens in futurum, & tactus dolore cordis intrinſecus, delebo (inquit) hominem quem creaui, quod perſone congruat filij. Cap. XVI.

Gene. 6.

VIdens aũt deus, q̃ multa malitia hominũ eſſet in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malũ omni tempore, pœnituit eum q̃ hominem feciſſet in terra. Et præcauens in futurꝝ & tactus dolore cordis intrinſecus, delebo (inquit) hominem quẽ creaui à facie terræ, ab homine uſq; ad animantia, à reptili uſq; ad uolucres cœli, pœnitet eñ me feciſſe eos. Hæc (inquã) ſententia perſonæ filij magis congruit, ſcilicet iudiciũ facere de hominibuis, quia filius hominis erat futurus, quẽadmodum in euãgelio dicit. Et poteſtatem dedit ei iudiciũ facere, quia filius hominis eſt. ¶ Nõ eñ, quia nõdum erat factus ipſe filius hominis, iccirco illud de hominibus facere iudiciũ, id eſt, diluuium inducere, minus illi cõgruit, cum certiſſime futurus eſſet filius hominis, iã q̃ eſſet opus iſtud coràm eo, ſicut ſcriptũ eſt. Ecce merces eius cũ eo, & opus illius coràm eo. Similiter pœnitentia ſiue baptiſmus pœnitentiæ, quo baptizandus erat in forma ſerui eandem pœnitentiã cõſummaturus, paſſione & morte crucis, nõne iam tunc erat coràm illo? Et languores atq; dolores noſtros, quos ipſe portaturus erat, uulnera, quibus uulnerandus erat proter iniquitates noſtras, attritio, qua atterẽdus erat propter ſcelera noſtra: diſciplina & liuor ſiue flagella & uibices, quibus ſacratiſſimũ corpus eius ſecandũ erat, nõne iã tunc erant coràm illo. Si propheta, cũ adhuc eſſent futura, quaſi iam præterita uidit, & hęc oĩa uerbis p̃teriti tẽporis enunciauit. Vidimus eũ, cõſyderauimus eũ, nec reputauimus eũ languores noſtros tulit, dolores noſtros portauit, uulneratus eſt, attritus eſt, liuore eius ſanati ſumus: quanto magis coràm illo erant præſentia, quãuis nõdum facta. ¶ Quod ergo dicit ſcriptura, pœnituit eũ, q̃ hominem feciſſet in terra, ſiue hoc dictũ, pœnitet eñ me feciſſe eos, nimirꝝ huic perſonæ cõgruit, ſcilicet filio, & recte hanc ſententiam, tanq̃ prophetiam, & ſic dictũ, pœnitet eñ me feciſſe eos, ac ſi diceret, pœnitentiam agam uſq; ad mortem, mortẽ aũt crucis, quia feci eos, ſiue, uapulo, id eſt, certiſſime uapulabo, nõ ob aliã culpam meã, niſi quia feci eos, quod nimirum erit retribuere mala pro bonis. Propterea delebo eos, ſcilicet & nunc iſtos præſenti diluuio, & omnes impios futuro perignem iudicio.

Iohan. 5. Paſſio Chriſti corã illo fuit ab æterno p̃uiſa.

Eſa. 40. 62

Eſa. 53

Pœnitet eũ feciſſe hominẽ.

Philip. 2.

Propterea

Propterea(inquam)quia uidelicet propter hoc ipsum iustam habeo potestatem facere iudicium, quia filius hominis sum: uel simul intelligendum est, & ab eis uel ab eoꝝ similibus mortificatus. i. certissime mortificãdus sum. ¶ Quid uerò est, qđ dicit scriptura, tactus dolore cordis intrinsecus? Quid est illud intrinsecus? Non enim est deus, ut homo cuius est corpus extrinsecus & anima intrinsecus. Ergo quod dictum est intrinsecus, illud secretum significat, de quo Apostolus ad Ephesios: Et illuminare(inquit)omnes quæ sit dispensatio sacramenti absconditi à seculis in deo, qui oñia creauit, innotescat principibus & potestatibus in cœlestibus. Nam quia dolor ille, quo futurus erat dolens pro nobis, & quẽ ipse quasi iam præsentem uidebat(ut iam dictum est)absconditus erat & angelis & hominibus recte dictũ ẽ, & tactus dolore cordis intrinsecus. ¶ Quid illud quoꝙ est, quod dicit, & præcauens in futurum? Nimirum secundum eundem sensum idẽ est ac si diceret, puidens ut dolor ipsius multum haberet fructum. Ad eandem prouisionem siue prouidentiam & illud pertinet, quod in Psalmo dicit. Quæ utilitas in carne mea, dum descendo in corruptionem? Nisi enim & illo diluuio deletum, & alijs multis miserijs repletum fuisset genus humanum, & nisi cito ceruices nostræ redigerentur in lutum, quomodo susciperemus humilitatis Christi iugum, cum etiam nunc uix uexatio auditui det intellectum: quando homo natus ex muliere, breui uiuens tempore, repletus multis miserijs, & dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni.

Tactꝰ dolore cordis intrinsecus

Et præcauẽs in futurum.

Psal. 29

Esa. 28

Iob. 14

Psal. 89

¶ De tertia sententia. Cunꝙ uidisset deus, dixit ad Noe, finis ũniuersę carnis uenit coram me, fac tibi archam, quod personę congruat spiritus sancti. Caput .XVII.

DIcta quæ sequuntur, cunꝙ uididisset deus terram esse corruptam, dixit ad Noe Finis uniuersæ carnis uenit coram me, fac tibi archam de lignis leuigatis, & cætera, inter quæ scriptum est, quia columba uenit ad eum ad uesperam portans ramũ oliuæ uirentibus folijs in ore suo, nimirum personæ congruit spiritus sancti: ita ut iam hic ueraciter dicas illud Dauidicum: Misericordia & ueritas obuiauerunt sibi, iustitia & pax osculatæ sunt. ¶ Deniꝙ spiritus sanctus, ipse est misericordia, sicut in Psalmo canimus: Deus meus misericordia mea: & dei filius ipse est ueritas, sicut ipse dixit, ego sum ueritas. Et quis nesciat, quia sicut ueritatis fuit, quod deus uidens(ut iam dictum est)quod multa malitia hominum esset in terra. Delebo (inquit) hominem quem creaui, à facie terræ, ab homine usꝙ ad animantia, à reptili usꝙ ad uolucres cœli: ita & misericordiæ fuit, quod dixit ad Noe: Ponam fœdus meum tecum, & ingredieris archam tu & filij tui, uxor tua, & uxores filiorum tuorum tecum, & ex cunctis animantibus uniuersæ carnis bina induces in archam, ut uiuant tecum masculi sexus & fœminini, ut saluetur semen super uniuersam faciem uniuersæ terræ. ¶ Igitur tam uerbis quàm factis in illo tanto negotio tam magni iudicij, Trinitas sese ostendit pariter & abscondit: & in cæteris huius agri, id est, sanctæ scripturæ, locis præcipuis idem speramus, quod thesaurus iste ab illis, qui pie querunt, sine dubio possit inueniri. Proinde sequamur, & uigilantibus oculis omnẽ, quoad possumus, locũ perspiciamus ac perscrutemur.

Gene. 6.

Gene. 8.

Psal. 84

Spi. s. ipse est misericordia.

Psal. 58.

Iohan. 14

Gene. 6.

Ibidem

Trinitas thesaurus i agro scripturæ absconditus

¶ De eo quod dixit deus, venite igitur & descendamus & confundamus ibi linguas eorum, quia sic uox trinitatis, sicut & illud dictũ pluraliter: Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est. Ca. XVIII.

DEscendit autem dominus, ut uideret ciuitatem & turrim quam ædificabant filij Adam, & dixit: Ecce unus est populus, & unum labium omnibus. Cœperunt̃ hoc facere, nec desistent à cogitationibus suis, donec eas opere compleant. Venite igitur descendamus & confundamus ibi linguam eorum. ¶ Et reuera sicut in præuaricatione Adæ res acciderat tam magna, cui sese deberet opponere sancta Trinitas, ita & hic. Quale enim erat quod incendebant filij Adam, dicentes: Venite faciamus nobis ciuitatem & turrim, cuius culmen pertingat ad cœlum? Nimirum eodem ausu superbiæ decipiebantur, quo & ille deceptus est, ambiendo ut esset sicut deus, & ille agitabat eos, qui dixit in corde suo, ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo. Propter eiusmodi superbiam, quam imitabantur, congrue scriptura denotat eos. no-

Gene. 11.

Filij Adã imitatõe supbiæ

Esa. 14

Admirãda gygantũ sup̃bia

minans filios Adam. ¶Descendit autem (inquiẽs) dominus, ut uideret ciuitatem & turrim, quam ædificabant filij Adam. Deniq; huiusmodi locutio admirationi esse uult, quod filij adhuc tantam spirabant audaciam, iam ferentes paternæ superbiæ pœnam, quia profecto magis mirum est, superbiæ post pœnam uel in pœna, quàm ante pœnam. Ausum igitur illorum libet admirari uerbis quoq; ethnici, scilicet poetæ insignis, qui pœnas infernales describere gestiens, dicit:

Verg. 6. libro Aeneidos

Hic genus antiquum terræ, tyrannia pubes,
Fulmine deiecti, fundo uoluuntur in imo.
Hic & aloidas geminos immania uidi
Corpora, qui manibus magnum rescindere cœlum,
Aggressi, superisq; Iouem detrudere regnis.

Quid p̃cauit deus in ędificãtib⁹ Babel.

¶Sed nunquid hoc deum tenuisse putabimus, & iccirco dixisse, cœperuntq; hoc facere, nec desistent à cogitationibus suis donec eas opere compleant? Deniq; & si hodieq; uiuerent, & ædificare non cessassent aut cessarent. Nunquid uel usque ad medium altitudinis cœli siue firmamenti peruenissent? Minime. Sed esto. Peruenerint siue peruenire potuerint usque ad illam firmamenti celsitudinem, quam dicunt Aplanen. Quid ibi nocere possent inuisibili maiestati, etiam non deturbati aut fulminati? Ergo præcauisse quidem deum aliquid, non sit dubium, quoniam sic superius scriptum ẽ, & præcauens in futurum: ueruntamen non præcauisse manus eorum, immo præcauisse linguas eorum. In quo? Simus attenti, quia non minimam intelligentiam locus iste quærit, dicente deo, nec desistent à cogitationibus suis, donec eas opere compleant, qui & non manus eorum præcidit, sed linguas eoꝝ confudit. Dicamus ergo, qualem præcauit ædificationẽ superboꝝ, quia ueraciter dictum est superius, & præcauens in futurum.

Gene. 6

¶De eo quod dixit, nec desistent a cogitatiõibus suis donec eas opere compleant, qualiter eas opere compleuerint. Ca. XIX.

Scripturas ueritatis cõditurus erat propter homines humiles spiritus sanctus quas nunc legimus, & in illis recondere proposuerat thesaurum, quem nunc usq; & inuenimus, & inuenire cupimus, thesaurum nominis sui, thesaurum sacramentorum Christi filij dei. ¶Nouerat enim altitudinem satanæ, regnãtis super omnes filios superbiæ. Et illius turris ædificationem uanæ & mendacis eorum scientiæ siue loquacitatis, extollentis se aduersus ueritatem dei, prospiciebat esse imaginem. Dixit ergo: Cœperuntq; hoc facere, nec desistent à cogitationibus suis, donec eas opere compleant. Quibus à cogitationibus suis non desisterent? Vtiq; quas uocibus istis enunciat, faciamus nobis ciuitatem & turrim, cuius culmen pertingat usq; ad cęlum. Nonne ita fecerunt? Deniq;, mox ut sanctæ scripturæ illis peruulgatæ sunt, contrariæ scientiæ turrim usq; ad blasphemandum creatorem erexerunt. Hinc est illud: Cogitauerunt & locuti sunt nequitiam, iniquitatem in excelso locuti sunt. Posuerunt in cœlum os suum, & lingua eorum transiuit in terra, id est cum essent terreni, transiuit lingua eorum blasphemando om̃ia terrena usq; ad ipsum deum. Quippe qui non solum de terenis male locuti sunt, sed etiam de creatore eoꝝ. ¶Dico ergo. Si postquam diuisa sunt uel confusa sunt labia insurgentium, & dissipatæ sunt cogitationes eoꝝ, tanta fecerunt, tanta dixerunt, ut uix subsistere aut resistere posset illa, cui dicitur in canticis: Sicut turris Dauid collũ tuũ, quæ ædificata ẽ cũ propugnaculis, mille clypei pendent ex ea, om̃is armatura fortiũ Quid fecissent, qd dixissent, si nunq̃ confusæ linguę, nunq̃ diuisa fuissent labia eoꝝ? Bene igitur, & prouide, dũ tẽpus immineret, ut scriberentur scripturæ ueritatis, scripturæ legis & prophetarum, in quibus est thesaurus ueritatis, facta est diuisio illa linguaꝝ siue gentium, ut in una tantum lingua siue gente thesaurus iste usq; ad tempus posset abscondi. ¶Nunquid uero uel istud sufficere potuit? Non utique, nisi in eadem una lingua gentis Hebrææ sub figuris & ænigmatibus, in parabolis & allegorijs, peracta fuisset subtilitas absconsionis. Neque enim uel ipsi portare potuissent, quibus credita sunt eloquia dei, sicut significatum est in eo, quod fugerunt uel timuerunt prope accedere filij Israhel, uidentes claritatem uultus Moysi.

Hiere. 48. Iob. 41 2. Thess. 2 2. Cor. 10

Gene. 11

Hæretici turrim Babel extruunt Psal. 72.

Cur diuisę sũt linguæ Can. 4

Trinitatis thesaur⁹ uarie abscõditus i scripturis ueterũ Exo. 34. 2. Cor. 3

De plaga

¶De plaga illa confusionis, in quo profuerit, & cui personę magis congruat dixisse cęteris. Venite descendamus & confundamus. Caput .XX.

IGitur plaga quidem grandis accidit mundo, ubi facta est linguarum confusio, sedin eo non minime profuit, quod & Pagani & Iudæi, maxieq; hæretici, per Asiam, Europamq; & Africam disseminati, minus turrim suam consusibilem ædificare potuerunt contra ueritatem, quam si fuissent omnes labij unius est & sermonum eorundem. ¶Cui autem personæ magis congruit dixisse cæteris: Venite descendamus & confundamus linguam eorum. Putas ne personæ filij? Denicq; ubi plaga confusionis illius sananda erat, personæ hæc scilicet filius loquens Apostolis suis: Et ego (inquit) rogabo patrem, & alium paracletum dabit uobis. Et hoc ita factum est, ita linguarum diuisio, quæ propter superbiam acciderat, reformata est per eiusdem paracleti spiritus sancti aduentum, ut in ore eorum omnium genera nascerentur linguarum. Quia ergo rogante filio sic futurum erat, & sic factum est, delectabile nobis est ascribere personæ huic, illud dictum ad patrem & spiritum sanctum. Venite descendamus & confundamus linguam eorum: quia uidelicet & ista noua & illa uetera omnia propter ipsum facta sunt. Veruntamen uerba illa, uenite descendamus & confundamus, non iam sic accipimus tanquam uerba rogantis, quia uidelicet rogare minoris est. At ille scilcet filius, non tunc erat minor, sed quando factus est homo, tunc paulo minus minoratus est, non solum à patre & spiritu sancto, uerumetiam ab angelis: quia secundum humanam naturam pati potuit, & mori: quod nimirum rogare fuit. Moriendo quippe, sacrificium factus est pro nobis. Melius igitur atq; fidelius uerba illa, uenite descendamus, confundamus, sic accipimus tanquam sapientiæ consulentis, & cum deo cuncta componentis, sicut habemus in parabolis, quæ uidelicet sapientia, ipse est filius dei. Procedamus ulterius.

Persona filij de confusione linguarum consilium dedit. Iohan.14

Actu.2

Gene.9.

Heb.2.

Psal.8.

Heb.5.

Prouer.8

¶De fide patris Abrahę credentis promissionibus beati seminis, & de eo quod tres uidit, unum adorauit. Ca. XXI.

INparte agri, quam nunc attingimus, in loco scripturæ, in quem nunc progredimur, splendet fides patris nostri Abrahæ, credentis promissionibus beati seminis. Et hic o beata trinitas deus præclare fulget, nec multum absconditus est thesaurus tui nominis, uidelicet, in tribus hominibus magnis, & in tribus designatus angelis. Tres homines principium magnæ gentis sunt, Abraham, Isaac & Iacob: super quibus hodieq; audimus te profitentem, ego sum deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob. De tribus angelis taliter scriptura dicit: Apparuit autem dominus Abrahæ in conualle Mambræ sedenti in ostio tabernaculi sui, in ipso feruore diei. Cunque eleuasset oculos, apparuerunt ei tres uiri stantes propter eum. Quos cum uidisset, cucurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi sui, & adorauit in terra & dixit: Domine, si inueni gratiam in oculis tuis, & ne transeas seruum tuum, & cætera. Illius diei festiuitas quanto notior, & quanto est celebrior, tanto ad concelebradum omnis sermo noster est pauperior. ¶Quis enim nescit, quis non audiuit, quia noster secundum fidem pater Abraham illo die in ipso feruore diei tres uidit, & unum adorauit? Tres quippe uiros uidebat, quibus occurrens & adorans non dixit, domini si inueni gratiam in oculis uestris, sed domine (inquit) si inueni gratiam in oculis tuis. Hoc fuit adorare unum, in aspectu trium. Quid autem sibi uult illud conuiuium trium angelorum, nasciturum Isaac promittentium, cum risu & gaudio tales hospites suscipientium? Paulo supra riserat senex Abraham, sicut scriptura dicit: Cecidit Abraham in faciem suam, & risit dicens in corde suo, putas ne cętenario nascetur filius, et Sara nonagenaria pariet? Et hic dicente domino, qui apparuerat in tribus personis angelorum, reuertens ueniam ad te tempore isto, uita comite, & habebit filium Sara uxor tua, risit Sara post ostium tabernaculi: risit (inquam) occulte, & dicente domino ad Abraham: Quare risit Sara dicens, num uere paritura sum anus? Sara timore perterrita negauit, dicens, non risi. Dominus autem non est (inquit) ita sed risisti. Quid (inquam) sibi uult illud conuiuium talium hospitum, risu senum, & iubilo celebratum,

Figura trinitatis apertissima in tribus angelis coram Abraham

Exo.3

Gene.18

Tres uidit, & unum adorauit.

Gene.17.

Gene.18.

bratum, ubi qui & nasciturus promittitur, uocari iubetur Isaac, id est, risus, & eorum qui bus nasciturus promittitur huius nominis filius, alter Abraham, id est, pater multarum gentiũ: & altera Sara, id est, princeps nominatur. Dicamus aliquid fide dignũ, ut cũ risu æterno mereamur epulari, cum beata trinitate, secundũ illius conuuiũ si gnatu m mysteriũ.

¶ De tribus patribus, Abraham, Isaac, & Iacob, quomodo in illis tribus angelis conuiuantibus & nasciturum Isaac promittentibus, præsignatum fuerit sacramẽtum fidei sanctę trinitatis, qua per aduentũ Christi mũdus est illustratus. Ca. XXII.

lege † Oseæ

Oseæ. j z.

Testamẽtũ trinitatis ad Abraham, Isaac & Iacob.

Psal. jo4.

IN Propheta † Amos dominus dicit. Et locutus sum super Prophetas, & ego uisiones multiplicaui, & in manu Prophetarum assimilatus sum. Porro Prophetarum præcipui siue maximi tres isti patres fuerunt, immo sunt: Abraham, Isaac, & Iacob, cum quibus sancta trinitas, unus deus, testamentum suum dispo suit, sicut Psalmista canens, cum præmisisset, memor fuit in seculum testamenti sui, quod disposuit ad Abraham, & iuramenti sui ad Isaac, & statuit illud Iacob in præceptum, & Israel in testamentum æternum. Postmodum ita subiunxit: Non reliquit hominem nocere eis, & corripuit pro eis reges. Nolite tangere Christos meos & in Prophetis meis nolite malignari. Ergo, ut illius conuiuij mysterio digni habeamur, scire debemus, quali assimilatione sancta trinitas illic in hospitio patris Abrahæ assimilata sit. Assertione nostra non indiget, nam fere cunctis ubiq; notis est senis Abrahæ filium Isaac, quod interpretur risus domini nostri IESV CHRISTI, filij patris antiqui & æterni, nascendo & uiuendo gessisse typum, qui sanctorum risus hominum, & omnium beatorum gaudium est angelorum. ¶ Futurum autem secundum dispensationem temporum, quæ præfinita fuerat apud deum, ut non ante aduentum, sed in ipso aduentus eius meridie, siue feruore diei clarissimo, sancta trinitas mundo publica prædicatione innotesceret, ipso incipiente nostro Isaac Euangelica uoce. Exempli gratia, cum dicit, ego & pater unum sumus. Et paracletus autem spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille uos docebit omnia. Et multa ad huius fidei regulam pertinentia, quorum notissimum atq; præclarissimum est illud apud Matthæum in calce euangelij: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in noie patris & filij & spiritus sancti. Pulcherrime igitur atq; sanctissime, non ante, sed ubi iam uenerat tempus, ut conciperetur siue nasceretur ille Isaac, figura siue forma huius, apparuerunt patri Abrahæ tres uiri illi, scilicet angeli, & currenti in occursum atq; adoranti, ac dicenti: domine, si inueni gratiam in oculis tuis, & cætera, usq; ponam buccellam panis tam prompte respondentes dixerunt, fac ut locutus es, tamq; familiariter comederunt tria sata similæ, uitulumq; de armento tenerrimum, & optimum, butyrum quoque & lac. ¶ Quo alio modo magis familiariter, quàm isto, cuperet pater Abraham communicare ciuibus patriæ inuisibilis: siue seruire homo fidelis, & iustus reputatus pro merito fidei, sanctæ & individuæ trinitati? Similiter quo alio modo, multarum gentium uniuersitas, quarum ille est pater secundum fidem, familiarius cupiat ministrare sanctæ trinitati, quàm sacrificando in sancto altari sacrificium dominici corporis & sanguinis, stando sub arbore, id est, crucis CHRISTI fide: sicut illic scriptum est. Abraham uero stabat sub arbore? Multa hic materia sese offert, & dicendi copiam flagitat magna res, sed nos in alio opere pro posse diximus, & iccirco testimonium sanctæ trinitatis, quod hic magnifice splendet, nos secundum propositum memorasse siue demonstrasse contenti, finem facimus præsentis libelli, protinus ad ulteriora progressuri secundum tenorem eiusdem propositi, quo proposuimus, in isto sanctæ scripturæ agro amplissimo thesaurum demonstrare credulis, quem uidere uel inuenire non possunt increduli.

Trinitas in aduentu Christi mundo publicata

Iohan. jo

Idem. j+

Matth. ultim.

Gene. j8.

Mysterium cõuiuij Abrahæ cum tribus angelis.

FINIS QVARTI LIBRI.

TVITIENSIS DE GLORIFICATIONE TRInitatis, & processione sancti spiritus. Liber .V.

¶De eo quod Salomon in parabolis loquitur, turris fortissima nomen domini, ad ipsam currit iustus & exaltabitur, & quod ille sit iustus, qui ex fide huius nominis iustificatur. Caput .I.



PES NOSTRA IMMO ET CORO
rona spei nostræ tu es, o nomen domini, nomen patris & filij & spiritus sancti: corona (inquam) spei, sicut Propheta dicit: Dñe excelsum est brachium tuũ, deus sabaoth coro na spei, quæ ornata est gloria. Quid enim aliud quàm te speramus aut sperare debemus, dum loquendo aut scribendo nomen tuum prædicamus & glorificamus? Quid (inquam) aliud sperare debemus, nisi quod diligentes nomen tuum, in te gloriabimur? Nam gloriabuntur in te (ait Psalmista) oñes qui diligunt nomen tuum. Et sapientia dicit: Turris fortissima nomen domini, ad ipsam currit iustus, & exaltabit. Quis uero iustus uel unde iustus? Nunquid ex operibus? Nempe si de operibus agitur, refragatur Psalmista, dicens: quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens, consonante Apostolo, cum dicit: quia ex operibus non iustificabitur omnis caro coram illo. Vnde ergo iustus? Ex fide, quia scriptũ ẽ, iustus autem ex fide uiuit. Abraham ex fide iustificatus sicut scriptura dicit: credidit Abraham deo, & reputatum est illi ad iustitiam: deinde (sicut memorauimus) mysterium sanctæ trinitatis in tribus angelis uidere & suscipere meruit. Et nos igitur in hac spe iustitiæ glorificemus te o nomen domini, & hoc nobis sit currere ad turrim fortissimam, & exaltari, quod fidelem contendimus ædificare sermonem super fundamentum fidei, taliter ut turris esse possit in auxilio oportuno, spesq; ista firma sit.

Corona spei nostræ Trinitas.

Psal. 5 Prouer. 18

Psal. 143. Rom. 3. Abac. 2. Gene. 15 Rom. 4.

¶De eo quod ad Moysen incipiens loqui deus: hęc (inquit) dices filijs Israhel: dominus deus patrum vestrorum, deus Abraham, & deus Isaac, & deus Jacob misit me ad vos, & de nomine Adonay, quod nomen meum (aut) non indicaui eis. Caput .II.

AD Moysen deus incipiens loqui, sic inter cætera dixit. Hæc dices filijs Israhel: Dominus deus patrum nostrorum, deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob, misit me ad uos. Hoc nomen mihi est in æternum. Et alibi ad eundem dicit. ¶Ego dominus qui apparui Abraham, & Isaac, & Iacob in deo oñipotente, & nomen meum Adonay non indicaui eis. Illic subaudiendum est, sicut indicabo tibi. Quandam enim gratiam spiritus sui tunc dabat dominus Moysi, scilicet operationem uirtutum quã nõ dederat siue indicauerat patribus illis. Neq; enim illę uirtutes eiusmodi operati sunt, sed sola fide glorioſi fuerunt. Hoc qui perpendit, nimirum rite intelligit hoc dictum, & nomen meum Adonay non indicaui eis. Item q; illud quod Esaias ubi præmisit, ubi est qui eduxit eos de mari cum pastoribus gregis sui? protinus subiunxit: Vbi est qui posuit in medio eius spiritum sancti sui? & subinde: Spiritus domini ductor eius fuit. ¶Hęc (inquã) rite intelligit qui hoc perpendit, quod Moyses pro ratione uel necessitate temporis, quia non dimissurus erat Pharao populum, nisi in manu forti, gratiam istam accepit à spiritu domini, scilicet operationem uirtutum, quam Apostolus medio scilicet quinto loco ponit in ordine nouem charismatum eiusdem spiritus sancti. Nimirum per istam gratiam, per operationem uirtutum, nomen suum deus indicauit Moysi, & per Moysen omnibus nobis, scilicet Adonay: quod nos generaliter dominum dicimus, ait beatus Hieronymus. Hinc est illud quod Esaias loco supra memorato, cum dixisset, ubi est qui posuit in medio eius

Exo. 3

Exo. 6. Nomen meũ Adonay non indicaui eis.

Esa. 63 Cur Moſi potius q̃ prioribus patribus data ẽ opatiq uirtutum 1. Cor. 12

ſpm̃ ſancti ſui, ut aperiret qualem ſpiritus ſancti operationem illic itelligi uelit, protinus ait:
Eſa.63 Qui eduxit ad dexteram Moyſen brachio maieſtatis ſuæ, qui ſcidit aquas ante eos, ut faceret ſibi nomen ſempiternum, qui eduxit eos per abyſſos, quaſi equum in deſerto non impingentem, quaſi animal in campo deſcendens. Et interpoſito, quod iam ſupra diximus: Spiritus domini ductor eius fuit, rurſum ait. Sic adduxiſti populum tuum ut faceres tibi nomen gloriæ.

¶ Non fuiſſe diminutionem glozię vel meritis patribus illis, quod dixit, z nomen meum Adonay, nō indicauī eis. Caput .III.

QVid proinde dicemus? Nunquid patres ſancti Abraham, Iſaac & Iacob, pro eo minoris ſunt gloriæ uel meriti quàm Moyſes, quia nomen ſuum Adonay non indicauit eis: indicauit autem Moyſi in conſpectu Pharaonis & Aegyptiorum cæterorumq; gentium per operationem uirtutum. Vnde Pſalmiſta ca-
Pſal.76. nit, tu es deus qui facis mirabilia, notã feciſti in populis uirtutẽ tuam, redemiſti in brachio
Exo.9 tuo populũ tuũ, filios Iacob & Ioſeph. Et ipſe dominus ad Pharaonẽ: iccirco autẽ poſui te
Maxia fides priorũ patrũ (inqt) ut oſtendã in te fortitudinẽ meã, & narret nomẽ meũ in uniuerſa terra? Mirẽ ¶ Immo per hoc precioſior corã deo in oculis noſtris fulget eorũ magna fides, quod eiuſmodi ſignis, quæ uſq; hodie Iudæi petunt: ſiue linguis, quæ non fidelibus (ait Apoſtolus) ſed in-
j. Cor. j4. fidelibus in ſignũ ſunt, nõ indiguit, ut creſceret. Hinc idem Apoſtolus, memorata ipſorũ
Heb. jj fide, ideo (inquit) deus nõ confunditur uocari eorũ deus. Et uere nõ confunditur, quippe
Exo.3. q & ultro nomẽ hoc ſibi aſſumpſit, nomẽ ipſorũ, dicẽs: ut ſupra mẽorauimus. Ego ſum deus Abrahã, & deus Iſaac, & deus Iacob. Hoc nomen mihi eſt in æternũ, & hoc memoria-
Exo.6. le meũ in generatione & generationẽ. Cũ ergo dicit, & nomen meũ Adonay non indicaui eis: pulchre ſubauditur, & tamen fides eorũ magna fuit. Econtra, cũ ecce nunc indicauero populo huic nomen meum Adonay, nunc denicq; uidebis quæ facturus ſum Pharaoni, per manum enim fortem dimittet eos, & in manu robuſta eijciet illos de terra ſua, fides eorum nõ magna erit, immo rebelles erunt & increduli, & populus duræ ceruicis, in tantum, ut tu quoq; exacerbatus ab illis, diſtinguere habeas in labijs tuis, & loqui ſicut homo non magnæ fidei, ¶ Iam quippe ſciebat dominus dicturum eſſe Moyſen, poſtquam indicaſſet
Fides Moyſi nomẽ ſuũ Adonay. Audite rebelles & increduli. Nũ de petra hac aquam poterimus uo-
ad aquas contradictionis bis eijcere? Quam culpam mox ſententia ſecuta eſt, dicentis: Quia non credidiſtis mihi ut
Num.20 ſanctificaretis me coram filijs Iſrahel, non introducetis hos populos in terram quam dabo eis. Hæc iccirco dixerim, ut liquido conſtet, quia non diminutio eſt gloriæ & honoris ſed dignitatis patribus illis, qui dixit, & nomen meum Adonay non indicaui eis, immo & maioris eſſe meriti, quod abſq; illo indicamento tanti nominis, non uiſa tantarum operatione uirtutum, exiuit Abraham de terra ſua, cum iſti uix poſt tantarum operationẽ uirtutum crediderunt & ſecuti ſint ut habitarent in terra ſibi ab ipſo data, præſertim cum clamauiſſent ad dominum, & educerentur de domo ſeruitutis, de ergaſtulo Aegyptiorum, de fornace ferrea. Amplius autem & hoc mirandum de homine, qui non uiderat reſurrectionem mortuorum, ſicut nec cæterarum acceperat operationem uirtutum: quia ſicut memi-
Heb.jj nit Apoſtolus, fide obtulit Iſaac cum tentaretur, & unigenitum offerebat qui ſuſceperat
Rom.4 repromiſſiones, ad quem dictum eſt, quia in Iſaac uocabitur tibi ſemen, arbitrans, quia & à
Gal.3 mortuis ſuſcitare poteſt deus. Sed iam ad ſupra dictũ capitulum reuertamur.
Genc.21.

¶ Be eo ꝙd Sadducęis reſpondens dominus pro reſurrectiõe mozuorũ, cõgrue patrum iſtorum meminit, dicente deo, ego ſum deus abraham z deus Iſaac z deus Iacob, pro quo ſic aſſumpſit, non eſt deus mozuorum, ſed viuozum, omnes enim ei viuunt. Caput .IIII.

Exo.3 HAec (inquit) dices filijs Iſrahel: Dñs deus patrũ noſtrorũ deus Abrahã, & deus
Matth.22. Iſaac & deus Iacob miſit me ad uos. Huius loci memor dñs reſpondit tentantibus Sadducęis, qui dicunt non eſſe reſurrectionẽ. De reſurrectione autẽ mortuorũ non legiſtis, quod dictum eſt à deo dicente uobis, ego ſum deus Abrahã
Rãſio Chri cõ tra ſadducęos & deus Iſaac, & deus Iacob? Non eſt deus mortuorum ſed uiuorum. Omnes enim ei uiuunt. ¶ De qua eius reſpõſione nonnulli dubitare ſolent, quaſi nõ ſatis fecerit pro aſtruenda reſur

da resurrectione contra illorum sectam siue hæreticam opinionem. Aiunt enim quòd etiam si mortui non resurgant, nihilominus uera & firma sit sententia, non est deus mortuorum sed uiuorum, omnes enim ei uiuunt. Quid enim? Nunquid Petrus & Paulus, quia nondum resurrexerunt non ei uiuunt? Nonne cum in corpore essent, cupiebant peregrinari à corpore & præsentes esse ad deum, iccirco ut uerius uiuerent? Hæc quæstio difficilius soluere tur, si Sadducæi sic dicerent, nõ esse resurrectionem corporum, ut saltem spiritum siue animam post depositionem corporis uiuere fatentur. ¶ At illi neutrum fatentur. Hinc est illud in actibus Apl'orum: Sciens autem Paulus, quia una pars est Sadducæorum, & altera Pharisæorum, exclamauit in concilio: Viri fratres, ego Pharisæus sum, filius Pharisæorum, de spe & resurrectiõe mortuorum ego iudicor. Et cum hæc dixisset, facta est dissensio inter Pharisæos & Sadducæos, & soluta est multitudo. Sadducæi enim dicunt, nõ esse resurrectionẽ nec angelum: Pharisæi autem utrunq; cõfitentur. Factus est autem clamor magnus, & surgentes quidam Pharisæorum clamabant, dicentes: Nihil mali inuenimus in homine isto. Quid si spiritus ei locutus est aut angelus? Igit quia sadducæi sic negabant resurrectionem corporum, ut nullam post corpora crederent esse uitã aiarum, pulchre et rationabiliter dominus sic asseruit, uitam esse post corpora, ut simul assereret esse resurrectionem corporum. Concesso nanq;, quod necessario concedi oportebat, dixisse deum, ego sum deus Abraham, deus Isaac, & deus Iacob (pentatheucum quippe Sadducæi suscipiebant) simulq; assumpta hac sententia, quæ refelli nõ põt, nõ est deus mortuorum sed uiuorum, cõclusio sequebatur, esse resurrectionẽ mortuorum. Quia sicut incõueniens, immo & impiũ est, dicere deũ mortuorum, sic nihilominus absurdũ est & impiũ, dicere deũ semiuiuorum siue deũ semimortuorum, qd cõsequitur, si à uiuentibus animabus corpora nõ resurgunt.

z. Cor. 5
Phil. 1.
Sadducæi neq; aias neque angelos uiuere putant
Act. 23

¶ De capitulo prophetę Oseę, z locutus sum aut dominus super prophetas, z in manu prophetarum assimilatus sum, quomodo sancta trinitas in istis patribus assimilata fuerit, in Abraham deus pater, in Isaac deus filius, in supplantatiõe Jacob deus spiritus sanctus. Caput .V.

Audare nõ sufficimus uiros tam glorioſos, secundũ fidẽ parentes nros Abrahã Isaac & Iacob: quibus tam multã fecit gliam trinitas deus, ut sub nominibus eorum nomen suum designari dignaretur, pater & filius & spiritus sanctus. Qd nomen manifeste nõdũ portare poterat mũdus. Reuera tres isti sunt pphetæ, de quibus maxie in Oseę dixerit idẽ deus. Et locutus sum sup pphetas, & ego uisionẽ multiplicaui, & in manu pphetarum assimilatus sum. Dicendũ ergo, quis breuiter, quõ uel quibus rebus gestis in manu pphetæ Abrahã, deus pater, & in manu pphetæ Isaac, deus filius, & in manu pphetæ Iacob, cooperante matre Rebecca, deus spiritus sanctus assimilatus sit. Abraham pater excelsus, Abrahã pater multarũ, subauditur gentiũ, interpretatur. Et qs pater ueraciter excelsus, nisi deus pater dñi nri Iesu Christi, pater misericordiarum (ut ait Apl'us) & deus totius cõsolatiõis? Et quis ueraciter pater multarũ gentiũ, nisi idem deus p gratiã, pater omniũ nrm ex quacunq; gente credentiũ? Hic antiquã sibi cõiunxit ecclesiam: Eterñ ecclesia secundũ fidẽ, ab initio usq; ad natiuitatẽ dñi nostri Iesu Christi secundũ carnẽ, cõiunx eius extitit & hũc filiũ uirgo fidelis, ex spũ scto cõceptũ, illi peperit, lõge añ pmissum, diu expectatũ. Nõne huic simile fuit, qd Abraham ex sterili cõiuge Sara, diu expectatũ unigenitũ Isaac in senectute susceptit? Deniq; in Sara, qd nomẽ interptat princeps, recte intelligit fides, cuius principatus añ deũ magnus est. Et in ancilla Agar, qd interptat aduena, intelligit lex, quæ prius in seruitute generauit, & nihil ad perfectũ adduxit, quàm nasceretur secundum carnem dei filius ex libertate fidei. ¶ Isaac risus interpretatur, & quis talis risus, ut est dominus noster Iesus Christus, dei filius? In natiuitate & ante natiuitatem illius Isaac, in nouissima promissione, riserunt ambo parentes eius: amplius autem mater, quæ nato illo dixit: Risum mihi fecit deus. Quicunqve audierit, corridebit mihi. Nõne illud simile est huic, quod nato dei filio ex utero uirginis, mater superna Hierusalem risit. Risit enim, id est, cantauit gloriam deo in excelsis, & cantando gaudium suum gaudium nostrum, & risum magnum hominibus bonæ uoluntatis euangelizauit. Huic proprio filio suo deus non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, & ex

Oseæ. 12

Abraham, deum patrem significat.
2. Cor. 1

Sara

Heb. 7

Isaac, deum filiũ prælignauit.

Gene. 21

Lucæ. 2.

Rom. 8

Gene. zz Iacob deū ſpiritum ſanctū præſignauit.

abundanti eſt aſtruere. Notū quippe eſt omnibus, quod per iſtum aſſimilatus fuerit in eo, quod Abraham illum ſuum unigenitum deo iuſſus in holocauſtum obtulit. Iacob ſupplantator interpretatur. Et quis ita ſupplantator, ut eſt ſpiritus ſanctus? Nec enim indecens eſt deo ſupplantationis uerbum, præſertim cum in Pſalmo ſcriptum ſit: Exurge domine, præueni eum, & ſupplanta eum, ſubauditur populum Iudaicum, ut auferatur eis, & alīs detur, non ſolum illud quod per ſimilitudinem timuerunt, dicendo, & uenient Romani, & tollent noſtrum locum & gentem: uerūetiam ea, quæ illoꝝ præcipua ſunt, adoptio filioꝝ, & gloria & teſtamentum & legislatio, & obſequiū, & promiſſa.

Iohā. ij Rom. 9

¶Item de conſilio Rebeccę, quod ille ad vtilem ſuſcepit effectum, q̄recte intelligimus in eo aſſimilatam eſſe ſpiritus ſancti gratiam, & de veſtibus valde bonis, quibus illū induit, & de verſiculo pſalmi, elegit nobis hereditatem ſuam, ſpeciem Iacob quem dilexit. Ca. VI.

Melior exercitatio Iacob q̄ Eſau.

GItur in conſilio Rebeccę, quod dedit filio ſuo Iacob, & ille ad utilem ſuſcepit effectum, aſſimilatum eſſe recte intelligimus ſpiritum ſanctum. Ipſa nanq̄ Rebecca in illo facto gratiā ſpiritus ſancti ſignificat. In duobus filīs eius, quorum alter Eſau factus eſt (ait ſcriptura) uir gnarus uenandi, & homo agricola: Alter autē Iacob, uir ſimplex habitabat in tabernaculis. Iſaac amabat Eſau, eo quod de uenationibus illius ueſceretur, & Rebecca diligebat Iacob: Exemplum ſiue experimentum uerax fuit Apoſtolo, ut diceret ſcribens ad Timotheum: Exerce teipſum ad pietatem. Nam corporalis exercitatio ad modicum utilis eſt. Pietas autem ad omnia utilis eſt, promiſſionem habens uitæ quæ nunc eſt & futuræ. Corporali nanque exercitatione ſeipſum exercebat Eſau, & hæc illi ſicut ad modicum fuit utilis, ut magno eiulatu flenti tandem diceret Iſaac. In pinguedine terræ & in rore cœli deſuper erit benedictio tua. Quibus uerbis, pmiſſionē utique accepit ſolius uitæ quæ nunc eſt. Porro pietas, in qua Iacob ſeipſum exercebat, ad omnia utilis fuit. Promiſſionem habens uitæ quæ nunc eſt in his uerbis: det tibi deus de rore cœli & de pinguedine terræ abundantiam frumenti uini & olei: Promiſſionem autem uitæ futuræ in his quæ ſequuntur. Et ſeruiant tibi populi, & adorēt te tribus. Eſto dominus fratrum tuoꝝ, & incuruentur ante te filī matris tuæ. Qui maledixerit tibi, ſit ille maledictus: & qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur. Tali nanq̄ benedictione CHRISTVS, qui eſt uitā æterna, naſciturus promittebatur de ſemine eius. ¶Quod uel quale fuit illud conſilium Rebeccæ cū Iacob, in quo ſupradiximus aſſimilatum fuiſſe ſpiritum ſanctū. Nunc ergo acquieſce filimi conſilijs meis, & cætera: uſq̄, & ueſtibus Eſau ualde bonis, quas apud ſe habebat domi, induit eū. Veſtes illæ ualde bonæ, ueſtes erant ſacerdotales: quas ideo ſcriptura ueſtes dixit Eſau quia primogenitus erat: ſed Rebecca illum tali functione dignum non eſſe ſciebat. Secundum myſterium, ueſtes, cum quibus benedici oportebat filium dignum, ſunt illa chariſmata ſpiritus ſancti, quæ ante commemorauimus ex epiſtola Pauli apoſtoli, ſermo ſapientiæ, ſermo ſcientiæ, fides, gratia ſanitatum, operatio uirtutum, prophetia, diſcretio ſpirituum, genera linguarum, interpretatio ſermonum. Veſtes huiuſmodi habebat & habet apud ſe domi, ſecundum ſimilitudinem Rebeccæ, gratia ſpiritus ſancti. Quomodo apud ſe domi? Vtiq̄ in poteſtate dandi ſiue diuidendi, ſicut protinus ait idem Apoſtolus. Hæc autē oia operatur unus atq̄ idem ſpiritus, diuidens ſingulis prout uult. ¶Et primum quidem chariſmata hæc diuiſit, prout uoluit, electōi illius populi Iſrahelitici: deinde uero & electioni gentium, facta commutatione ſecundum ſimilitudinem illorum geminorum, ſicut & in Pſalmo ſcriptum eſt: Elegit nobis hæreditatem ſuam, ſpeciem Iacob quem dilexit. Hæc enim dicens, mittit nos ad hanc hiſtoriam. Quia ſicut Eſau, qui prior natu erat, adeo reprobatus eſt, & Iacob dilectus: ſic Iſraeliticus populus, qui prius quadam familiaritate deo acceptabilis erat, poſtmodum eſt reiectus: gentes uero, quæ nullam eius cognitionem in primis habuerant eius benedictionem meruerunt uel receperunt, hoc eſt, quod dicit ſpeciem Iacob, id eſt, ſecundum ſimilitudinem Iacob quem dilexit. Eſau autem, ait ipſe in Malachia, odio habui.

Iſ. Tim. 4

Gen. 27

Veſtes bonæ, quas iduit Iacob chariſmata ſunt ſpiritus ſancti.

j. Cor. jz.

Eſau Iudai cū populum, Iacob gentes p̄ ſignauit

Pſal. 46

Malach. j

De chariſmat

¶De charismatibus spūs sancti, per illas vestes bonas, figuratis, & de mystica caligine oculorum Isaac benedicentis, & de eo quod dixit Moyses, aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro tuo quem scripsisti.

Cap. VII.

CVm illis uestibus ualde bonis, consilio Rebeccæ matris, ingressus est Iacob ad patrem Isaac, iam non uidentem, ut acciperet benedictionem: Neq; eñ propter illas uestes benedictionem hæreditate possideret, nisi etiam introgressus ad patrem (sicut iam dictum est) non uidentem, uerba benedictionis ex ipsius ore accepisset. Similiter cum supradictis sancti spiritus charismatibus, omnis uir simplex, habitans in tabernaculis, omnis uir fidelis spem habens in uerbo promissiōis, qualium ex optimis unus erat Moyses, qui hanc ipsam scripturam mysticam scripsit, ingressus est ingressu fidei, cui omnia præsentia sunt, ad Christum dei filium, quasi non uidentem, id est, in cruce morientem, ubi lumina regia, lumina risum & gaudium secundum nomen Isaac diligentibus se insinuantia, caligine mortis obscurata fuerunt, ut acciperet peccatorū remissionem. Neq; eñ per charismata illa talem benedictionem, scilicet peccatorum remissionem quispiam accipere potuisset, nisi hic noster Isaac, clausis in morte oculis, illam dedisset. ¶Hoc sciens idem Moyses, fidelissimus in tota domo eius, taliter elocutus eū. Aut dimitte eis hanc noxam, aut si non facis, dele me de libro tuo quem scripsisti. Item, Præcipis ut educam populum istum, & non indicas mihi quem missurus es mecum, præsertim cum dixeris, noui te ex nomine, & inueniſti gratiam coràm me. Ac deinceps, Si non tu ipse p̄cedas, ne educas nos de loco isto. De isto capitulo (ut uerbis loquar apostoli) grandis nobis sermo & interpretabilis ad dicendum: quoniam (quod in pluribus uerum est) imbecilles (ait) facti estis ad audiendum. Paruuli enim sunt hodieq; quàm plurimi, quia nondum cognouerunt illa cognitione, quæ perfectorum est, gratiam domini nostri Iesu Christi. Interrogemus ergo fidelissimum Moysen. Quis est sermo iste, quem tu locutus es, aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro tuo quem scripsisti? ¶Cum sic percunctatus fueris, puta quod tibi respondeat uerbis huiuscemodi, uerbis uiri eiusdem fidei, uerbis fidelis Dauid. Afflictus sum & humiliatus sum nimis, rugiebam à gemitu cordis mei. Statim q; conuersus ad dominum, Domine (inquit) ante te omne desyderium meum, & gemitus meus à te nō est absconditus. Hoc deniq; dixisse congruit non soli Dauid, uerum etiam omnibus sanctis. Omnium quippe desyderium erat unum desyderium gemituosum, nasci Christum, uenire saluatorem dei filium, ad dandam benedictionem, ad dandum spiritū sanctum in remissionem peccatorum. Hoc erat illud desyderium. Hinc idem Iacob ad filium suum Ioseph. Benedictiones (inquit) patris tui confortatæ sunt benedictionibus patrum eius, donec ueniret desyderium collium æternorum. ¶Rugiens igitur Moyses à gemitu cordis sui secundum hoc desyderium, Aut dimitte (inquit) eis hanc noxam, aut dele me de libro tuo quem scripsisti. Quid est dicere? Si non dimiseris, si propter peccatum eorum promissionem tuam implere desieris, ut deletis illis, non ueniat semen quod Abrahæ promisisti, unum est ac si deleas, & plane consequitur ut deleas me de libro tuo quem scripsisti. Nullus enim, nisi ille uenerit, saluari poterit, proinde si non tu ipse præcedas, ne educas nos de loco isto. Quo eñ nobis intrare in terram aliquam, nisi ex populo isto secūdum promissionem tuam nascatur, qui nos inducat in uitam æternam?

Accipere benedictionē q̄ sunt digni.

Nume. 32. Exod. 32 Exod. 33

Oīo Moysi p passiōe Chri in remis. pec. Hebr. 5

Desyderium antiquorū patrū pro Chrō Psalm. 37.

Gene. 49.

¶Itē de charismatibus spūs sancti, & quod benedictio, qua noster Isaac nos benedixit gratia sit spūs sancti ex ipso procedentis, & contra Monothelitas de mysterio illo mirabili, quod Isaac non ei, cui ipse uolut, sed ei benedixit, quem Rebecca mater benedictum esse maluit. Cap. VIII.

OMnium charismatū iam supradictorum optimum est odorifera fides, & hæc maxime iuuit, maxime prouexit omnes, quos spiritus sanctus secundū iam dictam similitudinem Rebeccæ donis suis, tanquam uestibus ualde bonis, induere dignatus est. Nimirū undecūq; uestibus illis sub custodia Rebeccę odor ille cōparatus fuerit, quē scriptura taliter cōmendauit, ut dicer et, statimq; ut sensit uestimētorū eius fragrantiā, benedicens ait, ecce odor filij mei sicut odor agri pleni, cui benedixit dñs, mysteriū

Fidei eminentia inter charismata spūs.

mysterium magis placet, scilicet sacramentum fidei, quia ipsa est, quæ suauiorem inter omnia charismata spiritus sancti reddere solet odorem nostro sancto Isaac filio dei, ut uiscera sua continere nō possit, quin abundantiam effundat tantæ tamq; necessariæ benedictionis, tantæ gratiæ spiritus sancti, quæ est remissio peccatorū, quæ de ipso procedit. Factū q; est mysterio mirabili, ut benediceret, nō ei, cui ipse uoluit, sed ei, quem Rebecca mater benedictum esse maluit. ¶ Nōne mysterium in hoc fuit euangelicæ siue catholicæ ueritatis, qua in uno eodemq; domino nostro Iesu Christo, sicut duas naturas siue substantias, ita duas uoluntates, duas prædicamus operationes, alteram diuinitatis, alteram humanitatis? Hoc eñ fidei ratio sapit, & multa sunt experimenta, in uerbis ipsius domini nostri. Ex empli gratia. Cum secundum uoluntatem humanæ infirmitatis dixisset: nunc anima mea turbata est, & quid dicam, pater saluifica me ex hora hac, protinus secundum uoluntatem diuinitatis sibimet obuians dixit. Sed propterea ueni in horam hanc, subauditur, ut nō saluificer ex ea, sed mortem patiar. Pater, clarifica tuum nomen. Similiter secundum uoluntatem humanitatis uidens ciuitatem, fleuit super illam: uoluisset enim illam saluam fieri, unde & dixit, Hierusalem Hierusalem, quotiens uolui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti. Secundum uero uoluntatem diuinitatis, facto de restibus funiculo, omnes de templo eiecit, dicto quoq; exprimens, quid facto significaret. Amen dico uobis (ait) quia auferetur à uobis regnum dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Multa hinc dici poterant contra errorem Euticetis, siue Monothelitarum hæresim: sed nos, quia proposito tenemur, meminisse contenti duarū in Christo uoluntatum siue operationum, pro similitudine Isaac, qui nō illi, cui uoluit, sed illi, cui noluit, benedixit: cœpta persequamur

Duæ uolūtates & operationes in Christo cōtra Monothelitas.

Iohan. 12

Matth. 23.

Matth. 21

¶ De operatione uirtutum, quæ magna est inter charismata spiritus sancti, quod secundum illam dictum sit, & non surrexit propheta vltra in Israhel, quem nosset dominus facie ad faciem, & quod virtutes operari, hoc fuerit, indicare nomen Adonai. Cap. IX.

DE operatione uirtutum, quæ gratia magna est in diuisionibus gratiarum spiritus sancti, superius loqui cœpimus, simul memores illius dicti. Ego dominus qui apparui Abraham, Isaac, & Iacob in deo omnipotente, & nomen Adonai non indicaui eis. Post illa quæ hunc iam diximus adhuc dicere superest, quia secundum gratiam istam merito magnificus habetur Moyses, ita ut de illo scriptura dicat. Et non surrexit propheta ultra in Israhel sicut Moyses, quem nosset dominus facie ad faciem. Sequitur enim. In omnibus signis atq; portentis, quæ misit per eum ut faceret in terra Aegypti Pharaoni & omnibus seruis eius, uniuersæq; terræ illius, & cunctā manum robustam, magnaq; mirabilia, quæ fecit Moyses coràm uniuerso Israhel. ¶ Secundum ergo gratiam istam, scilicet secundum operationem uirtutum, & non secundum omnimodam spiritus sancti gratiam, dictum hoc intelligi oportet. Et non surrexit propheta ultra in Israhel, sicut Moyses. Alioquin repugnans esse uidebitur uel illi sententiæ, quam de uno dixit dominus. Amen dico uobis, non surrexit inter natos mulierum maior Iohanne Baptista. Proinde notandum, quòd non ita scriptum est, & non surrexit ultra prophetа tantus ut Moyses, sed sicut Moyses, determinata etiam qualitate siue modo surrectionis quo ille surrexit, dicendo in omnibus signis atq; portentis, Nam reuera secundum hūc modum nec ipse IOHANNES, nec alius quisquam surrexit sicut Moyses. De quo, uidelicet Iohanne, sic in Euangelio scriptum est. Et multi uenerunt ad Iesum & dicebant, Quia Iohannes quidem signum fecit nullum. Omnia autem, quæ dixit Iohannes de hoc uera erant. ¶ Forte dicit aliquis. Quid agis de magno propheta, domino nostro Iesu Christo? Nonne saltem ille propheta surrexit in Israhel sicut Moyses? Nonne de illo sic dixit & scripsit Moyses? Prophetam de gente tua & de fratribus tuis, sicut me, suscitabit tibi dominus deus tuus? Ad hæc inquam. Nimirum si de magnitudine quæritur, sicut ueracitet plus quàm Iona, & plus quàm Salomon hic, ita & plus quàm Moyses. Veruntamen apud curiosos hoies, non hic sicut Moyses. Vnde cum multa mira faceret, cum etiam de paucis panibus multa milia satiasset & diceret eis, hoc est opus dei ut credatis in eum quē ille misit

Exod. 6

Deut. 34.

Quō Iohānes bap. nō fuit sicut Moyses

Matth. 11.

Iohan. 10

Deut. 18

Matth. 12.

Iohan. 6.

ille misit. Dixerunt ei: Quod ergo tu facis signum, ut uideamus & credamus tibi? Quid operaris? Patres nostri manducauerunt manna in deserto. Denique quicquid fecisset aut facere uellet, non esset eis sicut Moyses, nisi eorum & curiosos oculos eiusmodi miraculis pasceret, & ociosos uentres cibo semper impleret. ¶Itaque quod dixerat Moyses, Prophetã de gente tua, & de fratribus tuis, sicut me, suscitabit tibi dominus deus tuus, pro ueritate naturæ humanæ dictum, recte intelligitur, quia futurum erat: & reuera sic factum est ut filius dei secundum hanc fieret sicut Moyses, id est, uerus homo, sicut in Iob scriptum est, & nos meminimus longe superius, si fuerit pro eo angelus, loquens unum de similibus. Nam in cæteris loge hic plus quàm Moyses. Et ut de charismatibus spiritus sancti cœptum sermonem peragamus: multa bona, secundum omnes eiusdem spiritus sancti operationes siue ministrationes operatus est, excepto quod genera linguarum ore proprio non exercuit, quam spiritus sancti gratiam, postmodum Apostolis suis dedit, & insuper remissionem peccatorum per eundem spiritum sanctum solus operatus est.

Quomõ Christus fuit sicut Moyses

Iob. 33

¶Item de illa gratia spiritus sancti, quę est operatio virtutum, quomodo illam malefici coram Pharaone æmulati sunt, & non valentes subsistere, dixerunt, digitus dei est hic.

Caput .X.

Æmulatorꝝ miraculorũ spiritus mendacij

Exo. 7. & 8

PRæclaram hanc spiritus sancti gratiam, scilicet operationem uirtutum, qua Moyses in ueritate magnus fuit, æmulator nunc usq; spiritus mendacij, sicut iam tunc coram Pharaone æmulatus est quoad usque potuit, sicut scriptum est. Dum enim proiecisset uirgam & uersa esset in colubrum: & iterũ, cum percussisset uirga aquam fluminis, & uersa esset in sanguinem, ac, cum tertio extendisset manum super aquas Aegypti, & ascendissent ranæ, & operuissent terram: fecerunt malefici per incantationes suas similiter, sed erat mendacium in uisu, quia non erat ueritas in sensu. Quando uentum est ad cyniphes, ut percusso puluere terræ essent cyniphes tam in hominibus quàm in iumentis, non solum importunæ uisu, uerumeti am mordaciter molestæ in sensu, non potuerunt stare malefici, & dixerunt: Digitus dei est hic. ¶Vnde miramur, quod efficaciam istam spiritus sancti, scilicet operationem uirtutum, scierunt homines eiusmodi nominare digitum dei: sicut & illud miramur, unde scierit Nabuchodonosor nominare filium dei. Dixit enim: Ecce ego uideo uiros quatuor solutos & ambulantes in medio ignis, & species quarti similis filio dei. Sicut illic, operantibus magis illis, hanc potentiam digiti dei, scilicet, operationem uirtutum, æmulatus est spiritus mendacij: ita & maxime in illo iniquo æmulabitur, cuius est aduentus (ait Apostolus) secundum operationem Satanæ in omni uirtute & signis, & prodigijs mendacibus, & in omni seductione iniquitatis, his qui pereunt, eo quod charitatem ueritatis non receperunt ut salui fierent, & ideo mittet illis deus operationem erroris ut credant mendacio, & iudicentur omnes qui non crediderunt ueritati, sed consenserunt iniquitati. ¶Nisi enim Pharaoni illi similes fuissent, & (ut uerbis utar eiusdem Apostoli) nisi ueritatem dei in iniustitia detinuissent, quia quod notum est dei manifestum est illis. Nisi inquam propositum haberent, penetrare domos, & captiuas ducere mulierculas, id est, animas miseras, oneratas peccatis: secundum similitudinem illius Pharaonis, cui propositum fuit, dominum nescire, & Israhelem non dimittere, non mitteret eis, non permitteret ad eos uenire dominus spiritum mendacij, homines mendaces, resistẽtes digito dei, contra dicentes quoad possunt sancto spiritui, similes magis illis, unde & protinus dicit. Quemadmodum autem Iamnes & Mambres restiterunt Moysi, ita & hi resistunt ueritati. Et quid tandem. Insipientia (inquit) eorum, manifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit.

Confessio dæmonũ de digito & filio dei.

Dani. 3

2. Thess. 2.

Hæretici Pharaoni similes & magis eius

Rom. 1

2. Tim. 3

Exo. 5

2. Tim. 3

¶De trina benedictione nominis domini, quam dominus peracto tabernaculo mandauit Moysi, dicens: sic benedicetis filiis Israhel: & de eo quod ait, inuocabunt nomen meũ super filios Israhel, & ego benedicam eis. Caput .XI.

Post

Nume. 6 Benedictio filiorũ Israhel sub nomĩe trinitatis.

POst exitũ Israhel de Aegypto, peracto tabernaculo, & perscripta lege cæremoniarũ, locutus est dominus ad Moysen, dicens. Loquere ad Aaron, & ad filios eius. Sic benedicetis filijs Israhel, & dicetis eis. Benedicat tibi dominus, & custodiat te. Ostendat dominus faciem suã tibi, & misereatur tui. Cõuertat dñs uultũ suũ ad te, & det tibi pacẽ. Inuocabũt nomẽ meũ sup filios Israhel & ego bñdicã eis.

¶ Hic q̃q; abscondit Moyses faciẽ suã, & positũ habet uelamen sup eã, sed in Christo (ait Apostolus) id ipsum uelamen euacuatur. Quomodo in Christo euacuatur? Euntes (inquit) docete omnes gentes, baptizãtes eos in nomine patris & filij & spũs sancti. Quid nã est præeunte doctrina baptizare gentes, nisi benedicere filios Israhel, Deniq; ex quacunq; gente siue natione in Christũ credentes, propter hoc ipsum quia credunt, ipsi sunt filij Israhel, sicut & filij Abrahæ.

2. Cor. 3. Matt. 28

Iudæis uelamen habet Moyses.

¶ Ergo tertio hic repetitũ nomen domini in uerbo benedictionis, incredulo quidem Iudæo partim uelatum est, quia non sic distinctũ siue expressum ẽ, benedicat tibi dominus pater, ostendat tibi faciem suam dominus filius, conuertat uultũ suum ad te dominus spiritus sanctus. neq; eñ intendere potuissent filij Israhel in faciem Moysi, sic expressa gloria uultus eius, sed (ut iam dictũ est) in Christo reuelatur, Filij nãq; Aaron summi sacerdotis, apostoli & sacerdotes sunt magni pontificis, qui penetrauit cœlos Iesu Christi.

Exod. 34 2. Cor. 3.

¶ Ipsoq; est benedicere sub trino nomine domini, id est baptizare in noĩe patris & filij & spũs sancti: sic tamen, ut sciant se non datores, sed ministros esse benedictionis, Hoc est quod protinus dicit. Inuocabunt nomen meum super filios Israhel, & ego benedicam eis. Qua propter prouidus apostolus scribens ad Corinthios dicit. Nunquid Paulus pro uobis crucifixus est, aut in nomine Pauli baptizati estis? Item. Cũ dicit quis, ego quidem sum Pauli, alius autẽ ego Apollo, alius uero ego Cæphæ, nonne homines estis? Quid igitur est Apollo? Quid uero Paulus? Ministri eius cui credidistis, & unicuiq; sicut dominus dedit, Ego plantaui, Apollo rigauit, sed deus incrementum dedit. Itaq; neq; qui plantat est aliquid, neq; qui rigat, si incrementum dat deus, Nimirũ hoc sapere hæc autoritas ueritatis exigit, qua dicit. Inuocabunt nomen meũ super filios Israhel, & ego benedicam eis.

Hebr. 4

ume. 6 1. Cor. 1. 1. Cor. 3.

¶ De benedictione qua benedixit Jacob Joseph filio suo sub trina inuocatione sancti nominis, deus in cuius conspectu ambulauerunt patres mei, deus qui pascis me ab adolescentia mea, angelus qui eruit me de cunctis malis, & quod ille angelus persona sit filij.

Cap. XII.

PEnè prætẽrijt me, & retro relictus est quidam locus agri huius, in quo thesaurum hunc absconditum esse iam sæpe diximus, id est, scripturæ huius sacrosanctæ, in qua sanctæ trinitatis mysterium mirabiliter & splendere & latere nunc usq; prædicamus, & in inuentione eius oppido lætamur, dicentes cum Psalmista. Lætabor ego super eloquia tua, sicut qui inuenit spolia multa.

Psalm. jj. 8

¶ Cum ægrotaret in Aegypto pater Israhel, & hoc audito, ire perrexisset Ioseph, assumptis duobus filijs suis, Manasse & Effraim, postmodum ita scriptum est. Benedixitq; Ioseph filio suo, & ait, Deus, in cuius conspectu ambulauerunt patres mei, Abraham, & Isaac, Deus qui pascit me ab adolescentia mea, usq; in præsentem diem, Angelus qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris istis. Sic incipiens, benedixit primũ duos filios Ioseph, & deinde. xij. filios suos, singulos benedictionibus propriis. Semel dixit, Deus, in cuius conspectu ambulauerunt patres mei: & secundo, Deus, qui pascit me ab adolescentia mea: tertio autẽ, Angelus qui eruit me de cunctis malis. ¶ Et quis est ille angelus, qui eruit eum de cunctis malis, nisi angelus magni consilij, deus dei filius: Ista nanq; psona, ne dubites quod significetur nomine angeli qui eruit me, ait, de cunctis malis, ista inquam persona in initio malorum cunctorum apparuit ei, quando fugiebat Esau fratrem suũ dicentem. Venient dies luctus patris mei, ut occidam Iacob fratrẽ meũ. Quomodo illi apparuit? uel quibus exinditijs dinosci potest, quod hæc persona, scilicet filius dei, fuerit qui illi apparuit? Ait scriptura. Cũq; uenisset ad quendã locum, & uellet in eo requiescere post solis occubitum, tulit de lapidibus qui iacebant, & supponens capiti suo, dormiuit in eodẽ loco, uiditq; in somnis scalã stantem

Gene. 48. Alius locꝰ, ubi Iacob noĩe trinitatis bñdixit filijs Ioseph.

Esa. 9 Angelus qui eruit Iacob, Ghrũs est.

Hene. 27

Gene. 28

ſtantem ſuper terram, angelos quoq; dei aſcendentes & deſcendentes per eam, & dominũ innixũ ſcalæ dicentẽ ſibi. Ego ſum dominus deus Abraham patris tui, & deus Iſaac, & cætera uſq;, & ero cuſtos tuus quocunq; perrexeris. ¶ Deniq; magnum hic eſt filij dei ſacramentum, ſi rite ſcalam agnoſcis, ſi quid ſit dominum ſcalæ innixum rite perpendis. Si quidem ſaluo morali intellectu, quo dicere poſſumus, ſcalam eſſe uitæ noſtræ profectum, & ſcalæ huius latera noſtrum corpus & animam, gradus autem eiuſdem ſcalæ diuerſaq; eſſe aſcenſiones uirtutum: ſaluo (inquam) hoc morali intellectu generatio domini noſtri Ieſu Chriſti per ſcalam illam debet intelligi, cuius quaſi duo latera ſunt duo Patriarchæ magni ſcribente Euangeliſta: Liber generationis Ieſu Chriſti filij Dauid, filij Abrahã. Ad iſtos nanq; patres deus, eundem Chriſtum naſci de ſemine eorum cum iuramento repromiſit. Quomodo ſupremo gradui ſcalæ dominus innixus fuit? Ita nimirum, ut pupillus, id eſt, abſq; patre ſecundum carnem natus in hoc ſeculo, opus haberet optiuo patre & nutricio Ioſeph. Igitur angelus qui eruit me (ait Iacob) de cunctis malis, ipſe eſt deus dei filius, ac p inde quia taliter orauit, tertio deũ nominans, palã conſtat, quia ſanctã trinitatẽ inuocauit.

Scala Iacob i gñatiõe Chri

Mat.1

Gene.48

¶ Quod oportuerit in illis antiquorum benedictionibus taceri relatiua nomina quę ſunt pater & filius & ſpiritus ſanctus: & ſermonem claudi, aut non ſic aperte benedicerent, ſicut nunc benedicimus vel baptizamus in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti, & de eo quod ſcriptum eſt in Eſaia: Erit vobis viſio omnium, ſicut verba libri ſigillati. Ca. XIII.

QVm igitur in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti baptizamur ſiue benedicimur, non eſt hoc recens quod agitur, quia ſic fere antiquo quoq; tempore in lege, immo & ante legem, benedicebantur, tacitis tantummodo pro temporis neceſſitate relatiuis nominibus, quæ ſunt pater & filius & ſpiritus ſanctus. Oportebat enim, ut ſermo clauderetur, immo & ſignaretur. ¶ Hoc etenim quidam eorum, ſcilicet Prophetarum, ut facerent, iuſſum ſibi fuiſſe teſtantur. Eſaias cum de iſto nomine dixiſſet: Et clamabant Seraphin, alter ad alterum, & dicebant, ſanctus, ſanctus, ſanctus, dominus deus exercituum: Et deinde de nomine naſcituri Emmanuel, & de uocabulo eius, accelera ſpolia detrahere, feſtina prædari: plura fuiſſet locutus, circa finem uiſionis hoc ſibi iuſſum fuiſſe ſcribit. Liga teſtimonium, ſigna legem in diſcipulis meis. Daniel quoq; poſt uiſiones multas & maximas, ſcribit hoc ſibi fuiſſe præceptum. Tu autem Daniel, claude ſermones, & ſigna librum uſq; ad tempus ſtatutum. Et iterum: Vade Daniel, quia clauſi ſunt ſignatiq; ſermones, uſq; ad tempus præfinitum. Et quaſi quæreret Daniel, ut quum ſunt hæc ſcripta, ſi debent eſſe clauſa & ſignata, dictum eſt ad eum. Pertranſibunt plurimi, & multiplex erit ſcientia. Nunquid uero ſolis iſtis & non etiã Moyſi & Prophetis oĩbus hoc intimatum fuit, expedire, ut ſub clauſura & ſignaculo loquerentur? Nam propter uel contra illos, qui uerba ſacramentorum cœleſtium, non ſicut margaritas honorarent ſed potius conculcarent, loquitur Eſaias, & pro ſeipſo & pro omnibus. Et erit uobis uiſio omnium ſicut uerba libri ſignati. Quem cum dederint ſcienti literas, dicent: Lege iſtum: Et reſpondebit. Non poſſum: Signatus eſt enim, & cætera uſq;, peribit enim ſapientia à ſapientibus eius, & intellectus prudentium eius abſcondetur. Moyſes ergo hactenus de myſterio locutus ſanctæ trinitatis, recte & oportune ſermones clauſit, tantũmodo relatiua (ſicut iam dictum eſt) ſupprimens nomina patris & filij & ſpiritus ſancti. Nec uero ſolummodo clauſit, uerũ etiam ſignauit. Quomodo ſignauit?

Sermo de Trinitate in uet. teſt. clauſus & ſignatus fuit.

Eſa. 6

Idem. 7

Idem. 8

Ibidem.

Dani. 12.

Mat. 7.

Eſa. 29

¶ De eo quod dictum eſt: Audi Iſrael, dominus deus tuus deus vnus eſt, & de eo quod protinus ſubiunxit hęc tria: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua: & quod dilectio trina ſit & vna non tres dilectiones, ſed dilectio vna. Caput XIIII.

AVdi (inquit) Iſrahel: Dominus deus tuus, deus unus eſt. Nonne hoc dictũ quaſi clauſi libri ſignaculum eſt ſcienti literas, ſcilicet Iudæo profitenti ſe ſcire legẽ & Prophetas. Cum enim librum hunc ingeris illi, ut legat lectionem hanc pluraliter ſonantem: faciamus hominem ad imaginẽ & ſimilitudinem noſtram, & rogas eũ, ut triũ perſonaq; diſcretionẽ animaduertat, in uerbis iſtis, quæ protinus ſequunt.

Deut. 6

Iudæis liber ſignatus eſt

Gene.1

Et creauit deus hominem ad imaginem suam, ad imaginem dei creauit illum, masculum & fœminam creauit eos, benedixitq; illis: cum (inquam) hæc & cætera, quoꝝ aliqua iam pagrauimus, ꝓponis illi ad legẽdũ siue ad intelligẽdũ, dicit tibi: Nõ possum taliter legere librũ, Signatus est eñ: habens signaculũ hoc. Audi Israhel: Dñs deus tuus, deus unus est. Tu autẽ uis, ut legã deos tres: Hoc ne faciã, uox ista ꝓhibet. Cum hoc dicit, signatus est, signatus est liber: ueꝝ quidẽ ex parte dicit, quia sic sibi clausus & signatus est. ¶ Veruntamẽ inexecusabilis est: Nõ eñ uidit aut uidere uoluit agnũ, quẽ uidit Iohannes, & nos per eandem uidimus fidẽ, librũ aperientẽ, & signacula eius soluentẽ. Ille agnus solis credentibus, sicut cætera sacramenta, ita & illud, intelligibile fecit, quod tres personæ sint, & nihilominus unus deus sit. Hoc audiuit uerus Israhel, & hoc audit semꝑ, qa nõ ẽ deus extra deũ, nõ extra patrẽ filius, neq; extra filiũ pater, sed ego & parer unũ sumus, ait filius: & ego in patre, & pater in me est, & spiritus sanctus quẽ filius mittit, & qui à patre ꝓcedit, nusquã extra patrem & filiũ procedit: quia uidelicet hæc una substantia trinitatis nequaq̃ circũscripta est, aut localis, neq; aliud quodlibet accidens in illã substantiã cadit, ut uel à semetipa possit alterari, sicut alteratur homo à semetipo, uerbi gratia, quõdam infans, nunc autẽ puer aut iuuenis, dudũ senex, nunc autẽ filicernius decrepitæ ætatis. ¶ Dicit aliquis: Vnde exemplũ, quo deus & trinitas in personis & unitas in substantia possit intelligi? Ad hæc inquã. Nimirum ex eo qđ Moyses ꝓtinus subiunxit, sub uelamine uultus sui. Præmisso nanq;, audi Israhel, dominus deus tuus, deus unus est, ꝓtinus ait: Diliges dñm deum ex toto corde tuo & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. Et quidem litera ista secundum septuaginta interpretes, sicut & pleraq; scripturæ uerba uariantur, quoꝝ translationẽ Apli & Euangelistæ interdũ ꝓ necessitate tpis assumpserunt, ut testatur beatus Hieronymus. Et hinc reor apud Lucam Euagelistã scripta esse quatuor hæc: Diliges dñm deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex oñibus uiribus tuis, & ex tota mente tua. Nam secũdũ Hebraicam ueritatẽ tantũmodo tria sunt hęc: Diliges dñm deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. Hinc igitur exemplum cape o dilector trinitatis, cultor & amator unius dei. Nõne & dilectio ex toto corde tuo, & dilectio ex tota anima tua, & dilectio ex tota fortitudine tua, dilectio est trina & una? Sic deus tuus Israhel, trinus in ꝑsonis, unus est in substantia. Sicut nõ tres dilectões sed una, sic nõ tres dñi sed unus.

Iudæi inexcusabiles sũt, qa non credunt i agnum, qui librũ aperuit Apoca. 5

Iohan. 10
Idem. 14
Idem. 15

Trinitas etiã in modo diligendi deũ ex primitur.
Deu. 6

Lucæ. 10

¶ Quod tres sint operationes unius dilectionis, quas protinus Moyses subordinauit, & quod prima operatio respiciens ad id quod dixerat: Diliges ex toto corde tuo, sic incipit, eruntq; verba hęc in corde tuo, & quod hęc operatio vita sit contemplatiua. Caput .XV.

Sequamur hanc literam, et intendamus diligentius præsenti loco in faciem Moysi gloriosam. Mox enim, ubi dixit: Audi Israhel, dominus deus tuus, deus unus est, protinus adiunxit, hoc quod iam diximus: diliges dñm deum tuũ, ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua: sic uolens intelligi tres personas unius dei, sicut tres sunt operationes unius dilectionis. Sequamur ergo, quia uere hic est gaudium fidei, sicut gaudium hominis pro inuentione thesauri absconditi. Singulas quippe operationes trinæ dilectõis, continuo subordinauit: ut intelligas, quia non inaniter Israhelem ad audiendũ inuitauit, quod dominus deus eius, deus unus sit. ¶ Hæc deniq; sequitur prima dilectionis operatio, respiciens ad id quod dixerat: diliges dñm deum tuũ ex toto corde tuo. Eruntq; uerba hæc quæ ego præcipio tibi hodie in toto corde tuo, & narrabis ea filiꝭ tuis, & meditaberis sedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens atq; consurgens, & ligabis ea quasi signum in manu tua, eruntq; & mouebuntur inter oculos tuos, scribesq; ea in limine & ostiꝭ domus tuæ, & cætera usq;, caue diligenter ne obliuiscaris dominum qui eduxit te de terra Aegypti, de domo seruitutis. Nonne in uerbis istis splendida facies Moysi, illam intendit operationem dilectionis, quam Israhel dei uitam contemplatiuam nominare consueuit? ¶ In illa nanq; hoc agitur quod hic dictum est: diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, dum in corde eius sunt uerba dei, dum meditatur & narrat ea spiritualibus filiꝭ suis, nõ solicitus & turbatus erga plurima, sed sedens in domo sua, & ambulans in itinere, id est, gau-

Prima dilectionis operatio
Deu. 6.

Vita contemplatiua
Lucæ. 10

dens in

dens in secreta cõscia sua, & de uirtute in uirtutẽ proficiens, recta intẽtõe dormiens illa dormitione, de qua dicit in canticis anima illa, quæ in omnibus requiem quæsiuit, ego dormio & cor meũ uigilat, & de qua Christus in Euangelio: Maria (inquit) optimam partẽ elegit quæ nõ auferetur ab ea. Si quando dilectus dñs deus, quem taliter diligit ex toto corde suo, uocem suam dederit & pulsauerit ad ostium dormientis, dicens: aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea: & illa surrexit, ut aperiat ei, id est, prædicando doceat aliquos, ut per fidem introeat & sit in illis, manusq; illius simul stillent myrrhã, ac digiti eius sint pleni myrrha ꝓbatissima. Hoc nimirũ est facere quod dictum est, dormiens atque consurgens meditaberis ea, & ligabis ea quasi signũ in manu tua, id est, recte uiuendi præbebis exempla, dum uerbis bonis firmiter coherebunt, bona opera tua. ¶ Quod si etiam lõga & assidua meditatione exercitatus eo usq; profecerit iste Israhel, ut uerba diuina non solum legendo & loquendo, sed insuper scribendo tractare possit atq; explanare ad utilitatẽ commissæ sibi ecclesiæ, hoc nimirum est facere id quod sequitur. Eruntq; & mouebuntur inter oculos tuos, scribesq; ea in limine & ostijs domus tuæ. ¶ Huic operationi dilectionis, huic uitæ contemplatiuæ debentur sumptus honorifici de domibus regum, de regionibus gentium, ut uacet agere diem festum, & sanctum terere otium, & tunc maxime in illis qui in hac professione sunt, nauandum est, ut non obliuiscantur, immo diligenter obseruent ꝓpositum suum. Hoc est, qđ huic Israheli cõtinuo dicitur. Cumq; introduxerit te dominus deus tuus in terram, ꝑ qua iurauit patribus tuis Abraham Isaac & Iacob, & dederit tibi ciuitates magnas & optimas, quas non ædificasti, domos plenas cunctarũ opum quas non extruxisti, cisternas quas nõ fodisti, uineta & oliueta quæ nõ plantasti: & comederis & saturatus fueris, caue diligenter, ne obliuiscaris dominum qui eduxit te de terra Aegypti, de domo seruitutis. Est enim sub uelamine literæ hic sensus mysticus. Cum iam per fidem intraueris in terram uiuentium, ad quam prima introductio est sacrarũ intelligentia scripturarum: & ꝓpter hoc dederit tibi dñs deus regiões gentium, & possederis labores populorũ, ut custodias iustificatiões eius, & legem eius requiras, caue ne ingratus sis: caue (inquam) ne cum iustitiæ sumptibus, quos tibi dedit deus, peccato militare uelis.

Psal. 85. Can. 5 Lucæ. 10 Can. 5 Deu. 6 Contemplatiuæ uitæ debẽtur sumptꝰ ex domibus regum &c. Psal. 104

¶ Secunda dilectionis operatio respiciens ad id qđ dixerat: & ex tota anima tua, ipsa est vita actiua, quam sic tradere incipit, dominum deum tuum timebis, & illi soli seruies, ac per nomen eius iurabis. Ca. XVI.

Deu. 6 Secunda dilectionis operatio

Sequitur continuo secunda dilectionis operatio, respiciens ad id quod dixerat, & ex tota anima tua. Dominum deum tuum timebis, & ipsi soli seruies, ac per nomen illius iurabis. Non ibitis post deos alienos cunctarum gentiũ, quæ in circuitu uestro sunt, quoniam deus æmulator dominus deus tuus in medio tui, ne quando irascatur furor dñi dei tui cõtra te, & auferat te de superficie terræ, & cætera usq; præcepitq; nobis dominus deus noster, ut faciamus omnia legitima hæc, & timeamus dominum deum nostrum, & bene sit nobis cunctis diebus uitæ nostræ, sicut est hodie. Nõne in uerbis istis splendida (ut supradictũ est) facies Moysi illam intendit operationem dilectionis, quam Israhel dei uitam actiuam nominare consueuit. ¶ In ea nanq; hoc agitur quod dictum est: diliges dominum deum tuũ ex tota anima tua, dum non uadit post deos alienos cunctarum gentium: quod peccatum est animarum adulterantium, sed dominum deum suum tanq̃ uirum unicum & legitimũ timet, & ipsi soli liberali seruitio seruit, quia timor eius non pœnalis est, quem perfecta charitas (ait Iohannes Apostolus) foras mittit, sed est timor religiosus ac uenerabilis, timor sanctus (ut Psalmista canit) permanens in seculum seculi. ¶ Proinde quod nunc dicit, dominum deum tuum timebis, tanquam repetitionem superioris dicti, quo dixerat: diliges dominum deum tuum cõueniẽter accipis. Sicut enim in eo quod dictum est: Initium sapientiæ timor domini, timorem à sapientia non seiungit: immo sapientiæ coniungit, tanq̃ initiũ cõsummationi cuiusq; rei: sic & in isto dum post illud dictum: diliges dominum deum tuum, subiũgit, dominum deum tuum timebis, non à dilectione sermo recedit, sed dilectionis initium siue fundamentum ponit. Alias autem & uerę animæ deum tãquam uirum diligenti utile est, timere pœnam siue uindictam adulterij: quippe ubi præmisso, non ibitis post deos alienos, cõti

Vita actiua. Ioh 4 Psal. 18. Timor & dilectio dei, in anima simul sũt. Psal. 110.

nuo subiungit. Quoniam deus æmulator dominus deus tuus, in medio tui, ne quando ira
Deut. 6. scatur furor domini dei tui cõtra te, & auferat te de superficie terræ. ¶ Cætera quæ sequũ
tur, non tentabis dñm deum tuum, sicut tentasti in loco tentationis, ac deinde cum interro
gauerit te filius tuus cras, dicens: quid sibi uolunt testimonia hæc & cerimoniæ atque iu
dicia, quæ præcepit nobis dominus deus noster, dices ei: serui eramus Pharaonis in Aegy
pto, eduxitq; nos dominus de Aegypto in manu forti. Hæc (inquã) & sequentia congrua
sunt instrumenta diligentis animæ, tanquam castæ matrisfamilias, quam non deceat curio
sitas & uagatio oculorum, sed pudor & reuerentia circa intentabilem uirum, & sollicitudo
Vita actiua, dignitate secda, ordine pria ẽ circa domus suæ custodiam, & disciplina castitatis in ædificatione filiorum. ¶ Hæc opera
tio dilectionis, dignitate quidem secunda, cæterum ordine prima ẽ, uitam exercens actiuã
illa autem supradicta, dignitate prima, ordine secunda ẽ, uitam componens contemplati
uam. Non enim post professionem contemplatiuæ descendimus ad actiuam, sed post ex
ercitationem actiuæ, ascendimus ad contemplatiuam. Huic operationi si quid excedit, dũ
Lucæ. 10 sollicita est, & turbatur erga plurima (quinq; enim sensibus corporis extracta laborat) debe
tur misericordia, propter hoc ipm, quod bene satagens circa frequens ministerium, esuriẽ
Matth. 25. tem pauit, sitienti potum dedit, hospitem collegit, nudum operuit, infirmũ uisitauit, ad eũ
qui in carcere erat, uenit. Pulchre ergo spem suam intimans filijs suis, dicit in fine sermõis:
Eritq; memor nostri misericors dominus deus noster, si custodiemus & fecerimus omnia
præcepta eius, sicut mandauit nobis.

¶ Tertia dilectionis operatio respiciens ad id quod dixerat, Et ex tota fortitudi
ne tua, est aras subuertere, confringere statuas, & hęc operatio Mar
tyrum corona est, sed modo dissimili, quia non pugnauerunt
gladio materiali. Caput .XVII.

Deute. 7. Tertia dilecti onis opatio. SEquitur operationis dilectio tertia, respiciens ad id quod dixerat: Et ex tota fortitudi
ne tua. Cum (inquit) introduxerit te dominus deus tuus in terram quam possessurus in
gredieris, tradideritq; gentes multas, percuties eas usq; ad internitionem. Non inibis
cum eis fœdus, nec misereberis earum, neq; sociabis cum eis coniugia. Quin potius hæc
facietis eis: Aras eorum subuertite, confringite statuas, lucosq; succidite, & sculptilia com
burite: quia populus sanctus es domino deo tuo, & cætera usq;, dabitq; eos dominus deus
tuus in conspectu tuo, & interficiet illos donec penitus deleantur. Tradet reges eorum in
manus tuas, & disperdes nomina eorum sub cœlo, nullusq; poterit resistere tibi donec cõ
teras eos. Sculptilia eorum igni combures. Non concupisces aurum & argentum, de qui
bus facta sunt, neq; assumes ex eis tibi quicquam, ne offendas, propterea quia abominatio
est domini dei tui, nec inferes quicquam ex idolo in domũ tuam, ne fias anathema, sicut &
illud est. ¶ Nonne in uerbis istis splendida facies Moysi illam intendit operationem dile
Fortitudo, pphetarũ, apłorum & martyrum, p deo cõtra Idola ctionis, in qua ex tota fortitudine sua decertauerunt, & ante aduentum Christi ueteres san
cti, scilicet iudices inclyti, reges glorioſi, Prophetæ splendidi: quorum in hoc certamine
Helyas notissimus existit, memorabilesq; Machabæi, & post aduentum Christi sancti
Apostoli, ac tam multi martyres glorioſi? Isti nanq; omnes, sicut ex toto corde suo, & ex
tota anima sua, ita & ex tota fortitudine sua dominum deum suum diligentes, hæc fece
runt. Aras gentium subuerterunt, statuas confregerunt, lucos succiderunt, sculptilia com
busserunt, & sicut ibidem dictum est inter cætera, quæ cuncta hic perscribere nimis lon
gum fuisset, deuorabis omnes populos quos dñs deus tuus daturus est tibi deuorauerunt
populos multos per orbem terrarum, ad deuorandum missi, sed deuoratione dissimili. Ve
teres nanq; sancti deuorauerunt ore gladij materialis: noui autem deuorauerunt ore gla
dij spiritualis. Si quidem alia fuit temporis illius, & alia est ratio temporis istius: de qua utro
rumq; temporum dissimilitudine, secundum causas patiendi & agendi, plenius egimus in
Sancti nationes iudicabũt Sap. 3. opere quod scripsimus de uictoria uerbi dei. ¶ Huic operationi cum corona iustitiæ debe
tur sedes quoq; iudicij, & autoritas iudicandi, sicut scriptum est: Iudicabunt sancti nationes
& dominabuntur populis. Pulchre ergo uerba ista tali fine compleuit. Quasi spurcitiam
detestaberis, & uelut inquinamentum ac sordes abominationi habebis, quia anathema est.
Quid nam ẽ hoc, nisi ac si diceret, iudicabis siue condemnabis? Quod quidem nunc faciũt,

partim

partim, ubi uidentur ipsi condemnati & plerique mortificati: facient aũt uniuersaliter in die iudicij, palã ipsi iudices cõspecti sup oẽm spurcitiã & oñe inquinamentũ, & oẽs sordes abominationis, ut abijciant eas in locũ immundũ, in profundum inferni.

¶Quod secundum similitudinem harum trium operationum vnius dilectionis, debeamus iuuari ad intelligentiam, quod pater ⁊ filius ⁊ spiritus sanctus tres persone ⁊ vnus deus sit. Ca. XVIII.

Similitudo trinitatis in opere dilectionis

SPectabilẽ (ut arbitror) imaginẽ habemus hic, per quã nobis ĩnspicabilem speculari, & ex parte cognoscere ualeamus splendorẽ solis æterni. Ecce eñ tres operatões dilectõis, nec tamen tres dilectiões, sed una dilectio est: Et ecce tria spiramẽta hominis, ania & cor, & utroq; fortitudo, nec tamen tres spũs unius hominis, sed unus spũs est. Sic dei tui, o Israhel, tres persone sunt Pater & filius & spũs sanctus: nec tamẽ tres dñi, sed unus est deus. Nonne aliud agit anima, & aliud cor siue mens humana? anima quippe totũ corpus uiuificat, & cuncta corporis officia per quinq; sensus dispensat: cor aũt siue mens in cõspectu animæ est, & cũ ea graditur, ac præscribit ei cũcta quæ faciat utilia. ¶Sic quodãmodo deus pater uiuens in semetipo uita est sempiterna: filius aũt siue uerbũ ipsius in ipo est & in ipo erat, puidens ut faceret cuncta ualde bona, ita ut dicat ipm uerbũ, ipa sapia. Quando præparabat cœlos aderã, quando certa lege & gyro uallabat abyssos, quãdo æthera firmabat sursum, & librabat fontes aquarum, qñ circũdabat mari terminũ suũ, & legẽ ponebat aquis, ne transirẽt fines suos, qñ appendebat fundamenta terræ, cum eo eram, cuncta componens. Pene sic de anima architecti, qui basilicã istã siue munitionẽ illã ædificauit, loquatur cor siue mens ipsius, qñ precogitabat mensuras longitudinis, latitudinis, & altitudinis ædificij huius, quãdo certa lege numeroq; distinguebat columnas & intercolumnia, siue turres & interturria eius, qñ eligebat lapides quadratos siue quadrandos quos in fundamẽto poneret, cũ ea eram, cuncta cõponens. Neq; eñ aliter ista præcogitaret, nisi cor siue mens cũ ea esset, id est, nisi anima rationalis siue artificiosa existeret. ¶Sed quid multa? Memento (ait quidã) qđ ignores opus eius, de quo cecinerunt uiri. Oñes homines uidẽt eum, & unusquisq; intuetur procul. Ecce deus magnus uincens sciam nr̃am, numerus annoq; eius inestimabilis. Si opus eius, id est seipm ignorat homo: factus eñ est ad imaginẽ dei, & iccirco recte dicitur, quasi proprium op⁹ ei⁹, quãtomagis ipm ignorat? Non eñ ipm sed de ipo cecinerunt uiri, scilicet Moyses iste & cæteri sancti, qui maxime habuerunt sciam dei, hinc quidã illorum dicit: Quis uidit eũ, & enarrauit, & quis magnificauit eũ sicut est ab initio? Procul uidẽt oñes, procul intuetur unusquisq;: procul (inquã) id est, per speculum & in ænigmate: Vt autẽ uideatur facie ad faciem, præsentis temporis non est, sed in futuro spes ista reposita est.

Pater & filius i diuinis, sicut ania & mens eius in homine. Prouerb. 8

Iob. 36.

Eccl. 43.

1. Cor. 13

¶Quod filius dei ⁊ procedens ex eo spiritus sanctus, in eo assimilatus sit quod dixit dominus Moysi congrega mihi septuaginta viros, ⁊ auferam de spiritu tuo, tradamq; eis. Caput .XIX.

ATius secundum lectionem prescriptam tractare poterat de gloria seu claritate uultus Moysi, siue apertione libri quondam signati, sed nos tui nominis o trinitas deus in isto loco thesauꝝ inuenisse contenti, quod est nostri propositi, recordemur & illud de gloria eius dẽ Moysi, quod ptinet ad processionẽ spiritus sancti. Diximus nanq; superius in quo prophetis & patriarchis, quoꝝ non confunditur uocari deus, scilicet in Abrahã, Isaac, & Iacob, trinus & unus deus assimilatus fuerit, nunc scdm hoc mysteriũ spũs sancti, promptũ est dicere, qualiter in manu Moysi quoq; assimilat⁹ sit.

Heb. ij

Quõ in Moyse assimilata ẽ trinitas.

¶Crescẽte gloria Moysi, creuit & inuidia populi, in tñ quod Moysi intoleranda res uisa est, & ait ad dñm: Cur afflixisti seruum tuũ? Quare non inuenio grãm coram te? & cur imposuisti pondus uniuersi populi huius super me? Et cætera usq;, fin aũt aliter tibi uideẽ, obsecro ut interficias me, & inueniã grãm in oculis tuis, ne tantis afficiar malis? ¶Operæpretiũ est animaduertere qđ dicimus, quia Moyses exemplũ oĩm prælatoꝝ qui bene præsunt, ni miã à subditis inuidiã patiebat, ita ut uideret ei torméti huius importabile pondus: quia cũ esset mitissimus super oẽs hoies, q morabant in terra, blasphemabat à detrahẽtibus & murmurãtibus, tanq; hõ elatus & gloriæ nimis auidus, in tñ ut nec frater ipsi⁹ Aaron nec soror

Num. jj

Moyses exemplar oĩm prælatorum.

Num. jz.

Maria pepercerint illi ab huiusmodi iniuria. Dixerunt enim: Num per solũ Moysen locutus est dñs? Nõne & nobis similiter locutus est? Ex uerbis ipsius dicẽtis ad dñm: sin aũt aliter tibi uidet, obsecro ut interficias me, & iueniã grãm in oculis tuis, ne tantis afficiar malis promptũ est agnosci, quãta doloris tẽpestas in corde eius fuerit. ¶ Et dixit dñs ad Moysen Congrega mihi septuaginta uiros de senioribus Israhel, quos tu nosti qđ senes populi sint ac magistri, & duces eos ad ostiũ tabernaculi fœderis, & facies ibi stare tecũ, ut descendam & loquar tibi, & auferam de spũ tuo, tradamq; eis, ut sustentẽt tecũ onus ppli, & non tu solus graueris. Venit igitur Moyses & narrauit populo uerba dñi, cõgregans septuaginta uiros de seniorib' Israhel, ꝙs stare fecit circa tabernaculũ. Descẽditq; dñs p nubẽ, & locut' ẽ ad eũ, auferẽs de spiritu qui erat in Moyse, & dans septuaginta uiris. Cunq; requieuisset in eis spũs, pphetauerunt, nec ultra cessauerũt. ¶ Mira pietas dei, mira benignitas Moysi. Quo em̃ alio modo melius satis populo facere potuit, quatenus nõ uideret uelle solus gloriari? Sed & hoc paꝛ uisum est ei, qđ septuaginta uiros gloriæ suæ participes habere meruit, nisi etiã oẽm ppl'm optaret, sil'r posse in dño gloriari. Cũ em̃ currens puer nũciasset ei, dicens: Heldad & Medad pphetant in castris: statimq; Iosue filius Num, minister Moysi, & electus e pluribus, diceret: dñe mi Moyses prohibe eos, ad hæc ille. Quid (inqt) æmularis pro me? Quis tribuat, ut oĩs ppl'us prophetet, & det eis dñs spiritum suum.

Num. jj. Septuagĩta uiris datum de spũ Moysi.

Noysi benignitas erga populum

¶ Quod partem glorię Moysi, scilicet prophetiam, illi septuaginta viri acceperunt, non etiam operationem virtutum sicut Iosue, de quo dixit dominus, & dabo sci patrẽ glorię tuę, & quod hoc intẽderit, dicendo, auferam de spiritu tuo. Caput .XX.

Auferã de spiritu tuo. Quõ recte intelligitur

ANtequam huius rei gestę ingrediamur sacramẽtum iuxta tenorẽ propositi, quo glorificare proposuimus, æque de filio ut de patre procedentẽ spiritũ sanctũ, libet paulisper immorari, hic in sensu literali: quia dñs taliter dixit, & auferã de spũ tuo, tradãq; eis, itęꝛq; scriptura dicit, & locutus est ad eũ, uidelicet ad Moysen, auferẽs de spũ qui erat in Moyse, & dans septuaginta uiris. Quid em̃? Nõ poterat illis dare spiritum suum, nisi diminueret spiritum Moysi, id est, spiritum, quẽ dederat Moysi? Hoc recte quæreres, si ita dixisset, & auferã tibi. Nunc aũt absolute dixit, & auferã, qđ non est aliud, nisi ac si dixisset, & accipiã de spũ tuo, tradamq; eis, id est, nõ quantũ habes tu ex diuisionibus grãꝛ spirit' sancti, sed partẽ aliquã huius gloriæ tuæ dabo eis. ¶ Sic em̃ de nominatissimo Iosue: postmodũ ipe dñs dicit: Et dabis ei præcepta cunctis uidẽtibus, & partẽ gloriæ tuæ, ut audiat eũ oĩs synagoga filiorꝛ Israhel. Et ita factũ est. Aquæ Iordanis diuisæ sunt, dicẽte dño ad Iosue, hodie incipiã exaltare te, corã oĩ Israhel, oiscq; ppls transiuit per arentẽ alueũ, & hæc fuit pars gloriæ Moysi, qui glorificatus est eleuando uirgã suam, & diuidẽdo mare ut graderẽtur filij Israhel in medio mari per siccũ? Pars (inquam) gloriæ fuit. Nam in ista gloria, scilicet in operatione tantæ uirtutis hoc plus fecit Moyses qđ rursum extẽdit manũ cõtra mare reuersæq; sunt aquæ, & operuerunt currus & equites cuncti exercitus Pharaonis, nec un' qdẽ superfuit ex eis. Cætera quoq; si memores, ueraciter dictum animaduertis de Iosue, & dabis ei partẽ gloriæ tuæ. Non em̃ tantus fuit in oĩbus signis atq; portentis, ut fuit Moyses, quæ fecit p eum dñs, corã Pharaone & Aegyptijs, & corã uniuerso Israhel. ¶ Igitur quod dixit dñs, & auferã de spũ tuo, & dabo septuaginta uiris, nõ aliter oportet intelligi, quã ac si dixisset: & dabo illis partẽ gloriæ tuæ, sicut dixit de Iosue. Pars em̃ gloriæ Moysi, pphetia fuit, extra quã nihil gloriæ uiros illos accepisse scriptura meminit, dicẽs. Cũq; requieuisset in eis spũs, pphetauerũt, nec ultra cessauerũt. ¶ Totũ qđ dicere molimur, p paruæ rei similitudinẽ demõstrare promptũ est. Ecce ignis, cũ sit corpus, absq; sui diminutiõe diuiditur, & absq; sui detrimẽto sese diffundit, ut quantaſlibet inde partes auferamus. Sed nunquid ei, uidelicet igni, magno siue exiguo, luminari seu grãdi seu paruo, quippiã auferimus, dũ luminaria plurima, prout uolumus, accendẽdo quasi partes de uno auferimus? Nimiꝛ quantaslibet diuisus in partes, ignis, de quouis luminari, mutuati tñ luminis detrimẽta nõ nouit. Sic de isto dñs dicere potuit, auferã de spiritu tuo, tradamq; eis, ac si diceret, de pluribus gratijs, tibi collatis, gratiam unam, gratiam prophetiam impartiar illis.

Num. jj

Ignis hẽt similitudinem ad dona spũs sa.

Dabis Iosue partẽ gloriæ tuę. Num. 27

Iosu. 3. Exod. 14

FINIS LIBRI QVINTI.

Ruperi

TVITIENSIS DE GLORIFICATIONE TRINITATIS, & processione sancti spiritus. Liber. VI.

¶De eo quod in Michea scriptum est, & suscitabimus super eum septem pastores & octo primates homines. Qui pastores & qui sint primates, & quid sit eos super Christum suscitari, & quod Moyses sit vnus de pastoribus illis. Ca. I.

QVOTIENS DE GRATIA DOMINI nostri Iesu Christi, sermonem facientes, ad memoriam reuocamus aliquid eorum, quæ magni patres & iudices Israhel, in typum eius gesserunt, facimus uel facere cupimus illud, quod de ipo per Michæam Prophetam inter cætera dictum est. Et suscitabimus super eum septem pastores, & octo primates homines. Mich. 5 Seprem pastores & patriarchæ. Ge. 46 ¶Qui nam sunt uel fuerunt septem pastores, nisi Abraham Isaac & Iacob & Ioseph, qui ad Pharaonem introducens fratres suos, hoc p fiteri iussit, uiri pastores sumus serui tui ab infantia nostra usq; in præsens & nos & patres nostri. Verum quippe dixerunt, quia patres eorum Abrahã Isaac & Iacob, & ipe Ioseph, cum adhuc esset puer, curam habuerunt talendorum gregum. Abraham ergo & Isaac & Iacob & Ioseph. Iste quoq; Moyses, quẽ dns de rubo uocauit, cũ pasceret oues Iethro soceri sui: & Dauid, quem sustulit dominus de gregibus ouium, de postfetantes accepit eũ Nonne sex pastores sunt? Quibus adde Abel, qui & ipe primus fuit pastor ouium, & septem pastores sunt. Exo. 3 Psalm. 77 Gene. 4. ¶Porro octo primates homines, octo sunt præcipui iudices, qui notis & memorabilibus prælijs uicerunt hostes, & de cæde uastantiũ liberauerunt Israhel uidelicet Iosue, & Othoniel. Ahot & Barach, & Gedeon, Iepthe, Samson, & Samuel. Et quid est istos septem pastores, & octo primates homines suscitare super eum, scilicet rectorem summũq; iudicem Israhel, qui ex te egressus est O Bethlehem Iudæ, sicut ibidem in eodẽ Propheta præscriptũ est. Quid (inquã) est, istos suscitare super eum, nisi demonstrare, quia typum eius isti prætulerunt, & ipe in ueritate compleuit ea, quæ istis in figura contigerũt? Octo primates, octo iudices præcipui in Israhel Nunc igitur pastorẽ Moysen hoc modo super eum suscitemus, ut secundum sacramẽtum rei gestæ, quam scripsimus, fateamur id quod uerum, quod pium, quod catholicum est, quia sicut de deo patre, ita & de deo dei filio procedit spiritus sanctus. 1. Cor. 10

¶Item de verbo suscitationis, quoniam suscitari dicitur id quod mortuum fuerat & reuiuiscit. Capur. II.

NVsquam scriptura sacra narrauit de aliquo pastorum siue primatũ eiusmodi, tale quid dictum, tale quid factum, ut est hoc, quod dictum est à dño huic Moysi. Et auferã de spiritu tuo, tradamq; eis: rursumq; et locutus est ad eum, auferens de spiritu qui erat in Moyse, & dans septuaginta uiris. Eo magis hunc suscitare cupimus super eum, de quo secundum facti huius mysterium procedit spiritus sanctus, de cuius plenitudine (ait Iohannes Baptista) nos oẽs accepimus, & gratiam pro gratia, quia lex per Moysen data est, gratia & ueritas per Iesum Christum facta est. Num. 11. Iohan. 1 Suscitabim⁹ super eum ¶Sed iam in primis nõ importune ratio quæritur de uerbo suscitatiõis. Suscitatur eñ uel suscitari dr id, qđ mortuũ erat & reuiuiscit. Num ergo qđ taliter actũ est in Moyse, mortuũ fuit? Plane mortuum, ꝓpter excellentẽ uitã quæ est in gratia & ueritate dñi nostri Iesu Christi. Sicut enim Apls, cũ loqueretur de illa literali claritate uultus Moysi, quã uidentes filij Israhel timuerunt, dixit. Nam nec glorificatũ est qđ claruit in hac parte, ꝓpter excellentẽ gloriam, id ẽ, ad cõparationẽ excellẽtis gloriæ, & de ista spiritus Moysi, recte dicas effusione, quia nec dicendum est quod fuerit uiuum aut uiuidum propter excellentem uitam, id est, ad comparationẽ excellentis uitæ. Recte ergo dictũ est suscitabimus, id ẽ, qđ in Moyse factũ, minus uitæ & utilitatis habuit, in Chro uerã eẽ uitã mõstrabimus. Exo. 34. 2. Cor. 3 ¶Quare aũt nõ dixit, suscitabimus in eo, sed dicere maluit, suscitabimus super eum? Nimirum ꝓpter minorationẽ eiusdem

Psalm. 8. dñi nostri Iesu Christi, quia non solũ minoratus est: paulominus ab angelis, uerũ etiam minor uisus est Moyse & oibus pphetis. Lõge supra formã illã, in qua super terrã uisus & cũ hoibus cõuersatus est, supra formã serui, in qua potuit etiã crucifigi, sunt ea quæ testificamur de ipo scdm scripturas ueritatis, scripturas in primis huius Moysi. Qd sciens ipe, cum de aduentu spũs sancti loqueret, dixit: Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annũciabit uobis. Statimq; subiunxit. Oia quæ habet pater, mea sunt. Propterea dixi, q de meo accipiet, & annũciabit uobis. Quid nam est, quod ait, oia quæ habet pater, mea sunt: nisi ac si diceret, oes scripturæ, quas utiq; cõdidit pater, p nuncios suos Moysen & pphetas alios, in me tendunt? Cũ ergo spũs ueritatis faciet uos intelligere qppiã eo quæ scripta sunt de me in lege & pphetis & psalmis, hoc plane erit accipere de meo, & annũciare uobis, atq; hoc agẽdo ille me clarificabit, scilicet apud uos & apud oes q credẽt sermonibus uestris dũ maiora sentietis, quã nũc de meipo supra id qd nũc uidetis in me, aut ex me auditis.

Iohan. 16 Ille de meo accipiet.

Lucæ. 24

¶ Quomodo suscitatum fuerit super dominum Christum hoc mysterium huius pastoris, in eo, quod septuaginta uiros vt de spiritu eius daretur eis, congregare iussus est ad ostium tabernaculi fœderis. Ca. III.

Moyses congregans .lxx. uiros, typum Chri gessit

Heb. ij.

GItur Moyses cõgregans septuaginta uiros de senioribus Israhel, qs nouerat ipe, qd seues essent & magistri, ad hoc ut de spũ suo daret eis in ministerio, significat dñm nrm Iesum Chrm, q discipl'os quos elegit notos habẽs qd seues eent id est, fidẽ haberẽt, in qua testimoniũ (ait Apl's) cõsecuti sunt senes, id ẽ, sancti pres, iccirco cõgregauit ut participes eos faceret spũs sui q in ipo est: nõ ad mensurã sicut in qlibet sctõrũ, sed (sicut ait apl's) quia in ipo habitat plenitudo diuinitatis corporaliter. Docet nos hoc colũba illa, quæ baptizato eo uisa est descendẽs in eũ, sicut Lucas manifestius

Coloss. ij

Lucæ. 3

Spũs sanctus in Christo plenissime

scribit, quia apertũ est cœlũ & descẽdit spũs sanctus corporali specie, sicut colũba, in ipm. Nimirũ & illa corporalis species quiddã totũ integrũ atq; indiuiduũ: & istud Apli dictum: quia in ipo habitat plenitudo diuinitatis corporaliter, hoc asserũt, quia spũs sctũs huic nõ ad mensurã datus est, sed totus in ipo est, totus in ipo manet, cũ oibus donis suis: sicut corporal' species colũbæ tota in eũ descẽdit cũ oibus mẽbris suis, nõ qd tunc spũs sanctus in illo esse uel manere cœperit, sed qd in eo esset, qd in eo maneret, tali specie demonstrauit. Deniq; si de natura eius humana recogitet aliquis, certũ est, quia manet in eo spũs sanctus ab initio cõceptionis, qppe quẽ de spũ sancto uirgo intemerata cõcepit. ¶ Si aũt de diuina natura sermo sit, stultũ est ambigere, utrũ in filio spũs sanctus sit cũ & pater & filius & spũs sanctus una substantia sit, nullo loco separabilis, nullis accidẽtibus permutabilis. Vbi iste legislator & benedictionis dator, uiros istos cõgregauit, ut de spiritu suo daret eis? Ad ostiũ tabernaculi fœderis, & ibi stare secũ fecit. Qd est ostiũ tabernaculi, cœlestis tabernaculi, nõ manufacti? Non em̃ ignotũ esse debet aliud esse tabernaculũ, qd fixit deus & nõ homo. Et aliud, qd iubẽte deo scdm exemplar illius fixit homo, iubente (inquã) & dicente deo. Inspice & fac scdm exemplar, qd tibi in mõte monstratũ est. ¶ Quod ergo est ostiũ cœlestis tabernaculi, nisi passio dñi nostri Iesu Chri, in qua patefactũ est latus eius lãcea militis, unde sanguis & aqua pfluxit? Non em̃ aliud nouimus ostiũ, neq; aliunde, nisi per fidẽ huius sacramẽti, est nobis introitus, siue transitus in locũ tabernaculi admirabilis usq; ad domũ dei.

Num. jj

Exo. 25. Ostiũ tabernaculi in Chro, latus eius lanceatum

Psalm. 41 Rom. 6

Ad illud quidẽ ostiũ oẽs adducimur, oẽs quicunq; in Chro Iesu baptizati sumus, nam in morte ipsius baptizati sumus (ait Apl's) & ibi spiritũ sanctũ accipimus. ¶ Sed pulchrũ est hic illos primores uiros attendere: quos tunc præsentialiter adduxit, dicens inter cætera, subleuatis in cœlũ oculis, quos dedisti mihi custodiui, & nemo perijt ex eis nisi filius perditionis. Quõ stare fecit eos secũ? Vos estis (ait) qui permansistis mecũ, & ego dispono uobis, sicut disposuit mihi pater meus regnũ. Ita steterunt cũ eo ad ostiũ tabernaculi non dico

Iohan. 17. Lucæ. 22

Actu. 2

septuaginta uiri, immo uiri iam centũ & uiginti, qñ descendit dñs, & auferens de spũ Chri, tradidit eis, qñ factus est repente de cœlo sonus tanq; aduenientis spiritus uehemẽtis, & apparuerunt illis dispertitæ linguæ tanquam ignis.

¶ De eo quod usq; ad illud patienter sustinuerat dominus: postquam autem tot homines acceperunt de spiritu Moysi, murmurãtem populum percutere cœpit, & in cuius rei figura istud contigerit. Caput. IIII.

Multũ

MVltum ad rem pertinet, cõsiderare, quę uel qualia cõtigerunt populo illi, postq̃ acceperunt de spiritu Moysi, & ꝓphetauerunt, nec ultra cessauerunt illi lxx. uiri: Iam antea tentauerant dñm multis uicibus, & male locuti fuerant in ipsis bñficijs dei, nec em̃ sine murmuratione quicq̃ petierunt. Sic incipientes. Quid bibemus? Et iterꝝ murmurantes dixerunt. Vtinã mortui essemus p manũ dñi in terra Aegypti, qñ sedebamus sup ollas carniũ, & comedebamus panes in saturitate. Patiẽter sustinuit eos dñs murmurantes, & male loquentes, cũ diceret Moyses ad dñm. Quid faciã ppl'o huic? Adhuc pauxillulũ, & lapidabit me. Tanta erat duritia ceruicis illorꝝ, ut iam sic timeret Moyses, nec tñ dñs aliqua illos per semetipm plaga pcussit, nisi qđ Moyses ꝓpter reatum uituli, quẽ fecit Aaron, ultro & iniussus præcepit filijs Leui, & occidit unusquisq; frẽm & amicũ & proximũ suũ, ceciderunt̃q; in illo die uiginti tria milia. Verꝝ illic Moyses ꝑ dño zelatus est. ¶Nos aũt de eo nunc agimus, qđ dñs ꝑ Moyse iratus est. Hoc nusquam uel dictum uel factũ reperitur, anteq̃ accepto de spũ munere diuisiuo ꝓphetarẽt ut homies, sed extunc, quia nõ cessauit eorꝝ murmuratio cõtra Moysen, audiens dñs iratus est, ita ut soprem eius in primis operiret cadẽs lepra quasi nix, & ꝑ'm percussit furor dñi plaga magna nimis: & oẽs (inquit) hoies qui uiderunt maiestatẽ meã & signa quæ feci in Aegypto, & in solitudine, & tentauerunt me iam per decẽ uices, nec obedierunt uoci meæ, nõ uidebunt terram ꝑ qua iurauí patribus eorꝝ, nec quisquã ex illis qui detraxerunt mihi intuebitur eã. Et ita factũ est. Quosdam ex illis terra deglutiuit, quosdam ignis cõsumpsit, quidã à serpentibus perierunt, & oĩs illa generatio, quæ exierat de Aegypto à uiginti annis & supra, præter Iosue & Caleph filium Iephone, uarijs cladibus consumpta, & in deserto prostrata est. Quid hoc sibi uult, quod non ante sed post diffusionem spiritus Moysi, tam terribile fuit super illos iudicium siue ira dei? Nam hæc omnia (inquit Apostolus) in figura contingebant illis, & proinde diligentius quærere debemus, quid per istam dispensationem temporis, præfiguratum fuerit.

Murmura & tẽtatões Iudæorũ cõtra deũ Exo. ĵſ
Ibidem. ĵơ.

Exo. ĵ2

Numẽ. ĵ2
Numẽ. ĵ4

Plagæ Iudęo.
Numẽ. ĵơ
Numẽ. 2ĵ

¶De eo quod pharisęis dicentibus, hic nõ ejcit dęmones nisi in Beelzebub principe dęmoniorum, respondit dñs: Qui aũt dixerit verbũ cõtra spiritũ sanctũ, non remittetur ei neq; in hoc seculo neq; in futuro, & quod illa res gesta in figura contigerit huius iudicij. Caput .V.

1. Cor. ĵơ

DVm quæstioni siue capitulo huic intendimus, simulq; audimus Aplm dicentẽ nos aũt sensum Chri habemus, ecce sensus eiusdẽ Chri nobis dignãter occurrit in uerbis istis, quę pharisæis rñdit, quia dixerunt. Hic nõ ejcit dæmones, nisi in Beelzebub principe dæmoniorꝝ. Et si ego (inquit) in Beelzebub ejcio dæmones, filij uestri in quo ejciũt? Ideo ipsi iudices uestri erunt. Paucisq; interpositis, ideo dico uobis (ait) oñe peccatũ & blasphemia remittet hoibus: spũs aũt blasphemiæ nõ remittet. Et qcũq; dixerit uerbũ cõtra filiũ hois remittet ei. Qui aũt dixerit cõtra spm̃ sanctũ, nõ remittet ei, neq; in hoc seculo neq; in futuro. In uerbis (inq̃) istis sensus Chri nobis occurrit, dũ pscripto intẽdimus capitulo de causa Moysi, cur nõ ante sed postq̃ de spũ eius datũ est, lxx. uiris murmurãtibus atq; detrahẽtibus, deus iratus ẽ, & nõ pepcit, sed ira eius ascẽdit sup eos, & terribiliter modis diuersis (sicut supradictũ ẽ) cõsumpsit eos. ¶Dicamus ergo: Quã diu dñs nr̃ Iesus Christus solus uidebat suimet testis, quasi iure uidereť parui pẽdi à dicentibus. Tu de te ipo testimoniũ phibes, testimoniũ tuũ nõ est uerꝝ: q̃uis ecõtra ueraciter rñdere posset, & si ego testimoniũ ꝑhibeo de me ipo, testimoniũ meũ uerꝝ est, quia scio unde ueni & q̃uado, tã diu iusta patiẽtia pctm̃ eorꝝ remissibile eẽ iudicauit, dicẽs eis. Quicũq; dixerit contra filium hominis, remittetur ei. Possunt em̃ adhuc de ignorantia excusari: iccirco cum pateretur dixit. Pater, ignosce eis, non enim sciunt quid faciunt. Vbi autem spiritus sanctus, ad testificandum uenit, secundum quod ipse promisit, dicens: Cum autem uenerit paracletus, quem ego mittam uobis à patre spiritum ueritatis, qui à patre procedit, ille testimonium perhibebit de me, & uos testimonium perhibebitis: iam ex tunc excusationem non habuerunt de peccato suo, & hoc prospiciens. Qui autem (inquit) dixerit contra spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in hoc seculo, neque in futuro. Et ita factum est. Non enim ante, sed postquam spiritum sanctum misit discipulis suis, & illi qui fue-

Mat. ĵ2.

Pctã Iudæorꝝ in filiũ, minus punita sunt q̃ pctã eorꝝ post datũ Aplis spiritum sanctũ Iohan. 8

Lucæ. 23
Iohan. ĵſ

Mat. ĵ2.

qui fuerant homines sine literis & idiotæ, cœperunt loqui uariis linguis magnalia dei, & de scripturis (quæ utiq; uoces sunt spiritus sancti) proferre testimonia Iesu Christi filij dei, iudicati sunt æterno iudicio, ut non remitteretur eis neq; in hoc seculo nec in futuro. Quin & in hoc seculo disperirent uincentibus Romanis, & in futuro trahentibus animas ad tormenta spiritibus malignis. ¶ Nimirum in figura gerendæ huius rei contigit illis, qui afflixerunt siue exacerbauerunt spiritum Moysi, ut non ante, sed postquam datum est de spiritu eius septuaginta uiris, irasceretur in eos furor spiritus domini, & deleret tot tamq; diuersis modis omnem illam generationem, quæ exierat de terra Aegypti. ¶ In singulis quoq; hominibus, id est iudicium. Quàmdiu enim per ignorantiam sanæ doctrinæ contradicunt, superna suspensa tenetur super eos sententia iudicij æterni: ubi autem scientes ueritatem, per superbiam contradicunt ueritati, exempli gratia, ut Arrius cæteriq; hæretici, siue hæresiarchę plurimi, extunc iudicantur esse blasphemi, & uerbum dicere contra spiritum sanctum, & peccatum hoc non remittetur, neq; in hoc seculo neq; in futuro.

Figura eiusmodi rei p̃cessit i Moyse

Hæretici peccãt in spm̃.s.

¶ Quod septimus pastorum supra memoratorũ fuerit Dauid, & quod apud istum non solum triplicatum nomen dei sicut apud Moysen, verumetiam relatiua inueniantur expressa noia trinitatis, quę sunt pater & filius & spiritus sanctus, & quod hic primus spiritum sanctum nominauit, qui prius legebatur spiritus dei siue spiritus domini. Caput. VI.

I. Reg. 16 Psal. 77.

Septimus pastorum supra memoratorum extitit Dauid, quem pauisse oues patris & sacra historia clarissime narrauit, & ipsemet canit uerbis huiusce modi. Et elegit Dauid seruum suum, & sustulit eum de gregibus ouium, de postfetantes accepit eum. Quàm multi & magni doctores pastorem istum modo supradicto suscitauerunt super eum, scilicet super dominum nostrũ Iesum Christum. ¶ Nos quoq; postremi ꝑ posse suscitauimus hunc super eũ, cum in plæ risq; aliis, tũ maxime in opere qđ scripsimus super duos libros regum primũ & secundum.

Dauid manifestiꝰ de trinitate loquutus est q̃ Moyses.

¶ Apud istũ, qđ nr̃i ꝓpositi est, inuenimus manifestius expressum fidei nr̃ę thesaurũ sanctę trinitatis. Quõ manifestius expressum? Nimirũ nõ solũ, sicut apud Moysen, triplicato substantiali nomine qđ est deus. Exẽpli gratia cũ dicit: Benedicat nos deus deus nr̃, benedicat nos deus: uerũ etiam expressis relatiuis noibus, quæ sunt pater & filius & spũs sanctus. Ait eñ in ipso loquens ipse Christus: Dñs dixit ad me, filius meus es tu: subauditur, natura, nõ adoptiõe. Sequit enim: Ego hodie genui te. Qđ dicit, hodie, sic intelligimus, ac si diceret in æternitate, in immutabili tate. Sicut enim illi est esse, & non fuisse, aut futurum esse.

Psal. 66

Psal. 2

Exo. 3. Iohan. 8

Vnde & ad Moysen dixit: ego sum qui sum, & ad Iudæos, anteq̃ (inquit) Abrahã fieret, ego sum, sic in genitura eius neq; heri neq; cras admittit intellectus fidei nr̃æ, sed solum hodie. ¶ Qđ deinde sequit dñm patrẽ adhuc dixisse: Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatẽ tuã, & possessionẽ tuã terminos terræ. Cõstat esse dictũ ꝑ humilitate naturę nr̃æ: quia scđm hanc serui formã & illi cõgruit & nobis necessariũ fuit patrẽ postulare, id est, pati ꝑ nr̃a salute. Nihil eñ aliud intelligere uolumus hic in uerbo postulatiõis, nisi obedientiam: cuius summa est, sacr̃m siue sacrificiũ sacro sanctæ eius passiõis. ¶ Itidẽ in alio Psalm, cũ dicit, idẽ pater, loquens in uisiõe sanctis suis, quoꝝ se unũ gratulabat Dauid: ipse inuocabit me, pater meus es tu, deus meus & susceptor salutis meæ, & ego primogenitũ ponam illũ, excelsum, præ regibus terræ. Cũ (inquã) hæc dicit, & relatiua exprimit nomina patris & filij, & utrãq; exprimit naturã unici filij. Nam scđm naturã diuinã, ipse (ait) inuocabit me, pater meus es tu, & scđm naturã humanã, itidem ipse (ait) inuocabit me: deus meus & susceptor salutis meæ es tu. Iuxta hunc sensum ait iste primogenitus, iã excelsus præ regibus terræ factus. i. iam à mortuis resuscitatus, iam ad dexterã maiestatis in excelsis æterna sessione sessurus. Ascendo ad patrẽ meũ & patrẽ uestrũ, deũ meũ & deum uestrũ. ¶ Spiritũ sanctũ idẽ Dauid primus nominauit, dicens: Ne ꝑjcias me à facie tua, & spm̃ sanctũ tuũ ne auferas à me. Nã eatenus scribebat spũs dei siue spũs dñi. Hic ãt qđ sonorius est spm̃ sanctũ primus nominauit, de cuius dignitate uocabuli mentionẽ iam fecimus in primo libello præsentis opis. Itaq; relatiua noia sanctæ trinitatis, quæ sunt pater & filius & spũs sanctus, hic patenter edixit, quæ ante ipsum nec Moyses, nec alius sic euidenter expressit.

Filiꝰ primogenitꝰ excelsus p̃ regibus terrę Psal. 88

Iohan. 20 Spm̃.s. Dauid primꝰ noiauit Psal. 50

Actu. 2

¶De repromissione, que ad eum cū iuramēto facta est, semel iurauī in sancto meo ꝛcetera. ꝛ de trino nomine domini ad eū, cū dicit dominus, requiē dabo tibi, prædicetq; tibi dominus, quod faciet tibi domū dominus. Cap. VII.

ADistum repromissio facta est cum iuramento, sicut ad Abraham, beati seminis quod est Christus, quod nasciturus esset de semine eius, unde & cantans misericordias dñi, dixit ex ore ipsius dñi. Semel iurauī in sancto meo, Si Dauid mentiar. Semen eius in æternū manebit. Vnde uenerabiliter attendendum est quia beata trinitas, quæ seſe Abrahæ exhibuit in tribus angelis pro confirmatione promissionis, siue pro magnitudine & dignitate promissi, ipsa seſe pene expressit in tribus uerbis ad Dauid, in promissione eiusdem seminis, id est Christi. Hæc dicit dñs exercituū, requiem dabo tibi ab omnibus inimicis tuis, prædicetq; tibi dñs, q̄ faciat domū tibi dñs. In istis nanq; uerbis, in isto initio tantæ promissionis, quæ intelligitur ex subsequentibus, dū dicit, cunq; cōpleti fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, suscitabo semen tuum post te, quod egredietur de utero tuo, & firmabo regnū eius, ipse ædificabit domū nomini meo, & stabiliam thronū regni eius usq; in sempiternum, ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium. ¶In istis (inquā) uerbis patenter se ostendit per distinctionē personarū una diuinitas summæ & indiuiduæ trinitatis. Quis em̄ uel quæ persona hæc dicit. Et requiem dabo tibi ab omnibus inimicis tuis, nisi persona patris? Sequitur nanq; & dicit post modū. Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium. Ergo persona illa, de qua dicit dominus pater, prædicetq; tibi dñs, ipsa est dominus spūs sanctus, qui per os sanctorum prophetarum prædixit, quemadmodū & Zacharias dicit, Sicut locutus est per os sanctorum, qui à seculo sunt, prophetarū eius. Nam de quo protinus ait, quod faciat domū tibi dominus, ipsa persona est dñs filius. Non tres domini, sed unus dñs. ¶Quantū potuit uel debuit sacra hæc scriptura sacramentum hoc & futuris seruauit, & illis qui tunc erant, dū ipsa conderetur, abscondit hominibus: quia distinctionem trium personarū (sicut iam aliâs diximus) portare non poterant, si eis palàm prædicaretur.

Psalm. 88.

2. Reg. 7.

Ibidem.

Trinitas psonarum in una ſuba, ex uerb Dauid agnoſcitur.

¶De eo quod ubi missus est apostolis paracletus spūs ueritatis, immo ꝛ anteq; appareret in linguis igneis (quod factū est die ✠ Pentecostes) cū aperuisset illis sensum ut intelligerent scripturas, prima testimonia Christi sumpta fuere de psalmis Dauid. Cap. VIII.

AVanta putas in isto habet pater? Dixit enim filius, & nos supra me minimus. Cum autem uenerit paracletus spiritus ueritatis, ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annunciabit uobis. Statimq; subiunxit. Omnia quæ habet pater, mea sunt. Propterea dixi quia de meo accipiet & annunciabit uobis. Quanta ergo putas in isto habet pater? Quanta de isto accepit spiritus sanctus, & annunciauit apostolis, ut clarificaretur filius dei? ¶Delectat ualde, quia postquam ascendit in cœlum Christus filius dei, etiam antequam procederet spūs sanctus apparens in linguis igneis, primum quod protulit de isto accepit, & Petro annunciauit ut diceret. Scriptum est enim in libro psalmorum. Fiat habitatio eius deserta, & non sit qui inhabitet in ea, & episcopatum eius accipiat alter. Iam enim factum fuerat quod Euangelista Iohannes narrauit, dicens, hoc cum dixisset, insufflauit & dixit eis, accipite spiritum sanctum, quodq; Lucas eiusdem diei & eiusdē ueſperæ gesta scribens, dixit inter cætera. Tunc aperuit illis sensum, ut intelligerent scripturas. ¶Vt autem impleti sunt dies pentecostes, & procedens spiritus sanctus à throno maiestatis, atq; sedit supra singulos eorum, tanquam ignis, apparuerunt em̄ illis dispartitæ linguæ, tanquam ignis, & repleti sunt omnes spiritu sancto, & cœperunt loqui uarijs linguis, prout spiritus sanctus dabat eloqui illis: ut (inquam) hæc uox facta est, & hac uoce facta, cōuenit multitudo mente cōfusa, nōne primū qd̄ spūs sanctus p os Petri apostoli protulit, de isto accepit? Præmisso nāq; testimonio prophetæ Iohelis, q̄ non essent ebrij sicut putabant illi, qui irridentes dicebant, ga musto pleni sunt isti: protinus data propositione de resurrectione domini nostri Iesu Christi, rationem hanc intulit. Dauid enim dicit in eum. Prouidebam dominum in conspectu meo semper, & cætera usq; nō em̄ Dauid ascendit in cœlū, dicit aūt ipse. Dixit dominus dño meo sede à dextris meis donec po

Iohan. 16

Testimonia de Chro ex psalmo. Actu. 1. Psalm. 108.

Iohan. 20. Lucæ. 24. Actu. 2. Spūſſ. datus apīs in linguis igneis.

Psalm. 15. Psalm. 109

donec ponã inimicos tuos scabellum pedum tuorꝝ. Hoc(ut supra iam dictum est)ualde delectat, quod cum dicere uolumus, quia pater multa in isto habet quæ filij sunt sicut & cætera omnia, omnes em̃ scripturę in filium tendunt, prima quæ spũs sanctus protulit per os Petri apostoli ipso die quo datus est, perpendimus, quia de isto accepit, in quo deus pater testimonia fidelia q̃ plurima filio suo thesaurizauit.

¶Item de eo quod ait, ille spiritus me clarificabit quia de meo accipiet ꝛ annunciabit vobis: ꝛ de illo versu psalmi quarti, Signatum est super nos lumen vultus tui domine, dedisti letitiam in corde meo. Cap. IX.

HIc in psalmo quarto dicit. Signatum est super nos lumen uultus tui domine, dedisti lætitiam in corde meo. Qui uidelicet psalmus quartus hunc habens titulum, in finem psalmus canticum Dauid, si rite cõsyderes, in illum diem spectat quo spũs sanctus(ut supra dictum est)procedens à throno siue maiestate patris & filij, discipulos Christi ita lætificauit, ut musto uiderentur pleni, loquentes linguis, & si lere non ualentes præ gaudio, quod nemo ex tunc tollere potuit ab eis. ¶Ad hoc perspicere iuuat sensum ordinem q̃ psalmorꝝ præcedentium psalmi primi, secũdi & tertij, simul & istius scilicet quarti: Quia uidelicet quatuor sacramenta nostræ salutis (quorꝝ in fide uita nostra consistit) prædicant auri audienti, scilicet incarnationẽ, passionem, resurrectionẽ, atq; ascensionẽ Iesu Christi filij dei, simulq; lætitiam qua spũs sanctus(ut iam dictum est) in die Pentecostes discipulos eiusdem domini lætificauit. ¶Hæc em̃, ò fili, de tuo spiritus sanctus accepit, & annunciauit nobis, ut possimus iam in ista fronte siue uestibulo gazophilacij patris tui demonstrare quatuor insignia hæc tuæ nobilitatis, uidelicet, ꝙ homo absq; peccato natus, & cum hominibus cõuersatus fueris, & quod quasi peccator mortẽ sis passus propter obedientiam paternæ dilectionis, & quod à somno mortis exurrexeris p uirtutem diuinitatis, & ꝙ in cœlum ascenderis, rediturus in die iudicij, & percussurus impios, quia sine causa aduersati sunt tibi. Proinde supra scriptum quarti psalmi uersiculum, Signatum est super nos lumẽ uultus tui domine, dedisti lætitiam in corde meo, paululum differentes, à primo incipiemus hæc demonstrare breuiter, ut perspecta fronte siue uestibulo sanctuarij, quod intus amplissimum est: dicat, quicunq; rudis, & similis nostri spectator adest. O quanta pater hic habet, & quanta spiritus ueritatis hinc accipere potest, ut annuciet nobis de his, quæ filio suo thesaurizauit pater: quoniam iam in ingressu tam fulgidus, tamq; ordinatus prospectus sacramentorum, in quibus uitam habemus, ornatus est.

Quatuor primi psalmi, secũdũ quatuor sacramenta salutis.

¶Quod per intellectum psalmi primi, hoc de Christo nobis annunciet spũs veritatis, quia ꝛ in hunc mundum sine peccato venit originali, ꝛ in hoc mundo sine peccato vixit actuali. Cap. X.

PRimus psalmus, prima uox Psalterij dicit. Beatus uir, qui non abijt in consilio impiorum, & in uia peccatorꝝ non stetit, & in cathedra pestilentiæ non sedit. Quis præter unum talis aut tantus uir? Et quidem, si de peccatis actualibus agitur, ut de sanctis interim taceam maximis atq; nouissimis, quis dinumerare possit multitudinem paruulorꝝ innocentium, qui non abierunt in consilio impiorum, & in uia peccatorꝝ non steterunt, & in cathedra pestilentiæ non sederunt. Sed si originale recogites peccatum, nullus omnino est præter hunc unum, nam in Adam(ait apostus)omnes peccauerunt. Hic ergo est ille uir uere beatus, cuius conceptio & natiuitas extitit secundum operationem spiritus sancti, quod pulchre insinuatur per hoc dictum. Et erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum. ¶Pluraliter nanq; decursus aquarum diuisiones intelligimus gratiarum spiritualium, quæ omnes simul in istum deificum hominem, siue beatum uirum, ab ipso conceptionis initio diffusæ sunt. At in alios homines, qui cunq; illo digni sunt, nequaq̃ sic uel tanta plenitudine, sed longe & incomparabiliter minus donis diuisiuis datæ siue distributę sunt. Verum nos hac uice pedem retrahamus mentis de istarum profundo aquarum. Proposuimus em̃ demonstrare breuiter in hoc psalmo sacrosanctam domini & dei nostri Iesu Christi humanitatem, quod absq; peccato fuerit tam originali q̃ actuali, & hoc perficere nunc sufficit ternis oppositionibus istis. ¶Nõ abijt in consilio impiorum, sed in lege domini uoluntas eius. In uia peccatorum non stetit, sed in

Beatus uir q̃ non abijt &c. hic est Christus solus.

Roma. 5 Lucæ. 3. Psalm. 1.

Decursus aquarꝝ, diuisiones sunt grarꝝ

sed in lege dñi meditabit die ac nocte. In cathedra pestilentiæ non sedit, sed est uel erit tã quam lignum quod plantatum est secus decursus aquarũ, quod fructum suum dabit in tempore suo. Iã ergo duo opposita demõstremus cõsilia, quorũ isti terni effectus ualde contrarij sunt. Quod fuit consilium impiorũ, in quo abijt, id ẽ, à deo recessit ille non beatus uir, ille uetus Adam? Nimirum hoc, ut qui erat puluis, præsumeret uelle, ut esset sicut deus. Qđ Gene. 3.
econtra consilium piorũ, in quo non abijt, id est, à deo nõ recessit iste beatus uir, iste nouus Adam? Nimirum, ut qui natura erat deus, in puluerem nostrum descendere dignaretur. Illud fuit consilium spiritus diaboli: istud autem consilium spiritus dei. Inde oppositiones istæ, quas diximus, ternæ sunt: quia ille secundum consilium illud abijt, & istius uoluntas secundum consilium istud fuit in lege domini: immo & sicut Apostolus dicit) sub lege factus est, cum esset dominus legis. Ille in uia peccatorum stetit, malam quippe cogitationẽ tantæ ambitionis, opere demonstrauit: iste in lege domini die ac nocte meditatus est, ut quod pfigurabatur per legales cerimonias, uerbi gratia, agni & uituli, cæterorũq; hmõi, in ueritate suæ passionis impleret. Ille in cathedra pestilentiæ sedit, id est, pestilentiam mortis utriusq; scilicet animæ & corporis, posteris suis hæreditariam dereliquit: iste autẽ ut lignũ fructiferum hunc fructum in tempore suo dedit, ut comedentes carnem & sanguinẽ eius, Iohan. 6
ab illius cibi uetiti reatu simus liberati.

¶ Quod per intellectum ꝑ psalmi secundi, hoc de Christo nobis annunciet spiritus veritatis, quia propter obedientiam passus sit pro peccatis nostris, scilicet obediendo patri dicenti: ꝑ postula a me, nimirum moriendo. Hoc enim fuit postulare, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam, terminos terrę.

Caput .XI.

QVare ergo fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Dixit enim quodam loco Iudæis, & quod illis dixit omnibus & gentibus & populis dixit & dicit. Quis ex uobis arguet me de peccato? Si ueritatem dico, quare non creditis mihi? Quid aliud sibi uult percunctatio ista. Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Iccirco taliter hunc psalmum secundum primo uel præcedenti coniungimus: quia iuxta propositum, & hominem sine peccato fuisse conceptum uel natum atq; conuersatum Christum dei filium, in illo primo agnoscimus, & in isto secundo causam cur passus fuerit, quam gentes & populi meditantes inania non cognouerunt expositam intelligimus. ¶ Ait enim: Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Audito uerbo quod dixit, postula à me, modum quoq; siue qualitatem postulationis debemus nosse. Quomodo nisi moriendo postulauit? Humilitas proculdubio sacro sanctæ eius passionis postulatio fuit, sacrificium fuit, præter quod aliud holocaustum & ꝓ peccato deus noluit. Est igitur sensus. Iccirco ego beatus uir, qui morti nihil debui (quia peccatum non feci) mortis debitum solui, iccirco quando fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania, quando astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in unum, aduersus dominũ & aduersus me Christũ eius: Iccirco (inquam) tacui, semper silui, patiens fui, qui poteram usquequaq; dicere, quod semel dixi, ego sum, & abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram, quia dominus pater dixit ad me: Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. ¶ Ad hanc patris dictionem, cum multa consonent, illud quoq; pertinet quod Esaias inter cætera dixit. Si posuerit pro peccato animã suã, uidebit semen longæuũ, & uoluntas domini in manu eius dirigetur. Vnde autem mors eius tanti esset aut tantum ualeret, nisi idem ipse, qui homo in seculo natus est, deus ante secula existeret? Propterea dicturus pater: Postula à me, præmisit, filius meus es tu, ego hodie genui te. Cæterorum, quæ sequuntur usq; in finem Psalmi, summa hæc est, quam dixit, & ego, si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me. Item dixit: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Potestas utiq; iudiciaria à dextris & à sinistris, quæ designatur, hoc breui uersiculo: Reges eos in uirga ferrea, tanq; uas figuli confringes eos.

Psalm. 2
Christus moriendo postulauit a patre gentes hæreditatem suã
Psalm. 39
Iohan. 18.
Esa. 53
Iohan. 13
Mat. 28.
Psalm. 2

¶ Quod per intellectum ꝑ psalmi tertij, hoc de Christo nobis annunciet spiritus veritatis, quia resurrexit, & in cœlum ascendit, & hoc esse quod dicit: Ego dormiui

miui, ⁊ oporatus sum, ⁊ exurrexi, et, tu autem domine susceptor meus es.

Caput .XII.

POstquam fremuerunt gentes, & populi gentiles & Iudæi, usq; dum interimerent eum, lætati sunt, & multipliciter quasi uicissent gloriati sunt: ipsam eius mortem pro magno tenentes experimento, quod non fuisset à deo, quod fuisset seductor, & iccirco nomen eius perisset, & nulla esset in deo salus eius. ¶ At ille & tunc mortuus per triduum loquebatur, & nunc usq; uiuens loquitur, ea quæ continet sequens Psalmus: Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me? Multi insurgunt aduersum me. Multi dicunt animæ meæ, non est salus ipsi in deo eius. Et cætera usq;, dormiui & soporatus sum, & exurrexi. Quis nisi dormiens dormitione peccati, & soporatus alto sopore fallaciæ, non agnoscit hanc uocem resurgentis, hæc esse uerba resurrectionis? ¶ Ergo quod sequitur, non timebo milia populi circũdantis me, exurge domine, saluũ me fac deus meus, uox est ascendentis & euntis sedere à dextris dei. Vtrunq; autem scilicet & resurrectionem & ascensionem uno uersiculo breuius præstrinxerat, dicens: Tu autem domine susceptor meus es, gloria mea, & exaltans caput meum, Cuius uersiculi Petrus apostolus taliter sensum expressit gloriosum. Hunc Iesum suscitauit deus patrum nostrorum, & principem ac saluatorem exaltauit dextera sua, ad dandam pœnitentiam, & remissionem peccatorum. ¶ Fecimus quod proposuimus, scilicet demonstrare iam in initio Psalterij Dauidici quatuor sacramenta hæc, quorum sine fide nullus uiuit, incarnationem, passionem, resurrectionem atq; ascensionem IESV CHRISTI filij dei: ut ordine lucido ad illum diem processionis spiritus sancti perueniremus, cuius gratiam sonat is, qui continuo sequitur, Psalmus quartus.

Verba resurgentis Chri. Psalm. 3.

Verba ĩ cœlũ ascendentis.

Actu. 2.

¶ Quod per intellectum Psalmi quarti, qui sic incipit: Cum inuocarem exaudiuit me deus iusticię meę, in tribulatione dilatasti mihi, hoc de Christo nobis annũciet spiritus veritatis, quia fecit sicut promisit dicẽs: ⁊ gaudebit cor vestrum, ⁊ gaudium vestrum nemo tollet a vobis. Ca. XIII.

CVm inuocarem exaudiuit me deus iustitiæ meæ, in tribulatione dilatasti mihi. Huius quippe uersiculum Psalmi superius susceptum habuimus. Signatum est super nos lumen uultus tui domine, dedisti lætitiam in corde meo: & hoc dilato, paululum digressi, tetigimus psalmos superiores, ut demonstraremus, quia sacramentorum salutis nostræ miro modo & latet & splendet hic in Prophetia lucidus ordo. ¶ Quærimus ergo? Nonne uoces quarti huius Psalmi conueniunt rei gestæ & uoci illius diei, quo spiritus sanctus de cœlo ueniens, orantes discipulos domini lætificauit, ita ut dicere congruat conuentui illi & omni Ecclesiæ sequenti, in tribulatione dilatasti mihi, miserere mei, & exaudi orationem meam? Omnes enim perseuerantes erant unanimes in oratione, cum mulieribus, & Maria matre domini Iesu, & fratribus eius. Nonne ita contigit illis, ut sonat ista uox spiritus Prophetici: in tribulatione dilatasti mihi? Eatenus quippe non latum, immo ualde angustum fuerat eorum & cor & os? Quomodo angustum cor? Homines erant sine literis & idiotæ. Quomodo angustum os? Vnius habebant rusticitatem linguæ Hebraicæ, ita ut loquentes ex idiomate suæ locutionis, statim fierent manifesti quod essent Galilæi. Qui sic angusti fuerant cordis & oris, ita dilatati sunt, ut & scripturas intelligerent, & loquerentur linguis, & quod maximum est, non in pace, sed in † pace. Ibant enim gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt, pro nomine IESV contumeliam pati. ¶ Magna & mira dilatatio illorũ qui unanimiter perseuerantes in oratione secundum istam uocem Propheticam, miserere mei & exaudi orationem meam, sic exauditi fuerant, ut in corde scripturas, in ore linguas, in utroq; adepti constantiam, loquerẽtur magistratibus, dicerent tam plebi, quàm senioribus. Filij hominum usq; quo graui corde, ut quid diligitis & quæritis mendacium? Scitote quoniam mirificauit dominus sanctum suum. Quid enim aliud uerba illa sapiunt, uiri Israhelitæ deus patrum nostrorum glorificauit filium suum Iesum, & cætera usq;, pœnitemini igitur & conuertimini, ut deleantur uestra peccata. Et quàm pulchre, quod hic scriptum est in Psalmo: Irascimini & nolite

In tribulatiõe dilatasti mihi Vox ẽ apsor accepto spiritu sancto Actu. 1

lege † persequutione Actu. 5

Dilatatõ apostolorũ in die Pentecostes Psalm. 4

Actu. 3

& nolite peccare, & quod illic dicit Apostolus Petrus: Pœnitemini ut deleantur uestra peccata, unum idemq; significat. ¶ Item per hoc quod hic scriptum est, ut quid diligitis uanitatem & quæritis mendacium: quam recte illud arguitur mendacium, quod iam ante illum diem, quo prædicare cœperunt Apostoli, diuulgatum erat apud Iudæos: mendacium inquã, & quod quæsierant emerant data militibus pecunia copiosa, ut dicerent, quia discipuli eius uenerunt nocte, & furati eum sunt, nobis dormientibus. Sed iam omissa multitudine eorum, quæ hinc dici poterant, propositum pro agnitione sanctæ Trinitatis, pertractemus uersiculum.

Mendaciũ qđ quærebant Iudæi Mat. 28.

¶ Iterum de versu Psalmi quarti: signatum est super nos lumen vultus tui domine, quod vultus domini sit filius dei, & quod lumen vultus domini sit spiritus patris & filii. Caput. XIIII.

SIgnatum est super nos lumen uultus tui domine, dedisti lætitiã in corde meo Dominus, cui hæc dicuntur, signatum est super nos lumen uultus tui domine, ipse est pater: uultus domini, ipse est filius patris: Lumen uultus domini, ipse est spiritus sanctus patris & filij. Filius iccirco recte dictus uultus dei patris, quia sicut in uultu alicuius hominis affectio lætitiæ uel mæroris potest percipi, sic per filium uoluntas dei patris mundo innotuit. Lumen uultus domini: iccirco recte intelligimus, spiritum sanctum patris & filij, quia sicut lumen alicuius rei ualde lucentis uiam uel prospectum pandit corporalibus oculis: Verbi gratia, sicut claritas solis, depulsa caligine noctis, nobis efficit diem, sic spiritus sanctus, depulsis ignorantiæ tenebris, docet nos omnem ueritatem, quia per ipsum & filium scimus, & patrem, & ipsum cognoscimus ex utroq; procedentem. ¶ Quis, quando, & ubi signauit super nos hoc lumen uultus tui domine? Dominus Iesus Christus, quando adhuc latebat uultus tuus in illa humanitate ut crucifigi posset, nisi enim latuisset, nisi se continuisset & cessasset dicere, ego sum, omnes abirent retrorsum, & caderent in terram, nec possent comprehendere eum. Dominus (inquam) noster Iesus Christus, cum adhuc sic lateret in carne eius uultus tuus, signaturam se promisit super nos hoc lumen uultus tui, & continuo signauit, ut uere Pontifex summus pro iure officij sui, cuius est signare, non solam frontem corporis, uerũetiam frontem animæ credentis. Dixit enim ipsa nocte, qua tradebatur, mittam uobis paracletum spiritũ ueritatis, qui à patre procedit, & multa huiusmodi ad distinctionem pertinentia trium personarũ patris & filij & spiritus sancti. Et deinde ipsa qua resurrexit die, stans in medio discipulorum, præmisso bono pacis nuncio, quam fecerat inter deum & homines, insufflauit, & dixit: accipite spiritum sanctum, scilicet in remissionem peccatorum. Sequitur enim, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. ¶ Et die Pentecostes misit eundem spiritum in diuisiones gratiaꝝ, multis choruscantibus miraculis. Ita signatum est habentes super se lumen uultus tui domine, cœperunt eadem die uocare alios, & adducere, ut signaretur super eos idipsum lumen, per ipsoꝝ ministerium & manuũ impositionem. Eade quippe die, qui receperunt sermonem, baptizati sunt, in nomine patris & filij & spiritus sancti, & appositæ sunt in illa die animæ circiter tria milia.

Dñs pr̃, uultꝰ eius filius, Lumen uultus, spũs sanctus.

Chr̃us, ut uere Pontifex, signauit super nos lumẽ uultus domini. Iohan. j8

Iohan. j5

Iohan. 20.

Signati spiritu sancti apostoli alios signare cœperunt in die pẽtecostes.

¶ De varietate in eodem Psalmo singularis & pluralis numeri, quod singularitas credentium sit, habentium vnum spiritum, & vnam fidem: Pluralitas autem siue multitudo, illorum sit qui sunt contra vel extra hanc vanitatem. Caput .XV.

ET uide, q̃ pulchre credentes à non credentibus spiritus propheticus distinxit ipso modo locutionis. Nam de non credentibus dixit: multi dicunt quis ostẽdit nobis bona (de multitudine uero credentiũ quandã unionẽ factam insinuans, cũ dixisset: signatũ est super nos uultus tui dñe, protinus uti maluit singulari numero, dicens ex persona ipsoꝝ: dedisti lætitiã in corde meo. Et recte, quia multitudinis credentiũ, erat cor unũ, & anima una. ¶ Quã uidelicet unitatẽ cordis & animæ, illud quoq; aduerbium pulchre exprimit, qm̃ tu dñe singulariter in spe constituisti me. Ipse nanq; spũs sctũs de multis efficit unũ. Qui aũt hũc nõ habent: multi, imo & cõtra semetipsos sensibus diuersis, & in plęrisq; contrarijs per sectas diuisi sunt. Quid ergo est, qđ

In credẽtibus cor unũ & aĩa una. In nõ credentibus uarij & contrarij sensus Psalm̃. 4 Actu. 4

præmisso, in pace in id ipsum dormiam & requiescam. causam siue rationem istam subiungit, quoniã tu domine singulariter in spe constituisti me, nisi ac si diceret, iccirco quia nunc studeo singularitati siue unitati huic, de qua & apostolus dicit, sicut enim in uno corpore

Roma. ix. multa membra habemus, omnia autẽ membra non eundem actum habent: ita multi unũ corpus sumus in Christo, singuli autẽ alter alterius membra, & cætera, usq; idipsum inuicem sentientes, non alta sapientes, sed humilibus cõsentientes. Quam unitatem facit unus

Cur nũc singulariter, nũc plr loquitur psalm° quart° spiritus, & una fides, iccirco (inquam) illuc me spero peruenturũ, ubi dormiam & requiescam, in tanta pace, quantam intelligi uult dictio hæc, qua dixi, in idipsum. ¶Pro huiusmodi sensu uariatur modus locutionis, secundum uarietatem singularis & pluralis numeri, ut cum pluraliter dixerit, signatum est super nos lumen uultus tui domine, statim singulari dictione dicat, dedisti lætitiam in corde meo: rursumq; cum dixerit pluraliter, à fructu frumenti, uini & olei sui multiplicati sunt, statim ex persona diuersæ multitudinis eorũ, quorum est uel esse debet cor unum & anima una, siue unus spiritus & una fides, statim singulariter dixit, in pace in idipsum dormiam & requiescam. Potest quidem de reprobis siue terrenis dictum intelligi, à fructu frumenti uini & olei multiplicati sunt, ut sit sensus uituperationis, quod gratulentur in eiusmodi, & multiplicati sunt à terrenis diuitijs, sed nihilo

Iohan. xv. minus econtra uenerabiliter accipitur, quod ex eo multiplicati sint, quòd Christus, tanquã granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, & duo data spiritus sancti (de quibus iam sæpe dictum est) tanquam fructum uini & olei. † ¶Hæc unitas siue singularitas, quæ

addo† multiplicauerit credẽtibus in se. in isto psalmo & in plerisq; sanctorum loquitur, ipsa est, quam postulabat ipse dominus Christus ipsa nocte qua tradebatur. Pater sancte (inquit) serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi, ut sint unum sicut & nos. Item. Non pro his autem rogo tantum, sed & pro eis

Iohan. xvij. qui crediturí sunt per uerbũ eorum in me, ut omnes unũ sint sicut tu pater in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis unũ sint, & cætera, quæ ita finiuit, ut dilectio, qua dilexisti me, in ipsis sit, & ego in ipsis: quam uidelicet dilectionẽ, non aliud q̃ spiritum sanctũ oportet intelligi.

¶Iterum quod hec dicit vnitas. dedisti letitiam in corde meo: & quod vbi spiritus sanctus inhabitat, illic sempiterna sit & inenarrabilis letitia. Cap. XVI.

Lætitia pris & filij, spiritus sanctus est. † penetrare. OVtinam quoniã non uacat, neq; propositũ est per singula discutere, quæ hic dicta sunt ab hoc uno, saltem unius dicti huius sensum penetrare liceat, quod dixit, dedisti lætitiam in corde meo. Sed quis † petere possit, nisi qui eandẽ lætitiam accepit? hoc interim scire & dicere possumus, quia lætitia hæc spiritus sanctus est. Plane spiritus sanctus, sicut lumen uultus domini, sic recte dicitur & est lætitia

Lætitia spũs sancti in corde Dauid. patris & filij, ubi spiritus sanctus inhabitat, illic sempiterna & inenarrabilis est lætitia. Nec aliud quàm ipsa est lætitia quã importat. ¶Dauid ipse, per quẽ hæc dicta sunt, lætitiã istã expertus fuerat. Etenim pleno cornu acceperat, sicut scriptum est. Imple (ait dominus ad

I. Reg. xvj. Samuelem) cornu tuũ oleo, & ueni, ut mittam te ad Isai Bethleemitẽ: Prouidi enim in filijs eius mihi regem. Tulit igitur Samuel cornu olei, & unxit eũ in medio fratrũ eius. Et directus est spiritus domini in Dauid, à die illa, & in reliquũ. Veruntamen ad horã sibi lætitiã

Ephe. 4 2. Reg. ix. Psalm. 50. hãc diminuit, & (ut uerbis utar Apostoli dicẽtis, & nolite cõtristare spiritũ sanctũ dei) tũc spm̃ sanctũ ipse cõtristauit, qñ in Vriã Ethæũ peccauit. Quod sciens ipse & sentiens, redde (inquit) mihi deus lætitiam salutaris tui. ¶Sciunt sancti homines, quoꝝ pectora sunt

Ephe. 4. habitacula spiritus sancti, quomodo fiat illud, quod apostolus fieri non uult, dicens, & nolite contristare spiritũ sanctũ dei, in quo signati estis in die redemptionis. Est em̃ quidam tactus eiusdem spiritus sancti, quo interdũ sensibiliter hominẽ tangit, dũ uult eũ suscitare ad operandũ, ut non negligat gratiã quã ipse contulit illi. Qui si mente quieta tunc incedit aut in secreto secũ est, siue somno indulgens pro tẽpore, siue peruigil: blandũ utiq; & suauissimũ tactũ illũ persentit, tanquam familiarẽ appellationẽ præsentis amici. Quod si aliter est, si, uerbi gratia, festuca irruens mentis oculũ turbauit, & per hoc nondum satisfecit tunc ille tactus & tardior accedit, & asperior est sensui, ita ut dicere conscientia non dubitet, ecce contristatus est spiritus sanctus dei. Quanto magis contristatus fuerat spiritus dominí, & diçere habebat Dauid, redde mihi lætiçiam salutaris tui: propterea quia uenit peregrinus

regrinus, scilicet diabolus, à regno & ciuitate dei longe alienus ad diuitem Dauid, & ille parcens sumere de ouibus & de bobus suis, ut exhiberet conuiuium peregrino illi, tulit ouem uiri pauperis, & præparauit cibos homini qui uenerat ad se? 2.Reg.ĵ2.

¶ Admiratio quam sapienter signatus fuerit liber, donec illum agnus aperiret, ⁊ de eo quod dicit beatus Job, qui commouet terrā de loco suo, qui precipit soli ⁊ non oritur, ⁊ stellas claudit quasi sub signaculo. Cap. XVII.

Ecce dum in hoc quasi magnæ domus uestibulo & perspecto frontis splendore, similem, immo & maiorem, et interiori amplitudine prospicimus claritatem sancti nominis tui, trinitas deus, quam adoramus, cui cum isto Psalterio psallimus: admiramur, q̄ sapienter signatus fuerit liber, antequam agnus illum acciperet, & signacula eius solueret, & q̄ fortiter etiam nunc teneatur clausus illi, qui propter incredulitatem suam intus legere indignus est. Et reuera q̄ sapienter cautum est, ut non diceret in istis maioribus, quod dicere solent prophetæ in minoribus. Hæc dicit dominus deus exercituum, ecce ego adducam super uos gentem de longinquo, domus Israhel, ait dominus. Hæc dicit dominus deus exercituum, deus Israhel, bonas facite uias uestras & studia uestra. Quis em̄ tunc portare posset, ut iste similiter loqueretur in istis maioribus, Exempli gratia, ut diceret. Hæc dicit dominus exercituum, deus deus meus respice in me quare me dereliquisti. Hæc dicit dominus, foderunt manus meas & pedes meos. Hæc dicit dominus, diuiserunt sibi uestimenta mea, & super uestem meam miserunt sortem. ¶ Bene ergo liber signatus est, omissis eiusmodi dictionibus, & sacramenta importabilia dicturus, iste primus assumpsit personam eius, de quo loquebatur: ut interim negligenter attendētibus, de semetipso loqui uideretur, cum in eo loqueretur Messias, id est Christus. Quē & sæpius nominat uerbum q̄ filium, quatinus eisdem trinitatis abscondat sacramentum, ut illic. Verbo domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eoꝝ. Cuius uersiculi longe superius mentionem fecimus, cum de angelica creatura loqueremur. ¶ Hoc (in quam) admiramur, & in ipsa admiratione, quæ tanta est, ut ad eam explicandam nullus sermo noster sufficere possit, ecce oportune quasi post tergum uocem audimus beati Iob dicentis. Sapiens corde est, & fortis robore. Quis resistit ei, et pacem habuit? Qui transtulit montes, et nescierunt hi quos subuertit in furore suo. Qui commouet terram de loco suo, et columnæ eius concutientur. Qui præcipit soli et non oritur, et stellas claudit quasi sub signaculo. Hanc uocem ecce audiuimus, dum in contemplatione claritatis, quæ in psalmis lucet, stantes miraremur. ¶ Qui nam sunt montes quos transtulit deus: pro quorum translatione et sapiens corde, et fortis robore merito prædicetur? Putas ne Apostoli, de quibus recte intelligitur dictum alibi. Et transferentur montes in cor maris, id est, in medium gentium transibunt à Iudæis? Et quidem montes ipsi, sed non soli quos deus transtulit. Moyses quoq; et iste Dauid, et omnes prophetæ montes sunt, non pro ulla mole corporꝝ suoꝝ, sed pro eminentia scripturaꝝ, quas inspirante spiritu sancto scripserunt. Quomodo, uel unde, et quo montes istos transtulit deus? Nimiꝝ dando genera linguaꝝ transtulit eos, id est, scripturas eoꝝ per interpretes suos de una lingua Hebraica, in Græcam et Latinam. ¶ Factum est mirabili iudicio, ut legant et sciant omnes gentes, nesciant autē hi, quos subuertit in furore suo, scilicet Iudæi, penes quos eædem scripturæ conditæ sunt, quoꝝ propter perfidiam excæcauit oculos. Nec solummodo ita subuertit, uerum etiam in omnes gentes captiuos dispersit: ita ut iam non sit eis propheta, neq; princeps, neq; dux. Hoc bene intelligitur in eo quod protinus ait. Qui commouet terram de loco suo et columnæ eius concutientur. ¶ Statimq; subiungit. Qui præcipit soli et non oritur, et stellas claudit quasi sub signaculo. Habent em̄, et secum captiui baiulant scripturas legis et prophetaꝝ et psalmoꝝ, Christum autem non habent, in quem omnes scripturæ tendunt. Et quid est habere † scripturaꝝ intentionem: nisi quodammodo habere cœlū, et non habere solem? Et quid est legere et nolle intelligere prophetas: nisi quasi sub signaculo clausas cōtinere stellas? Hoc deus iccirco præcipit, quod sol iste non oriatur illis, et huiusmodi stellas iccirco quasi sub signaculo claudit, quia cæcitas eoꝝ non tam ex ignorantia descendit, q̄ ex inuidia: propter quod et præcepto huic, quo præcipit soli ut non oriatur illis, secure,

Liber sapienter signat⁹ aū aduētū Chr̄i.

Apoca. 5.

Hiere. 5.

Idem. 7.

Psalm̄. 2ĵ.

Dauid prim⁹ assumpsit ꝑsonā Chr̄i in se loquenits.

Psalm̄. 32.

Verba Iob de libro ita signato.

Iob. 9.

Qui trāstulit mōtes. i. prophetas et apostolos in oīm gētiū linguas

Psalm̄. 45.

Iob. 9.

Qui p̄cipit soli, & nō orit̄. addo † scripturas, et non habere.

Psalm̄. 68. immo & laudabiliter concedimus, dicentes cū Psalmista ex ipsius solis persona. Obscurē tur oculi eoꝝ, ne uideant, & dorsum eoꝝ semper incurua.

¶ De eo quod Salomon dicit, Quis suscitauit omnes terminos terre, quod nomen est eius ⁊ quod nomen filij eius si nosti: itemq; vę soli, quia cum ceciderit non habet subleuantem, ⁊ cetera: postque subiungit, funiculus triplex difficile rumpitur. Cap. XVIII.

Trinitas ī ꝟb q̄ꝫ Salomōis intelligitur. Prouer. 30.

SAlomon filiū patris sic manifesta uoce expressit, ut dissimulare non possint supradicti ueritatis inimici, qui in unitate diuinitatis personaꝝ distinctionem audierint. Ait em̄. Quis ascendit in cœlum? aut quis descendit? Quis continuit spiritum in manibus suis? Quis colligauit aquas, quasi in uestimento? Quis suscitauit om̄es terminos terræ? Quod nomen est eius? & quod nomen filij eius si nosti? Statimq; subiungit. Om̄is sermo dei ignitus, clypeus est sperantibus in se. Quod idem est, ac si apertius diceret. Nomen filij eius uerbum est, & ab hoc fonte manans om̄is sermo dei: quē locuti sunt sancti homines, spiritu sancto inspirati: protegit sperantes in se, sicut sperabat ille qui dixit. Memor esto uerbi tui seruo tuo, in quo mihi spem dedisti. ¶ Idem Salomon uolens nūquā eē hominē absq; societate, sine meditatōe sermonis dei, dixit. Væ soli, quia cū ceciderit, non habet subleuantem. Et si dormierint duo, fouebūtur mutuo. Vnus quomodo calefiet? & si quispiam præualuerit contra unū, duo resistunt ei. Statimq; subiunxit, Funiculus triplex difficile rumpitur. Quæ sententia, nonne secundum scripturam supra memoratam stella est quasi sub signaculo clausa? Esto em̄, ut quispiam illoꝝ qui secundū sputū eiusdem Salomonis, dicunt, stultissimus sum uiroꝝ, & sapientia hominū nō est mecū, non didici sapientiam, & non noui sanctoꝝ scientiam: ita sit homo idiota & sine literis, ut non possit habere meditationem sermonis dei, & dormire cū illo dormitione illa, de qua in Canticis dilecta, ego (inquit) dormio & cor meū uigilat? At saltem memoriter potest tenere nomen domini, in quo signatus est, nomen patris & filij & spiritus sancti. Plane hic est funiculus triplex, qui difficile rumpitur. Dormiat ergo cū nomine isto, & nō erit solus. Non dixit, de istis duobus loquens, nunquam cadet unus ex istis duobus, sed dixit, si unus ceciderit, ab altero fulcietur. ¶ Non (inquam) dixit, funiculus triplex, nunquam rumpitur, sed dixit, funiculus triplex difficile rumpitur. Non em̄ nunquam contigerit, ut is, qui habet dilectionem siue meditationē nominis domini, cadat, oblitus ad horam triplicis (de quo pendebat) funiculi. Nam & Dauid cecidit, sed cū ceciderit, resurget, reparata uirtute per inuocationem eiusdē nominis domini, atq; ita fit quod hic dixit, & si quispiam præualuerit contra unū, duo resistunt ei. Hinc & alibi dicit. Turris fortissima nomen domini: ad ipsam currit iustus, & exaltabitur. Substātia diuitis, urbs roboris eius, & quasi murus ualidus circumdans eum.

2. Petri. j. Psalm̄. jj8. Eccle. 4. Funiculus triplex difficile rumpitur. Prouer. 30 Cant. 5. Eccle. 4. Prouer. j8.

¶ Tria esse, scilicet fidem, spem, charitatem, per que homo perducitur ad similitudinem dei, iuxta propositū eius dicentis, faciamus hominem ad imaginem ⁊ similitudinem nostram, ⁊ secundum hec tria fecisse Salomonem tres libros, parabolas, ecclesiasten, cantica canticorum. Cap. XIX

Gene. j. Tres libri Salomonis secūdū tres uirtutes, fidē, spez, & charitatē. Ie. † dilatādā

TRia sunt, per quæ perducitur homo ad dei similitudinem, iuxta propositū eius dicentis, faciamus hominē ad imaginē & similitudinē nostrā. Hæc tria sunt, fides, spes, charitas. Nam ad imaginem dei homo creat⁹ est in eo quod rationalis est. Porrò ad eiusdē creatricis trinitatis peruenit similitudinē, habendo tria hęc fidem, spem, & charitatē. Secundū hæc tria Salomon tres fecit libros, scilicet librū parabolaꝝ siue prouerbioꝝ, Ecclesiasten, & Cantica Canticoꝝ. Librū quippe prouerbioꝝ scripsit, ad instruendam fidem. Ecclesiasten ad corroborandam spem, Cantica canticoꝝ ad † delectandam charitatem. Et om̄is quidem scriptura diuinitus inspirata in hoc ipsum tendit, sed in isto trium librorum ordine hoc maxime delectat intueri, quia secundum ordinem harum uirtutum trium sunt compositi siue dispositi, scilicet fidei, spei, & charitatis. ¶ A quibus primus homo excidens, amisit gloriam similitudinis dei, tali ordine, ut amitteret charitatem, non teneret spem, non haberet fidem. Primum nanq; exigebatur ab eo charitas dei, in eo quod cūctis animātibus eū deus dissimilem fecit. Et quia non inueniebatur ei adiutor

Prim⁹ hō charitatē spēq; ac fidē ꝑdēdo, ꝑdidit similitudinem dei.

ei adiutor similis eius, faciamus (ait) ei adiutorium simile sui, uidelicet ad propagandam so- Gene. 2.
bolem tam multã tantæq; beatitudinis, uti essent similes angelis, tulitq; eũ & posuit in pa-
rady so uoluptatis. Pro tantis beneficijs nullum rependit officium charitatis, nullam uo-
cem gratiarũ actionis. Deinde spes ab illo exigebatur in illa positione præcepti, ex omni li-
gno paradysi comede, de ligno aũt scientiæ, boni & mali ne comedas. Sperare eñ debuit
homo rationalis, ut diceret. Si tanta deus contulit gratis, nonne si præceptum obseruaue-
ro, maiora dabit? At ille non in domino sperauit, sed sibimet placens, quasi liber, & sicut de-
us esse uoluit. Nisi eñ hunc tumorem intus habuisset, foris temptatus non tam facile ce-
deret. Fides ab illo exigebatur, dicendo, in quocunq; die comederis ex eo, morte morieris. Gene. 3.
At ille dicto huic fidem non adhibuit, immo serpenti magis credidit dicenti, nequaquam
morte moriemini: & uoci malæ credulæ mulieris, plus quàm uoci dei, obediuit. Itaq; ue-
tus ille Adam, à charitate, spe, fide excidens, se & posteritatem suam defraudauit, & lon- Nouus Adã
ge fecit à similitudine beatæ Trinitatis. ¶ Et econtra nouus Adam, reciprocis gradibus nos reparauit.
per fidem, spem, & charitatem nos reformauit, & ad eandem similitudinem dei, & omnis
(ut iam dictum est) scriptura diuinitus inspirata ad hoc intendit, maxime autem siue ma-
nifestius tres isti libri Salomonis. Quod (ut demonstremus) libet aliquantisper immorari.

¶ De eo quod ait in parabolis, sapientia ędificauit sibi domum, excidit co-lumnas septem, quodq; dominus possedit me initio uiarum suarum, & cetera usq; cum eo eram cuncta componens & in puncti-pio erat uerbum, omnia per ipsum facta sunt, unum & eundem habeat sensum.

Caput. XX.

PRæmissis paucis, quæ ad captandam attentionem, docilitatem, atq; beneuolen- Prouer. 1.
tiam pertinent. Primus est actus in parabolis, mundare animam per doctrinã Fides requi-
moralitatis, quatinus recipere possit mysteriũ fidei, sic incipiendo. Fili mi si te ritur in morali-
lactauerint peccatores, ne acquiescas eis. Si dixerint, ueni nobiscũ, insidiemur bus uirtutib⁹
sanguini &c. quæ diligenter quis attendens, cito animaduertit, hanc eius esse intentionem præornatam
quatinus mundetur uas à cœno peccati, siue ab amore seculi, ut possit præciosam recipe- Iohan. 5.
re substantiam fidei. Aliter eñ non potest fieri. Hinc ipse dominus Iudæis dixit. Quo-
modo potestis uos credere: qui gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam quæ à solo
deo est, non quæritis? Quanto magis dicere poterat, quomodo potestis uos credere
qui insidiamini sanguini, & absconditis tendiculas contra insontẽ, & dicitis, deglutiamus
eũ sicut infernus uiuentẽ, & integrũ quasi descendentẽ in lacũ, omnẽ præciosam substan-
tiam reperiemus, iuxta illud, Hic est hæres, uenite occidamus eũ, & nostra erit hæreditas. Matth. 21.
Et alibi Euangelista dicit. Ipse autẽ Iesus non credebat semetipsum eis, eo quòd ipse nos- Iohan. 2.
set omnes, & quia opus ei non erat, ut quis testimoniũ perhiberet de homine. Ipse eñ scie-
bat quid esset in homine. Quia ergo non est locus apertus fidei, nisi prius uasa munda sint
ab amore seculi, ab auaritia quæ est simulachrorũ seruitus, cæterisq; uitijs criminosis, maxi- Ephe. 5.
meq; à prudentia carnis quæ inimica est deo, & ab æstimatione sapientiæ secularis, quæ Roma. 8.
magis garrula laquacitas, quam sapientia debet nuncupari. ¶ Pulchre ab huiusmodi prius
reuocat filium, quem uocare uult ad intellectum fidei, eandem sapientiam seculi fugien- Sapientia se-
dam esse clamans semel & iterum sub nomine meretricis, primo sic incipiens. Fauus cularis simili-
distillans labia meretricis, & nitidus oleo guttur eius, Et iterum sic repetens. Dic sapi- meretrici.
entiæ, soror mea es, & prudentiam uoca amicam tuam, ut custodiat te à muliere extra- Prouer. 5.
nea, & ab aliena, quæ uerba sua dulcia facit. De fenestra enim domus meæ per cancel- Ibidem. 7.
los prospexi, & cætera usq;, multos enim uulneratos deiecit, & fortissimi quique in-
terfecti sunt ab ea, uiæ inferi domus eius penetrantes interiora mortis. ¶ Et quæ mi- Sapiẽtia diui-
ro modo, & in litera denotãt mulieris meretricis odiosam procacitatem, & in my- na qualis est
sterio maxime † delectãtur ambitiosam atque uentosam mundanæ sapientiæ loqua- le. †detestãt
citatem: Tunc demum semetipsam credens his, à quibus audita est, & quorum ad- Prouer. 8.
quisiuit beniuolentiam, iterum exclamans intra cætera dicit. Audite quoniam de rebus

Prouer. 8. magnis locutura sum, & aperientur labia mea ut recta prædicent, ueritatem meditabitur guttur meum. Quibus de rebus magnis loqueris? Quæ recta, quam ueritatem prædicabis? Dominus (ait) possedit me in initio uiarum suarum: antequàm quicquam faceret à principio. Ab æterno ordinata sum & ex antiquis, antequam terra fieret. Quando præparabat cœlos aderam, & cætera usq; Nunc ergo filij audite me. Paucisq; interpositis, ait Sapientia ædificauit sibi domum: excidit columnas septem, immolauit uictimas suas, miscuit uinum & proposuit mensam. ¶ Non res istæ, res eædem sunt quas Iohannes Euangelista uoce clarissima manifestius enunciauit, dicens. In principio erat uerbum, & uerbū erat apud deum, & deus erat uerbum, omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, & uerbum caro factum est & habitauit in nobis? Paululum uoces siue nomina & uerba differunt, sed res eædem sunt. Hic sapientia, illic uerbum. Hic initium uiarum, illic principium. Hic ego sapientia concepta eram, illic non factum est, sed erat uerbum, ait euangelista. Hic cum eo eram (inquit) cuncta componens, illic dictum est, uerbum caro factum est, omnia per ipsum facta sunt. Hic taliter dictum est, sapientia ædificauit sibi domum: illic dictum est, uerbum caro factum est, & ipsam carnem uerbum incarnatum, suū nominat templum. Hic taliter dictum est, excidit columnas septem: illic certum est, in tēplo corporis dominici habitare septem spiritus. Hic taliter dictum est, immolauit uictimas suas, miscuit uinum, & proposuit mensam, illic taliter factū est, sicut experti sumus, & experiuntur omnes: qui proprium corpus suū tradidit in mortē, & in cōmemorationē mortis eiusdem quotidie proponit nobis panē & uinū, corpus et sanguinē suū.

Verbū dei apud Iohannē & sapiētia apud Salomonē, una ac eadem res est.

Prouer. 9.

Iohan. 1.

¶ Quod secundum similitudinem fessi uiatoris, frequens intercisio librorū, fessum relcuet animum scribentis. Cap. XXI.

Similitudo autoris ad uiatorē

TAnquā fessus uiator, residere et hunc libellū finire compellor, similibus illi, qui in itinere mansionē forte propositā habuit, putans esse locū uicinū quo peruenire posset ante solis occubitum, et esse iter unius diei, quod erat duorū aut triū dierū, fere sic mihi contigit, dum quærens quandā imaginationē sanctæ trinitatis in isto speculo triū uirtutū, fidei, spei, et charitatis: nisi pedem mentis, et cursum linguæ in tres libros Salomonis, putans quod propositum meū breuissimo possit cursu peragi. Ecce autem uideo quia non tam breuiter fieri potest, alioquin offendam quemlibet iudicem sapientē, boni sermonis probatorē, ut bono sapore propositionis nostræ allectus, nec plena copia saturatus, et iccirco magis irritatus, stomachetur, et dicat contra me tale quid, ut est illud. Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus. ¶ Quapropter similis (ut iam dictum est) illi, qui desperans ad propositam peruenire mansionē, accumbit in medio itineris, reseruabo quod uiæ reliquū est futuro diei, faciamq; hic iam finem præsentis libelli, ne antecedentibus multo prolixior fit, sanctum inuocant spiritū, cuius solennitas annua nunc recurrens nos in laudem sui aduentus excitat, et sic quoq; tanquā fluminis impetus ciuitatē id est ecclesiam, dei lætificat, quatinus ipso duce uiator iste, quo tendit, illuc perueniat, unā (inquiens) petij à domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo domini omnibus diebus uitæ meæ, ut uideā uoluntatē domini, et uisitē templū eius.

Psalm. 45.
Psalm. 26.

FINIS LIBRI SEXTI.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE GLORIFICATIONE TRInitatis, & processione sancti spiritus. Liber. VII.

¶ Item de thesauro fidei, spei, & charitatis, in tribus libris Salomonis quod super illo quidem thesauro sapientie gaudendum sit: formidandum autem, quod vir tam sapiens ceciderit vel cadere potuit. Cap. .I.



AVDEAMVS QVOQVE IN ISTA parte agri super inuentione thesauri, in istis tribus libris Salomonis, super consyderatione horum trium fidei, spei & charitatis: per quæ reformatur homo ad quandam similitudinem beatæ trinitatis, quam (ut superius dictum est) perdidit in Adam, permanente proposito eius dicentis, faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. ¶ Gaudemus inquam, sed gaudium nostrum offendit & turbat recordatio non suauis recordatio ruinæ tanti uiri, quod tantæ sapientiæ sacrarium in tantum ruit, ut propter amorem mulierum seruire posset dijs alienis, iam senex, sicut scriptura dicit. Cumq; iam esset senex, deprauatum est per mulieres cor eius, ut sequeretur deos alienos. Quid enim? Nonne formidabile nobis reddit iudicium dei recordatio tanti tamq; sapientis uiri, tam horribiliter in senectute sua deprauati? ¶ Et quidem est opinio quorundam consolabilis, quod pœnitentiam egerit, & post pœnitentiam libros istos fecerit: sed nihilominus terrorem facit tabulis casus iste, quo tanta columna ruit, quia uidelicet non postquam ruit senex, sed antequam rueret, tantam sapientiam iuuenis accepit, dicente ad eum domino. Ecce feci tibi secundum sermones tuos, & dedi tibi cor sapiens & intelligens, in tantum, ut nullus ante te similis tui fuerit, nec post te surrecturus sit. Quid ergo dicere possumus hic? Reuera nihil nisi tale quid, ut est illud apostoli. Quàm incomprehensibilia sunt iuditia tua, & inuestigabiles uiæ domini, & humiliari siue curuari sub eo sub quo curuantur (ut ait beatus Iob) qui portant orbem, quia etsi quid intelligimus de altissimo, quis isto sapientior?

Casus Salomonis iā senis merito nos omnes terret. 3. Reg. jj.

Roma. jj.

Iob. 9.

¶ De coeternitate patris vel filij secundū hec verba sapientie, antequā quicquā fieret, ego iam concepta erā, & cetera, & de incarnatione eiusdem sapientie, secundum hec verba, Sapientia edificauit sibi domū, & reliqua. Cap. .II.

QVomodocūq; cū illo actū sit, ubicunq; tale lignū ceciderit, quēadmodū dicit, si ceciderit lignū ad austrū aut ad aquilonē, in quocūq; loco ceciderit, ibi erit. Quāliscūq; in extremis fuerit, & nūc ubicūq; sit, nos scimus & sapimus qa bonus est fructus ligni hmōi, multū ualens ad uitā fidei, ex qua iustus uiuit, Claro quippe noie sapientiæ, dicētis. Ab æterno & ex antiquis ordinata sum, & anteq; quicq; fieret, ego iam cōcepta erā, & ante omnia ego parturiebar: filiū dei coæternū deo patri astruit, & istā credere exigit ipsa sapientia ab omnibus filijs quos recipit, dicens post hæc. Nunc ergo filij audite me, & cætera, usq;. Qui autem in me peccauerit, lædet animam suam, omnes qui me oderunt, diligunt mortem. Hæc enim, quæ omnia perscribere longum nimis uisum est, antequàm & patri coæternam Iesu Christi filij dei diuinitatē sonant, quod ante omnia secula et absq; initio natus sit, et illa, quæ cōtinuo sequūtur, sapientia ædificauit sibi domū, excidit columnas septem, et cætera quæ superius prælibauimus, de incarnatione eiusdem uerbi mystice dicta sunt. Vere ergo. Qui autē (inquit) in me peccauerit, lædet animam suam, siue (ut loquar) et omnes qui me oderunt, mortem diligunt. Hæretici enim sunt. Et quis ita diligit mortem, et diligendo mortē lædit animam suam, siue (ut loquar secundum Dauid, qui Salomonem præcessit) quis ita diligendo iniquitatem, odit animam suam, sic hæretici

Eccle. jj.

Abac. 2. Roma. j.

Prouer. 8.

Hæretici diligūt mortem. Psalm. 50.

sic hæreticus & Iudæus, qui tam cupide tam diligenter se exercet in contentione uerbor̃, quatenus rationabiliter uideatur astruere, quod Christus ex Maria initium existendi habuerit, & quod de semine Ioseph cõceptus fuerit? ¶ Sunt aũt inexcusabiles q̃ sicut habet hic sacræ literæ series, dña sapientia, postq̃ ædificauit sibi domũ, immolauit uictimas, & miscuit uinũ, & proposuit mensam messis anc illis suis, ut uocarent ad arcem & mœnia ciuitatis: nõ solũ dixit, si quis est paruulus, id est humilis, ueniat ad me, uer̃ & insipiẽtibus locuta est. Venite & comedite panẽ meũ, & bibite uinũ quod miscui uobis. Relinquite infantiã & uiuite, & ambulate in uijs prudẽtiæ. ¶ Sed quid sequitur? Qui erudit derisorem, ipse sibi iniuriã facit. Et qui arguit impium, generat maculã sibi. Nonne hoc expertæ sunt illæ ancillæ, quas domina sapientia misit? Voluerunt erudire derisorẽ, scilicet populũ Iudaicum, & hanc sibi iniuriam fecerunt, quam legimus, & quã eadem sapientia prædixit, ecce ego (inquit) mitto ad uos prophetas & sapientes & scribas, et ex illis occidetis et crucifigetis, et ex illis flagellabitis in synagogis uestris, et persequemini de ciuitate in ciuitatem. Voluerunt arguere impium, uidelicet cœtum pharisaicum, et hanc maculam generauerunt sibi, quam abhorrent oculi nostri, quia blasphemauerunt spiritũ sanctum, qui loquebatur in eis, sicut in Actibus Apostolor̃ habemus. Exempli gratia. Et contra dicebãt his, quæ à Paulo dicebantur, blasphemantes. Quid ergo sequitur? Noli (ait) arguere derisorẽ, ne oderit te. Argue sapientem, et diliget te. Et hoc ita fecerunt, ut dicerent. Vobis oportebat primũ loqui uerbũ dei, sed quoniã repellitis illud, et indignos uos iudicastis æternæ uitæ, ecce conuertimur ad gentes. Iudæi signa petũt, et Græci sapientiã quærunt. Curiose hoc agebant Iudæi, dicendo, quod signũ tu facis? quid operaris? et iccirco denotantur nomine derisoris, similes Herodi illi, qui dominũ Iesum uidere uolebat, sperãs sibi signũ aliquod ab eo fieri. ¶ Diligenter aũt Græci sapientiam quæ fierunt, et inuenerunt et dilexerunt et ad arcem siue ad mœnia ciuitatis eius uocati, uenerunt, et ecce de mensa eius comedunt, et uinum eius bibunt, et hoc modo iustificata est sapientia à filijs suis, quia nec sapientem, id est beniuolum auditorem docere neglexit: nec derisorem ita præterijt, ut de ignorantia posset excusari.

Hæretici inexcusabiles. Prouer. 9.

Matth. 23.

Actuum. 13.

I. Cor. I. Iohan. 6. Lucæ. 23

¶ De his quæ sequuntur in eodem libro prouerbiorum, quomodo fere totus sermo, quasi in cõflictu sit per oppositionem iusti & impij sibi inuicem aduersantium, & compugnantium, secundum quod ait ipsa incarnata sapientia, non ueni pacem mittere, sed gladium. Cap. III.

Liber prouerbior̃ p antitheta iusti & impij.

ECce (ut arbitror) ostium apertum, et intelligentia clarificata est in istam amplitudinem siue multitudinem prouerbiorum Salomonis. Quantum em̃ q̃ mirabile spectaculum hic habes quicunq; attendis: quantus hic est incursus, q̃tus conflictus sermonis sapientissimi, consistens in oppositione duor̃ sibi inuicẽ aduersantiũ, iusti et impij cõtra se inuicem cõpugnantium, per antitheta hor̃ fere totus liber decurrit. Filius sapiens lætificat patrem: filius uero stultus mœstitia est matri suę.

Prouer. 10.

Non proderũt thesauri impietatis, iustitia uero liberabit à morte, Nõ affliget dominus fame animã iusti, & insidias impior̃ subuertet: Sic incipientem opponere oppositiones tam multiplices iusti & impij, siue sapientis & stulti, specta oculis intentis, & tũc demũ in hoc spectaculo, oppido delectaberis, si certos noueris terminos iusti & impij, siue iustitiæ & impietatis. ¶ Quæ nam est iustitia nostra, nisi fides nostra? Siue quis est iustus, nisi qui credit? Nam iustus (ait scriptura) ex fide uiuit. Nimirũ infidelitas econtra iniustitia est, et infidelis derisor iusti impius est. Pulchrrimũ ergo hic est post ædificationẽ domus, quam per incarnationis mysterium sapientia sibi ædificauit, in cunctis diuisionibus siue oppositionibus libri huius, illum intelligere gladium, de quo ipsa sapientia incarnata dixit. Non ueni pacem mittere, sed gladium. Ex tunc enim maxime, et multo plus quàm eatenus, iusti et impij, siue sapientis et stulti, contra semetipsos diuisi: ex suis studijs contrarijs manifesti facti sunt. ¶ In qua nimirum rationabili consyderatione, illud quoque non minime delectat, quod in initio taliũ oppositionũ prius oppositæ, cõsistunt. Hinc sapientia mater iustorum, et illinc stultitia mater impiorum. Ait enim. Principium sapientiæ timor domini, et scientia sanctorum prudentia. Per me enim multiplicabuntur dies tui, et adden-

Abac. 2.

Matth. 10.

Sapiẽtia mater est iustorũ stultitia mater impiorũ. Prouer. 9.

& addentur tibi anni uitæ, Statimq́ subintulit. Mulier stulta & clamosa, plenaq́ illecebris, nihil omnino sciens, sedit in foribus domus suæ super sellam in excelso urbis loco, ut uocaret transeuntes uiam, & pergẽtes itinere suo. Quis est paruulus? declinet ad me Et uecordi locuta est. Aquæ furtiuæ dulciores sunt, & panis absconditus suauior ¶ Nomine stultæ mulieris, sine dubio denotat procacem nimisq́ loquacem, immo & fallacem sapientiam seculi, extollentem se aduersum sapientiam dei, ex quo tempore maxime illa domum (sicut iam supra dictum est) sibi ædificauit, & immolatis uictimis suis, misit ancillas suas, ut uocarent ad arcem & ad mœnia ciuitatis. ¶ Vtriusq́ filiorum fines, scilicet filiorũ sapientiæ & filiorum stultitiæ, q̃ diuersi, immo q̃ contrarij fuerint uel sint, sequens libri fere tota series declamare intendit, per antitheta (sicut iam dictum est) huiusmodi filius sapiens lætificat patrem: filius uero stultus mœstitia est matri suæ. Leuemus in directum oculos nostros per omnem mundum, siue in fines orbis terræ, quo exiuit sonus apostolorum, ubi fusus est sanguis martyrum, ubicũq́ uoce & literis decertauit sapientia patrum orthodoxorum pro gloria domus, quam sibi sapientia ædificauit septemq́ eius columnarum, cõtra stultitiam Iudæorum, aduersus impietatem paganorum, & contra nequitiam hæreticorum: & palam est, quia experimentis horum, quæ ad hoc dicuntur per tot oppositiones sententiarum, omnia plena sunt.

Fines diuersi iustorum, & impiorum Prouer. 10

¶ Itẽ, de oppositione iusti, videlicet ex fide viuit: et impij, id est, fidẽ non habentis, ⁊ qualis secundũ eundem librum parabolaꝝ finis vtroꝝ sit. Cap. IIII.

PRopositi nostri memores hic iteꝝ dicimus, quia liber hic parabolarum siue prouerbiorum instruit fidem, sequens Ecclesiastes roborat spem, tertius Sirasirim, id est cantica canticorum, † delectat charitatem: per quæ tria reformatur homo ad similitudinem illam, quam proposuit trinitas, dicens, faciamus hominem ad imaginem & similitudinẽ nostram. ¶ Et manifeste necessaria est ad æternam salutẽ fides, istud confitens, quia sapientia, quæ hic loquitur, cũ deo eram cuncta cõponens, increata est, & nunquam nõ fuit: & nihilominus istud sciens, quod eadem sapientia domũ sibi ædificauit. Quæ alium non habent sensum, q̃ hæc euangelistæ dicta. In principio erat uerbũ omnia per ipsum facta sunt, & uerbum caro factum est & habitauit in nobis. Qui hæc fideliter corde credit ad iustitiam, & ore confitetur ad salutem, ipse est filius sapiens, qui lætificat patrem, filius, quem iustitia liberabit à morte, cuius animam non affliget dominus fame, cuius manus diuitias parat, & congregat in messe, cuius super caput benedictio domini, cuius memoria cum laudibus, cuius os uena uitæ, cuius in labijs inuenitur sapientia, cuius fides substantia diuitis, & urbs fortitudinis est, cuius opus ad uitam, cuius lingua argẽtum electum, quem benedictio domini diuitem facit nec afflictio sociabitur ei, huic dabitur desyderiũ suũ & erit quasi fundamẽtũ sempiternũ. Nã ecõtra impius, q propter hoc ip̃m dicitur & est impius, quia nõ habet, immo & odit & ꝑsequitur hãc iustitiã fidei, quasi tẽpestas transiens nõ erit & anni eius breuiabuntur: & omnia, quæ copiosissime ex scriptura prosequitur, sup eũ cõplebuntur, quoꝝ in hoc libro nouissimũ est illud dictũ de Antichristo, principe stultoꝝ siue impioꝝ. Et qui stultus apparuit, postq̃ eleuatus in sublime, si em̃ intellexisset, ori imposuisset manũ. ¶ In tribus illis, quibus istud de uno oppositũ est, cõsummatio est, laudis iustoꝝ dum dicit, leo fortissimus bestiaꝝ ad nullius pauebit occursum: in quo ip̃m intelligimus Christũ. Et gallus succinctus lumbis, qui est omnis ordo p̃dicatoꝝ. Et aries, nec est rex, q resistat ei, in quo intelligimus prælatos omnes qui bene pręfuerunt uel præsunt ecclesiis Christi, quoꝝ fidei fortitudinẽ nullus persequutor uincere potuit, nec ille poterit, qui postq̃ (ut iam dictum est) eleuatus fuerit in sublime, stultus apparebit, in quo consummatio est uituperationis impiorum.

forte † dilatat Gene. I.

Sapientia increata, filius dei. Prouer. 8. Iohan. I. Roma. 10. Prouer. 10. Filius sapiens quis dicitur.

Prouer. 30 Cõsummatio laudis iustoꝝ in trib⁹ sil̃ib⁹

¶ Itẽ, de fide quod ipsa sit mulier fortis, de qua in fine eiusdẽ libri scriptũ est, mulierem fortem quis inueniet, procul ⁊ de vltimis finibus preciũ eius. Cap. V.

IOCVNDVM SIT tibi eloquium meum Trinitas sancta, suauis tibi sit laudatio mea, ò sanctæ trinitatis similitudo, trina uirtus, fides, spes, et charitas. Gustauit et uidit anima mea qa bona est negotiatio tua, iamq́ propero ad exitũ libri huius prouerbiorũ, in q̃ (ut iã semel et iteꝝ dixi) documẽta sunt fidei, quasi per-

Prouer. 31.

Argumētū libri Eccl'iastes

quasi per uiam istā lucem aliquam intelligentiæ deus mihi sparserit, & aliquid iuxta propositum de profundis istis elucidauerim & intrare cupio in cōcionem, ubi concionator sedet Ecclesiastes, habens coronam spei, scilicet in librum, in quo sedens sapientissimus rex concionatur super iuuenes & adolescentes, illud maxime insistens comprobare quod adolescentia & uoluptas & cuncta hoꝝ instrumenta uana sint, timor autem domini & obseruatio mandatoꝝ eius sit omne esse hominis, quemadmodū dicit in fine eiusdem huius uoluminis, Deum time, & mandata eius obserua, hoc est em̄ omnis homo. ¶ † Siquid agam, tenet em̄ pedem mentis hic in exitu prouerbioꝝ digna laudatio cuiusdam mulieris magnæ & memorabilis, quæ hoc modo incipit. Mulierem fortem quis inueniet? Procul & de ultimis finibus precium eius, confidit in ea cor uiri sui, & spolijs non indigebit. Quę nam rogo est ista fortis mulier? Scimus quidem, quia sancta ecclesia est. Sed q̄rimus adhuc. Quæ causa hic efficit, ꝙ tot seculoꝝ generationes, tot hominum siue animarum multitudines dicantur una mulier, & una sit ex omnibus ecclesia, deum habens uirum, cuius cor confidat in ea? Quid (inquam) est illud, per quod istud efficitur, nisi una fides? Deniq; sicut in Ecclesiaste dictum est, & supra meminimus, deū time, & mandata eius obserua, hoc est om̄is homo: ita recte dicas, unam fidē catholicam tene, hoc est em̄ omnis ecclesia. Sic ergo hic legamus et intelligamus laudationem fortis mulieris, ut ueraciter laudationem fidei, quia nimirum secundū fidem uniuersa ecclesia (sicut iam dictū est) una mulier dicitur, et uir eius, qui laudat eam, cuius cor in ea confidit, ipse est dominus deus. Quis hoc inueniet? Deniq; ecclesiam toto orbe, diffusam nemo est qui non inueniat, nisi talis sit, qui oculos claudat ne uideat: fidei aūt secretū pauci sunt qui inueniant, nec em̄ aliter inuenitur uel agnoscitur, nisi per spiritum sanctū. Propterea dixit, quis inueniet? et protinus nobis dignam admirationem facere uolens, ait, Procul et de ultimis finibus precium eius, Hoc intelligens Paulus apl'us, dixit. ¶ Est autem fides sperandarum substantia rerum, argumentum nō apparentium. O q̄ procul est substantia hæc, de q̄ ultimis finibus argumentum hoc † proficiscitur, quod nō apparet neq; uidetur, tam multis interiacentibus montibus siue collibus eorum quæ uidentur, Exempli gratia. Patres inclyti, Abraham, Isaac et Iacob, et qui orti sunt ex illis (ait apostolus) tanquā sydera cœli in multitudine, et sicut harena quæ est ad oram maris innumerabilis, iuxta fidem defuncti sunt omnes, nō acceptis repromissionib⁹, sed à lōge eas aspicientes, et salutantes, et cōfitentes, qui à pegrini et hospites sunt super terrā. ¶ Nobis quoq;, qui pro tēpore quidem uiciniores rei sumus, sed tamen rem ipsam nō dum uidemus, Petrus apl'us loquitur. Inueniamini in laudem et gloriam et honorem in reuelatione Iesu Christi, quē quū non uideritis, diligitis: in quē nunc quoq; nō uidētes, creditis, credentes aūt exultatis. O igitur q̄ procul (ut iam dictum est) et de q̄ ultimis finibus precium mulieris huius, præciositas ecclesiæ huius, fides operatricis huius, aspicientis nō ea quæ uidentur, sed ea quæ non uidentur.

Eccle. j2 leg † Sed qd

Prouer. 3j. Mulier fortis eccl'ia ē ꝑ fidē

Quid ē fides. Hebræ. jj. † profertur.

I. Petri. I.

¶ Item pro dignitate eiusdem fidei, quomodo dictum sit, confidit in ea cor uiri sui ⁊ spolijs non indigebit, reddet ei bonū ⁊ non malū omnibus diebus vite sue. VI

Cōfidit in ea cor uiri sui.



Vid proinde illi? Qualem meretur gloriam in cōspectu dei? ait. Confidit in ea cor uiri sui, et spolijs non indigebit. Manifeste dictum, uenerabiliter audiendū Deus excelsus et immensus uir est coniugis huius scilicet fidei, et in ea cor eius confidit. Quomodo confidit? Eo nimirum modo, ut secreta sua non dubitet ostendere huic. Plus dicam secundum autoritatem scripturæ, quia secreta sua non potest abscōdere huic. Sic em̄ locutus est ad Abraham, in quo inuenerat fortem mulierem istam fidem istam. Num celare potero Abraham quæ gesturus sum? Scio em̄ ꝙ præcepturus sit filijs suis et domui suæ post se, ut custodiant uiā dn̄i. Magna cōfidentia tanti uiri pro cōstantia cōstantissimæ cōiugis, ut ei secreta sua celare nō possit. ¶ Sed cōsyderemus adhuc uehementiā dictiōis, qa nō dixit, cōfidit in ea uir suus, sed cōfidit in ea cor uiri sui. Deniq; utiliter perpēditur dilectio hæc, maxime, si non ignores ubi, quando, et quali facto sentētia talis comprobata sit. Et em̄ quidem in omnibus sanctis patriarchis et prophetis hoc experta est fides, quod deus uir suus in ea confideret: ostendit em̄ illi secreta sua, quæ et ipsa per os eorum et elocuta est sapienter, et signauit prudenter et fortiter. Sed est locus et fuit

Gene. j8.

Vehementia dictionis.

tempus

tempus, de de quo ueraciter dicas, nõ ſolum ita cõfidit in ea uir ſuus, ueꝝ (quod uehementius ſonat, & profundius penetrat intima mentis) confidit in ea cor uiri ſui. ¶ Vbi nã hoc inuenis? Profecto in anima ſanctę Mariæ uirginis. Ibi fides experta eſt, quod de ſemetipſa hic audiuit, confidit in ea cor uiri ſui: eterñ ibi uir ſuus ei cor ſuũ aperuit. Quali apertione? Plane magna & ineffabili, ut faceret in ea coruiri huius illud, quod prædixerat per os Dauid: Eructauit cor meũ uerbũ bonũ, dico ego opera mea regi. Lingua mea calamus ſcribæ uelociter ſcribentis. Ita cor ſuũ illi aperuit, ut ipſam ſubſtantiam uerbi æterni, in corde ſuo concepti: de corde ſuo ante ſecula geniti, mitteret in mentẽ & in uteꝝ uirginis ualde fidelis quæ per ipſam fidẽ, de qua nunc ſermo eſt, tanta diuina myſteria, angelo narrante, concepit, : deũ eñ caſtis uiſceribus ſuſcepit, & bñdicta in æternũ deũ nobis & hominẽ. † ¶ O igitur ſancta fides, quam uerus de te ſermo hic, confidit in ea cor uiri ſui, & ſpolĳs non indigebit. Quibus uel qualibus ſpolĳs, niſi eloquĳs domini, eloquĳs uiri ſui? Sic enim per os Dauid ipſa dicebat: Lætabor ego ſuper eloquia tua, ſicut qui inuenit ſpolia multa. Ergo ſpolĳs non indigebit, id eſt, ſua eloquia uir tam familiaris intelligibilia facit cognitæ ſibi fidei, certus de eo quod protinus ſequitur. ¶ Reddet ei bonum, & non malum, oñibus diebus uitæ ſuæ. Non eſt enim hæc, ſicut illa ſuperius, infamata mulier ſtulta & clamoſa, plenaq; illecebris, & nihil omnino ſciens, mulier (inquam) non fortis, immo contraria forti mulieri huic. Eſt enim impia hæreſis, & ipſa reddidit (ſicut Iudaica perfidia, ſiue ſynagoga Sathanæ) malum & non bonũ, oñibus diebus uitæ ſuæ: ſemper eñ ueritati reſiſtit dura ceruice.

Fides Mariæ maxima

Pſalm. 44.

addo† genuit.

Spolĳs nõ indigebit.

Pſalm. ĳĳ8.

Prouerbio. 31

Hæreſis reddit malum & non bonum.

Prouerb. 9

Apo. 2.

¶ Quod uel quale bonum reddat fides ſiue eccleſia fidelis, ut merito confidat in ea cor uiri ſui, ſecundum alphabetum hebraicum, cuius ſingulę literę ſingulis verſibus prefixę ſunt. Caput .VII.

QVod uel quale bonum reddidit ſiue reddit fides ſiue Eccleſia fidelis, ut merito confidat in ea cor uiri ſui? Interrogemus hoc alphabeticum Hebraicum, cuius ſingulæ literæ ſingulis uerſibus præfixæ ſunt. Aleph, Beth, Gimel, Deleth, He, Vau, Zai, Heth, Teth, Ioth, Caph, Lamech, Mem, Num, Samech, Ain, Phe, Zade, Coph, Res, Sin, Tau. Iſtę ſunt uigintiduæ literæ Hebraicę, quibus apud eos oñis ſcriptura contexta eſt. ¶ Quid ergo per hoc nobis innuitur, quod ſingulæ literę ſingulis præfixæ ſunt ſententĳs, niſi quia oñis ſcriptura diuinitus inſpirata, bonũ eſt opus mulieris huius fortis, opus fidei quod uiro ſuo reddidit. Non eñ abſq; ratione, ſed pro magnæ rationis ſignificatione, præſcribuntur & in quibuſdam Pſalmis, & in Hieremiæ lamẽtationibus, & in oſone eius, & in iſto quoq; fine Prouerbioꝝ Salomonis, ſingulaꝝ nomina literarum ſingulis ſententĳs. Quam uidelicet rationem promptum eſt agnoſci ex ipſorum nominum interpretationibus, quas interpretatus eſt uir illuſtris beatus Hieronymus, Hebraicæ linguæ peritus. Interpretatur quippe Aleph, doctrina: Beth, domus: Gimel, plenitudo: Deleth, tabulaꝝ: He, iſta: Vau, &: Zai, hęc: Heth, uita: Teth, bonum: Ioth, prĩcipiũ Caph, manus: Lamech, cor: Mem, ex ipſis: Num, æternum: Samech, adiutorium: Ain, fõs: Phe, os, nõ ab oſſe, ſĩ ab ore: Zade, iuſtitia: Coph, uocatio: Res, caput: Sin, dẽtes: Tau, ſigna. ¶ Huiuſce interpretatiõis directam primo literaturam ponamus, & deinde eiuſdem literaturæ ſecundũ ſenſum, qui in ipa eſt, conſtructionẽ faciamus. Doctrina domus, plenitudo tabularum. Iſta & hæc uita bonũ principium manus cordis. Ex ipſis æternum adiutorium, fons oris iuſtitię, uocatio capitis, dentium ſigna. ¶ Hæc eſt litera, quæ hoc modo conſtruitur. Sancta ſcriptura, quæ eſt opus fidei, opus bonum, quod catholica fides uiro ſuo deo reddidit: ipſa eſt doctrina domus, doctria Eccleſiæ, quæ domus dei eſt. Ipſa eſt plenitudo tabularum, plenitudo legis, id eſt decem præceptorum, quæ in tabulis lapideis digito dei ſcripta ſunt. Iſta plenitudo & hæc doctrina, quid ſunt niſi uita? Sermo dei enim eſt, in quo uiuit homo, quemadmodum dicit: Non in ſolo pane uiuit homo, ſed in oñi uerbo quod procedit ex ore dei. Ergo uita & bonum principium: ſubauditur uitæ æternæ. Hic enim, principium eſt uitæ in ſcriptura ſacra, ut uideamus & ambulemus per fidem: non autem conſummatio, ut iam uideamus facie ad faciem. Manus cordis, id eſt, operatio ſanctę meditationis, hæc doctrina domus, hæc plenitudo legis. Ex ipſis æternum adiutorium. Quid iſto uerius? Hic enim per ſacram ſcripturam diſcimus, quod in æternum ſciamus.

Alphabetum Hebraicum

Cur in quibuſdam pſalmis & orationibꝰ pręponuntur literę Hebraicæ.

Interpretatio literarum Hebraicarum

Sacra ſcriptura literaꝝ iſtarum interpretatõe pulchre commendat. Deut. 8

1. Cor. 13

Fons oris iustitiæ sine dubio hæc ipsa scriptura nobis est. Hunc enim haurimus illud quod ore ad salutem confitemur, & quod confitendo iustificamur. Vocatio capitis ipsa est sancta scriptura nobis, quia per ipsam uocat nos ad se caput Christus, ut membra eius effici mereamur. Dentium signa sunt hæc omnia, quia non nisi dentibus & plectro linguæ formata sonant hæc elementa, ut legi uel audiri possit omnis sancta scriptura, de tam paucis elementis tam multipliciter conscripta.

¶ De ammiranda fidei potentia, maxime in hoc dicto. Sindonem fecit, & uendidit & cingulum tradidit Chananeo. Caput .VIII.

INter cætera pulchræ huius laudationis capitula: quoniam cuncta pertractare nostri propositi non est: etenim nimis lõgum esset: istud intactum præterire nõ patior. Sindonem fecit & uendidit, & cingulum tradidit Chananeo. Denique sunt & cætera quidem ualde splendida, & secundum metaphoram Prophetæ & fortissimæ mulieris multum ad rem siue mysterium pertinentia: ab eo quod ait, quæsiuit lanam & linum, & operata est consilio manuum suarũ, usq; ad id, syndonem fecit & uendidit, sed longe supra metaphoram est id, quod ait, & cingulum tradidit Chananæo. Quid enim? Nunquid proba mulier, sicut solet quærere lanam & linum, & operari consilio manuum suarũ, sicut solet de longe portare panem suum, & de nocte id est mane surgere, sollicita unde det prædam domesticis suis & cibaria ancillis suis, sicut solet inopi manum suam aperire & palmas suas ad pauperem extendere, hisq; & alijs modis circa ministerium frequens satagere: sic solet etiam Chananeo cingulum tradere? Ergo hoc supra metaphoram est. Diligentiam adhibemus, sicut in cæteris, ita & in isto intellectum quærimus, maxime propter illud quod dictum est in anterioribus parabolis. Acceptus est, regi minister intelligens, iracundiam eius inutilis sustinebit. Dicimus itaq; cum uoce gratiarum actionis, quia totiens hæc mulier fortis Chananæo cingulum tradit, quotiens præpotens fides quempiam, qui fuerat apud homines contemptibilis, altissimo deo regi magno acceptum reddit. ¶ Chananeus quippe contemptibilis, immo & execratus deo fuit, cum adhuc esset in lumbis patris sui Cham, dicente Noe: Maledictus Chanaan, seruus seruorũ erit fratribus suis. Item secundo: Benedictus dominus deus Sem, sit Chanaan seruus eius. Itemq; tertio: Dilatet deus Iaphet, & habitet in tabernaculis Sem, sitq; Chanaan seruus eius. Valde ergo cõtemptibilis Chanaan, cuius septem gentes ad introitum filiorũ Israhel, deo iudice, terra euomere debuit, quod & fecit. Econtra fides ualde potens & ualde nobilis, quæ Chananeo tali homini, uel cuilibet simili huic secundum ignobilitatem seculi, cingulum tradere potuit, ut præcinctus ambulet ob meritum fidei quam suscepit: filijs regni, qui fidem non habent iacentibus & discinctis, aut etiam in captiuitatem ductis. ¶ Quemadmodum dicit sanctus Iob: Baltheum regum dissoluit, & præcingit funes renes eorũ. An non & Apostolus hoc dicit? Sed quæ stulta sunt mundi (ait) elegit deus, ut confundat sapientes, & infirma mundi elegit deus, ut cõfundat fortia, & ignobilia mundi & contẽptibilia elegit deus, & q̃ nõ sunt, ut ea q̃ sunt destrueret. Cuncta hæc & stulta, & infirma, & ignobilia, & cõtẽptibilia, & quasi non existentia: recte intelligis uno nomine Chananæi, quem domina fides & syndone sua uestire, & cui cingulum pro uelle suo tradere potuit & tradidit, & sola hoc fecit, ut qui seculo inhonorus habebatur, honoratus incedat corã oculis domini, & in conspectu quoq; hominum magnorũ siue paruulorũ, qui domestici sunt eiusdem fidei.

Prouerbio. 31 Cingulũ tradidit Chananæo

Prouerbi. 14.

Chananeus allegoricæ homo in hunc mundo contẽptibilis dicit. Gene. 9,

Leui. 20

Iob. 12 1. Cor. 1.

¶ Quomodo ad instructionem fidei pertineat sequens liber Ecclesiastes, uanitas uanitatum & omnia uanitas. Caput .IX.

HActenus â nobis habitus sermo, intentionem prouerbiorum spectare demonstrauit ad instructionem fidei, ex qua iustus uiuit: nunc iuxta propositum demõstrandum est, intentionem libri Ecclesiastes in eo esse, ut certam præbeat rationem spei, scilicet in quo non sperare, & in quo spem suam ponere debeat homo rationalis. Hoc facere ita incipit. Vanitas uanitatum dixit Ecclesiastes: uanitas uanitatum & omnia uanitas. Quid habet amplius homo de uniuerso labore suo, quo laborat sub sole, subauditur, nisi uanitatem? Sic à sole incipiens, quod pulcherrimum est opus creatoris, & excelsissimum cunctorum, ex quibus uita mortalium subsistit & delicias parat sibi, cuncta uani

Eccl. 1

uanitatis arguit, & ueraci utiq; redargutiõe. Præterit enim (ait & Apostolus) figura huius mundi. ¶ Nec semel dixisse contentus, uanitas uanitatũ, iteꝝ ac tertio repetiuit, uanitas uanitatũ & om̃ia uanitas, ut anĩaduertas, quam serio loquat̃ uel agat, p̃missa etiã autoritate regij nominis & ciuitatis Hierusalẽ. Ait em̃: Verba Ecclesiastes, filij Dauid, regis Hierl̃m. Tribus magnis nominibus pro utilitate audientiũ parauit huic libro autoritatem, seipsum nominans Ecclesiasten, id est, concionatorem, filiũ Dauid, & regem Hierusalem. ¶ Quid primũ est sub sole, in quo spem suam cupidus homo posuit? Vtiq; terra. Et in hoc mira dementia est, quia cum habitatio terræ huius homini, propulso à fœlicitate paradysi, data fuerit ad pœnam, scilicet, ut in sudore uultus sui operaretur eam, ipse sibi eam pręcipere cõtendit, quasi ad gloriã. Nõne hoc est uanũ, cũ dicit hõ natus ex terreno, & cras moriturus Hoc tantum terræ est meũ, & mei sunt isti tractus? Bene ergo in primis cupiditatem siue possessionem terræ, uanitatis arguit. Dicendo, generatio præterit, & generatio aduenit, terra aũt in æternum stat. Ac si aperte dicat: Frustra homines cupidi, terrã sibi subiugare, agrum agro copulare contenderunt usq; ad terminũ loci, contentione nonnunquã horribili usq; ad effusionẽ multi sanguinis: quia tot generationibus prætereuntibus, & tot aduenientibus, terra hic remansit, nec illos secuta, qui iam præterierũt: nec illos secutura qui adueniunt siue aduenturi sunt. Generatio præterijt, sicut nascendo in hunc mundum nihil attulit, ita moriendo nihil auferre potuit: & generatio quæ aduenit, siue nos ipsi qui nunc sumus (ut uerbis loquar Apostoli) sicut nihil intulit in hunc mundũ, haud dubiũ quin nec auferre quid possumus. ¶ Eandem intentionẽ & in isto, quod ait: Generatio præterit, & generatio aduenit, & in cæteris quæ sequuntur, quęcunq; uanitatis arguit, prudenter intellige: quia ipsa est, quã idẽ Apss, præmisso (ut iam memorauim⁹) nihil em̃ intulimus in hũc mundũ, haud dubiũ quin nec auferre quid possumus, protinus expressit, dicens: Habentes autẽ alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus. Nam qui uolunt diuites fieri, incidunt in tentationem & laqueum diaboli, & desideria multa inutilia & nociua, quæ mergunt homines in interitũ & perditionem. Radix enim omniũ maloꝝ est cupiditas. Quam quidem appetentes, errauerunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis. Quid aliud dicit Ecclesiastes, totiens repetendo, uniuersa uanitas & afflictio spiritus? Hoc etiam dicens inter cætera, quid enim proderit homini de uniuerso labore suo, & afflictione spiritus, qua sub sole cruciatus est? cuncti dies eius doloribus pleni sunt, nec per noctem mente requiescit.

j. Cor. 7.
Tria nomina hic Salomõis ad maiorẽ autoritatẽ libri.
Vanitas in terrenorum concupiscentia.
Gene. 3.
j. Tim. 6
Nihil itulim⁹ in hunc mundum &c.
Ecci. 2

¶ Quomodo iure vanitatis arguuntur omnia quę fecit deus sex diebus in comparatione diei septimi, in quo requieuit. Caput .X.

MAgnum est scripturæ huius negocium, & magnum concionis huius emolumentum: si, concionatore isto loquente, præ oculis habens duo opposita hæc, hinc uanitatem, & inde ueritatem: & inter utrunq; clare discernas, & legitima diffinitione utrunque diffinias. Est autem hæc diffinitio uanitatis, quam Paulus Apostolus satis breuẽ pene expressit, dicendo: præterit enim figura huius mundi. Vanũ quippe constat esse om̃e quod præterit, & prætereundo possessorẽ siue cupidũ sui, fallit & eludit. Porro ueritatis diffinitionem, quam aliam dare possumus dignam, nisi ut dicamus, ueritatem illud esse quod semper id ipsum est? Illud enim, quia non præterit neminem fallit, neq; contingit in hac optima parte, quod euenit in parte uanitatis, his de quibus scriptũ est, dormierunt somnum suum & nihil inuenerunt omnes uiri diuitiarum in manibus suis. ¶ Et quidem illud, quod semper est idipsum? Eamus ad caput libri, ad initium scripturaꝝ ueritatis, quia illic est magnum & euidens ostium rationis, unde possimus ueritatem à uanitate certis disparare terminis. Sex quippe diebus om̃e opus suum cœlum & terram & oẽm ornatũ eoꝝ ꝑfecit, & die septimo opus suũ cõpleuit. De quo uidelicet die septio, me in alio opere dixisse memini, quia natura primus est, qui ordine septimus habetur. Vnde & de illo die, quo dixit deus, fiat lux et facta est lux, et diuisit lucem ac tenebras: non sic scriptum est, factumq; est mane et uespere dies primus: sed, factumq; est uespere et mane dies unus Sex quippe dies sunt omniũ creaturaꝝ, sex primæ species, per quas creator cognosci debet: Propter quod et dicuntur dies, id est, oculos cordis nostri, ad cognoscendum creato-

Discernendũ ex Ecclesiaste inter uanitatẽ & ueritatem.
j. Cor. 7
Psalm. 75
Quomõ differunt sex dies creatõis a die septimo

rem illuminantes: quæ uidelicet creaturæ angelica creatura prima, & humana natura sexta est. Septimus dies (ut iam dixi) natura primus est, quia sapientia est, in qua deus omnia fecit: quia uerbū est, per quod omnia facta sunt, & in isto deus requieſcit. Et deo quidē primus est iste dies, quia in ipso uidit omnē creaturā priusquā faceret: nobis autem septimus est, quia prius cognoscimus creaturā, & per ipsam cognoscimus, quia creator magnus est.

Gene. 2 Differunt cōplere & requiescere

¶ Notandum ergo, quia sicut dictum est, compleuitq; deus die septimo opus suum, & non dictum est, omne opus suum quod fecerat, dictum est autem, & requieuit die septimo, ab uniuerso opere qnod patrarat. Nam ab omni quidem opere requieuit, ut nullam deinceps nouam speciem crearet, sed si rite perpendis sensum uerbi huius compleuit, non omne opus suum, sed solam rationalem creaturam die septimo compleuit: nec ipsam uniuersam, sed solam electionem quę per humilitatem illo die septimo dignam sese exhibuit. Quid nam est die septimo cōpleri, in quo deus requieuit, nisi introire in illam requiem domini, quę plenitudo est beatitudinis: cuius & Apostolus magnifice meminit: Ingrediemur enim (ait) in requiem qui credidimus, quemadmodum dixit, sicut iuraui in ira mea, si introibunt in requiem meam, & cætera usq;, qui enim ingressus est in requiem eius, etiam ipe requieuit ab operibus suis, sicut & à suis deus.

Heb. 4

¶ Quod non tam ipsa creatura quàm creaturę usus immoderatus uel amor peruersus, rectę uanitatis arguatur: quomodo dicit scriptura, & uidit deus cuncta quę fecerat, & erant ualde bona. Caput .XI.

Gitur hic habemus certis disparata terminis duo oppositа hęc, uanitatem & ueritatem: uanitatem uidelicet, in senario creaturæ numero: ueritatem, in requie dei, scilicet in die septimo. Ergo ne (inquis) creatura uana est, aut opera dei uana sunt, & ipse deus uanitatis autor est. Nonne cuncta dei opera potius bona sunt, sicut ibidem scriptura dicit, & uidit deus cuncta quæ fecerat, & erant ualde bona? ¶ Ad hæc inquam. Plane uanitas est creatura omnis, in cōparatione requietionis, qua deus in die septimo requieſcit, & ex eo uanitatis arguitur creatura rationalis qnæcunq;, quod requiem quærit in temporalibus siue uisibilibus istis, & in illis æternis atq; inuisibilibus bonis, requiei domini, fundamentum spei non sibi collocauit. Verumtamen hic non tam ipsa creatura, quàm creaturæ usus uel amor immoderatus uanitatis arguitur. ¶ Exempli gratia, dum circa solis pulchritudinem ita sese impendit humana mens, ut hunc esse deum putauerit, & huic creaturæ potius quàm creatori seruire delegerit: nec solum huic, uerumetiam cæteris creaturis, maximéq; quatuor elementis igni & aeri & terræ & aquæ nomina diuinitatis ascripserit. Propterea merito cuncta hæc scriptura uanitatis arguit, & in primis solem, dicens: Oritur sol & occidit, & ad locum suum reuertitur, ibiq; renascens gyrat per meridiem, & flectitur ad aquilonem. Nimiq; in ortu eius, & occasu in gyro eius australi & reflectione aquilonari, quia magna est mutabilitas, magna est & uanitas: quia nec homini laboranti satis grata est productior lux, dum sol ad Aquilonem reflectitur: nec his qui in auibus ludunt, semper placet longanimitas tenebrarum, dum gyrat per austrum. Similiterq; in cæteris uarietatibus diei & noctis, æstatis & hyemis, ueris & autumni: Sunt quidem multa humanæ infirmitatis remedia, sed multa nihilominus anxietatis tædia: quia nulla in his sufficientia, immo in omnibus magna indigentia est. Propterea nec in his nec in aliquo eorū, quæ sub sole sunt uel fiunt, est sperandum siue confidendū q; cuncta uana, cuncta transitoria sint. ¶ Hac intentione cūcta uanitatis arguit, tandemq; ipsum hominē, cuiuscunq; spes ultra uel extra hæc pedem suum non extendit. Ait enim: Iccirco interitus unus est hominis, & iumentorū, & æque utriusq; conditio. Sicut moritur homo, sic & illa moriuntur. Similiter spirant omnia, & nihil habet homo iumenis amplius. Cūcta subiacent uanitati, & omnia pergunt ad unum locum. De terra facta sunt, & in terram pariter reuertentur. Non ergo sperandum in homine, quàmuis diuino, quàmuis potente. ¶ An non & ante istum, pater Dauid idem senserat? Nolite (ait) confidere in principibus, in filiis hominum in quibus non ē salus. Exibit spiritus eius & reuertetur in terrā suam, in illa die peribunt omnes cogitationes eorū. Nonne proinde constat, quod ipse homo sit

Gene. 1 Vanitas hominū in rebus tēporalibus.

Sol uane pro deo habitus ē

Eccl. 1

Cur uanitatis arguit cuncta Eccl. 3

Psalm. 146 Nolite confidere in principibus

mo sit uanitas. Hinc idē alibi dicit: Veruntñ uniuersa uanitas, oñis homo uiuens. Statimq; duobus hoc ipsum uersiculis astruit, quod hic explicatur longiori disputatione cōcionatoris. Veruntamen (inquit) in imagine pertransit homo, sed & frustra conturbatur. Thesaurizat & ignorat cui cōgregabit ea. Plane idem sensus ē in plurimis horū quæ hic dicit, addens etiam hæc. Rursus detestatus sum, omnem industriam meam et q̄ sub sole studiosissime laborauī, habiturus hæredem post me, quem ignoro utrum sapiens an stultus sit futurus, et dominabitur in laboribus meis quibus desudaui et sollicitus fui. Et est quicquam tam uanum? Psal. 38. Ecclesiastes. 2

¶ De eo quod ait, deum time & mandata eius obserua, hoc est enim omnis homo, & quod absq; timore dei, omnis homo uiuens sit uanitas. Ca. XII.

PRo intentione libri huius Ecclesiastes, ad hoc breuiter dicendum, quod in solo sit deo sperandum, quoniam satis dictum arbitramur pro eo, neq; quod in homine neq; in alia creatura sperandum sit. In plærisq; Psalmoꝝ sic fecerat et pater Dauid. Vbi dixit quod supra memorauimus. Veruntamen uniuersa uanitas, oñis homo uiuens, et cætera. Hoc demonstrare intendens, quod neq; in homine neq; in thesauro hominis sperandum sit, protinus ait: Et nunc quæ est expectatio mea? Quod idē est, ac si dicat. In quo ergo sperabo? Nonne in dño? Itemq; cum dixisset: Nolite confidere in principibus in filijs hominū, in quibus non est salus: causam quoq; subiunxisset cur in illis nō sit sperandū, dicens: Exibit spūs eius, uidelicet hoīs, et reuertetur hō in terrā suā, in illa die peribunt oñes cogitationes eoꝝ, protinus exclamauit: Beatus cuius deus Iacob, adiutor eius, spes eius in dño deo ipsius. Et cætera usq; ad finē Psalmi. Quibus in uerbis spē excitare nititur excitatione rationabili, ut bonū quod permanet præferendū esse sentias oñi quod transit. ¶ Iuxta hunc sensum cōcionator iste, concionis multitudinē ab immoderato amore reꝝ transeuntiū reuocare, & ad æternorum spem bonoꝝ excitare cupiens, & hoc multiplici ratione peragens, talē in ultimo facit conclusionē. Finē loquendi oñes pariter audiamus. Deū, time, & mandata eius obserua. Hoc est eñ oñis homo. Et cuncta quæ fiunt, adducet deus in iudiciū, pro oñi errato, siue bonū siue malū sit. ¶ Quō sapit tibi in palato cordis quod dixit, hoc est eñ oñis homo? Verbū Est, qualē sensum efficit intellectui tuo? Talem nimiꝝ efficere debet, qui pertineat ad eandē rationē, qua dixit æternus & incōmutabilis deus. Ego sum qui sum. Hæc dices filijs Israhel. Qui est, misit me ad uos. Egerat eñ ab initio libri de correptione uanitatis, & cuncta corripiens siue discutiens cōprobauerat: quia oñe uanū, oñe quod transit, utiq; sic est, quasi non sit, nec ipsum hominē excipiens quicunq; in uanitate ambulauit. Ait eñ: Dixi in corde meo de filijs hominū, ut probaret eos deus, & ostenderet similes esse bestijs. Iccirco unus interitus est hominis & iumentoꝝ & æqua utriusq; conditio. Et cætera, quoꝝ supra meminimus, cū illo Psalmi uersiculo. Veruntamen uniuersa uanitas, oñis homo uiuens. ¶ Vt ergo sciat oñis contio, per quid fieri debeat, ut humana creatura liberetur à seruitute corruptionis: Homo iam nō sit uanitas, habens esse, habens participationē in idipm, cū æterno illo, qui dicit, ego sum qui sum. Hoc est (ait) oñis homo, deū timere, & mandata eius obseruare. Ablatiuo casu dictū grāmatici, intelligunt hoc, ac si diceret. Deū timendo & mandata eius obseruando, accipit esse homo, & gratia est, adhærendo deo, qui natura est. Nā qui adhæret deo, unus spiritus est. Alías aūt hō siue sit rex Israhel in Hierusalē, siue rex in Babylone præpotens, quantiscunq; affluat delicijs, & fruatur bonis, ædificans sibi domos, & plantans uineas, faciēs hortos & pomeria, et extruens aquarū piscinas, possidens seruos et ancillas, armenta quoq; et magnos ouiū greges, coaceruās sibi argētū et aurū, faciēs sibi cātores et cātatrices, scyphos et urceos ad uina fundenda, quid prodest? Et hæc oñia uana sunt, et ipse uanitas est. In nulla creatura sperādū. Deū time, & mādata eius obserua. Ecci. 12 Psalm. 38 Psalm. 145 Exo. 3 Ecci. 3. Hoc est oñis homo Quō liberat hō a seruitute corruptionis Psalm. 72 Ecci. 12. 1. Cor. 6 Ecci. 2

¶ Quod hęc duo, fides quę in parabolis instruitur, & spes quę in Ecclesiaste roboratur, operētur per tertium, scilicet per charitatem, quę in canticis loquitur. Caput .XIII.

HAec duo, scilicet fides, quā designauimus in parabolis prædicari, et spes, quæ in Ecclesiaste roboratur, per multa argumenta contemnendæ uanitatis, operantur per tertium, scilicet per charitatem, quæ aperta facie loquitur, sic incipiens. Charitas i cātics prædicat

Can.j. Oſculetur me oſculo oris ſui, De cunctis uocibus libri huius, non opus eſt nunc aſtruere, quod ſint uoces charitatis ſignificantes affectum quatuor perſonarū Chriſti deſiderabilis, & Eccleſiæ deſiderantis, amicorum & adolenſcentularum, intendentium audire uocem ſponſi dilecti, & uocem ſponſæ dilectæ, & pro hoc auditu gaudio gaudere. ¶ Piget nos ſe-

Opus ſeptem librorū Rupti in Cantica. gnes, & fatemur, quia pig et nos diutius hic immorari. Præſertim quia proprium edidimus olim opuſculum, de iſtis Canticorum canticis, diſtinctum ſemptem libellis, ad honorem dominæ noſtræ ſanctæ Mariæ perpetuæ uirginis, quæ uera ſponſa principaliter amici eſt æterni, ſcilicet dei patris, ſponſa nihilominus & mater filij eiuſdem dei patris, templum proprium charitatis, id'eſt, ſpiritus ſancti, de cuius operatione illum concepit, qui uidelicet ſpiritus ſanctus charitas eſt patris & filij. Opus illud accipiat quicunq; audierit auditor benevolus, non ſicut contrarium priſcis doctoribus, qui in eiſdem Canticis latius amorem expoſuerunt ſanctæ Eccleſiæ, ſed ſicut aliquid ſupererogatum ultra lectionem ipſorum adunando & congregando uoces tam magni tamq; diffuſi corporis Eccleſiæ in unam animā ſingularis & unicę dilectæ Chriſti Mariæ. Quia nihil huic diſconuenit omnium eorum, quæcunq; dici uel cantari poſſunt de magno & ſancto amore dilectæ & diligentis Chriſtum Eccleſiæ, De iſta, duntaxat ſcriptura hoc dicimus, quæ tota eſt cantabilis: nam in cæteris ſcripturis multa ſonant lamentabilia pœnitētis Eccleſiæ, in plęriſq; peccauit, pro quorum parte cū fructibus pœnitentiæ lamentatur & gemit. Et hæc infra dignitatē ſunt huius beatæ uirginis, cuius uita integerrima non habuit, cur gemeret, niſi uulnus charitatis, propter dilationem plenæ atq; perfectæ beatitudinis in tempore huius peregrinationis.

¶ Quomodo in tribus iſtis, fide, ſpe, & charitate. utiliter ſpeculari poſſumus, quo modo magis ac magis ad cognitionem ſanctę trinitatis erudiamur.

Caput .XIIII.

Epilogꝰ in tres libros Salomonis

MEmores eſſe debemus propoſiti ſiue intentionis, qua ſermonem cępimus habere de fide, ſpe, & charitate, ſecundum libros iſtos tres Salomonis, ſcili cet ut in iſto quaſi ſpeculo, horum trium fidei, ſpei, & charitatis, quandam ſpecularemur ſimilitudinē ſanctæ trinitatis: quia per hæc tria reformauit hominem ad ſimili-

Gene.j. tudinem ſuam, iuxta propoſitum quod propoſuerat dicendo: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. In iſta ergo diuinæ ſimilitudinis claritate, in tribus iſtis fide, ſpe, & charitate, eſt quod utiliter ſpeculemur, quo aliquantiſper magis ac magis ad cognitionem eiuſdem ſanctæ trinitatis erudiamur, quam nunc in ſua maieſtate uidere nequimus. Ecce intelligimus & ſcimus, quia fides per ſpem & per charitatem, ſpes quoq; per fidem & per charitatem operatur ea, quæ in iſtis tribus libris, Prouerbiorū, Eccleſiaſtes, & Canticoꝝ continentur. ¶ Fides nanq; per ſpem & per charitatem hoc operatur in homine,

Quid opaꝫ fides in homie. ut accedat ad illam, quam ſapientia ædificauit ſibi domum, ut ad conuiuium uictimarum quas illa immolauit, ad bibendum uinū quod illa miſcuit, ad edendum panem menſæ quē illa propoſuit, taliter præparata mente, ut ſimilia retribuere uelit, ſcilicet animam ponere

Prouer.9. Iohan.jo. pro illo, qui prior in tantum dilexit nos, ut animam ſuam poneret pro nobis. ¶ Spes per fidem & per charitatem hoc operatur in homine, ut etiam ſi perſecutor deſit, qui & facultates terrenas auferre & corpus ſolet occidere, ipſe intelligēs, quia uana id eſt, tranſitoria ſunt

Quid operatur ſpes omnia, relinquat ultroneus ea quæ poſſidet, iuxta conſilium dicentis, ſi uis perfectus eſſe, uade, uende uniuerſa quæ habes, & da' pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo, &

Mat.jꝯ. ueni, ſequere me. Quantum eſt quod ſpeculari poſſumus in iſto ſpeculo ſiue ænigmate de illa altiſſimæ trinitatis claritate, cuius faciem nunc non poſſumus uidere? Exiguum quidem, ſed hoc ipſum iam aliqua uitæ æternæ ſcintilla nobis eſt Hæc eſt aūt uita æterna (ait

Iohan.jj7 Quid nobis ad ſalutē neceſſarium eſt. ipſe filius dei) ut cognoſcant te ſolum uerū deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. ¶ Quid ergo eſt illud quantulumcunq;, quod uidere nunc poſſumus, per hoc ſpeculū, in iſto ænigmate? Nimirum opus illud quod neceſſarium nobis eſt ad æternam ſalutem credere &

Rom. 8. ſcire, quia deus pater per charitatem ſuam, id eſt, per ſpiritū ſanctum, proprio filio ſuo mandatum hoc dedit ut pateretur pro nobis, & ipſe filius per eandē charitatem ſuam, id eſt, per

Phil.2 Eſa.53 eundē ſpiritū ſanctū, mandatū hoc ſuſcepit, obedire uſq; ad mortem, mortē autem crucis. Quali cum ſpe? Illa nimirū, quam per Eſaiam nobis annunciauit ſpiritus ſanctus, dicens:

Si poſue

Si posuerit pro peccato animam suam, uidebit semen longæuum & uoluntas domini in manu eius dirigetur. ¶Ipse autem pater quali uel quanta fide? Fidelis enim in omnibus uerbis, & in isto maxime. Et oīa opera eius in fide, & opus istud præcipue. Quali ergo uel quanta fide mandatū dedit huius obedientiæ, mandatum huius patientiæ. Nimirum tali fide, qualis est ipse: tanta fide, quantus est ipse, fide admirabili, fide inseparabili, fide perseuerantissima, fide uictoriosissima. Quantis irritatus est malis hominum, quàm maximis peccatis? Attamen perseuerauit in proposito uel promissione tanti boni, & quæ processerant de labrīs sui irrita non fecit. Pro quo & Dauid sollicitus: Miserere mei (ait) ut iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cum iudicaris. Quantis regibus, quantis regnis armatus diabolus, hoc propositū eius auertere laborauit? Attamen euicit fortissimus deus, & sicut ꝓposuerat, ecce filius eius deus & hō sedet à dextris eius. De illa perseuerantia fidelis & fortis dei, nostrū illā opus existit in duodecim libell', q̄d intitulat' de uictoria uerbi dei.

Psalm. 144
Psal. 32.
Deus maxiē fidelis in uerbis & promissis suis

Psalm. 88
Psalm. 50.

¶Quod in scripturis antiquis nomina hęc fidei, spei, & charitatis fere ita raro inueniātur cum res ipsarum, ubique prædicentur, sicut relatiua nomina, patris, & filij, & spūs sancti, aut tacētur, aut rarissime & cum cautela ꝓnunciātur. Ca. XV.

Nouum testamentum longe clariꝰ q̄ uetus prædicat tum absoluta tum relatiua nomina trinitatis

Præclara hodie in Euangelicis & Apostolicis literis, & in ore totius Ecclesiæ prædicatio est horum trium, fidei, spei, & charitatis. Olim non ita. Quotus em̄ est locus in scripturis ueteris instrumenti, ubi manifestatio luceat proprijs nominibus facierū istarū, fidei, spei, & charitatis? Notū quidem & certum est, omnē scripturam diuinitus inspiratam, res ipsas siue uirtutes intendere, quæ significantur nominibus istis: sed cū ita sit, nihilominus absoluta eadē nomina fere ubiq; prædicet, quod iam ex parte monstrauimus. Relatiua hæc nomina, quæ sunt pater & filius & spiritus sanctus, aut tacuit, aut rarissime, & cū cautela, & nusquam simul iuncta pronunciauit. ¶Exempli gratia. Cum (sicut superius demonstratū est) fere cuncta, quæ dixit Salomon in parabolis, pertineant ad gloriam fidei, ubi hoc ipsum nomen quod est fides palam annuncia uit? Item in Ecclesiaste, cum fere cuncta, quæ illic per multa dicūtur argumenta hominē prouocent ad coronā spei, ubi spē ipam nominauit? In Canticis canticorū cū fere cuncta p tineant ad sacramentū charitatis, ipam charitatē non multis uicibus noīe ꝓprio noīauit, dicēdo media charitate constrauit, & alibi, aquæ multæ non poterunt extinguere charitatē Itēq; alibi: ordinauit in me charitatē. ¶Verū hoc nomē charitatis liberius poterat anuunciari, siue declamari, etiā pueris illis, hoibus carnalibus illis, qui nescirent, nec scire curarent quid fides, quid spes, quid spūalis dilectio sit, & forte charitatē sufficientē reputarent uiri & mulieris, siue mariti & uxoris, parentū & filiorū, cęterarūq; cognationū, siue affinitatū dilectionē carnalē. ¶In diuinis sermonibus de illa charitate agitur, cuius est Ecclesiastica diffinitio hæc, diligere deū ꝓpter ipm, & proximū non qualēcunq; sed inimicū hominē diligere propter deū. Nunquid si huiusce dilectōis capaces essent hoies. Dixisset eis lex, diliges amicū tuū, & odio habebis inimicū tuū? ¶Similiter de fide sentiendū. Si em̄ fidei capaces tunc essent homines, per quam Abraham iustificatus est, nunquid posita fuisset lex? Et ut per filitudinē sermo iste magis placeat, nunquid ancillā duxisset Abraham, nisi sterilis fuisset libera? Verum nos de his latius alio in opere tractauimus.

Can. 5
Can. 8
Can. 1
Charitas Iudæorū carnal'

Charitas diuina
Mat. 5
Fides Abrahę
Gene. 15
Rom̄. 4
Gene. 16.
Gal'. 4

¶Item de fide, spe & charitate, quod per hęc tria in sanctis scripturis assimiletur sancta trinitas, & de capitulo Apostoli, tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum, quid sit cognoscere vel cognosci. Caput XVI.

Hic propositū fuit demonstrare, quod hæc tria sint, per quæ homo ad illā dei filitudinē reformetur qđ in initio ꝓposuit dicens: Faciamus hoiem ad imaginē & filitudinē nostrā. Vñ & Apls Iohānes, scimus (ait) qa cū apparuerit, sīles ei erimus: qm̄ uidebimus eū sicuti ē. Quātū putas iocūditatis habet demōstratio siue intelligētia hęc: nā beati qdē sancti ꝓphetæ ꝓ eo, qđ in manu eorū, dns assimilatus ē, sicut in Oseæ dicit. Et nos iā añ meminimus, & locutus sum sup ꝓphetas, & ego uisiōes multiplicaui & in manu ꝓphetarū assimilatus sum, sed nihilominus sancti & electi oīes beati, quia sancta trinitas, unus deus pater & filius & spiritus sanctus, per hæc tria, fidē, spē, & charitatē, assimilatur eis. Hic assimilatiōis modus est uniuersalis.

1. Iohan. 3
Dominus assimilatus in ꝓphetis.
Osee. 12

¶Habuerunt sancti Patriarchæ Abraham, Isaac & Iacob (qui & ipsi Prophetæ fuerunt) quasdam proprias in semetipsis assimilationes patris & filij & spiritus sancti: quod & suo loco commemora uimus: sed hæc est assimilatio uniuersalis, claritas fidei, spei, & charitatis. Quæ uidelicet assimilatio in æternum manebit. ¶Delectamur rei magnitudine, sed labor ē in delectatōe, dū sermo deficit inualidus, & quantillū in mente suggerit spūs, fari gestiēs līgua nō assequitur. Capitulū quippe magnū est, in quo uel circa quod pene defessus animus, iam terminare properat, sermonem habitū de his tribus. Quod capitulum? Nunc (inquit Apostolus) cognosco ex parte. Tunc autē cognoscā sicut & cognitus sum. Nunc autē manent, fides, spes, charitas tria hæc. Maior autem hoꝝ est charitas. Qua enim uoce, qualibus uerbis, hoꝝ possumus uerboꝝ sensum consequi? Verbū quippe cognitionis duarum quendam significat contractum siue sensum conscientiaꝝ, nimiam nimisq; familiarem habentē fidutiam in alterutrū, qui neq; per lectionem, neq; per auditionē, sed per solum satis anima scire potest experimentū. ¶Multū est quod sacra scriptura de mutua cognitione spiritus dei & spiritus hominis agit per similitudinē. Exempli gratia: Et gaudebit sponsus super sponsam, & gaudebit super te deus tuus. Quod ergo dicit, tunc cognoscam sicut & cognitus sum, uerbo cognitionis sempiternū insinuare uolens uium charitatis, siue torrentem uoluptatis, redundantē ex secreto diuinitatis in interiora animæ diligentis, quis digne uerbis explicare possit? Absconditū est à nobis toto huius nostræ peregrinationis tempore: propter quod Psalmista suspirās dicit. Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ domine, quam abscondisti timentibus te. Si absconditum est ab omni uiuente, immo peregrinante in ista mortalitate, ut recte dicat, nunc cognosco ex parte. Quid nam est nunc cognosco ex parte, præsertim quia subiungit. Tunc autē cognoscam sicut & cognitus sum? Per suprascriptam similitudinem in hoc sensu adiuuemur, qua dictū est, & gaudebit sponsus super sponsam, & gaudebit super te deus tuus. Nunquam enim spōsa plene cognoscit sponsi affectū, nisi dum per naturalē, cōmixtionē fiunt corpus unū. Ibi plane dicere potest nunc cognosco sicut & cognita sum.

Materia ienarrabilis anio p spm̄ suggesta

j.Cor.j3

Tūc cognoscā sicut & cognitus sum.

Esa.62

Psalm̄.30.

j.Cor.j3.

Esa.62.

¶Quo sensu vel qua intentione dixerit apostolus: nunc autem manet fides, spes, charitas, tria hęc: maior autem horum est charitas, ꝛ quod hęc tria sunt inseparabilia, sicut ꝛ ipsa trinitas. Caput .XVII.

Quæstio

TAndem & illud quæsitu dignū est, quo sensu uel qua intentione dixerit Apostolus, nunc autē manent fides, spes, charitas, tria hæc, maior autem horum ē charitas. Nam in beata trinitate, cuius in anima hominis similitudinem per hæc tria formari iam diximus, fidem, spem, & charitatem: certum nouimus, quia nihil prius aut posterius, nihil maius est aut minus, sed totæ tres personæ coæternæ sibi sunt & coæquales. Hic autem in ista imagine siue similitudine, est maius, & est minus: est prius, & posterius: & non parua inæqualitas, cum & supra dixerit. Et si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum. Et deinde compositis tribus istis, fide, spe, & charitate, dicat, maior autem horum est charitas. ¶Ad hæc (inquam) fides uera nunquam sine charitate. Et charitas uera nunquam sine fide est. Sicut indiuisus est unus & trinus deus, pater & filius & spiritus sanctus, sic indiuisa est una & trina uirtus, fides, spes, & charitas, quæ respectu trinitatis in anima hominū efficitur. ¶Veꝝ de Apostolo scire debemus: quia est, ubi suo sensu fidē prædicat, & est, ubi sensu alioꝝ sic de fide loquitur, ut eos, qui quasi de fide nimis præsumūt, arguat & corripiat. Deniq; suo sensu fidē prædicat, ita ut fidē, spem, & charitatē, quia uere inseparabilia sunt hæc, simul cōprehendat cum dicit. Ei uero qui non operatur, credenti autem in eum simul qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iustitiam. Et subinde Dicimus enim quia reputata est fides Abrahæ ad iustitiam. Item: Non enim per legem promissio Abrahæ, ut hæres esset mundi, sed per iustitiam fidei. Hęc & cætera cum dicit, nimiꝝ fidē prædicat, non mortuam aut nudā, sed feruore charitatis uiuā, corona spei ornatā. ¶Et sicut sanctā trinitatē uno interdū patris nomine inuocamus: Exempli gratia, cum dicimus: pater noster qui es in cœlis: ita et hic fidem, spem, & charitatem uno prædicat & subintelligi uult nomine fidei. Porro illorum, quibus loquebatur, scilicet Corinthioꝝ sensu, quasi fidem à charitate seiunxit, dicendo (qd̄

Responsio. Fides uera nūquā sine charitate est.

Apl's de fide dupl'r loquit̄ Rom̄.4

Mat.6

j.Cor.j3

do(quod supra meminimus)Et si habuero oẽm fidem,ita ut montes transferam,charitatem autem non habuero,nihil sum.Illi nanq; fidem à charitate longe seiungebant,quia cũ sine charitate essent,fidem Christi se habere putabant.Quapropter &redarguit eos,sic incipiens.Obsecro autem uos per nomen domini nostri Iesu Christi, ut idipsum dicatis, & non sint in uobis schismata Significatum est mihi de uobis,fratres mei,quod contentiones sint inter uos.¶Hoc autem ab initio non expediebat,ut primum prędicaretur,scilicet fidẽ nihil prodesse nisi per dilectionem operetur,uel quod(sicut ait Apostolus Iacobus)Fides mortua sit sine operibus.Magna cum cautela & discretione prouidendum nouerat,qua tenus in primis saltem nomen domini Christi Iesu, à rudibus & eatenus Idolatris populis reciperetur,& deinde opera bona super ędificarent.Propter hoc sapiẽti architecto iure se ipsum assimilauit,dicens eisdem Corinthijs.Secundũ gratiam dei,quæ data est mihi,ut sapiens architectus fundamentum posui,alius autem superædificat & cætera.

j.Cor.j3

j.Cor.j.

Paulus fuit sapiens architectus. Gal.5 Iaco.2

j.Cor.3.

¶Orandum esse,vt quoniam per hęc tria reformamur ad similitudinem trinitatis,augeat in nobis fidem,augeat spem,augeat charitatem beata trinitas. Caput .XVIII.



Voniam igitur per hæc ad similitudinem tui reformamur,auge in nobis fidem auge spem,auge charitatem,o beata trinitas. Hæc sunt enim diuitiæ nostræ, hic thesaurus noster,hæc uita nostra,o beata trinitas.Hæc sapientia nostra,hæc fortitudo nostra,hæc gloria nostra,o beata trinitas.Hoc desiderium nostrum, hoc fundamentum nostrum sempiternum.Hæc lux oculorum nostrorum,o beata trinitas.Hęc iustitia nostra,hæc lætitia nostra,hoc gaudium nostrum,o beata trinitas.Hæc misericordia nostra,hæc consolatio nostra,hæc fiducia nostra,o beata trinitas.Hoc decus nostrum,hæc uictoria nostra,hæc corona nostra,o beata trinitas.Hæc igitur auge in nobis ut in æternum uiuentes benedicamus tibi.

Oratio ad beatã trinitatẽ.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE GLORIFICATIONE TRInitatis,& processione sancti spiritus. Lib.VIII.

Psalm.j36.

¶Confessionem siue laudem sanctę trinitatis canticum esse domini, quod ad interrogationem hęreticorum non debeat cantari in terra aliena Super flumina Babylonis. Ca.I.



ANTICVM DOMINI IAM CANTARE gestamus,hymnum de canticis Syon.Verba cantionũ,quibus uel qualibus sancta trinitas deus deorum laudatur in te o superna Syon sed cantum nostrum fletus intercipit, dum adhuc sedemus hic super flumina Babylonis. Quid ergo? Cessabimus cantare,& in salicibus in medio eius suspendemus organa nostra, dicentes: Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena? Minime cessabimus,immo non interrogati, cantabimus ultro uerba cantionum domini. Neque enim interrogamur aut interrogari uolumus ab his qui captiuos duxerunt nos. Solent Babylonij,scilicet,filij huius seculi, confusione digni, interrogare uerba cantionum,non ut ipsi capiant fidei fructum, uel ut nos pascamus,† & oblectemus auriculas eorum.Maxime, ut pro uelle ipsorum in peruersum trahamus uoces scripturarum,quæ cantiones domini sunt,qualium uidelicet Babyloniorũ deterrimi hostes sanctæ trinitatis,Arriani extiterunt.¶Confortemur ad cantandũ,non obliti Hierusalem,id est,intentionem non terrenam,sed cœlestem,& hanc uidelicet supernam Hierusalẽ propositã habentes,in principio lætitię nostræ,qđ est principalẽ causam hanc habere cãtãdi.i.prædicãdi gloriã sanctæ trinitatis,ut nõ hominibus eiusmodi, sed ipsi uero uni ac soli deo me

lege † sed ut Cantiões domini sacra scriptura

deo mereamur placere. Confortemur (inquam) & ut constantes simus, recordemur quid hic acciderit, quid uel qualiter in Babylone gestum sit. Primo ipsam rem gestam siue historiam sacram ponamus, & deinde mysterium ad consolationem nostri subscribamus.

¶ De tribus pueris victoribus in medio babylonicę fornacis, quod in eis sancta trinitas auxilij sui pręsentiam contra caput idolatrię demonstrauerit pariter, et significauerit. Caput .II.

Deut. 3 Historia triũ puerorum in camino.

NAbuchodonosor rex fecit statuam auream, altitudine cubitorum sexaginta, & latitudine cubitorum sex, & iussit præconis uoce clamari. Vobis dicitur populis tribubus & linguis. In hora qua audieritis souitum tubæ & fistulæ & cytharæ, & sambucæ, & psalterij, & symphoniæ, & uniuersi generis musicorum cadentes adorare statuam auream, quam constituit Nabuchodonosor rex. Si quis autem non prostratus adorauerit, eadem hora mittetur in fornacẽ ignis ardentis. Hoc edictum cõtemnentes, & hanc pœnam non metuentes tres pueri Sydrach, Misach, & Abdenago, missi sunt in caminũ ignis, & non tetigit eos om̃ino ignis, neq; contristauit, nec quicquam molestiæ intulit. Tunc Nabuchodonosor rex obstupuit, & ait optimatibus suis. Nonne tres uiros misimus medium ignis compeditos? Quibus respõdentibus, uere rex. Ecce (inquit) ego uideo uiuos quatuor solutos, & ambulantes in medio ignis, & nihil in eis corruptõis, et spẽs quarti similis est filio dei. Hoc miraculum in tm̃ apud Nabuchodonosor ualuit, ut diceret. Signa & mirabilia fecit apud me deus excelsus. Placuit ergo mihi p̃dicare signa eius qnia magna sunt, & mirabilia eius, quia fortia, & regnũ eius, regnum sempiternũ: & potestas eius in generatõe & generationẽ. ¶ Hæc res gesta, res tã uictoriosa, nonne tam gloriose sanctam trinitaẽ in istis tribus pueris prædicat, sicut alia res gesta in tribus angelis, quos Abraham hospitio suscepit, eandẽ trinitatẽ significauerat? perpulchra & delectabilis est consideratio hæc. Si perpendas siue recogites, quia beatæ trinitati, & in istis tribus pueris carneis, & in illis tribus pueris angelis, unum idemq; negotiũ fuit. ¶ Qđ uel quale negotium? Nimirum istud ualde magnum negotiũ, & cura pergrandis, ut impleretur uerbũ promissionis: illic, ut nasceretur Isaac, principium seminis uel genealogiæ nascituri Christi: Hic, ut consolationem haberet in illa captiuitate Babylonis, genus Abrahæ siue Iudæa parens nascituri eiusdem Christi. Intendebat enim diabolus per impios homines delere, ut non esset, genus illud, unde nasciturum erat hoc semen, id est, Christus: sicut Abrahæ promissum & per prophetas multos iam fuerat prædictum. Iccirco & multa signa, & hoc signum maximũ fecit deus excelsus in oculis illoꝝ, qui captiuauerant illum dei populum, ut conseruati inter gentes, tandem remitterentur filij peregrinationis illuc, ubi oportebat ex eis nasci Christum, sicut iamdudum præcinebat congratulando uox prophetica, dicens: Virgo Israhel reuerterein ciuitates tuas, usquequo dolens auerteris? Generabis dominum saluatorem.

Gene. 18

Negociũ trinitatis circa Iudæos, ꝓpter nasciturum Christum

Hiere. 31

¶ Quomodo illi historię siue rei gestę conueniant ⁊ voces ⁊ sensus mystici Psalmi centesimi trigesimi sexti: Super flumina Babylonis illic sedimus ⁊ fleuimus. Caput .III.

Psalm̃. 136 Iudęi recordabantur Syon propter nasciturum in Iudęa Christum

OPeræprecium est peruidere, quomodo huic historiæ siue rei gestæ conueniunt uoces Psalmi supra memorati: Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur Syon. Videbat nanq; spiritus propheticus iam temporibus Dauid, qui psalmum illum cecinit, futuram captiuitatem illius populi in Babylonem. De quo uidelicet populo implendam expectabant sancti promissionẽ, scilicet Christi natiuitatẽ, scđm qđ dixerat deus ad Abrahã, & in semine tuo benedicentur oẽs gentes, & secundum qđ dixerat idẽ deus per os Iacob. Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius donec ueniat qui mittendus est. Secundum hæc uerba, constabat nasciturum esse Christum ex semine Abrahæ, de tribu Iuda. Vbi? Non utiq; in Babylone, sed in Syon siue in Hierusalem, id est, in terra cuius Metropolis erat Hierusalem, scilicet in Bethleem. Et hoc ipsum spiritus Propheticus præuiderat atque prædixerat. Ait enim idem Dauid: Ecce audiuimus eam in Ephrata. Denique Ephrata ip̃a est Bethleem. Post illum, uidelicet Dauid: scriptum est per alium prophetam.

Gene. 22

Gene. 49

Psalm̃. 131

Et tu

Et tu Bethleem effrata siue terra Iuda paruulus es in milibus Iuda, ex te mihi egredietur, qui sit dominator in Israhel. Medius horum Esaias ita dixit: rem eandē p spiritum prospiciens. Quia de Syon exibit lex, & uerbum domini de Hierusalem. Quàm iustum ergo desiderium debuit esse hominibus illius captiuitatis, filijs illis peregrinationis reuertendi in terram Iuda? Dixit ergo tam longe ante spiritus Propheticus, in persona illorum: Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur Syon. Quæ nam alia causa digna erat, nisi ista, quam diximus, propter quam illius terrenæ Syon recordarentur? Propter quam dicebat spiritus Propheticus in persona cuiusque illorum, quibus reuertendi licentia dabatur, si oblitus tui fuero Hierusalem, obliuioni detur dextera mea, adhæreat lingua mea faucibus meis si non meminero tui, si non proposuero Hierusalem, in principio lætitiæ meæ, subiungens: Memor esto domine filiorum Edom in die Hierusalem, qui dicunt, exinanite, exinanite, usq; ad fundamentum in ea, ¶ Illi nanq;, scilicet filij Edom maxime execrabiles fuerunt, pro eo quod cum fratres secundum carnem Israhelis existerent, ipsi præcipue aduersati sunt ab exitu Israhel de Aegypto, & gentes cæteras aduersus eos sæpe concitauerunt & adiuuerunt, & captiuitati illorum sicut & cæteris casibus insultauerunt. Cuius furoris & indignationis perseuerantis usq; in finem. Dicit in lamentationibus: Gaude & lætare filia Edom, quæ habitas in terra Hus, ad te quoq; perueniet calix, inebriaberis atq; nudaberis. Quibus nimirum in uerbis eadem iustitiæ uindicta denunciatur, quæ in uerbis istis expetebatur: Memento domine filiorum Edom, in die Hierusalem. Qui propter causam iam dictam, scilicet propter spem Christi nascituri, recordatus est illius terræ Syon, nonne etiam recordatus est cœlestis Syon? Et qui propter desiderium tantæ spei, carnis appetitus & Babylonicas contempsit delicias, ut rediret in terram illam habens reuertendi licentiam: nonne illi beatitudo hæc congruit, beatus qui tenebit & allidet paruulos suos ad petram? Non uacat singulis horum immorari, transeamus ad eum, qui magis ad nos pertinet mysticum sensum eiusdem Psalmi, uti propositum est.

Miche. 5. Esa. 2. Psal. 136. Filij Edom infesti fuere filijs Israhel. Exod. 15. Num. 20. Amos. 1. Threñ. 4.

¶ Quod non nobis eque magna sit, vt fuit antiquis sanctis, huiuscemodi conquestionis causa, in salicibus, in medio eius suspendimus organa nostra, quomodo cātabimus canticum domini in terra aliena. Ca. IIII.

SCiendum in primis, quia non æque magna nobis nunc est, ut antiquis erat, huiusce conquæstionis causa, ut dicamus. In salicibus in medio eius suspenmus organa nostra. Quomodo cantabimus cāticum domini in terra aliena? Flendū q̄dē nobis est, q̄cunq; spem habemus futuri seculi, qui filij sumus illius quæ sursum est Hierusalē. ciuitatis dei uiuentis, in qua uidetur gloria sanctę trinitatis, secūdum hoc ipsum nomen Hierl'm: interpretatur enim, uisio pacis. Flendū (inquam) quia dum sumus in corpore, peregrinamur ab illa uisione, & totus mundus nobis est Babylon: sed in ip̄o fletu hic plus habemus gaudij & consolationis, quia quem nasciturū expectabant flentes illi, iā natus est Christus sol generis humani. ¶ Et tanta ē flentiū distantia, ut dicas, quia illi fleuerunt quasi in nocte: nos autem flemus quasi in die & liberius quam illi, inter ipsos fletus possumus organa nostra tangere, & canticum domini cantare, id est, os nostrum aperire & fidem sanctæ trinitatis palam prædicare. Hoc facere illis non licebat, neq; enim talis prędicatio tunc portari poterat. Nam de solis dicimus filijs illius captiuitatis, horum notissimi sunt tres pueri supra memorati, quia suo numero præsentiam, & curam adesse monstrauerunt beatæ trinitatis, dum tripudiant in camino ignis ardentis, sed & de om̄ibus sanctis antiquioribus patriarchis, & regibus, & prophetis, quicunq; cognouerunt mysterium eiusdem sanctæ trinitatis. ¶ Salices enim erant non solum homines Babylonij, siue Assyrij, siue Persę, & Mœdi: uerū etiam homines Israelitici siue Iudaici generis, ita ut oporteret maxime propter eos cantiōis huiusce organa suspendi, id est, gloriam sanctæ trinitatis aut reticere, aut sic loq, ut nō audiret foris: sic scribere, ut signatus liber nō posset uulgo legi. Quid tandem accidit uel quid actum est, ut uacaret nobis cantare canticum domini; cantare siue clamare cum sanctis Seraphin, sanctus, sanctus, sanctus dominus deus exercituum, plena est omnis terra gloria tua, atq; hic modo fidem nominis tui palam prædicare o beata trinitas? Quomodo accidit, ut ita possemus cantare canticum domini, in terra aliena.

Nobis minor est flendi cā q̄ fuit antiquis. Danie. 3. Salices erant etiam Iudæi. Esa. 6.

De ma

¶ De magna Roma, quod ipsa fuerit magna Babylonia, q̃ diu persecutionem contra cultores eiusdem trinitatis, quę apud illam priorem Babyloniam clarificata est in illis tribus pueris. Ca. V.

Roma tropice Babylõ dicta.

MIra res, ipsa, quæ fuerat Babylon quædam, Hierusalem facta est filia supernæ Hierusalem, facta est & noua Syon, quæ fuerat Babylon: Illã, quæ dicitur, urbem Romam dicimus, quia fuit Babylon, & nunc est quædam Syon: est (inquam) secundum fidem beati Petri Apostoli mater ciuitatum fidelis Syon. Tunc erat ista Babylon, quando scripsit idem Petrus in epistola sua, salutat uos Ecclesia, quæ est in Babylone electa. Romam quippe tropice percussit ista sententia. Cum adhuc esset ista Babylon, & rex eius Nabuchodonosor, scilicet Nero, siue Decius, aut Diocletianus, uel quiscunq; talium, ipsa cum Nabuchodonosor statuam erexit magnam & altam nimis, & populis tribubus & linguis edixit, ut cadentes adorarent statuam: & si quis prostratus non adoraret, mitteretur in fornacem ignis ardentis. Idolatriam quippe, quo ad potuit illud caput orbis in sublime extulit: ex eo simulachra sua magis æmulatum est, ex quo nouam prędicationem audiuit unius dei patris & filij & spiritus sancti. Et ex eo uniuersam fere mundi latitudinem publicis edictis legibusq; scriptis, quasi unam fornacem ignis, uelut unum caminum multimodæ tribulationis, atq; ardentissimæ persecutionis, contra christianum nomen efficit. ¶ Sed quid profecit? Sicut angelus domini descendens in fornacem cum illis tribus pueris, excussit flammam ignis de fornace, & fecit medium fornacis, quasi uentum roris flantem, & non tetigit eos omnino ignis, neq; contristauit, nec quicquam molestiæ intulit: sic filius dei, angelus magni consilij, cunctis testibus suis, confessoribus sanctæ trinitatis, in illa tribulatione ita præsens interfuit, sic uel ex eo potest intelligi, quod uni ex illis Petro uisibiliter occurrens, adoratusq; ab eo, & interrogatus, domine quo uadis, respondit dicens: Veni Romam iterum crucifigi, & sic excussit flammam ignis de fornace, fecitq; medium fornacis quasi uentum roris flantem: sicut expertum sese ostendit martyr Laurentius, qui cum assaretur, dixit: O insania uestra. Infelices non cognoscitis, quia carbones uestri non ardorem mihi, sed refrigerium præstant? ¶ Quid multa? Sicut ille Nabuchodonosor, tunc quàmuis instabilis & inanis, cognouit & confessus est filium dei. Dixit enim: ecce ego uideo uiros quatuor, solutos, & ambulantes in medio ignis, & species quarti similis est filio dei: sic & multo uerius, multoq; constantius, Romanum Imperium tandem cognouit filium dei, & nunc usq; firmiter tenet, tenendamq; pronunciat illam uocem confessionis beati Petri, tu es Christus filius dei uiui, ita ut etiam ad confessionem istam compellat gentes cæteras, & quodammodo dicat. A me ergo positum est hoc decretum, ut omnis populus & tribus & lingua, quæcunq; locuta fuerit blasphemiam contra deum Sidrach, Misach, & Abdenago: siue manifestius, contra deum patrũ & filium, & spiritum sanctum, dispereat, & domus eius uastetur. Neque enim est Deus alius, qui possit ita saluare.

j. Pet. 5

Dañ. 3

Similitudo triũ puerorum ad martyres christi sub Romanis.

Vide historiã Egesi. li. 3. c. 2

Romanũ imperiũ ad Christũ cõuersum

Mat. j6.

Danie. 3.

¶ Quam pulchrum sit mysterium, in eo quod dictum est, tunc hi tres quasi ex vno ore laudabant, ⁊ glorificabant, ⁊ benedicebant deum, ⁊ de fornace succensa septuplum, quã succendi consueuerat, quid ibi numerus septenarius valeat. Caput .VI.

TAnguntur igitur organa, resonant uerba cantionum, prædicantia Deum in unitate trinum, in trinitate unum: succinente uoce Psalmi: Quoniam omnes dij gẽtium dæmonia. Hic autem dominus cœlos fecit. Quàm pulchrum mysterium, quàm iocundum in cœlo & in terra spectaculum. Tunc (inquit) hi tres quasi ex uno ore laudabant & glorificabant & benedicabant deum. Et enim nos om̃es homines, quorum est una catholica fides, sumus quasi tres, & unum os habemus omnes. Tres (inquam) sumus, quia de tribus pendemus. Quibus de tribus? Tres sunt (ait Iohannes Apostolus) qui testimonium dant in cœlo, pater & uerbum & spiritus sanctus, & hi tres unum sunt. Canticum nostrum siue uerba cantionum nostrarum, laudationes sunt, glorificationes sunt, benedictiones sunt, quasi ex uno ore trium flendo canentium, canendo flentium, canendo & flendo septenarium peccatum Babylonis, accusantium. ¶ Quomodo septenariũ?

Psalm̃. 95

Danie. 3

j. Iohan. 5

ptenariũ? ait litera sacra. Et præcepit Nabuchodonosor ut succenderetur fornax, septuplũ, q̃ succendi consueuerat. Septenarius numerus insolubilis est, neq; em̃ in æquas partes præter solas unitates diuidi potest: & plerũq; in scripturis uniuersitatẽ significat, alias maioꝝ, alias bonoꝝ. Maloꝝ, ut illic: de q̃ eiecerat septẽ dæmonia. Bonoꝝ, ut illic: septies in die laudẽ dixi tibi. Significat & cor impœnitens, ut illic. Septies ultio dabitur de Cain. Cũ hac significatõe libet hic accipere quod dictũ est, & præcepit, ut succenderetur fornax, septuplũ, q̃ succendi consueuerat: ut intelligamus irremissibile peccatũ Babylonioꝝ, id est, omniũ impioꝝ, qui quoad potuerunt, sanctos persecuti sunt, & corde impœniten ti p durauerunt. Qua uoce, quibus uerbis accusat nostrũ Canticũ peccatũ illoꝝ? Memẽto domine filioꝝ Edom in die Hierusalẽ, & cætera, de quibus iam supra dictũ est.

Nũerus septenarius in bonã & malã ꝑtẽ accipitur. Marci. j6. Psalm̃. jj8. Gene. 4. Danie. 3. Psalm̃. j36.

¶ De quatuor bestijs, leena, vrso, pardo, ⁊ alia sine nomine terribili atq; admirabili, quod contra singulas earum oppositum fuerit auxilium trinitatis, sub sacramento numeri ternarij. Cap. VII.

QVoniã de mysterio numeri † trinarij sermonem cœpimus demonstrantes, quia sancta trinitas per hunc numeꝝ captiuoꝝ, in fornace laudãtium deũ, auxilij sui præsentiã illi populo præclare significauit: libet adhuc longius prosequi. ¶ Sciendũ quippe, quia cũ quatuor fuerint grandes bestiæ quæ ascendebant (ait Daniel) de mari diuersæ inter se: prima quasi leena, quod fuit regnũ Babylonioꝝ: alia similis urso, quod fuit regnũ Persaꝝ atq; Mædoꝝ: alia quasi pardus, quod fuit regnũ Græcorũ: quarta sine nomine terribilis atq; mirabilis & fortis nimis, quod fuit regnũ Romanorum. ¶ Contra singulas bestias, siue regna bestialia inuenies oppositũ ternarij numeri sacramentũ, id est, auxiliũ domini per tres homines impensum, ad reseruandũ siue liberandũ illum tunc tẽporis peculiarẽ dei populũ. Magnũ quippe tunc (ut superius iã dictũ est) negotium agebatur, pro quo sancta trinitas sollicita esse, & sollicitudinis signum tali numero, scilicet ternario, demonstrare laudabiliter dignaretur. Nunquid em̃ parũ quis putat, quod de populo illo Christus deus & homo secundũ promissionẽ nasciturus erat? Nimirũ pro causa ista dignũ se beata trinitas faciebat, in eo q; de reseruatione gentis illius curare & sollicitã se esse significabat. ¶ Et de prima quidẽ bestia, quod erat regnũ Babylonicũ iam dictũ est sed deest aliquid. Potest em̃ dicere aliquis, quia non per solos tres pueros, sed & per quartũ Danielẽ, Nabuchodonosor uictus, & deus glorificatus est. Determinãda ergo est causa triũ pueroꝝ diligentius ab illa causa Danielis, propter quã Nabuchodonosor cecidit in faciẽ suã, & Danielẽ adorauit, & ab illa, propter quã, iubente rege Balthassar, indutus est Daniel purpura, & circũdata est torques aurea collo eius, & prædicatũ est de eo, & ab illa propter quã missus est idẽ Daniel in lacũ leonũ, & deus meus (ait) misit angelũ suũ, & conclusit ora leonũ, & non nocuerunt mihi, quia coràm eo iustitia inuenta est in me. Ab istis (inquã) tribus causis, in quibus unus idẽq; deus trinus et unus, unũ Danielẽ clarificauit, clare secernenda est causa una, propter quã tres pueros in fornacẽ ignis missos liberando deus, idem semetipsum glorificauit. Hæc em̃ sola causa triũ pueroꝝ idolatria, immo & caput idolatriæ fuit: ante quod nullus regũ aut principum leges mortis legitur dictasse populis pro zelo idoli sui. Nonne igitur eo magis constat quod non casu, sed prouidentia dei, tantũmodo tres pueri sunt illi martyrio destinati, quo bestia leena docta fuit saltem ad horã assumere uocẽ hominis, & deũ confiteri.

† ternarij

Danie. 7. Quatuor grãdes bestiæ, q̃tuor regna.

Auxiliũ dñi ꝑ tres hoĩes ĩ in singul' quatuor regnoꝝ

Alia cã Danielis, alia trium puerorum Danie. 2. Danie. 5. Danie. j4.

¶ De vrso, id est, regno Persarum, ⁊ Mœdorum, quomodo ibi altissimus suam potentiam clarificauerit sub eodem sacramento numeri ternarij, id est, trium regum in reædificatione templi vel ciuitatis. Cap. VIII.

NVnc demũ de alia bestia, q̃ erat similis urso, scilicet de regno Persaꝝ & Mœdorũ accipe quomodo altissimus suã potentiã clarificauerit, eodẽ sub sacramẽto numeri ternarij. In anno primo Cyri regis Persaꝝ, ut impleretur uerbũ domini ex ore Hieremiæ, suscitauit dominus spiritũ Cyri regis Persaꝝ, & transduxit uocẽ uniuerso regno suo, etiã per scripturã dicens. Hæc dicit Cyrus rex Persarum. Omnia regna terræ dedit mihi dominus deus cœli, & ipse præcepit mihi, ut ædificarem ei domũ in Hierusalẽ, quæ est in Iudæa. Hac uoce transducta cũ ascendissent omnes, quorũ

I. Esdræ. I. Cyrus.

suscitauerat deus spiritum, ut ascenderent ad ædificandum templum domini, cum uasis argenteis & aureis, quæ tulerat Nabuchodonosor de Hierusalem, & ædificare incepissent templū domini: audierunt hostes, & impedierunt opus domus domini, & intermissum est, & non fiebat, usq; ad annū secundū Darij regis Persarū. Ille, uidelicet Darius, cōfirmans decretū, quod propositū erat huiusmodi, omnis homo, qui eam mutauerit iussionem, tollatur lignū de domo ipsius, & erigatur & configatur in eo, domus autē eius publicetur, Deus autē qui habitare facit nomē suū ibi, dissipet omnia regna, & populū qui extenderit manū suam ut repugnet & dissipet domū dei, illam quæ est Hierusalem, ita subscripsit. Ego Darius statui decretum, quod studiose impleri uolo. Post hæc uerba tertius Artaxerxis id ipsum corroborans, ita scripsit. Artaxerxes rex regum, Esdræ sacerdoti, scribæ legis dei cœli doctissimo salutem. A me decretum est, ut cuicunq; placuerit in regno meo de populo Israhel, & de sacerdotibus eius, & de leuitis ire in Hierusalem, tecum uadat. Et cætera usq;, sed & imperitos docete libere, & omnis qui non facit legem dei tui, & legem regis diligenter, iudicium erit de eo siue in mortem, siue in exilium, siue in condēnationem substantiæ suæ, uel certe in carcerem. ¶ Nunquid casu hoc mirabile accidit, ut quem uerum & solum deū contra caput idolatriæ Babylonicæ testificata est, in camino ignis uictoriosa fides trium puerorum Iudæorum, illius domum et ciuitatem, quæ destructa fuerat, reædificari iuberet concordi decreto beniuolentia trium regum Paganorum? Non utiq; casu, sed cœlesti industria, per magnum ac semper prouidum sanctæ et indiuiduæ trinitatis consilium. ¶ Difficile uideretur, ac pene impossibile, quod dicimus, sanctā trinitatem assimilatam fuisse etiam in tribus prædictis regibus gentilibus, immo nec nos istud suspicari auderemus, nisi quia hoc ipsum primus autoritate sua per os Esaiæ prophetæ declamauit longe ante spiritus sanctus de Cyro, qui fuit horum trium primus. ¶ Præmisso nanq;, ego dominus faciens omnia, extendens cœlos, et stabiliens terram, qui dico profundo, desolare, et flumina tua arefaciam, qui dico Cyro, pastor meus es, et omnem uoluntatem meam, complebis, qui dico Hierusalem ædificaberis, et templo fundaberis, ita subiunxit. Hæc dicit dominus Christo meo Cyro, cuius apprehendi dextram, et cætera usq;, ut scias quia ego dominus, qui uoco nomen tuum deus Israhel propter seruum meū Iacob et Israhel electum meum, et uocaui te nomine tuo, assimilaui te et non cognouisti me, accinxi te et non cognouisti me. ¶ Nisi (inquam) ante tot annos istud autoritate sua significasset spiritus sanctus, dicendo illi Cyro tanto posterius nascituro, assimilaui te, et nisi ratio conduceret, conuenire uel congruere cæteris eiusdem beniuolentiæ regibus, Dario et Artaxerxi, quod uni Cyro dictū est, assimilaui te: Quis auderet dicere sanctam trinitatē in tribus paganis regibus pro tali opere assimilatam fuisse.

Darius. I. Esdræ. 6.

Artaxerxes. I. Esdræ. 7.

Trinitatis cōsiliū per tres illos reges.

Esa. 44. 45. Prophetia Esaiæ de Cyro rege Persarū.

Trinitas assimilata in tribus regibus Persarum.

¶ Item, quomodo ex tribus tantum personis preuisum est auxilium sancte trinitatis aduersus Aman, ne deleret genus Iudeorum, unde oportebat Christum nasci. Cap. IX.

Insidiæ diabolip Aman, cōtra semen Abrahæ promissum. Hester. 3.

VEniam ad illam eiusdem ursi ferocitatem, id est, eiusdem regni Persarū et Mœdorum crudelitatem ac sæuitiam, plusq; bestialem: quando sub rege Assuero conatus est diabolus hoc efficere, ut salutis nostræ radix funditus extirparetur, agente Aman superbissimo, et suggerente regi Assuero, quatinus missis epistolis per omne (quod latissimū erat) regnū eius, uniuersum Iudæorū genus una die deleretur. ¶ Quomodo uel per quantos homines econtra præuidit trinitas unus deus, et sollicitus fuit pro gente illa, quę arbor erat unica, unde salutis fructus omni mundo et uita æterna, Christus erat nasciturus? Tantummodo per istos tres, Hester et Mardochęum et ipm regem Assuerū. Nullatenus ergo dubitauerim, illi quoq; regi Assuero in ratione ista congruere illud, quod uni Cyro, longe anteq; nasceretur, prophetica uoce (ut supra memoraui mus) dictū est. assimilaui te, et non cognouisti me. ¶ Quid ergo? Nonne illū deus pater quodāmodo assimilauit sibi in eo maxime, quod cū diceret ei. En lignum, quod parauerat Aman Mardochęo, stat in domo Aman, habens altitudinis quinquaginta cubitos. Appendite (inquit) eū in eo, et suspēsus est Aman in patibulo quod parauerat Mardochęo? Nā ut cognoscas, q̄ uera, q̄ pulchra sit assimilatio, memento quod dixerit apl̄us de domino

Auxilium p tres homines

Esa. 45.

Iesu Chri

Iesu Christo. Et uos (inquit) cũ mortui essetis in delictis & præputio carnis uestræ, conui- Colos. 2.
uificauit deus cum Christo, donans uobis omnia delicta, delens quod aduersum uos erat chyrographũ decreti, quod erat contrarium uobis, & ipsum tulit de medio, affigens illud cruci, expolians principatus & potestates transduxit confidenter, palàm triumphans eos in semetipso. ¶ Ergo in rege Assuero deus pater, in Mardochęo autẽ deus dei filius mira biliter assimilatus est. Porrò in Hester gratiam spiritus sancti siue spiritum consilij, pro tã to negotio, assimilatum fuisse, quis dubitet? Illa nanq; mirabili usa consilio hoc effecit, ut regis animus ad gratiam & misericordiã suæ proscriptæ genti inclinaretur, & ille Aman superbissimus, in quo diabolus homicida ab initio figurabatur, non ubi uis, sed in cõuiuio super mensam, crapulatus & ebrius caperetur, & sententia mortis strangularetur, in eodẽ ipso (qđ Mardochęo parauerat) patibulo appensus: nimiꝝ secundũ illius dicti mysterium quod de diabolo ad beatũ Iob dixerat dominus. An extrahere poteris Leuiathan hamo & Iob. 40.
fune ligabis linguam eius? Quasi enim captus hamo & iste fuit qui de reginæ conuiuio ma Hester. 5.
gnifice gloriatus, ita ut diceret amicis suis, & Ares uxori suæ, regina quoq; Hester nullũ alium uocauit cũ rege ad conuiuium præter me, apud quam etiam cras cum rege pransu rus sum, ita prandit, ita pastillos conuiuij momordit, ut post molles edulij sapores, ferream protinus sentent iam mortis exciperet.

¶ Quod propter causam istam sancta trinitas Cyrum regem Persarum ex no mine vocauit & assimilauit, & in corde ceterorum regum Persarum siue Mœdo rum tantam beniuolentiam dedit, & quod dominus noster Jesus Chri stus propter quem nascituꝝ illa facta sunt, primus inueni tur in scripturis. Cap. X.

PRopter quid sancta trinitas taliter & Cyrum ex nomine uocauit & assimilauit, & in corde cæterorum regem Persarum siue Mœdorum tantam beniuolen tiam dedit? Propter Iacob (ait) seruum meum, & Israhel electum meũ. Quem propter Iacob: siue quem propter Israhel? Deniq; parũ est, si illum respicias Ia cob siue Israhelem, de quo scimus & legimus. Isaac autem genuit Iacob, siue illam quan tulamcunq; multitudinem reliquiarum, quę reseruatę sunt illius populi, qui passim in scri pturis nomine paterno uocatur Iacob siue Israhel. Et quidem nihil altius Cyrus intellex it, nihil supra quę fuit, & hoc suffecit ad captandam eius beniuolẽtiam populo illi, ꝙ deus eorum ante tot annos per prophetam suum, de ipso uidelicet Cyro, tam magna prędixit, tam gloriosa prędscripsit, & ea semetipsum illi facturum promisit. Veruntamen unus est uerus Iacob seruus domini, unus & uerus est Israhel electus dei, dominus Iesus Christus: propter quem tanta fuit cura summę trinitati, quanta intelligimus aut intelligere cupimus in auxilio eius, sub sacramento numeri ternarij. Vnde iam dictum & adhuc dicendũ est. Propẽ Chm illa omnia ge sta sunt. Esa. 45.
Gene. 25. Matth. 3.
Esa. 45.
¶ Dum hic attendimus, dulciter illud memoriæ nostræ occurrit, quia iste seruus domini Chs prim⁹ & gras in scri pturis legitur egisse deo.
primus est, qui deo gratias egit, ante quẽ nõ facile quempiam inuenies, siue in lege, siue in prophetis, de quo manifeste scriptum sit, quod deo gratias egerit. Nondum quippe im pleta fuerant beneficia dei, quorum omnium hoc summum est, quod istum seruum suũ fecit, Christum Iesum secundum formam serui, pro quo facto nimirum gratiarum actio debetur illi. Deniq; quicunque deo gratias agit, causam istam in ipsa gratiarum actione non habens præ oculis, quia deus istum seruũ suũ fecit, & ut faceret tanta procurauit, inter quæ gentilium quoque regum animos ad beniuolentiam sui nominis inclinauit: non dum intellexit, quomodo, uel propter quid gratiæ agendæ sint, diximus, quia primus iste deo gratias egit, etenim ante hunc nusquam in scripturis auditam fuisse recolimus uocem gratiarum actionis, cum tot audias maxime in Psalmis uoces exultationis & con fessionis, uoces benedictionis & laudationis, uoces adorationis, cantationis, iubilationis. Vox autem gratiarum actionis, ubi quæso prius audita est uel audiri debuit, quàm ex ore huius serui domini, huius electi dei?

¶ Gratiarum actio quid sit & quando, quomodo, & vbi dominus noster Jesus Christus gratias egerit. Cap. XI.

Quid ꝓprie ē grāꝝ actio.

PRimo itaq; diffiniendū est, gratiarū actio quid sit, & tunc demū demonstrandū ubi, quando, & quomodo iste gratias egerit non lingua tantū, sed opere & ueritate, non uerbis tantum, sed & uerbis & factis. Gratiarum actio est, beneficijs diuinis respondens digna retributio, tanta uidelicet, ut ei nihil ad perfectionem

Iohan. j. desit, uel qua maior esse non possit. Gratiarū (inquā) actio est & digna retributio respondēs

Psalm. jjj. beneficijs dei charitas, qua maiorē nemo habet aut habere potest, ut animā suā ponat pro amicis suis. Huiusce charitatis spiritus dicit in Psalmo: Quid retribuā domino, pro omnibus quæ retribuit mihi. Calicē salutaris accipiā, & nomen domini inuocabo. Huius tantæ charitatis, quæ uera (ut iam diximus) & perfecta est gratiarū actio, conscius sibi iste seruus

Iohan. 6. Matth. j+. Marci. 6. Luce. 9. Iohan. jj. domini, gratias egit. ¶ Primo ubi secundū Iohannē multa locuturus de sacramento corporis & sanguinis sui, accepit quinq; panes, & cū gratias egisset, respiciens in cœlū (ut alij Euangelistæ referunt) distribuit discumbentibus, Secundo, ubi Lazarū mox suscitaturus, eleuatis sursum oculis. Pater (inquit) gratias ago tibi, quoniā audisti me, ego aūt sciebam,

Matth. 26 quia semper me audis, quæ uidelicet suscitatio Lazari, maxima inuidentibus iudæis, ut eū interficerent, causa fuit. Tertio, ipsa nocte qua tradebatur, ubi accepto pane & calice, gratias agens dedit discipulis suis. Hoc est (inquiens) corpus meū. Hic est sanguis meus noui

Roma. 5. testamenti qui pro multis effundetur. Hic ergo fidelis & uerax liberè profiteri poterat, qđ egeret gratias, quia in ueritate gratias agebat, paratus pro nobis, cū adhuc inimici essemus calicē accipere, quem pater illi dabat. ¶ Quam ob causam ita gratias agere patri seruus iste

Ephe. 4. Matth. 6. promptus erat? Debemus eñ scire, quia gratias agere minoris est, scilicet formæ serui, & iccirco cū dicit. Pater gratias tibi: non unam personā, sed tres intelligimus personas, patris & filij & spiritus sancti, qui unus deus est, & pater omniū, sicut Apostolus dicit, cui nos quoq; orantes dicimus. Pater noster qui es in cœlis. Cæterū, ubi dicit, Pater meus, uel patris mei, uel patrē meū, ipso possessiuo pronomine proprietatē suā filius unigenitus dicernit, & unā tantummodo personā nomine patris oportet intelligi. Quam ergo ob causam

Iohan. jj. ita gratias agere promptus erat? Quoniā audisti me, inquit. Ego aūt sciebam, quia semper me audis, Vbi (quæso) audierit eū? Nunquid seorsum, antequàm accesserat ad locū, ubi posuerant Lazarū, secretius orauerat & responsum acceperat, quod posset suscitare eum: & iccirco dixit, Pater, gratias ago tibi, quoniā audisti me, ego autem sciebam quia semper me audis? Exilis est ista suspitio, nec attingit ipsam dignitatem gratiarū actionis, siue maiestatem ipsius gratias agentis: qui non in humilitate precum, sed in potestate uerbi sibi insiti

Chīs multifariā exaudit⁹ ē habeat omnē operationem uirtutū. ¶ Longe aliam multo excellentiorem, magisq; operosam auri audienti memorat suimet exauditionē, quia longe antequàm iste seruus domini fieret secundū formā serui, aut formaretur ex utero uirginis: exauditus est in cunctis necessitatibus humani generis, exauditus in patriarchis, exauditus in regibus uel iudicibus iustis, exauditus in prophetis, exauditus in filijs captiuitatis, de quibus iam supra diximus, exauditus in Machabæis fratribus, de quibus adhuc dicturi sumus, exauditus in omnium

Apoca. j2. clamore mulieris in utero habentis, & pariendo clamantis, & cruciatū sustinentis, ut pareret, id est, in desyderio antiquæ ecclesiæ Christū ipsum in promissione habentis, & ipsum uenire desyderantis, & quasi parturientis & parturiendo dolentis, donec ille ueniret. Nōne clamor ille cū tui causa fieret tuus erat clamor o Iesu Christe? Propterea tibi, quasi iam

Psalm. jo præsenti, quidā illoq; dixit. Exaudiat te dominus in die tribulationis. ¶ Vera causa hæc digna gratiarū actione, ut diceres, Pater gratias ago tibi, quoniā audisti me, quia omni mundo aduersitatē nasci feci sti. Et ego sciebā (inquis) quia semper audis, Deus eñ eras & nunc es, & cūcta hæc fieri causa tui noueras, antequàm ex uirginis utero nascereris.

¶ De bestia tertia, scilicet pardo, id est regno Brecorum, quomodo sancta trinitas contra illud auxilij sui presentiam per viros tres, per tres duces fratres, Judam z Jonathan z Symonem demonstrauerit. Cap. XII.

Semē ꝓmi⁹ sum, i arcu & gladio detentum ē a bestia tertia.

DIximus de duabus bestijs leena & urso, qualiter contra illas sancta Trinitas ꝓsentiam sui in numero auxiliatorem consignificauerit: nunc iam de bestia tertia, scilicet de pardo dicendum, qualiter actum sit per auxilium eiusdem numeri. De illa bestia hoc primitus memorandum, quia non sine arcu & gladio de

ore ei⁹

ore eius ille populus dei liberatus est. Eatenus sicut euenerat, sic prædictū fuerat per pro- Osee. j.
phetā Osee. Et domui Iuda miserebor, & saluabo eos in dño deo suo, & nō saluabo eos in
arcu & gladio & in bello & in equis & i equitibus. Deniq; Nabuchodonosor corā seruis Dani. z. 4. j4
dei excelsi prosterneretur, & eū solū ac uerū esse deū semel & iterū ac tertio uictus confite-
retur: itēq;, ut domus dei in Hierusalē, quam ille destruxerat, reædificaretur: similiterq; ut I. Esdrę. j. 6. 7
Aman malitia in caput eius reuerteretur, & in patibulo (quod parauerat Mardochęo) ip- Hester. 5. 7. 7.
se appenderetur: non in arcu & gladio factū est, nō in bello neq; in equis & equitibus, sed Prouer. j2
in domino deo qui solus habens corda regū in manu sua, inclinauit quo uoluit: quatenus il I. Malach. j.
lius populi reliquiæ saluarentur, & propositū eius adimpleretur. Porrò ut istius bestiæ fe-
rocitas, id est regnum Græcorū cassaretur, in eo maxime, quod scripsit rex Antiochus, &
misit libros per manus nuncioꝝ in Hierusalem, & in omnes ciuitates Iudæ, ut sequeren-
tur leges gentiū: & in arcu & in gladio, in bello factū est, attamen sicut per Danielem præ Danie. 8.
dictū fuerat, auxilio paruulo. ¶ Tres fratres fuere duces belloꝝ, Iudas & Ionathas & Sy- Auxiliū dei, i
mon, & armis quidem paucis pugnauerunt, sed magna fide uicerunt. De istis latius à no- trib⁹ fratrib⁹
bis tractatū est in opere, quod de uictoria uerbi dei scripsimus, et iccirco nunc superseden
dū est. Tantū em̄ ad præsens propositū hoc pertinuit consyderare, in auxilio domini, sacra
mentū numeri ternarij, quia more suo fecit trinitas deus, ut auxiliando illis curā et sollicitu
dinē suam præsentē adesse, per hunc numerū significaret, nimirū digne pro magnitudine
negotij, scilicet propter spem promissionis repositam omnibus sanctis in aduentu, qui
tunc expectabatur, saluatoris Christi filij dei.

¶ De rectitudine iudicij quo dictū fuerat per prophetā Osee, quia nō addā vltra misereri domui Israhel, & domui Iuda miserebor, & quod domus Iuda tres habuerit reges iustos: domus autem Israhel nec vnum quidem. Cap. XIII.

AD causam eandem pertinet, quærere nunc, et scire rectitudinem iudicij, in eō Osee. j.
q̄ paulo ante memorauimus dictū à domino p prophetā Osee, et domui Iuda
misereb or. Præmiserat em̄, quia non addā ultra misereri domui Israhel, sed ob-
liuione obliuiscar eoꝝ, et tunc demū istud edixit. Et domui Iuda miserebor, et
saluabo eos in domino deo suo, et ita factū est, Nam decē tribuū captiuitas permansit irre 4. Reg. j7.
uocabilis, qua captiuauit rex Assyrioꝝ, et trāstulit Israhel in Assyrios, posuitq; eos i Aila
et in Abor, iuxta fluuiū Gozam in ciuitatibus Mœdoꝝ: tribus aūt Iuda præfinito tempo-
re saluata in domino deo suo, et de Babylonica captiuitate reuocata est. ¶ Istud ergo quę- Cur trib⁹ Iu-
rentibus uel scire uolentibus pro rectitudine iudicij cito respondetur, quia quāuis pecca- da saluata po
uerit tribus Iuda, regnū Dauid, in multis, sicut et decē tribus, regnū Hieroboam, quas ille tius est, q̄ decē
scidit à domo Dauid: attamen in hoc bene fuit, qđ secundū sæpe dictū (quo ualde delecta tribus Israhel
mur) ternarij numeri sacramentū, tribus Iuda Carsam decē tribuū in iudicio supauit. Tres
quippe misericordiæ uiros, tres reges iustos deus iudicij dñs, in tribu Iuda inuenit, Dauid
et Ezechiā et Iosiam. Nā præter tres istos oēs peccauerūt. De regibus aūt decē tribuū con- 4. Reg. jo.
stat, qa omnes peccauerūt, nullusq; excipi potuit, qa nullus eoꝝ recessit à peccatis Hierobo
am, idē à uitulis quos fecit Hieroboā. In tribu Iuda tres (ut iā dictū est) ab eiusmodi pecca
to liberi et iusti fuerūt, et de alijs nōnulli de pctō suo pœnitentiā egerūt. In regibus aūt de
cē tribuū, unus et idē fuit idolatriæ cultus, dūtaxat in illis uitulis: nā cultū Baal aligs illorū
deleuit, scilicet Iheu filius Nansi. Sed quātū ualuit, Baal delere, et nihilominus uitulos pro
deo colere. Propterea dictum illud propheticū ualde congruit illis regibus Samarię. Qui Miche. 7.
optimus in eis est, quasi paliurus, et qui rectus quasi spina de sepe.

¶ Epilogus saluationū, quod a verbo promissionis vsq; ad natiuitatē Christi septies saluatus sit populus ille, de quo oportebat nasci Christū: & hoc ptinere ad sancte trinitatis mysteriū, quia singule saluationes facte sunt propter tres siue per tres viros, qui inuenti sunt in medio eorum. Cap. XIIII.

ECce quotiens gens illa saluata est propte tres uiros qui inuenti sunt in medio
eorū, sub magno sanctæ trinitatis mysterio, sicut iam sæpe dictum est. Primo Gene. 37
ubi seruiebant in Aegypto propter peccatū patrū suoꝝ, qui uendiderant Io-
seph fratrē suū, clamantes ad dominū, exauditi sunt propter illos patres et ma-

Exodi. 2. ximos tres uiros, Abraham, Isaac & Iacob, dicente scriptura. Ascenditq; clamor eor̄ ad dominū pro operibus, & audiuit gemitū eor̄ ac recordatus est fœderis quod pepigerat cū
Exodi. 32. Abraham, Isaac, & Iacob. Item cū dixisset ut disperderet eos, propter uitulū quem fecerant, pepercit eis propter eos dē uiros, stante Moyse in conspectu eius in confractione, id est, in nimia mentis humilitate, ac dicente. Cur domine irascitur furor tuus contra populū
3. Reg. 12. 2. Para. 28 tuum? Recordare Abraham, Isaac & Israhel seruorum tuor̄. ¶ Deinde cū fecissent duos uitulos, secuti Hieroboam, & scissi à domo Dauid, & tribus quoq; Iuda coluisset deos gē-
Domus Iuda saluata propter tres reges tium, & proinde pars utraq; iuste tradenda esset in captiuitatē: saluata est eadē tribus Iuda propter uiros tres, qui inuenti sunt in medio eor̄, Dauid, Ezechiam, & Iosiam, præter
Eccle. 49 quos omnes peccatū commiserunt, ait Iesus filius Sirach. Nam reliquerunt legē potentes
Psalm. 136 reges Iuda, & contempserunt timorē domini. ¶ Deinde cū in captiuitatem ducti communem haberent luctū, iuxta illud, Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur Syon, maximum consolationis, incrementū adepti sunt per uiros tres, qui inuenti sunt in medio, Sydrach, Misach & Abdenago: quia contempserunt iniqui regis
Tres reges Persarum. imperium, & in medio fornacis ardentis glorioſe triumphauerunt. ¶ Deinde ubi placuit deo ut solueretur captiuitas, & fundaretur templum quod destructum fuerat, & reædificaretur ipsa ciuitas Hierusalem. Hoc itidem per uiros tres deus effecit, per quales uoluit et per quales fieri oportuit, scilicet non per ipsos tantū captiuos & inopes, sed per eos sub q-
Assuer⁹, Mardocheus & Hester. bus captiui tenebantur reges potentes, Cyrum, Darium, & Artaxerxen. ¶ Deinde ubi uoluit superbissimus Aman delere uniuersum genus Iudæorum, per istos tres salus facta est, Hester, & Mardochæum, & ipsum regem Assuer̄. ¶ Deinde, cum idem agere conaretur diabolus, sub regno Græcor̄, per trium ducū Iudæ & Ionathæ et Symonis, bellicā
Tres Maccabæi. uirtutem ac præclaram fidem, illius populi reliquiæ saluatæ sunt. Valde iocundum in istis numeris mysteriū, quia septies (sicut hic enarratū est) propter uiros tres siue per uiros tres, deus unus et trinus, id est, quem confitemur et colimus, pater, et filius, et spiritus sanctus, populum illum saluauit et liberauit, usq; ad implendum uerbum promissionis, per quod et nos salui facti sumus.

¶ Non ita nunc esse populo illi post natum Christum, sed si fuerint (ait dominus) tres uiri isti in medio eius Noe, Daniel, & Iob, uiuo ego quia ipsi soli iustitia sua liberabunt animas suas. Cap. XV.

Ezech. 14. Obiectio, de tribus Noe, Daniel & Iob

ACcipe autem, quid nūc dominus dicat per prophetam Ezechielē, fili hominis terra, cū peccauerit mihi, ut præuaricetur præuaricans, extendam manū super eam, et interficiam de ea hominem et iumenta. Et si fuerint tres isti uiri in medio eius, Noe, Daniel, et Iob, uiuo ego, quia ipsi soli iustitia sua liberabunt animas suas. Nec semel dixisse contentus, secundo et tertio et quarto sententiam repetit, uiuo ego, quia nec filios nec filias liberabunt, sed ipsi soli liberabuntur, uiuo ego, non liberabunt filios neq; filias, sed ipsi soli liberabūtur, uiuo ego, quia filium et filiam non liberabūt sed ipsi soli iustitia sua liberabunt animas suas. Quatuor iudicia sua dominus distinguens, famē, malas bestias, gladiū, et pestilentiā: de singulis eandē sniam subscripsit: At nō omni, sed cuidam terræ, cum peccauerit: non omni inquam, sed cuidam terræ, nam post omnia hæc, ita subiungit. Quod et si quatuor iudicia mea pessima, gladium et famem et bestias malas et pestilentiam misero in Hierusalem, ut interficiā de ea hominē et pecus: tamen relinquetur in ea saluatio educentiū filios et filias. Nisi istud discreuisset, nisi quādam terram in superioribus sententijs, quæ longe diuersa sit ab Hierusalem intelligi uoluisset: nimirum id quod ait, Noe, Daniel et Iob, ipsi soli iustitia sua liberabunt animas suas, contrarium uideretur ei quod hactenus narratū est, quia multotiens propter uiros tres et per uiros tres gens illa liberata est. Quō ergo separationē fecit terrę ab Hierusalē, quid nisi separationem intelligere debemus terræ, id est, synagogæ (quæ nunc usq; blasphemat Christū, quem crucifixit) ab Hierusalem, id est, ab ecclesia quæ in Christū credit? Sed dicit aliquis. Quomodo in medio terræ illius, id est, synagogæ quæ Christū crucifixit, unquā esse
Solutio. potuerunt tres isti uiri, Noe, Daniel et Iob? ¶ Ad hæc inquā. Isti quidē tres uiri, Noe, Daniel et Iob, longe ante fuerunt, longe ante ab hac uita decesserunt, q̄ illa terra maledicta

crucifige

crucifigeret Christũ dei filium. Sed si causam illorum rite discernas, scilicet quia Noe archam in communi periculo erexit, & Daniel cœlibem uitam duxit, & Iob proprię domui suæ bene præfuit, maxime ex eo notus, quod in tentatione inuentus est fidelis: patenter intelligis, quia in medio terræ illius fuerunt, & de medio terræ illius ad nos uenerunt tres uiri isti, Noe, Daniel, & Iob. Quod si parũ uidetur, cõmuniter demonstrare in oĩbus apostolis Christi, qui in medio terræ illius fuerunt, & inde uenientes tres uiuendi ordines supradictos nobis gentibus ordinauerunt, ecce quasi digito demonstrare possumus quosdã ex illis, uidelicet apostolis, tres uiros Petrũ & Iohannem & Paulũ, ualde similes illis, Noe, Daniel & Iob. Deniq; Petrus præcipuus rectoꝝ ecclesiæ, ipse est quasi Noe: & Iohãnes, præcipuũ exemplar cœlibis seu uirginalis uitæ, ipse est quasi Daniel: & Paulus qui inter cætera, in quibus plus oĩbus laborauit, cõiugale quoq; uitã bñ ordinauit, ipe est q̃si Iob. I. Cor. 7. Ephe. 5. I. Timo. 5.

¶ Quali a gladio ⁊ fame, qualibus a bestijs, quali a pestilentia, propinquos suos secundum carnem Judeos, apostoli non saluauerunt, ⁊ quod ipsi fuerunt in medio eorum, quasi Noe, Daniel ⁊ Job. Cap. XVI.

NVnc igitur demonstrandũ est, quali à gladio & fame, qualibus à bestijs, quali à pestilentia, propinquos suos secundũ carnem Iudæos nõ saluauerint: sed ipsi soli animas suas liberauerint: & quã ob causam iuste hoc fieri debuerit. Qd' ut euidentius fiat, tã ordine accedendũ est ad illã bestiã quartã sine noie, de qua sic scriptũ est. Post hęc aspiciebã in uisione noctis & ecce bestia quarta terribilis atq; mirabilis & fortis nimis, dentes ferreos habens magnos, comedens atq; cõminuens, & reliqua pedibus suis cõculcãs. Quomõcunq; regnũ Romanum, bestia magna, terribiliter atq; mirabiliter dentibus magnis, dẽtibus ferreis cæteraꝝ gentiũ robur comederit atq; cõminuerit, nõ adeo ptinuit ad illos captiuos, quoꝝ uni hæc reuelata, p quoꝝ unũ hæc nobis scripta sunt. Cura eñ erat illis tantũ de genere suo, cura erat spũi ꝓphetico de illis ꝓpter Christũ, qui nasciturus erat ex eodẽ ꝑplo. ¶ Sicut ergo de cæteris bestijs scimus, qa taliter demonstratæ sunt, Verbi gra, Vt uni diceret, surge comede carnes plurimas, propter ꝑplm Iudaicũ, de quo Aman dixit regi Assuero, si tibi placet, decerne ut pereat, ita & de ista bestia quarta, bestia terribili atq; mirabili, qd dictũ est, comedẽs atq; cõminuẽs & reliqua pedibus suis cõculcans, ad eundẽ ꝑplm spectat, quẽ: ducibꝰ siue principibꝰ Tito & Vespasiano: regnũ illud comedit atq; cõminuit, tã terribili cõmestione, tã mirabili cõminutione, ut nulli unquã populo uel ciuitati ab initio seculi taliter cõtigerit, sicut Iosephus scriptor admirando pariter & dolẽdo patenter edisserit. Et reliqua sic pedibus suis cõculcauit, ut nũc usq; paret, quia in oẽs gentes ducti sunt captiui qui reliqui fuerũt ex eis. Nunquid tres uiri isti, Noe, Daniel, et Iob, si fuissent in medio eoꝝ, liberassent eos? Fuerũt aũt similes istoꝝ aliqui in medio eoꝝ, scilicet apostoli, et multi credentes in Chm: sed nõ liberauerunt eos, immo ut ipsi soli liberarent animas suas, p diuinã iussi sunt reuelationẽ imminẽte obsidione exire de medio eoꝝ. Nõne hoc fuit quasi Noe et Danielẽ et Iob exire de medio eoꝝ? ¶ Remanserunt autẽ in medio eoꝝ tres alĩ ualde contrarĩ, Eleazarus et Iohannes et Symon, autores et principes nimis crudeles seditionũ ĩenarrabiliũ, et ita mirabiliter euenit ut cum in Babylone audieris, tres uideo uiros ambulantes in medio ignis et aspectus quarti, similitudo est filĩ dei. Hic econtra in ea, quæ dicebatur Hierusalem, exclamare possis. Tres uideo uiros obtinentes miseram Hierusalem, discindentes eam et excruciantes gladio et fame, miserabilibus modis, tres (inquam) uiros principes iniquitatis et totius latrocinĩ, et aspectus quarti similitudo est Barrabæ latronis seditiosi. ¶ Nam quia Barrabam sibi prælegerũt, Chm autem dei filium interfici petierunt: iccirco omnis Noe et omnis Daniel, et omnis Iob recessit ab eis, et iusto iudicio, cũ foris obsiderentur à Romanis, intus dati sunt in prædam tribus illis autoribus sediciosis, qui contra semetipsos diuisi, communiter diruperunt, et certatim effoderunt uiscera ieiuna et esurientia plenæ ciuitatis. Bestia quarta Danie. 7. Dani. 7. Hester. 3. Ioſe. de bel. Iuda. lib. 7. Hist. eccle. lib 3. cap. 3. Tres uiri in Hierm, tpe obsidionis autores. Danie. 3. Matth. 27. Pcm Iudeoꝝ grauissimũ

¶ Quod vel quale fuerit peccatum terre illius, quam Noe, Daniel, ⁊ Job saluare non potuerunt: ⁊ quomodo Judei blasphemauerunt vel verbum dixerunt contra spiritum sanctum. Cap. XVII.

Ezech. j4. HOc iudicium terræ illius quæ peccauit, non quomodocũq; ſed ita, quemadmodum dixit, terra cum peccauerit mihi, ut præuaricans præuaricetur. Quid nam eſt præuaricando præuaricari, niſi perſeuerare in propoſito præuaricationis, corde impœnitenti? Hoc deniq; eſt peccatum terræ illius grauiſſimæ, ſcilicet Iudæorum, quibus maxime & primo loco, & deinde hæreticis illa redargutio congruit, Pſalm. 4. filij hominum uſq; quo graui corde. Quomodo illi maxime præuaricando præuaricati ſunt, id eſt in præuaricatione perſeuerauerunt? Filium dei dominũ Ieſum Chriſtũ in præuaricatione ſua reprobauerunt & crucifixerunt. In præuaricatione inquã, id eſt, contra legẽ Deut. j8. ſuam. ¶ Dixerat enim in lege Moyſes. Prophetã de gente tua & de fratribus tuis, ſicut me, Chr̃s utiq; a Iudæis audiri debuit. ſuſcitabit tibi dñs deus tuus, ipſum audies. Qui autẽ uerba eius, quæ loquetur in nomine meo, audire noluerit, ego ultro exiſtã. Ergo dominũ Chriſtũ reprobãdo, præuaricati ſunt præſertim cum legitimũ haberent ſignũ, per quod intelligere eũ poſſent eſſe prophetã illũ ſcilicet ſufficiens in opere & ſermone eius ueritatis teſtimoniũ. Sed forte aliqui de ignoran Matth. j2. tia ſe excuſare potuerunt dicentes, eũ eſſe magũ. Proinde cũ blaſphemaretur ait. Et quicũq; dixerit uerbũ contra filiũ hominis, remittetur illi. Et cũ pateretur, pater (inquit) ignoſce Lucæ. 23 illis, non enim ſciunt quid faciunt. Sed quid poſt hæc? ¶ Quomodo terra illa inexcuſabilis Terra Iudęorũ inexcuſabilis facta. facta eſt, uel quomodo præuaricans præuaricata eſt, ut inexcuſabilis eſſet? Venit ſpũs ſanctus ſuper diſcipulos eius, quos nimirũ ſignificans dixerat illis. Et ſi ego in Beelzebub principe dæmoniorũ eiĉio dæmonia, filij ueſtri in quo eiĉiunt? Ideo ipſi iudices ueſtri erunt. Matth. j2. Eiĉiunt dixit, id eſt, certiſſime eiĉient, magis q̃ nunc, cũ ſpiritus ſanctus aduenerit. Venit (inquã) ſpiritus ſanctus manifeſta uirtute teſtimoniũ perhibere, quod ille eſſet Chriſtus & Iohan. j5. tunc adimpletũ eſt quod dixerat illis. Cum aũt uenerit paracletus, quẽ ego mittam uobis à patre ſpiritũ ueritatis, qui à patre procedit, ille teſtimoniũ perhibebit de me, & uos teſtimoniũ perhibebitis. Hoc facto nihilominus in præuaricatione perſeuerauerunt & blaſphemare non ceſſauerunt, & tunc demũ cõtra ſpiritũ ſanctum uerbũ dixiſſe iudicati ſunt, & illa ſententia uenit ſuper eos, qui autem dixerit uerbũ contra ſpiritum ſanctũ, non remittetur ei, neq; in hoc ſeculo, neq; in futuro.

¶ Be Hieruſalem que illa ſit. de qua dominus ibidem quod ⁊ ſi quatuor iudicia mea peſſima miſero in Hieruſalem, tamen relinquetur in ea ſaluatio educentium filios ⁊ filias. Cap. XVIII.

Ezech. j4. ILla aũt, quæ uere eſt Hieruſalẽ, qualẽ habet prouentũ in medio cunctaq; tribulationũ. Quod & ſi (inquit dominus continuo in eodẽ propheta) quatuor iudicia mea peſſima, gladiũ, & famẽ, & beſtias malas, et peſtilentiã miſero in Hieruſalẽ, ut interficiã de ea hominẽ & pecus: tñ relinquetur in ea ſaluatio educentiũ Mira diſtãtia inter eccleſiã & ſynagogã apoſtatricem filios & filias. ¶ Mira diſtantia, mira oppoſitio illius terræ, id eſt, apoſtatricis ſynagogæ & iſtius Hieruſalẽ, id eſt, fidelis & catholicæ eccleſiæ. In illa terra, Noe, Daniel, & Iob, ſi fuerint in medio eius, nõ poſſunt ab uno quolibet iudicio q; iſtoq; liberare filios & filias, ſed ſolas animas ſuas: in iſta aũt Hieruſalẽ, ſi cuncta hæc quatuor iudicia dñs iudicat in eã, uidelicet ut probetur patientia ſanctoq; (quod ſæpe factũ eſt) nõ dico, q̃ minus eſt, Noe, Daniel, & Iob, ſi fuerint in medio eius, liberabũt filios & filias. Sed dico, qd plus eſt, relinquet in ea ſaluatio educentiũ filios & filias. Plus nãq; eſt moriendo educere filios et filias in uitã æternã qui non erant, q̃ orando liberare ab interfectione corporis filios et filias qui iam I. Iohan. j. erant. ¶ Audiuimus, uidimus, quanta fecerit in iſta Hieruſalẽ totus mundus, in maligno Perſecutiões Ro. Im. nõ nocuerũt eccl̃iæ poſitus, et maxime eadem illa beſtia ſuperius memorata terribilis atq; mirabilis, quantis, q̃ late diffuſis perſecutionibus, quaſi magnis et ferreis dentibus, iſtam Hieruſalem comederit atque comminuerit. Sed quid nocuit? Relicta eſt enim in eis ſaluatio educentium fi Iohan. j2. lios et filias: quia nimirum ſicut frumentum ſeminatum et in terra mortuum, in multiplicem reſurgit fructum: ita perſæpe paucis pro teſtimonio fidei morientibus, multa milia rationabilem patientiam illorum conſyderando, in Chriſtum crediderunt. De quibus recte dicas, quia priores illi morientes, iſtorum patres ſiue matres fuerunt, eoſq; tanquàm filios et filias, immo uere filios et filias ſuo ſanguine pepererunt. Iſta ergo eſt uere Hieruſalem et uere domus Iuda, cui dictum illud in Oſee ueraciter congruat.

Et domus

Et domui Iuda miſerebor & ſaluabo eos in domino deo ſuo, & nõ ſaluabo eos in arcu, & gladio, & in bello, & in equis, & in equitibus. ¶ Item in Zacharia. Non in exercitu, nec in robore, ſed in ſpiritu meo dicit dominus exercituum. Spiritus tuus à te procedens domine exercituum, & ab illo cœnaculo incipiens: ubi expectabatur, cum pauci homines eſſent congregati in unum, uenit uſq; ad illius beſtiæ dentes magnos, dentes ferreos, quæ nimirum beſtia, ſcilicet Romanum imperium uere erat Babylonia, & per omnẽ perſecutionis fornacem, ſemetipſum exhibens pĩs martyribus tanquam uentum roris flantem, tam diu illos refrigerauit, & tam diu filius dei cum illis ambulauit per medium ignis, & fidem illorum illæſam cuſtodiuit: donec illa beſtia homo fieret, id eſt, rationem admitteret, & rationabilem eſſe chriſtianorum fidem intelligens, uexillum crucis in ſua fronte ſuſciperet, ac uoce humana patrem & filiũ & ſpiritũ ſanctum, unum & uerum eſſe deum pronuncians, etiam patronũ ſe cultoribus eius exhiberet.

Oſee. j. Zacha. 4. Rom. Imperium erat ut Babylon.

¶ De tribus uiris illis, quoꝝ hec propria nomina fuerunt, Noe, Daniel, & Job qualiter ſuis quiſq; temporibus egreſſi fuerunt. Cap. XIX.

Xeant igitur de terra illa quicunq; pertinere cupiunt ad tres uiros iſtos, Noe, Daniel, & Iob, & uideant illius terræ quanta deſolatio & iſtius Hieruſalem, q̃ fructuoſa ſit probatio. Nam ecce (inquit) ipſi egredientur ad uos, & uidebitis uiam eorum & adinuentiones eorum, & conſolabimini ſuper malo quod induxi in Hieruſalem, in oĩbus quæ importaui ſuper eam, & conſolabuntur ſuper uos cũ uideritis uiam eorũ & adinuentiones eoꝝ, & cognoſcetis q̃ non fruſtra fecerim oĩa, quæ feci in ea, ait dominus deus. ¶ Magnum & pene inenarrabile ſacramentũ. Quomodo de terra illa, quã ſupra habuimus, Noe, Daniel, & Iob, totiens nominati ad nos exierũt quoniã filios & filias ſaluare non potuerunt? Dicamus in primis de tribus uiris illis quorũ hæc propria nomina fuerunt, Noe, Daniel, & Iob, qualiter ſuis quiq; temporibus egreſſi fuerint. Primus egreſſus eſt Noe cũ tribus filiis, Sem, Cham, & Iaphet. Daniel uero cum tribus pueris, Sidrach, Miſac, & Abdenago. Iob autẽ cũ tribus amicis ſuis, Eliphas Themanites, Baldad Suites, & Sopharnaamathites. ¶ Qualis fuit egreſſus illorum? Egreſſus Noe de congerie mortuoꝝ fuit, ad reparationem generis humani de tribus filiis, ſub trina benedictione dei, dicentis, Creſcite & multiplicamini. ¶ Egreſſus Danielis cũ ſuis conceptiuis ad conſolationem ipſoꝝ cũ tribus pueris, quos de medio Babyloniæ fornacis uictores recepit, glorificatus ipſe tribus gratiæ incrementis, in conſpectu trium regũ, uidelicet in conſpectu Nabuchodonoſor, interpretatione ſomnioꝝ: in conſpectu Balthaſſar, lectione & interpretatione uerboꝝ, quæ miro modo in pariete ab inuiſibili uiſibiliter ſcripta ſunt: & in cõſpectu Darij uictoria laudabili, quia miſit dominus (ait) angelũ ſuũ, & conclu ſit ora leonũ, & non me contaminauerunt. ¶ Egreſſus Iob fuit in exemplũ patientiæ cunctis ſuperuenturis ſeculis, tribus modis tentat⁹q; probati, ſcilicet occulta poteſtate, quã aduerſus eũ Satan accepit, & aperta lingua coniugis, et nimia trium amicoꝝ ſapientia, quę illũ ualde afflixit, quos non recta locutos ipſe per ſacrificiũ deo reconciliauit. Itaq; tres uiri iſti, Noe cũ tribus filiis, Daniel cũ tribus ſocijs, & Iob cũ tribus amicis, fiunt duodecim & hic numerus eoꝝ eſt, qui & archam, ſcilicet eccleſiam in aquis baptiſmi regendã primi poſt Chriſtum ſuſceperunt, & in gentibus quaſi in Babylonia deum clarificauerunt, & in cunctis tentationibus fortiter perſtiterunt. Quod qui rite perpendit, nimirũ ipſe perſentit hoc dictum a domino, & cognoſcetis, q̃ non fruſtra fecerim omnia quæ feci.

Ezech. j. 14.

Mira myſteria trinitatis in his tribꝰ uiris, Noe, Daniel & Iob. Gene. 7. Danie. 3. Iob. 2.

Gene. 9.

Dani. 2. 5. 14.

Iob. j. 2.

Iob. 42.

Ezech. j. 14.

FINIS LIBRI OCTAVI.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE GLORIFICATIONE TRInitatis, & processione sancti spiritus. Liber .IX.

¶ De eo quod scriptum est, sicut qui mel comedit multum, non est ei bonum: sic qui scrutator est maiestatis, opprimetur a gloria, & quod scripturas scrutari non idem sit quod scrutatorem esse maiestatis. Cap .I.



GLORIFICATIONEM TVAM LOquentes reuerenda Trinitas unus deus, iam dudū sub uiroga timoris tui pauemus, dū & tua laude nunquā cessandū & nihilominus multiloquiū esse cauendū nō ignoramus. Prouer.25. Scriptū est em̄, sicut qui mel comedit multū, non est ei bonū: sic qui scrutator est maiestatis, opprimetur à gloria. Et Eccle.5. alibi. Deus em̄ in cœlo, & tu super terram, iccirco pauci sint sermones tui. Attamen, nunqd scrutari scripturas, idē est q̄ scrutatorē esse maiestatis? Aut ei, qui qd loquitur, nō loqtur extra regulā siue autoritatē scripturarū ueritatis, nunquid recte dicas, non pauci, sed multi sunt sermones tui? Cœptam igitur laudationē domini adhuc loquetur os meum, & hoc opus iam octo libellis protractum, in isto nono libello concludam. Premiū laboris post hanc uitam. ¶ Quod cum fecero, ò spiritus, patris & filij, quæ merces huic operi? Immo quæ gratia, pro ista gratia? Liceat homini interiori suam intentionem siue expectationem breuiter & Iob.13. occulte significando, uti uerbis beati Iob. Duo tantum (inquit) ne facias mihi, & tunc à facie tua non abscondar. Manum tuam longè fac à me, & fortitudo tua non me terreat. Quod est dicere. De peccatis meis uindictam non sumas, & principes tenebrarum mihi non occurrant, & tunc in exitu suo dicet anima mea, beneficij largitate exhilarata. Ecce Argumētum hui⁹ libri noni. quod cupiui iam uideo, quod speraui iam teneo, ab eius facie non sum abscondita post exuuias corporis, quem in corpore posita tota dilectione fidei dilexi. ¶ Huius igitur libri ultimi materia tu mihi esto domus sanctissima, cum tuis septem columnis quam sapientia sibi ædificauit. Prouer.9. Nam tui quidem in superioribus loco quodam memini, sed septem columnarum sacramentum, quod fere omnibus notum est, hucusq; distuli, noticiæ communi siue usitatæ lectioni supererogare cupiens aliquid in domo ista, quæ est templum corporis dominici, ad laudem spiritus sancti à patre & filio procedentis.

¶ Quod domus illa, quam sapientia sibi ędificauit, sit corpus Christi & quod in istam domum processio spūs sancti tertio celebrata sit, primo ad ędificandum, secundo ad exornandum, tertio ad dedicandum. Cap. .II.



HIc ergo in primis illud memorare libet, quia in domum istam processio spiritus sancti tertio celebrata est, secundum typum domus illius siue templi manufacti, quod Salomon magna sapientia ædificauit, mira gloria decorauit, magna 3.Reg.7.8. solennitate dedicauit. Etenim spiritus sanctus domum istam non manufactam templum dominici corporis, sapienter per semetipsum ædificauit, decēter exornauit, gloriōse ac feliciter dedicauit. Aedificauit (inquā) in ipsa uerbi incarnatione, exornauit in illius ueri hominis manifestatione, dedicauit in eiusdem sacrosancta resurrectiōe. Quā uidelicet dedicationē ille innuit Psalmi.29. titulus, Psalmus cantici in dedicatione domus Da- 1.Para.22. uid. Mittit em̄ nos titulus ad historiā & historiæ intelligētiā sacræ, qa sicut Dauid impensa & apparatu suo p manū Salomonis templū domino ædificauit, & postea cū iocūditate & †solennitatibus uerbis ad laudē dñi dedicauit: sic corpus Chri scdm singularē natiuitatem, & immunitatē à peccato, fuit ædificatū: post resurrectionē uero secundū impassibilitatē & immortalitatē, æterna gloria manet dedicatū. Manifestationem uero illā dicimus †solennibus

qua ma-

qua manifestauit eũ spiritus sanctus in specie colũbæ, Iohanne prædicante. Et ego nesciebã eum, sed ut manifestetur in Israhel, propterea ueni ego in aqua baptizans. In istis igitur tribus splendoribus gratiæ, quæ diffusa est in labijs tuis, speciosa forma præ filijs hominũ, sic sanctã trinitatẽ laudamus & glorificamus, ut sanctũ spiritũ de patre & de filio procedentẽ pariter prædicemus opificẽ istius domus, quæ uidelicet domus es tu secundũ humanitatem, in qua requiescit ipse cũ omnibus, quas tibi thesaurizauit, diuitijs siue thesauris sapientiæ & scientiæ. Iohan.j.

Psalm.44

¶ De septem eiusdem domus columnis: & quis primus autor fuerit huius numeri, ut scriberet septem spũs dei. Cap. III.

Septẽ colũnæ tẽpli, septem spũs domini. Esaiæ.jj.

SEptem colũnas, quas excidit sapientia in ista domo sua (sicut dicit scriptura, Sapientia ædificauit sibi domũ, excidit columnas septem) septẽ esse spiritus dei, quis non audiuit consonantibus scripturis alijs? Nã, exẽpli gratia, propheta Esaias dixit. Et egredietur uirga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eũ spiritus domini, spiritus sapẽtiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & replebit eũ spiritus timoris domini. ¶ Multa sunt in scripturis consonantia sanctũ septiformem spiritum, sub sacramento numeri septenarij uidelicet septem lampades ante thronũ dei, septem cornua agni, septem eius oculi, quod non est aliud, q̃ apud Zachariam prophetam, in uno lapide septem oculi, & in uno candelabro septem lucernæ super caput unius candelabri. ¶ Verũ nos istud quærimus, & inuenire delectabile est, quis primus fuerit autor numeri huius, ut scriberet septem spiritus domini, & quam ob causam idẽ septem spiritus, nomine columnarũ totidem debuerint significari. Non est dubiũ quin omnia sint diuinæ autoritatis quæcunq; habentur in scripturis canonicis: ueruntamen tunc melius placet, & abundantius lætificat ipsa diuina autoritas, cum diuina quælibet scriptura simul autoritatem siue testimonium habet de aliqua priore scriptura. Exempli gratia. Quod in Zacharia scriptum est (ut iam memini) quia super lapidem unũ septem sunt oculi, cum sit diuinę autoritatis: spiritus eñ sanctus per os omniũ prophetarũ locutus est, attamen amplius ex eo delectat, quod ante istum Esaias propheta (cuius iam meminimus) scripsit apertissime septem spiritus domini, ita ut singulos proprijs quoq; exprimeret uocabulis. ¶ Hoc igitur quærimus, utrum & iste qui sine dubio diuina scripsit autoritate, sapientia ædificauit sibi domum, excidit columnas septem, priorem quempiam legerit, siue audiuerit, similia loquentem. Verbi gratia, Dauid siue Moysen. Quærentes istud, cito inuenimus, quia præcessor huius & omnium prophetarum, in isto sacramento numeri septenarij, Moyses fuit, cuius scriptura profluens, nõ ab homine, siue à literatura manu scripta cuiuspiam hominis, sed ab ipsius ore, quasi fons scripturarum est, nam cæteræ omnes scripturæ propheticæ, quasi riui sunt eiusdem fontis. Hoc demonstrare promptũ est, si tamen paucis rem tantã lingua uerbis explicare potest. Zacha.3. Esaiæ.jj. Prouer.9. Libri Moysi, fons scripturarum.

¶ De septem diebus primis, & quod spiritus domini qui ferebatur super aquas, ex illis cognosci debeat quod sit spiritus septiformis, primum spiritus timoris, secundũ diuisionem tenebrarum & lucis, & in supremo spiritus sapientie, secundum diem septimum, in quo deus requieuit. Cap. IIII.

Spũs timoris domini in primo die.

IN principio spiritus domini ferebatur super aquas, qui uidelicet spiritus dei bonitas ipsius est. Pro hac bonitate sua deus sex diebus cuncta creauit, & in septimo requieuit. Et quoniam à creatura cognoscitur creator, sicut Apl̃us dicit. Inuisibilia ipsius eñ, à creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur: sempiterna quoque uirtus eius & diuinitas, iccirco nos maxime, qui cognoscentes deum, sicut deum glorificare & gratias agere cupimus, à creatura ipsorũ dierum ipsum, qui ante omnem diem ferebatur super aquas, debemus cognoscere spiritum sanctũ. ¶ Videlicet ab illo die, quo diuisit deus lucem & tenebras, id est, angelos bonos & angelos malos, cognoscitur spiritus iste, quia spiritus timoris est. Timorem quippe efficit credẽti animæ memoria illius iuditij magni & terribilis, quo angeli tenebrarum ab angelis lucis tanta diuisione diuisi sunt, ut ultra in æternum recuperari non possint. De quo, uidelicet timore, siue spiritu timoris, scriptum est in IOB. Potestas & terror apud illum est, qui facit Genes.j. Roma.j. Iob.25.

Spūs pietatis secundo die.

qui facit concordiā in sublimibus suis. ¶A die secundo quo fecit deus firmamentum in medio aquarū. & diuisit aquas ab aquis, cognosci potest spiritus dei, quod sit spiritus pietatis: si rite perpendas, qua intentione fecerit deus fabricā huius mundi, cuius initiū fuit factura eiusdē firmamenti, quod cœlū uocauit. Quid nā intendebat fic incipiens deus uel

Prouer. 8.

sapientia dei? Quando (inquit) præparabat cœlos aderam, quando certa lege & gyro ualebat abyssos, cū eo eram cuncta cōponens, ludens coràm eo omni tēpore, ludens in orbe terrarū, & delitiæ meæ esse cū filiis hominum. Et quid tam pium, q̄ iccirco præparasse cœlos, & fecisse hūc mundū, & in eo genus humanū, quia ipsa sapientia iam delitiabatur,

Spūs scientiæ tertio die,

quandoq; fieri homo, & esse cū filiis hominū. ¶A die tertio quo dixit deus. appareat arida, quā uocauit terrā, & germinet (ait) herbā uirentē & facientē semen, & lignū pomiferū faciens fructū iuxta genus suū, cuius semen in semetipso sit super terrā: quod fuit initiū exornationis mundi, propter quod scriptura dicit, plantauerat autem dominus deus paradysum uoluptatis à principio, subauditur em̄ ornatus siue exornationis terræ. Ab isto (inquā) die tertio cognoscitur spiritus sanctus quod spiritus scientiæ, immo & scientiarum sit dominus. Quam uidelicet scientiam, quia iam in corde suo æmulabatur Adam in paradyso positus, permissus est accedere tentator, qui diceret, comedite, & eritis sicut dij, id est, iimiles deo, scientes bonū & malū. ¶A die quarto, quo dixit deus, fiant luminaria in firmamento cœli, & diuidant diem ac nocte, & sint in signa & tēpora & dies & annos: cognoscitur spiritus sanctus, quod sit spiritus fortitudinis. Quis aut ecclesiasticorū aut gentiliū philosophorū non miratus est fortitudinē siue potestatē in istis duobus magnis luminaribus sole & luna & stellis quas posuit deus in firmamento cœli? Primus Psalmista dicit. Qui fecit luminaria magna, solē in potestatē diei, lunā & stellas in potestatē noctis. ¶ Post hunc inquisitores mundi, sapientes huius seculi, tanta dixerunt, tanta scripserūt de ista creatura tam mirabili, de sole & luna & stellis, quæ cursus suos tam certa tāc̄ firma lege custodiūt, constitutione dei & præcepto quod ille posuit, ut ea etiā uiuere & ex eis fata hominū pendere crederent: quod recipere, nec uoluit, nec debuit ecclesia dei. Sunt alia potestatū insignia, sano intellectu sufficientia ad comprobandum, quod uere in his fortitudo magna sit. ¶Quinc̄ tenent cœlū zonæ ait poeta insignis, quarū circa positiones uel causas tēperamenti siue intēperamenti, multa insignia sese expenderunt † secularių. Nec ea reprobauit discretio ecclesiasticorū, solē intelligentes diuersitatis huius esse causam principalē, secundū quod illi positū est præceptū, ascendere sursum & descendere deorsum. Oritur em̄ sol & occidit (ait Ecclesiastes) & ad locū suū reuertitur, ibiq; renascens gyrat per meridiem, & flectitur ad aquilonē. Lustrans uniuersa in circuitu, pergit spiritus, & in circulos suos reuertitur. ¶Nimirū gyrando & regyrando, duas tēperat zonas: una, quæ & media, est nimiū exusta, eo q̄ soli semper sit subiecta: duabus autē extimis, à quibus longius abest, uel quibus gyrando & regyrando nō appropinquat, frigore torpentibus & glacie perpetua. Horū hic meminisse superfluū duceremus, nisi pro fortitudine, quæ in sole est, dicere aliquid oportuisset, maxime quia Psalmista quoc̄ horū meminit, dicendo. Quia neq; ab oriente neq; ob occidente neq; à desertis montibus, subauditur patet locus effugij, quoniā deus iudex est. ¶A die quinto, quo dixit deus, producāt aquæ reptile animæ uiuentis, & uolatile super terrā sub firmamēto cœli, & benedixit eis dicēs. Crescite & multiplicamini, cognoscitur spiritus sanctus, q̄ sit spiritus consilij: Cuius potentia, dū super aquas fertur, hoc mirabile fecit in creatura eiusmodi, quæ rationē non habet: ita consulere nouerit suæ posteritati, ut hō rationalis nō sufficiat admirari, idē animantibus etiam minimis, quæ sexto die terra produxit, uade (inquit Salomon) ad formicā ò piger, & consydera uias eius & disce sapientiā. Quæ cū non habeat ducē, nec præceptorē, nec principē, parat æstate cibum sibi, & congregat in messe quod comedat, deniq; in creatura humana non adeo mirū est, quòd sit consilij capax, uidelicet quia in homine inter sensualitatē & moralitatē media est rationalitas, at in eiusmodi creatura, quæcūq; est rationalitatis expers, cū quinc̄ fungatur

Gene. 3. Spūs fortitudinis q̄rto die

Psalm̄. 135. Mira solis & lunæ potestas

Verg. i Geor. Ouid. i Meta. addet igenia Luca. i Phar. Eccle. j.

Motus solis quoq; zonas distinguit.

Psalm̄. 74. Spūs consilij die quinto.

Spūs intellectꝰ die sexto.

sensibus, ualde mirū est, tantā inesse moralitatē, siue quasi consilij sollicitudinē, ut pro exemplo possit esse homini, socordiā eius in plerisq; redarguēs. ¶A die sexto, siue à creatura humana, quę die sexto facta est, cognoscitur spiritus sanctus, quod sit spiritus intellectus, nō

solum

ſolum quod rationalis cognitus, uerum etiam (quod maximum eſt) ſpiritualis intelligentiæ capax. Deniq; & ſi tunc primus homo non intellexit, & poſt eum quàm plurimi (ſicut ſcriptum eſt) homo, cũ honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Et rurſum, animalis homo non percipit ea quæ fecit deus: attamen ſpirituales fuerunt, & ſunt multi, magnus enim dominus, quos uoluit, multos ſpíritu intelligentiæ repleuit. ¶A die ſeptimo, cui deus benedixit, & in quo requieuit, quem ſanctificauit. Propter hoc ipſum, ut in ipſo requieuit, inquantum iam in hac uita uel percipi uel guſtari poteſt, requies illa, cuiuſmodi ſit, cognoſcitur ſpíritus ſanctus, quod ſpiritus ſit ſapientiæ: quia uere ad magnam ſapientiam adducit illum, quem docilem facit illius dicti: Tollite iugum meum ſuper uos, & diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus ueſtris. Iſta requies ſapientia eſt, quam ſpiritus ſanctus efficit, id eſt, participatio ſapientiæ increatæ, quæ eſt ipſum uerbum dei, ſapientia patris.

Pſalm. 46. 1. Cor. 2. Spũs ſapiẽtiæ die ſeptimo. Mat. jj.

¶Quam ob cauſam idem ſacramentum ſpiritus ſeptiformis congruum fuerit ſeptem columnarum appellatione deſignari, cur & Eſaias ordine conuerſo ſpiritus eoſdem ordinans, a ſpiritu ſapientię deſcenderit, ad ſpiritum timoris. Ca. V.

INquantum potuit ſermo fidelis fontem lucidum adiuit, de quo riuus emanauit per ora multorum, dicentium ſimilia huic, qui cum dixiſſet, ſapientia ædificauit ſibi domum, ſecutus ait, excidit columnas ſeptem. ¶Quam uero ob cauſam, iam dictum ſeptiformis ſpiritus ſacramentũ deſignari conueniebat appellatione ſeptem columnarum? Nimirum propter gloriam magnam & honorem huius altiſſimi filij hominis, quia uidelicet templum corporis eius, ipſa eſt domus quam ſapientia ſibi ædificauit. Domus autem, quæ ſuper columnas ædificata eſt, profecto ex ipſis columnis firmitatem pariter & pulchritudinem habet & alta eſt. Si igitur columnas aſpicis, quas nunc ordine digeſtas demonſtrauimus, nonne talis poſitio domus ſapientiæ illa eſt exaltatio filij hominis, de qua ſcriptum fuerat iam dudum, gloria & honore coronaſti eum & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum? ¶Deniq; & dominus eſt angelorum ſanctorum, & dominus firmamenti, id eſt, cœli, & dominus terræ ſiue paradyſi, & maris, & dominus ſolis & lunæ & ſtellarum, & dominus omnium creaturarum quas aquæ produxerunt & quæ de terra productæ ſunt, & dominus totius generis humani, & dominus etiam ſabbati, id eſt, patriæ cœleſtis, in qua eſt plenitudo illius, quã ſperamus, requiei. Vere magna domus pulchra & altiſſima domus. ¶Ipſe ſeptiformis ſpiritus, in eadem domo plenarie habitat quietiſſime: nullam enim unquam paſſus eſt, ibi offenſam alicuius culpæ ſeu negligẽtiæ. Hoc eſt quod Eſaias dixit. Et requieſcet ſup eũ ſpiritus domini. ¶Quod autem eoſdem ſpiritus aliter ſubordinauit, primum ponens ſpiritum ſapientiæ: ſeptimum autem ſpiritum timoris: cauſam ſiue rationem hanc habet. Quia dominus noſter Ieſus Chriſtus, cuius aduentus prædicebatur de altiſſimo ſapiente ſecreto, & magna requie ſua, de ſinu patris huc deſcendit, uſq; ad obedientiam & mortem crucis, quæ uidelicet obedientia, religioſus in ipſo erat timor domini: nos autem, quorum ad eruditionem ſiue correptionem ſcripta ſunt opera illa patris & filij & ſpiritus ſancti, à timore incipimus, & in ſapientia perficimur, ſicut alia ſcriptura dicit: Initium ſapientiæ timor domini.

Prouer. 9 Cur ſeptẽ ſpíritus dñi dicũtur ſeptẽ colũnæ domus. Pſalm. 8. Filius homĩs, dãs eſt omnium rerum Mat. jz Plena requieſſe ptem ſpirituũ in Chriſto. Eſa. jj. Duplex ordo ſeptẽ ſpirituũ Pſal. jjo.

¶De ędificatione huius domus domini, & quod ibi factum ſit illud quod Pſalmiſta dixit, miſericordia & veritas obuiauerunt ſibi, iuſticia & pax oſculatę ſunt. Caput .VI.

QVomodo factum eſt iſtud? Quomodo ædificata eſt iſta domus? Malleus & ſecuris & omne ferramentum non ſunt audita in domo, cum ædificaretur, ſed in ſecreto ſilentio, nulla interſtrepente humani operis inquietudine, ſpiritus ſanctus, qui in principio ferebatur ſuper aquas, in beatam uirginem ſuperuenit, eiuſq; utero ineffabiliter obumbrauit, in modum uolucris ouum ſubiectum deſideratiſſima ſeſſione calefaciẽtis. Qua tñ ſimilitudine, niſi ante nos præſumpta fuiſſet, forte noſtra infirmitas in tanto myſterio uti non auderet. ¶Tunc itaq; factum eſt illud, quod Pſalmi-

3. Reg. 6. Spũs ſcti ũs obumbrauit uterum Mariæ. Lucæ. j.

Psalm.84 sta canens prædixerat: Misericordia & ueritas obuiauerunt sibi, iustitia & pax osculatæ sunt. Veritas de terra orta est, & iustitia de cœlo prospexit. Deniq; misericordia spiritus sanctus est, ueritas uerbum dei, filius dei ẽ. Item, iustitia Christus dei filius ẽ: pax, id est, remissio peccatorũ, spiritus sanctus est. Quomodo uel ad quid talis misericordia, & talis ueritas, & ubi obuiauerunt sibi? Quomodo uel ad quid talis iustitia, & talis pax osculatę sunt

Multa nobis inexplicabilia. Quis me hoc interrogabit? Vel quis idoneus, ut ad hæc respondere possit? ¶ Interrogarem & ego aliquid quod longe minus est, & tñ neq; uerbis explicari neq; sensu hominis cõprehendi potest. In nido uolucris, ouo subiacente, quomodo & ipsum corpus uolucris & concretus ex ouo fœtus obuiant sibi? Neq; ẽm subsedentis corpus uolucris in semen conuertitur, aut à natura sua diminuitur, ut similis illi fœtus nascatur: sed calore corporis subsedentis, ouum animatur, & succus eius in uolucrem similem formatur, sicq; obuiant sibi, & inuicem osculantur, id est, inseparabili amore consociantur. Quis de huiusmodi dispu-

3.Regum.4. tare sufficiat? Legimus quidem, quia disputauit Salomon super lignis à cedro, quæ est in libano usq; ad hyssopum qui egreditur de pariete, & disseruit de iumentis & uolucribus & reptilibus & piscibus: sed non legimus eum disputando, & differendo hæc eadem com-

Incarnatio Christi ineffabilis nobis prehendisse. ¶ Quanto minus quis disputare uel differere sufficiat, quomodo spiritui sancto in beatam uirginem, & superuenienti & in sua natura siue substantia permanenti, ne quis putent quod illic ipse pro semine fuerit, uerbum dei cum sementina substantia uirginei uentris obuiauerit, iuxta illud quod iam dictum est: Misericordia & ueritas obuiaue-

Prouer.25 runt sibi. Non ergo hæc nobis altiora quæramus, ne uelut scrutatores maiestatis arguamur. Hoc scire contenti, quia sapientia domum istam, templum sacro sanctum corporis sui, spiritu suo sibi ædificauit, spiritu (inq̃) suo id est, ex operatione, non de substantia spiritus sui, & iam dictas septem columnas, non de sola patris sui persona, quasi de alio monte excidit, sed ipsa sapientia, siue filius dei, & pater eiusdem filij, sicut sunt una substantia, sic & ambo inseparabiliter septiformem spiritum suum, indiderunt huic domui, huic homini Iesu Christo, filio dei, filio hominis.

¶ Item de eadm re, ad quid misericordia ⁊ veritas obuiauerunt sibi, ⁊ quale consilium de saluando humano genere illic habuerint, secundum illud beati Job, vtinam appenderentur peccata mea quibus iram merui, ⁊ calamitas quam patior in statera. Caput .VII.

Ad quid iustitia & pax osculatæ sunt. DIximus pro posse, quomodo & ubi misericordia, & ueritas obuiauerunt sibi, iam dicendum etiam ad quid. Nam etiam hoc supra propositum est. Ad quid ergo misericordia & ueritas sibi obuiauerunt? Ad quid conuenerunt? Ad quid iustitia, quæ est ipa ueritas: & pax, quæ est ipsa misericordia, osculatæ sunt? Nimirum ad consulendum & habendum de magnis rebus consilium, ad pertractandum magnæ rei negocium, scilicet quomodo saluaretur genus humanũ. Non enim leue erat pondus huius rei, quõ salua rõne iustitię seu ueritatis, quæ est ipsum uerbum siue filius dei, ho-

Summa consilij iustitiæ & pacis minem excusaret, & saluti restitueret misericordia quæ est spiritus sanctus. ¶ Habitum ergo est cõsiliũ, imo qđ ante secula fuerat consiliũ præfinitũ, tũc ex utero uirginis pductũ est ad effectũ, agendo scilicet, quatenus cõstaret hominẽ plus calamitatis esse passum q̃ peccatis suis promeruisset. Hæc ergo fuit summa consilij in illa conuentiõe obuiantiũ sibimisericordiæ & ueritatis, siue osculatiũ iusticiæ & pacis, hominem illum diuinæ benignitatis, fructum terræ nostræ, scilicet uirginei uentris oportere mortalem nasci & mori & resurgere à mortuis, atq; ita consummatum per fidem in cordibus nostris: ut essemus nos duo, uidelicet homo peccator ac propter peccatũ morti addictus, & in uno quoq; nostrum homo absq; peccato mortalis factus, & mortificatus, & iccirco mortis uictor effectus. Nonne ita

1.Cor.6 Ecc.4. ò mediator dei & hominũ, homo Iesu Christe, ego & tu duo sumus? Immo nonne unus spiritus & unum corpus sumus. Attamen alio respectu duo sumus, & de nobis duobus sapientia loquitur. Melius est duos simul esse q̃ unum. Habent emolumentum societatis suæ. Si unus ceciderit ab altero fulcietur. Et si quispiam præualuerit contra unum, duo resistunt ei. Vbi fit aut fiet istud? Nimirq; in ista uita incipitur, & in porta, cuius meminit Psal-

Psalm.126 mista, dicendo: Non confundetur cũ loquetur inimicis suis in porta; in porta (inq̃) id est, in exitu

exitu uitæ huius perficitur. ¶Quomodo ibi perficitur? Astando ante tribunal Christi,& parata ibi statera,quam beatus Iob suis temporibus nondum paratam suspirans, dicebat. Statera iudicij in exitu hominis uitæ Iob.6

Vtinam appenderentur peccata mea,quibus iram merui,& calamitas quam patior,in statera ,quasi arena maris hæc grauior appareret.Statera ista tunc parata est,quando miseri cordia & ueritate(ut iam dictū est)obuiantibus sibi, immortalis deus mortalis homo factus est. Cum ergo uenitur ad examen stateræ huius, dum statur ante tribunal iudicis huius,ibi sunt duę lances,altera misericordiæ,altera iudicij : & tamen duo sunt (ut iam diximus)scilicet,homo qui peccauit,& habitans per fidē in corde eius Christus qui non peccauit,appenduntur peccata unius tantum in statera iudicij,appenditur calamitas duorum in statera misericordiæ, scilicet & calamitas mortis eius, qui peccauit. Verbi gratia, Iob aut alterius uiri fidelis, et calamitas mortis eius qui non peccauit,scilicet Iesu Christi. Nōne itaq; calamitas in lance misericordiæ grauior appareret,q̄ peccata in lance iudicij? Plane grauior quasi arena maris,utpote duplum contra simplum : quia cum simus duo, & unus tantum peccauerit,ambo soluimus debitum mortis. Quid igitur? Profecto,sicut scriptum est,& nos iam meminimus,si quispiam præualuerit contra unum,duo resistunt ei, id est, si princeps mundi huius contra steterit ut accusetanimā egredientē à Christo,habitāte in se, defensionē petit. Apprehende (inquiens) arma & scutum,& exurge in adiutorium mihi. Ephe.3. Eccliastes. 4. Psal.34.

¶Item de ędificatione domus eiusdem, quid mysterij habeat dictum illud, domus cum ędificaretur,lapidibus dedolatis atque perfectis ędificata est. Caput .VIII.

SEd iam propositum de domo tua domine,de corpore tuo Christe,quo proposuimus ordine sermonis,persoluamus.Proposuimus nanq; sermone fidei concelebrare tria hæc,ædificationem,exornationem,atq; dedicationem domus huius:in qua inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.Iam ergo de exornatione dicendum esset , nisi quod adhuc in ædificatione capitulum nos illud tenet , domus cum ædificaretur , lapidibus dolatis atq; perfectis ædificata est:Huius nanq;capituli mysterium ,intactum animus præterire non patitur. ¶Quid ergo est, huiusmodi domum ædificatam esse lapidibus dedolatis atq; perfectis, nisi mediatorem dei & hominū, hominem Christum Iesum,conceptum esse ex utero, siue concretum in utero uirginis,secundum fidem sermonemq; fidelem Patriarcharum atq; Prophetarū, qui utiq; fuerunt uel sunt lapides magni,lapides perfecti. Huic etenim unus illorum Esaias gratulatur & dicit. Et adhibui mihi testes fideles, Vriam sacerdotem, & Zachariam filium Barachiæ. Et accessi ad prophetissam,& concepit & peperit filium. Et dixit dominus ad me: Voca nomen eius,accelera, spolia detrahe,festina prædari. Plane hic unus dixit, cæteris quoq; omnibus sanctis Prophetis,quorum per os spiritus sanctus locutus est à seculo,dixisse uel dicere congruit. Omnes enim ad illam prophetissam accesserunt,omnium fides,omnium prophetiæ in illam beatam uirginem conuenerunt: & ipsa sciuit, quid ageretur secum secundum ueritatem scripturarum. ¶Domus igitur ædificata est lapidibus dedolatis atq; perfectis,id est,incarnatio dominica,secundum fidem & expositionem sanctorum,& secundum scripturas prophetarum,& uerum ex omnibus habet testimonium sancta domus tua domine,iuxta illud præconium magni Prophetæ: Testimonia tua credibilia facta sunt nimis, domum tuam decet sanctitudo domine in longitudine dierum. Quam bene autem lapides isti perfecti dicuntur etiam dedolati. Quis enim illorum uiam uitæ huius pertransiuit absq; delatura tribulationis? Deniq; plerique illorum fuere dolati usque ad internitionem sui corporis. Hinc ipse deus dicit in Osee: Propter hoc dolaui in prophetis,occidi eos in uerbis oris mei. Et in Actibus Apostolorum , protomartyr Stephanus ait: Dura ceruice & incircumcisi cordibus & auribus, uos semper spiritui sancto restitistis,sicut patres uestri & uos. Quem prophetarum non sunt persecuti patres uestri? Et occiderunt eos qui prænunciabant de aduentu iusti. Lapides dolati atq; perfecti sunt Patriarchæ atq; Prophetæ. Esa.8 Domus ædificata lapidibus dolatis atq; perfectis. Psal.92. Osee.6 Actū.7.

¶De exornatione eiusdem domus, quali auro exornata sit, descendente ad illam super dominum spiritu sancto in specie columbę, cum baptizaretur a Iohanne. Caput .IX.

3.Reg.6

Exornatio domus non manufactę apparuit anno ætatis Christi trigesimo Lu.3

Aurę sunt charismata spi. s. 1.Cor.12 Iohan.7. Iohan.15

Manus Christi tornatiles, aureæ. Cā.5

Mar.3

1.Tim.3

Christus pro nobis pœnitentiam egit. Phil.2 Esa.53 Leui.1.&.5. Lex mystica de columba i holocaustum oblata

Heb.9.

DIficata domo ista siue templo nici corporis Quid deinde factum est? Quomodo exornata siue decorata est? Domum quoq; (ait scriptura mystica) ante oraculum operuit Salomon auro purissimo, & affixit laminas clauis aureis, nihilq; erat in templo, quod non auro tegeretur. Sed & totum oraculi altare texit auro. Et fecit in oraculo duo Cherubin de lignis oliuarę. ¶Secundum typum illius manufactæ exornationis quam totam hic præscribere nimis longũ esset, exornata est domus non manufacta, de qua nunc loquimur, scilicet humanitas Christi, nostri saluatoris, anno tricesimo suæ ætatis. Nam usq; ad annum illum ignotus inter homines mansit. Illo denicq; anno (sicut Euangelistæ manifeste dicunt) ipse autem Iesus erat incipiens quasi annorum triginta, cum baptizaretur à Iohanne, descendit spiritus sanctus corporali specie, sicut columba, in ipsum, & ipse plenus spiritu sancto regressus à Iordane. Quid rogo est plenum spiritu sancto regressum esse à Iordane: cum sine dubio plenus spiritu sancto fuerit ab ipsa conceptione. Quid (inquam) est uel erat plenum spiritu sancto à Iordane regredi, nisi quia iam tempus erat, opere exercere quæ prius in potestate habebat charismata spiritus sancti? ¶Hoc aũt aurę uerę, aurę purissimũ ẽ, lapides pretiosi sunt, uide licet sermo sapientiæ, sermo scientię, operatio uirtutum, gratia sanitatum, prophetia, discretio spirituum, interpretatio sermonum. Huiusmodi charismata sic extunc opere cœpit exercere, ut nunquam sic locutus fuerit homo sicut hic, & nemo alius unquam talia fecerit opera, qualia fecit hic. Nonne igitur domus illa operta est auro purissimo, nihilq; erat in templo quod nõ auro tegeretur? ¶Tali nanq; auro siue splendore auri, delectata sponsa eius, dicit in canticis: Manus eius tornatiles, aureæ, plenæ hyacinthis. Tornatiles, id est, ad operandum citæ uel faciles: aureæ, id est, operantes potentia diuinæ naturæ: plenę hyacintis, id est, cœlestia sacramenta spirantes in exterioribus signis. Eatenus non apparebat, quod ornata esset domus huiuscemodi ornatu. usq; adeo inusitatum fuerat per annos triginta, ut cũ discipulos eligeret, & illis quoq; talium operum faciendorum potestatẽ daret, fieret nimiæ admirationis stupor in eum, sicut Marcus euidenter narrat. Et cum audissent (inquit) sui, exierunt tenere eum. Dicebant enim, ꝙniam in furorem uersus est.

¶Quo pertinuerit, quod ad hoc opus procedẽs spiritus sanctus, non in qualicunq; specie, sed in specie columbę apparuit. Ca.X

QVo pertinuit quod ad hoc opus spiritus sanctus non in qualicunq; specie, sed in columbæ specie procedens apparuit? Reuera ad magnũ pietatis sacramentum, quod manifestatum est (ait apostolus) in carne, iustificatum est in spiritu, apparuit angelis, prædicatum est gentibus, creditũ ẽ in hoc mundo, assumptũ est in gloria. ¶Non enim illud solum attendere debes, quod extunc uerbum in carne, deus in homine, miraculis cœpit clarificari, immo quod tunc pœnitentiam pro nobis agendam suscepit, baptizatus baptismo Iohannis, uidelicet in pœnitentiam, quam protinus à ieiunio quadraginta dierum inchoauit, & in ea perseuerauit usq; ad mortem, mortem autẽ crucis. Vere magnum pietatis sacramentum, quia dominus posuit in eo iniquitates omnium nostrum in pœnitentiam. ¶Nam eiusmodi pœnitentiam, morte crucis consummatam, lex sacra & mystica in sacramento sacrificij signauerat dicendo: Si holocausti oblatio fuerit domino, de turturibus & pullis columbę, offerat eas sacerdos ad altare, & retorto ad collum capite, & rupto uulneris loco, decurrere faciet sanguinem super crepidinem altaris Non secabit, nec ferro diuidet eam, & adolebit super altare lignis igne suppositio, holocaustum ẽ et oblatio suauissimi odoris domini. Quid enim in hac oblatione turturis & columbæ, quæ pro peccato iubetur offerri, atq; ut post mortem hostiæ caput corpori inhæreat, nisi mediatoris nostri persona signatur? Redemptoris enim nostri mors, ad coniunctionem sui corporis, id est, Ecclesiæ, ualuit, non ad separationem. Mediator etenim dei & hominũ, id est, caput omnium nostrum, est uere mundationis hostia. Vnde pro nobis mortem pertulit, unde nobis uerius inhæsit. Post sectionem ergo caput columbæ suo corpori inhæret, quia Christum & Ecclesiam nec mors interueniens diuidit. Multum igitur pertinuit ad magnum sacramentum pietatis, quod spiritus sanctus in specie columbæ super eũ apparuit, de quo Apostolus ait, qa per spiritum sanctum semetipsum immaculatũ offerẽs

Deo emũ

Deo, emundauit conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad seruiendum deo uiuenti. ¶Adde, quod ibidem Baptista Iohannes, ubi testimonium perhibuit dicens: quia uidi spiritum sanctum descendentem de cœlo quasi columbam & mansit super eum: tali uoce, taliq; iudicio mansuetudinem eius prædicauit: Ecce agnus dei. qui tollit peccata mũdi. Denicq; in sacrificio domini, sacrificio odoris suauissimi, eãdẽ mansuetudo agni, quam simplicitas columbæ, mystice significat innocentiam & pietatem Christi filij dei. Iohan.j

¶De die illo quem determinauit spiritus sanctus in Dauid, dicendo: Hodie si vocem eius audieritis. Caput .XI.

EX tunc dies ille est bonę auditionis, dies uocis audiendę in lenitate fidei, quem spiritus sanctus determinauit in Dauid, et populus modo meminit. Quapropter sicut dicit spiritus sanctus: Hodie si uocem eius audieritis, nolite obdurare corda uestra, sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in deserto. Psalm. 94. Vox chri di ulcis, uox turturis Luc. 4

¶O uox dulcis & suauis uox dilectionis & gratiæ, uox turturis & columbæ, quam apud Lucam, taliter cępimus audire. Regressus in uirtute spiritus in Galilæam, cum uenisset Nazareth, & intrasset in synagogam, & traditus esset sibi liber Prophetæ Esaiæ, lo cumq; hunc statim inuenisset: spiritus domini super me, propter quod unxit me, euangelizare pauperibus misit me, prædicare captiuis remissionem, prædicare annum domini acceptum, & diem retributionis. Hodie (inquit) impleta est hæc scriptura in auribus uestris. Ab ista uoce debent corda nostra hodie molescere siue mitescere: hodie inquam, id ẽ, alio die, qui alius est ab illo die, quo exiuit Israhel de Aegypto per mare rubrum, & per quadraginta annos tentauerunt, atq; exacerbauerunt spiritum sanctum in deserto. Esa. 61

¶Nunquid nõ hoc uidit Iohannes Baptista, qui in initio diei huius uidẽs ad se Iesum uenientem, dixit (ut supra meminimus) Ecce agnus dei? Denicq; talis eius dictio talem nobis sensum efficit. Ecce cuius in figura immolatus est agnus in Aegypto, sumpto sanguine qui erat In limine & posito in superliminari & super utrunq; postem, ut figuram crucis exprimeret, factumq; ẽ phase, id est, transitus: transiuit enim dominus per Aegyptum, Aegyptios percutiens, & filios Israhel saluans. Ecce agn9 dei Iohan.j Exo.jz

¶Nunc alia percutietur Aegyptus, & aliud mare diuidetur, & aliud manna de cęlo dabitur, & alia petra sitientibus alias dabit aquas, & in aliam terram intrabitur, & alia ciuitas Hierusalem inhabitabit, & omnia in nouum restituentur, dicẽte isto, qui spiritu sancto baptizat, ecce noua facio omnia. Igitur dies sanctę nouitatis tunc illuxit. quã do desuper in columbæ specie apparente spiritu pietatis, Pontifex declaratus est Christus filius dei: Pontifex (inquam) ipe, & hostia & templum, ex tunc optime ornatum (ut supra diximus) secundum figuram templi illius manufacti, auro uidelicet non corruptibili, sed auro uero splendidæ diuinitatis, quę tunc in eo splendere cępit per operationem uirtutum & gratiam sanitatum, cæteraq; opera digiti dei spirius sancti. Ecce uoua facio omnia Apo.zj

¶De eusdem domus dedicatione, id est, resurrectione secundum ¶Psalmum vicesimumnonum, cuius est titulus, ¶Psalmus Dauid cantici in dedicatione domus Dauid. Caput .XII.

AD dedicationẽ domus iuxta propositum properat animus, id est, ad gloriam resurrectionis domini nostri Iesu Christi, qua sine dubio dedicatum est templum corporis eius, ita ut omni mortalitatis seu passibilitatis paupertate detersa, solennitas æterna, festiuitas sempiterna, in uoce exultationis & confessionis in ea celebretur ab angelis, celebretur ab hominibus quotquot sunt uel erunt filij resurrectionis. Dedicatio domus Christi ĩ resurrectione eius celebrata est.

¶Hoc loco sensum & uerba nostra dirigat textus Psalmi uicesiminoni, cui talis præscriptus est titulus. Psalmus cantici, in dedicatione domus Dauid. Primum autem in fundamẽto sermonis illud ponere libet, quia domus illa manufacta, quæ in typum huius ædificata fuit (ut supra diximus) sub trina benedictione nominis domini dedicata est, sicut habet manifeste ipsa scripturæ series. Primo nanq; sic scriptum est: Conuertitq; rex faciem suam & benedixit omni ecclesiæ Israel & ait: Benedictus dominus deus Israhel, qui locutus est in ore suo ad Dauid patrem meum, & in manibus eius perfecit, & cætera. Item secundo: Stetit autem Salomon ante altare, domini in conspectu Ecclesiæ Israhel, & expandit manus suas in cœlum, & ait: Dñe deus Israhel, non est similis tui deus in cœlo desup, & sup terrã 3.Reg.8

deorsum, qui custodisti seruo tuo Dauid patri meo quæ locutus es & cætera. Deinde tertio: Factum est, cum complesset Salomon omnem orationem stetit & benedixit omni Ecclesiæ Israhel uoce magna, dicens: Benedictus dominus qui dedit requiem populo suo Israhel, iuxta omnia quæ locutus est, & cetera. ¶ Itaq; sub trina (ut iam dictum est) inuocatione nominis domini, Ecclesiam siue domum domini dedicauit, non utiq; casu, sed magna cū ratione sapientiæ quā de⁹ dederat illi: præsertim quia talis data fuerat regula benedicendi. Sic enim scriptum est in libro numeri: Locutusq; est dominus ad Moysen dicens: Loquere ad Aaron & filios eius. Sic benedicetis filijs Israhel & dicetis eis: Benedicat tibi dominus & custodiat te. Ostendat dominus faciem suam tibi, & misereatur tui. Conuertat dominus suum ultum ad te, & det tibi pacem. Hoc dicimus pro glorificatione trinitatis, quia, sicut hactenus demonstrare curauimus, fere nihil celebre siue memorabile referunt scripturæ ueritatis, absq; sacramento sancti huius nominis.

Trina benedictio secūdum legem Num. 6

¶ Item in eodem ⁊ psalmo, de trina appellatione nominis domini: Exaltabo te domine, domine clamaui ad te, domine eduxisti ab inferno animam meam: ⁊ de titulo alterius psalmi, in finem canticum psalmi resurrectionis. Caput .XIII.

Psalmus. 29. de resurrectione Christi

NVnc igitur perpende quod perpulchrum est, quia in isto Psalmo cantici cantati siue cantandi, secundum dedicationem domus Dauid, id est, corporis Christi. Similiter trina præpollet appellatio eiusdem nominis domini. Primo nanq; dicit: Exaltabo te domine, quoniā suscepisti me, nec delectasti inimicos meos super me. Deinde secundo: Domine deus meus clamaui ad te, & sanasti me. Deinde tertio: Domine eduxisti ab inferno animam meam, saluasti me à descendentibus in lacū. Continuo sequitur, concentus multitudinis sub admonitiōe huiuscemodi: Psallite dño sancti eius, & confitemini memoriæ sanctitatis eius. ¶ Sic in dedicatione domus illi⁹ manufactæ post trinam adorationem nominis domini, à Salomone premissam, continuo sequitur admonitio ad multitudinem, & magnæ festiuitatis uniuersalis communicatio, prosequente

3. Reg. 8.

Salomone, sit quoq; cor nostrum perfectum cum domino deo nostro. Et subsequente scriptura, igitur rex & omnis Israhel cum eo immolabant uictimas coram domino. Generalis quippe festiuitas est, festiuitas huiusce dedicationis, festiuitas resurrectionis. ¶ Vnde non prætereundum, quia tit ulum psalmi præscripti (qui sic sese habet, psalmus cantici in dedicatione Dauid domus) titulus alterius psalmi, scilicet sexagesimiquinti, pene exponit, qui eiusmodi est. In finem canticum psalmi resurrectionis. Tali præeunte titulo, iubilat omnis terra deo, psalmum dicit nomini eius, dat gloriam laudi eius, & dicit inter cætera: Introibo in domum tuam in holocaustis, reddam tibi uota mea, quæ distinxerunt labia mea, holocausta medullata, offeram tibi cum incenso arietum, offeram tibi boues cum hircis. ¶ Quę omnia mystice significant combustionem uiciorum, purificationem spiritus, omnimodamq; intentionem ad destructionem totius repugnantiæ quasi arietum cornutorum, & totius excellentiæ quasi boum cornupetarum, & totius fœditatis malorum operum, quasi hircorum. Cum huiusmodi quippe holocaustis introitur in domum resurrectionis, in domum quam sapientissimus Salomon, id est, CHRISTVS filius dei, per semetipsum ædificauit, id est, immortalitatem & impassibilitatem, quam habent iam cœlestes spiritus, in quibus plenissimæ habitat maiestas sanctæ Trinitatis, quo præcursor introiuit per uiam, quam illi columba, id est, spiritus sanctus demonstrauit. Passus enim idem CHRISTVS, & resurgens à mortuis festiuitatem sibi & nobis inchoauit huiusce dedicationis, tanquam caput corpori, & hanc fidem tenere, atq; in hac spe per dilectionem operari, hoc nimirum est, legitime cantare canticum Psalmi resurrectionis, iamq; stare cum cantico in illa dedicatione domus Dauid.

Alius psalmus de resurrectione Christi

Oblatio mystica

¶ Cur ab illa festiuitate dedicationis, id est, a gloria resurrectionis spiritus sanctus non in specie columbę, sed in specie ignis apparuerit, ⁊ de spiritu blasphemię quod peccatum nō remittetur neq; in hoc seculo neque in futuro. Caput .XIIII.

Magnā

MAgnam quidem habet hæc dedicatio domus festiuitatis iocunditatem, sed magnum nihilominus species quæ exinde apparuit, debet incutere timorem, & excitare sollicitudinem. Non em̃ hic in columbæ specie uidendum se spiritus sanctus exhibuit, sed in specie ignis, super beatos Apostolos ab illa domo processit mittente illo secundũ uirtutẽ uel naturã diuinitatis, quemadmodũ dixit ad illos: si autẽ abiero, mittã eũ ad uos. ¶ Quamobrẽ ergo non in specie columbæ, sed in specie ignis. Attendant tantam diuersitatem speciẽ istarũ, scilicet columbæ & ignis, quicunq; irreuerenter istam, postquam dedicata est, aspicere audent domũ domini, qualibus ipe dixit. Ideo dico uobis, oñe peccatũ et blasphemia remittetur hominibus, spiritus autem blasphemiæ non remittetur. Et quicunque dixerit uerbum contra filium hominis, remitttetur ei. Qui autẽ dixerit contra spiritum sanctum, non remittetur ei neque in hoc seculo neque in futuro. Attendant (inquam) qui eiusmodi sunt, immo quia tales attendere nolunt. Attendamus nos quanta cum ratione tam diuersas species, diuersis temporibus exhibuerit apparens unus & idem spiritus. ¶ Dicendum autem in primis, quid distet inter blasphemiam & spiritum blasphemiæ: quoniam dixit, blasphemia remittetur, spiritus autem blasphemiæ nõ remittetur. Blasphemia tantum, & non etiam spiritus blasphemiæ est, cum quis ignorans loquitur aliter q̃ se habet ueritas: ul'agit quippiã cõtra iustitiã, sicut, exempli gratia: Saulus ignorans & errans agebat. Porro spiritus blasphemiæ est, ubi quispiam scienter & per inuidiam ueritati repugnat: quod peccatum Iudæorum est, & hæreticorum, quos Apostolus uitandos esse denunciat. Hæreticum (inquit) hominem post unam & secundam correptionem deuita, sciens quia subuersus est qui eiusmodi est, & delinquit, cum sit proprio iudicio condemnatus. ¶ Vtriusque ergo reatus discretionem habens spiritus sanctus, non in specie ignis, sed in specie columbæ super dominum IESVM apparuit, ante glorificationem eius: & econtra, non in specie columbæ, sed in specie ignis super Apostolos post glorificationem eius. Adhuc enim qui dicebant uerbum contra filium hominis, de ignorantia poterant excusari: & iccirco decebat agere eum uel pati cuncta in spiritu mansuetudinis. Verbi gratia, ut non consentiret discipulis suis, dicentibus: Magister, uis, dicimus, ut descendat ignis de cœlo, & consumat eos? Sed diceret, filius hominis non uenit animas perdere, sed saluare. Amplius autem, ut diceret, dũ crucifigeretur: Pater, ignosce illis, non enim sciunt quid faciunt.

Actu. 2.

Iohan. 16

Aliũ blasphemia, aliũ spũs blasphemiæ.

Mat. 12.

Quomodo differunt

Actu. 9

1. Tim. 1.

Tim. 3.

Cur spiritus sanctus super Christũ in specie columbæ, sup Apłos in spẽ ignis apparuit.

Lucæ. 9.

Lucæ. 23

¶ Item de eodem spiritus sancti iudicio, cum illa Apostoli sententia, voluntarie enim peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, iam non relinquetur hostia pro peccatis. Caput .XV.

VSque illuc patientia & mansuetudo agni, quam columba significauerat circa uos, o oues domus Israhel, ad quos missus uenerat, unde & dicebat. Non sum missus nisi ad oues quæ perierant domus Israhel. Extunc uobis peccantibus, peccatum uestrum in spiritu blasphemiæ reputatur, quod neq; in hoc seculo neq; in futuro remittatur. Iam enim non est uobis hostia, quippe qui bus filius dei, cum esset agnus, in leonem conuersus ẽ, & spiritus sanctus, qui ut columba uisus fuerat, quasi ignis demonstratus est, quia non per ignorantiam delinquitis, sed uoluntarie peccati s subuersi & proprio iudicio condemnati. Hinc est illud Apostoli: Voluntarie em̃ peccantibus nobis post acceptam notitiam ueritatis, iam non relinquitur pro peccatis hostia. Terribilis autẽ quædã expectatio iudicij & ignis æmulatio, quę consumptura ẽ aduersarios. ¶ Quõ nobis, scilicet natura Iudæis, non reliquitur hostia pro peccatis, si uolũtarie peccamus, id est, si uocẽ eius audientes, & ex scripturis eum cognoscentes, corda nostra obdurare uoluerimus? Nimiũ taliter, ut nec hostia siue sacrificiũ, nec locus, siue templũ remaneat in quo sacrificetur. Sic em̃ & Danieli præmonstratũ fuerat. Occidetur Christus, & non erit eius populus, qui eũ negaturus est, & ciuitatẽ & sanctuariũ dissipabit populus cũ duce uenturo, subauditur Vespasiano siue Tito, & finis eius uastitas, & post finem belli statuta desolatio. Et deficiet hostia siue sacrificiũ, & in tẽplo erit abomiatio desolationis, & usq; ad consummationẽ & finẽ perseuerabit desolatio. Ecce quomodo iam non relinquitur hostia pro peccatis uoluntarie peccantibus, id est, dedicationem istam odientibus,

Mat. 15

Iudęi nũc peccant spiritu blasphemiæ.

Heb. 6

Iudęis nec hostia, nec locus immolandi relinquitur

Danie. 9

& sacrificium unicum, quod in ea celebratur, secundum Euangelicam similitudinem illius senioris fratris, qui sciens intus celebrari conuiuium pro iunioris fratris reuersione, uolũtarie foris stabat, & nolebat introire. ¶ Quæ aũt est illa quæ adhuc sup est terribilis expectatio iudicij, & ignis æmulatio, quæ consumptura est aduersarios? Non enim sola est illis pœna quam receperunt iam in hoc seculo, cadentes in ore gladij, & in omnes gentes ductica ptiui. Quæ ergo illa est: Ignis (ait ipse dominus) succensus est in furore meo, & ardebit usque ad inferni nouissima. Hæc eadem sententia est duplicis pœnæ in hoc dicto, non remittetur ei neq; in hoc seculo neq; in futuro. Et iuste, quia non habet excusationẽ de peccato suo quis, uoluntarie, id est, scienter peccans, & (ut ait Apostolus) filium dei conculcans, & sanguinem testamenti pollutum ducens, & spiritui gratiæ contumeliam faciens.

Lucæ. ij. Iudiciũ seculi per ignem

Deut. 32

Heb. 6.

¶ Quomodo psallere, & quid psallẽdo cõfiteri debeamus sanctitatis eius, & quod ipsa memoria missio sit filij dei, dicentis apud Esaiam, anteq̃ fierent, ibi erã, & nũc dominus misit me & spiritus eius. Caput .XVI.

Psalm. 29. Cãticũ filioꝝ resurrectiõis.

IGitur quemadmodum dicit (ut supra meminimus) psallite domino sancti eius & cõfitemini mẽoriæ sanctitatis eius, cuius psalmi titulus ẽ psalmꝰ cãtici in dedicatione domus Dauid: Psallamus concorditer, & confiteamur fideliter, tanquã filij resurrectionis, tanquam sacerdotes & leuitæ huius dedicationis. Quid psallemus, aut quid confitebimur? Quid psallendo & confitendo dicemus? Nunquid hoc solum quod hic audiuimus eum dicentem, exaltabo te domine pater, qm̃ suscepisti me, dicẽtem, pater in manus tuas commendo spiritum meum? Deniq; hoc & totus fere eiusdẽ psalmi textus humanitatis siue humanæ naturæ uoces sunt, cuius deus & dñs est, et pater et spiritus sanctus, et ipse qui illam sibi unitatẽ personæ assumpsit filius. ¶ Altius psallimus et cõfitemur, non aliud sed id ipm, quod ex ipso accepimus, quod locutus est ipe ꝓpheta, lõge anteq̃ in carne nasceretur. Accedite (inquit) ad me et audite, hoc non à principio locutus sum in abscondito, ex tempore anteq̃ fierent ibi eram. Et nũc dominus meus misit me, et spiritus eius. Altissima nanq; est hæc memoria sanctitatis eius, cui necessario ad salutem nostram cõfiteamur, quia ibi eram (inquit) ex tpe cuiuscunq; meminisse potes, imo & anteq̃ fierẽt, subauditur cœlũ & terra. Præmiserat em̃ pauloante, manus quoq; mea fundauit terrã, & dextera mea mẽsa est cœlos, siue ex tẽpore cuiuscunq;, uidelicet Adę, Noe, uel Abrahæ, uel anteq̃ fieret ipe Abraham, uel superioꝝ quispiam, ibi eram, & à principio locutus sum, non in abscondito, sed palam oñi mundo, siue in Moyse, siue in Prophetis, immo & superius ad Abraham siue ad Noe. Nihil enim ascondi eoꝝ quæ futura erant, testante Propheta, quia non faciet dominus deus uerbum nisi reuelauerit dominus secretum suum ad seruos suos Prophetas. ¶ Ibi (inquam) eram antequam fierẽt & nunc dominus deꝰ misit me, & spiritus eius. Dominus (inquam) deus pater misit me: uoluit em̃ me carnẽ iduere siue hominẽ assumere, qui ante secula secundum naturam diuinam genauit me, de uẽtre matris meæ uocauit me, & iterum in Iordane unxit me, & Euangelizare pauperibus misit me. Et secundum illa prima, & secundum hæc nouissima, psallite domino, ut sitis sancti eius & memoria sanctitatis eius. Solemus basilicas martyrum appellare memorias eorum, pro eo quod ibi psallendo & confitendo memoramus martyria illorum. Bene ergo & hic memoriam sanctitatis domini istam intelligimus domum, cuius dedicationem Psalmus iste secundum præsentem titulum, quem supra scripsimus, intendit. ¶ Huic itaque memoriæ sanctitatis domini recte confitemur, dum propter hoc opus memorabile, sanctũ dominum prædicamus, laudamus, & benedicimus sanctum dominum patrem qui filium misit, sanctum spititum eius qui uirginis uterum filio præparauit, sanctum ipsum filium qui in sanctitate sua hominem assumpsit. Et quis nisi uoluntarie peccans, te ò beata Trinitas in uerbis istis non intelligit, & nunc dominus misit me & spiritus eius: Non ergo partes illis in dedicatione domus huius, sed foris sunt extra mensuram templi siue regulam fidei, & quàmuis Christum confitendo, intus esse uideantur, sicut plærique hæretici foris sunt et cum paganis reputantur iuxta illud: Atrium autem quod foris templum est, eijce foras, et ne metiaris illud, quoniam datum est gentibus.

Ex tẽpore, anteq̃ fierent ibi eram

Esa. 48.

Amos. 3 Esa. 48.

Esa. 49

Psal. 29 Confitemini memoriæ sanctitatis eius.

Apoca. ij

Bepzo

¶De processione spūs sancti iuxta subsequens capitulum Esaię, non sitierunt in deserto cum educeret eos, aquam de petra produxit eis, ꝛ scidit petram ꝛ fluxerunt aquę, ꝛ de voce exultationis qua istud iubemur annuntiare. Caput XVII.

LIbet aliquantulum progredi pro tenore propositi, ut principio conueniens reddatur finis huius operis de glorificatione Trinitatis, & processione spiritus sancti. Vbi dixit: et nunc dominus misit me & spiritus eius, paucis interpositis ait: In uoce exultationis annunciate, auditum hoc facite, afferte illud usque ad extrema terræ. Dicite: Redemit dominus seruum Iacob. Non sitierunt in deserto cum educeret eos, aquas de petra produxit eis, & scidit petram, & fluxerunt aquæ. ¶Petra nanque ista domus ipsa est, de qua loquebamur, templum dominici corporis est, de cuius resurrectione sermo nobis habebatur. De quo & alius Propheta: Vidi (inquit) aquam egredientem de templo à latere dextro. Et omnes ad quos peruenit aqua ista, salui facti sunt. Et hic & illic, aqua singulari numero spiritus sanctus est, ea gratia qua datur in remissionem peccatorum: Et aquæ plurali numero idem spiritus est, ea gratia qua datur in diuisiones gratiarum. Huiusmodi aquam siue aquas de petra (inquit) produxit eis, quia spiritus sanctus aqua uiua, quam qui biberit non sitiet unquàm, sed fiet in eo fons aquæ salientis in uitam æternam: nimirum ut de patre, sic & de filio procedit. Cuius in figura cōtigit, qđ petra pcussa in deserto, aquam sitienti populo dedit uel fudit. Vnde & Apostolus: Bibebant autem de spirituali consequente eos petra. Petra autē erat CHRISTVS. ¶Vox exultationis inquam annunciate (inquit) & auditum hoc facite, afferte illud usq; ad extrema terræ. Vox (inquam) prædicatio est exultationis Euangelij. Vnde & nomen accepit ut uocaretur euangelium, quod interpretatur bonum nuncium, quia uere citer magna exultatio, magnum & uerum in isto nuncio est gaudium, cuius uidelicet nuncij. Summa hæc est, redemit dominus populum.

Esa. 46.

Aqua de petra spūs s. de filio quoq; procedens. Ezech. 47

Esa. 48. Iohan. 4.

Num. 20. j. Cor. jo. Esa. 48

Vox exultationis, uox euāgelij.

¶Quod huius manufactę domus dedicatio fuerit illius ueteris ꝛ manufactę abdicatio, secundum illam Esaię visionem qua clamantibus Seraphim, sanctus, sanctus, sanctus dominus deus, domus impleta est fumo. Caput .XVIII.

TAndem & illud sciendum, quia huius non manufactæ domus dedicatio, illius manufactæ est abdicatio: quemadmodum & Apostolus testatur, dicēs: Reprobatio quidem est præcedentis mandati propter infirmitatem eius & inutilitatem. ¶Ipsam, quam dicimus abdicationem, fumus ille significabat, quem uidit Esaias: Clamabant (inquit) Seraphin alter ad alterum, & dicebant: Sanctus, sanctus, sanctus, dominus deus exercituum: plena est omnis terra gloria tua eius. Et commota sunt superliminaria cardinum à uoce clamantium, & domus impleta est fumo. Sic enim futurum erat, & sic factum est, quemadmodum hæc sacra prænotauit prophetia. Sedente domino super solium excelsum & eleuatum, id est, postquam dominus dei filius ascendit in cœlum, & sedet à dextris dei, quod nimirum solium est excelsum. Seraphin, quod interpretatur ardentes siue intendentes, ter sanctum dominum clamauerunt, id est, sancti Apostoli afflati spiritu sancto per speciem ignis (ut iam supra dictum est) sanctam trinitatem prædicauerunt, & ecce gloria prædicatiōis huius, terra plena est. ¶Et si sensus alius esse potest, nihilominus tamen hic uerus est, & ad rem magis pertinet. Dicit enim in euangelio suo Iohannes. Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Esaias. Excæcauit oculos eorum, & indurauit eorum cor, ut non uideant oculis, & non intelligant corde, & conuertantur & sanem eos. Statimque subiungit: Hæc dixit Esaias, quando uidit gloriam eius, & loquutus est de eo. Ecce locus ubi hæc loquutus ē Esaias: immo spiritus sanctus in Esaia: Vbi enim præmissum est, & domus impleta est fumo. ¶Postmodum sic scriptum est: Audite audientes me, & nolite intelligere, & uidete uisionem, & nolite cognoscere. Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude, ne forte uideat oculis suis, & auribus audiat & corde

Heb. 7

Esa. 6.

Iohan. jz. Esa. 6.

Visio de sede te sup solium excelsum, pphetia ē de assēsiōe Christi

& corde suo intelligat, & conuertatur, & sanem eum. Ergo uisio domini sedentis super solium excelsum & eleuatum, prophetia erat dominicæ ascensionis in cœlum: Et quod dictum est, ea, quæ sub illo erant, implebant templum, idem est ac si diceretur, & dona

Psalm. 67. Ephe. 3 gratiarum, quæ dedit hominibus (sicut scriptum est, ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus) impleuerunt corda credentium, qui & ipsi templum

Duo seraphi Apostoli & prophetæ. dei sunt, propter Christum habitantem per fidem in cordibus eorum. ¶ Super huiusmodi templum Seraphin stabant, id est, Apostoli & Prophetæ, ex utroq; testamento præeminentes, Principatum habent, id ipsum sentientes de Trinitate quæ est unus deus, sicut sacræ illorum literæ testantur: quod est alterum clamare ad alterum, & dicere: Sanctus, sanctus, sanctus, dominus deus, utriusque testamenti pagina, utraque scriptura prophetica & Euangelica, idem de uno creatore consonat: qui senario dierum numero creauit omnia, & in septimo sabbatizat, illud idem sabbatum fidelibus suis, maximeq; prædicatoribus ueritatis, largiturus, ut cum compleuerint opera sua, requiescant & ipsi, ab operibus suis (ait

Heb. 4. Esa. 6. Apostolus) sicut & à suis deus. ¶ Sex ergo alæ uni, & sex alæ alteri. Quot alis uolabant,

Ad quid sex alæ uni totidem uelabant faciem eius, & totidem scilicet uelabant pedes eius: quia uidelicet quanta ex utroq; testamento sanctam trinitatem testificantur intentione, tanta & claritatem diuinitatis CHRISTI filij dei & sacramentum humanitatis siue incarnationis eius abscondunt discretione, uel his qui non possunt capere, uel maxime his qui non possunt audire præ tormento inuidiæ. ¶ Commota sunt enim (ait) superliminaria cardinum à uoce clamantium, & domus impleta est fumo. Seditionem quippe excitauerunt Principes & seniores populi Iudæorum, & missos ad se Prophetas & sapientes & scribas quosdam occiderunt, quosdam flagellauerunt, & de ciuitate in ciuitatem persecuti sunt: Et iccirco relicta est eis domus sua deserta, fumo impleta præ cæcitate cordis eorum abiecta. Com-

Cõmota sup liminaria qd significant

Matth. 23 Actu. 2 Esa. 6 puncti sunt corde aliqui ex eis, & dixerunt ad Apostolos. Quid faciemus uiri fratres? Eorum in persona congrue dixit Propheta: Væ mihi, quia tacui, quia uir pollutus labijs ego sum, & in medio populi polluta labia habentis ego habito, & regem dominum exercituum ego uidi oculis meis. Hoc enim fuit dicere unumquenque illorum. Væ mihi,

Matth 27. Iohan. 19 quia clamando, & consentiendo clamantibus, crucifige, crucifige, labia mea pollui, & regem meum CHRISTVM, quem uidi oculis meis, qui uenit in diebus meis, ut promissum fuerat ex lege & Prophetis, negaui ante faciem Pylati. ¶ Et uolauit ad me (inquit) unus de Seraphim, & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari, & tetigit os meum. Petrus nanque ait ad illos. Pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisque in nomine IESV CHRISTI in remissionem peccatorum, & accipietis donum spiritus sancti. Recte etenim Petrus hic intelligitur unus de Seraphim, ipse est enim Apostolo-

Petrus, unus de Seraphim Actu. 2. rum primus, & ipsi præ cæteris dictum est, quodcunq; ligaueris super terram, erit ligatum

Mat. 16. Quid calcul⁹ in manu Seraphim. & in cœlis: & quodcunq; solueris super terram, erit solutum & in cœlis. ¶ Hoc est quod hic audiuimus, in manu eius calculus, quia potestas ei data est, præcipua post CHRISTVM, ut credentibus remissionem peccatorum operetur, quem uidelicet calculum idem spiritus sancti gloriam forcipe tulerat de altari, id est, de maiestate CHRISTI, forcipe (inquam) id est, per egregiam fidē unius eiusdemq; dei & hominis IESV CHRISTI. Et audiui (inquit) uocem domini, dicentis: Quem mittam, et quis ibit nobis: Ac si

Esa. 6 diceret. Et prophetas occiderunt ac persecuti sunt, & me prophetarum dominum crucifixerunt. Post tot experimenta peccati eorum & duri cordis, quem mittam? Quis ibit nobis? Hic ò ter, quaterq; beate protomartyr Stephane, temetipsum obtulisti spontanea fide

Præconia B. Stephani. Actu. 6 fidelissima spe, gratiosa charitate. Et dixisti: Ecce ego, mitte me. Neq; iussus aut missus ab homine uel per hominem, sed per spiritus sancti plenitudinem faciebas prodigia & signa magna in populo: ipsos beatos Apostolos præueniens in prælio, primusq; in Euangelio Christi martyr, & secundum nomen tuum coronatus uictor obdormisti in domino.

¶ De eo quod scriptum est in laudibus mulieris fortis, id est, sanctæ fidei uir eius laudauit eam, & date ei de fructu manuum suarum.

Caput .XIX.

Ecce o beata

ECce ò beata trinitas nomen tuum, iuxta propositũ, pro posse glorificauimus & tuam o sancte spiritus processionem, ecce pro ut ipse dedisti, uoce & literis prosecuti sumus. Quid dabis præmiũ? Audemus enim nos: non autem ex nobis, sed audet in nobis mulier fortis, prospicere precium suum, procul, & aduocare de ultimis finibus. ¶ Quæ est illa mulier fortis? Nonne fides, per quam & Abraham tibi complacuit, & omnis electorum multitudo sic est amica coniuncta tibi uni deo, quemadmodum uxor siue dilecta uiro suo? Ipsa in nobis audet, & nos per ipsam audemus: quia non aliunde, sed ex ipsa iusti sumus, & ex ipa uiuimus Ecce hic quoque, ecce in nobis os suum aperuit sapientiæ, & lex clementiæ in lingua eius & panem otiosa non comedit. Surgant igitur filij eius, & beatissimam prædicent eam, & uir eius CHRISTVS laudet eam: neq; per hoc minus laudabilis habeatur, quia nos secundũ miseram conditionem fragiles sumus, magno quoq; Apostolo dicente: Habemus thesaurum istum in uasis fictilibus. Vbi surgant, & beatissimam prædicent eam filij eius? Vbi laudet eam uir eius? In portis, in exitu uitæ præsentis, secundum edictum sapientiæ, quod hic habemus. Date ei de fructu manuum suarum, & laudent eam in portis opera eius.

Peroratio.

Fides, mulieris fortis

Prouer. 31

2. Cor. 4

Prouer. 31.

HABES HIC CANDIDE LECTOR, LIBROS NOuem Ruperti abbatis Tuitiensis, de Glorificatione trinitatis, & processione spiritus sancti, sacris confirmatos literis, & nunc primũ, Impẽsis honesti uiri Francisci Birkman, diligenter impressos, Anno quidem à natali Christiano, M. D. XXVI. Pridie Idus Iunias.

REVERENDO IN CHRISTO PATRI AC DOMINO, DOMINO IOHANni, dei gratia Episcopo Roffensi in Anglia, Iohannes Cochlæus S. P.

QVANQVAM RVPERTVS NOSTER, ORNAtissime Præsul, locupletissimis scripturarum testimoniis, Trinitatis superbenedictæ glorificationem nouem libris demonstrauit, non minus quidem religiose q̃ erudite. Operæpretium tamen uidetur, ea quoq; adiungi, quæ multis ante seculis glorioſus Christi martyr, & Pontifex, Alexander, huius nominis primus, in sede Apostolica Papa, Episcopusq; Romanus, in decretali quadã epistola, mirabili compendio disseruit, complura referens testimonia, quæ apud Rupertum non reperiuntur. Libuit autem totam epistolam eius adiungere, non solum in gratiam tui, si forte in codice tuo antiquo non sit integra: uerum etiam in ædificationem fidelium contra grauissima horum temporum nostrorum scandala, per quæ à Priscis Ecclesiæ ritibus, ac institutis plerisq;, nouis quorundam commentis auertuntur. Poterit itaq; pius Lector ex ea non solum confirmari in fide trinitatis. ritibusq; sacris atq; antiquis, uerum etiam cognoscere, quanta fuerit etiam persecutionum temporibus, in sede Apostolica Sanctorum Pontificum feruor, eruditio, autoritas, uigilantia. Quòdq; Romanus Pontifex à temporibus usq; Apostolorũ semper pro summo ac uniuersali totius Ecclesiæ CHRISTI pastore habitus sit. Sunt quidem duæ adhuc aliæ eiusdem Pontificis epistolæ decretales, sed minus proposito huic nostro deseruientes. Ideo reseruabo eas in communem decretalium omnium (quas è uetustissimis codicibus, magno sane labore, anno superiore collegi) editionem, quæ à Clemente primo usq; ad Gregoriũ primum ex ordine procedens, multam præ se feret non modo eruditionem, uerum etiam antiquitatem admirandam atq; exemplarem ac digne uenerabiliterq; imitandam, ueterum Christianorum pietatem. Beneuale, Præsul & pietate, & doctrina insignis, plurimumq; Reuerende. Ex Moguntia: duodecimo Calendas Maias. Anno salutis M. D. XXVI.

Epistola Alexandri ad multa utilis

EPISTOLA DECRETALIS ALEXANDRI PAPAE PRIMI SVB TRAiano Imperatore Augusto ad omnes Orthodoxos ædita.

ALEXANDER EPISCOPVS, OMNIBVS ORTHODOxis per diuersas Prouincias Christo domino famulantibus.

COGITANTIBVS NOBIS METVM DIVIni iudicij, fratres charissimi, & post uitam hanc unumquenq; prout gesserit, recepturum, † quod uenit ad querelam, tacere non licuit. Sed nobis loqui necessitas imperauit, dicente Propheta: Exalta, ut tuba, uocem tuam. Et cui omnium Ecclesiarum cura est, si dissimulem, audiam, dicente domino: Reiecistis mandata dei, ut traditiones uestras statuatis. Quid enim aliud est, reijcere mandatum dei, q̃ priuato consilio, iudicio humano, nouis rebus constituendis, liberius delectari? Vnde & alibi scriptum est: Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui. Terminos indubitanter transgreditur, qui statuta patrum postponit atq; confundit. Peruenit nanq; ad conscientiam Apostolicæ sedis, quòd nonnulli sint tam stolidi, qui dominica præcepta, & Apostolorum eorumq; successorum statuta minime obseruant. Et eos, de quibus dominus ait: Qui uos tangit, tangit pupillam oculi mei, non solũ tangere minime dubitant sed etiam persequi non formidant. Et licet nos persequãtur. Quia nec nos sine illis, nec illos sine nobis persequi possunt. Quoniã illius sumus discipu-

als † quid ueniat in Esa. 58 Mat. 15

Prouer. 22

Zach. 2

Iohã. 10. &. 15

discipuli, qui animas pro fratribus præcepit ponere: Tamen eis pericula & perdition es eo rũ non sumus ausi celare, Ne prophetica (quod absit) sententia damnem ur, quæ ait. Si annunciaueris iniquo iniquitatem suam, animam tuam liberabis. Si autem non annunciaueris iniquo iniquitatem suam, sanguinem eius de manu tua requiram. Est etiam & hoc ad hanc sanctam perlatũ sedem, quod pudet dicere & non solum sacerdotali, sed etiam omni Christiano nomini est inimicũ, id est, q̃ nonnullos episcopos uel sacerdotes, aut metu compellunt, aut ui extorquent, aut fraude decipiunt, aliquas confessionis suæ in altera q̃ debeant, aut pro suar̃ non requisitione rer̃, aut (quod deterius est) alieni erroris sectæ scripturas facere, & propr̃is manibus roborare, & coràm populis recitare atq̃ confiteri. Aliquos dicunt carceribus & ergastulis recludi, ut saltem his territi infidi̇s deuient sacerdotes domini, & suis faueant uoluptatibus. Relatum insuper est ad huius sanctæ & Apostolicæ sedis apicem (cui summar̃ dispensationes causar̃, & omnium negocia Ecclesiar̃, ab ipso domino tradita sunt, quasi ad caput, ipso dicente principi apostolor̃ Petro. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam.) Quod quidam æmuli Christi, eiusq̃ sanctæ Ecclesiæ insidiatores, sacerdotes dei ad iudices publicos accusare præsumãt. Cum magis apostolus Christianor̃ causas ad ecclesias deferri, & ibidem terminari præcipiat. Taliter prævaricantes prævaricati sunt in deum suum, & non obediunt præceptis eius. De quibus dominus per prophetam Osee loquitur, dicens. Quasi uaccæ lasciuientes declinauerunt, & dilexerunt afferre ignominiam protectoribus suis. Et idem. Væ eis, quoniam recesserunt à me: uastabuntur, quia prævaricati sunt in me, & ego redemi eos, & ipsi loquuti sunt contra me mendacia. Et non clamauerunt ad me in corde suo, sed ululabant in cubilibus suis, super triticum & uinum ruminabant, & recesserunt à me. Ego erudiui & confortaui brachia eor̃, & in me cogitauerunt maliciam: reuersi sunt ut essent absq̃ iugo, facti sunt quasi arcus dolosus. Abiiciet eos dominus (ait idem propheta) qui non audierũt eum, & erunt uagi in nationibus. De his em̃ clericis uel laicis, qui episcopos uel reliquos sacerdotes, prius, tam ad primates eor̃, q̃ ad reliquos eorum accusant iudices, q̃ auribus eorum, à quibus se læsos æstimant, inculcent: Vt ab eis aut ius suum, aut iustam accipiant Apologiam, Idem per eũdem prophetam ait dominus. Audidomus Israhel, ausculta domus regis, & attendite sacerdotes, quia uobiscum iudicium est, quoniã laqueus estis † speculationis, & rete expansum super Tabor, uictimasq̃ declinastis in profundum, & ego eruditor omnium uestrum. Et alibi. Omnes calefacti estis quasi clibanus, quia deuoraſtis iudices uestros. ¶ Ipsi em̃ declinant uictimas domini in profundum, qui eos deuorant, uel iniuste rapiunt, qui oculi domini dicuntur. Nam si modo quisquam principis secularis oculos laceraret aut amoueret, esset reus criminis Maiestatis an non? Profecto aut morti traderetur, aut perpetua notaretur infamia. Si pro seculi potestatibus talia hominibus fiũt, quid pro his fieri putatis, de quibus dominus ait. Qui uos tãgit, tangit pupillam oculi mei. Procul dubio hi, qui eos persequuntur, & amouere nituntur, iniuste contra apostolicam autoritatem, si à morte prohibentur, dicente domino. Nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur & uiuat: Perpetua tamen notantur infamia, & exilio digni iudicantur finitimo. De quibus à temporibus apostolor̃ & infra ista tenemus atq̃ decreta habemus. Eor̃ accusandi episcopos uel testificãdi in eos uocem obstruimus, quos non humanis, sed diuinis actibus mortuos esse scimus, De quibus dñs loquitur per eũdẽ prophetam. Calumniam patiẽs fractus est iudicio: quoniã cœpit abire post sordes. Et ego quasi tinea Ephraim, & quasi putredo domui Iuda. Et uidit Ephraim languorem suum, & Iudas uinculum suum. Et abiit Ephraim ad Assur. & misit ad regem ultorem, & ipse non poterit sanare uos, nec soluere à uobis uinculum. ¶ Qui em̃ sacrilega persuasione persequuntur & lacerare nituntur episcopos, uel eos qui domino recte sacrificant, indubitanter eum persequũtur, & dilaniant, cuius uice funguntur. † Vt ait dominus per prophetam Iohel. Nunquid ultionem reddetis mihi? Et si ulciscimini uos contra me, cito uelociter reddam uicissitudinem uobis super caput uestrum. Et per Osee prophetam dominus inquit. Quis sapiens, & intelliget ista? Intelligens sciet hæc, quia rectæ uiæ domini, & iusti ambulabunt in eis. Prævaricatores corruẽt in eis. Et ipsa per se ueritas ait. Qui uos audit, me audit: & qui uos

Ezech. 3. 33

Matth. 16.

I. Cor. 6.

Osee. 4.

Idem. 7.

Idem. 9.

Idem. 5.

alias † speculationum.

Idem. 7.

Qui declinãt uictimas dñi in profundũ.

Zacha. 2.

Ezech. 18.

Osee. 5.

Qui sacerdotes pſequitur dñm pſequit alias † Vnde Iohelis. 3.

Osee. 14.

Lucæ. 10.

ſpernit, me ſpernit. His & alijs fulti quàmplurimis dominicis præceptis, uitantes hominum perditionem, cum omnibus huius ſanctæ ſedis (quam dominus caput totius eccleſiæ conſtituit) membris, talia † ferri prohibemus, ne confundatur popolus domini in æternum. Nam & à prædeceſſoribus noſtris inhibitum legimus, ut nemo contriſtet doctores, neque accuſationem aduerſus eos ſucipiat. Ipſe nanque princeps Apoſtolorum, in ordinatione beati CLEMENTIS, populum inſtruens, ait. Quicunque contriſtauerit doctorem ueritatis, peccat in Chriſtum, & patrem omnium exacerbat deum: Propter quod uita carebit. Et doctor gentium inquit. Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto: uos, qui ſpiritales eſtis, ſuſtentate illum in ſpiritu lenitatis: conſyderans teipſum ne & tu tenteris. Alter altelterius onera portate, & ſic adimplebitis legem CHRISTI. Has conſyderantes pietates, & pericula uitantes animarum, una cum omnibus domini ſacerdoribus, qui nobiſcum in hanc ſacram conuenerunt urbem, & cum omnibus huius capitis membris (ſicut à beatis Apoſtolis & reliquis ſanctis patribus ac ſucceſſoribus eorum † audiuimus) ſtatuentes decernimus. Omnes qui ſanctos patres perſequuntur, aut amouere uel dilacerare manifeſte nituntur, infames eſſe, & alienos à liminibus eccleſiæ, uſque ad ſatisfactionem fieri. Quia ſic odit eos deus, qui aduerſus patres armantur, ut patrũ inuaſores uel deſtructores: Quia ideo infames efficiuntur, quia patres perſequuntur. Quoniam ſi nec loqui eis licet, quibus doctores ſummi, quos epiſcopos uocamus, propter eorum ſcelera aduerſantur. Quantò magis eis qui eos infeſtant? nec conſentiendum eſt nec loquendum, ne participes eorum inueniantur ſceleribus? Quia non ſolum qui faciunt, ſed & qui conſentiunt facientibus, rei ſunt. ¶ Vnde & beatus princeps apoſtolorum Petrus, in ordinatione ſancti prædeceſſoris noſtri CLEMENTIS, inſtruens clerum & populum, ait. Si inimicus fuerit Clemens alicui pro actibus ſuis, uos nolite expectare, ut ipſe uobis dicat: Cum illo nolite amici eſſe: Sed prudenter obſeruare debetis, & uoluntati eius abſque † commonitione obſecundare, & auertere uos ab eo, cui ipſum ſentitis aduerſum. Sed nec loqui his, quibus ipſe non loquitur: ut unuſquiſq; qui in culpa eſt, dum cupit omnium ueſtrum amicitias ferre, feſtinet citius reconciliari ei qui omnibus præeſt: & per hoc redeat ad ſalutem, cum obedire cœperit monitis præſidentis. Si uero quis amicus fuerit his quibus ipſe non loquitur, unus eſt & ipſe ex illis qui eccleſiam dei exterminare uolunt. Et cum corpore uobiſcum eſſe uideatur, mente & animo contra uos eſt, & eſt multo nequior hoſtis hic, quàm illi qui foris ſunt, & euidenter inimici ſunt. Hic enim per amicitiarum ſpeciem, quæ inimica ſunt, gerit, & eccleſiam diſpergit ac uaſtat. Similiter ſi huiuſmodi perſonis quædam ſcripturæ quoquo modo per metum aut fraudem aut per uim extortæ fuerint, uel ut ſe liberare poſſint, quocunque ab eis † ſcriptæ uel roboratæ fuerint ingenio, ad nullum eis præiudicium aut nocumentum prouenire cenſemus, Neque ullam eis infamiam uel calumniam aut à ſuis ſequeſtrationẽ, unquam, autore domino & ſancti bouis Apoſtolis eorũq; ſucceſſoribus, ſuſtinere permittimus. Confeſſio uero in talibus, non compulſa, ſed ſpontanea fieri debet, ipſo atteſtante, qui ait. Ex corde enim procedunt homicidia, adulteria, fornicationes, blaſphemiæ & cætera quæ ſunt ad hæc pertinentia. Nec tantum attendenda ſunt quæ fiunt, quantum quo animo fiunt. Quorum exempla, ſi omnia ſcribere cœperimus, ante dies q̃ exempla deficient. Vnde & illud eſt, q̃ dominus ad munera Abel reſpexit, & non ad Cain. Quia magis intendit ad offerentis animũ, quàm ad ea quæ offeruntur. Vnde & dominus per prophetã inquit. Deus ſcit cogitationes hominum. Et Oſee uates ait. In gutture tuo ſit tuba, quaſi aquila ſuper domum domini, & reliqua. Et dominus in euangelio ait. Tu autẽ, cũ oraueris, intra in cubiculũ, & clauſo oſtio ora patrem tuum. Oñis eñ confeſſio, quæ ſit ex neceſſitate, fides non eſt. Et Apoſtolus ait. Corde eñ creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem. Amplius autem reſpicit deus ad cogitationes & ſpontaneas uoluntates, q̃ ad actus, qui per ſimplicitatẽ aut neceſſitatem fiunt. Confeſſio uero non extorqueri debet in talibus, ſed potius ſponte proferri. Peſſimũ eſt eñ de ſuſpitiõe aut extorta confeſſiõe quenquã iudicare, cũ magis inſpector ſit dñs cordis q̃ operis, & potius requirat

al's † fieri I. Timo. 5.

Gala. 6.

Cõſtitutio ſynodica Alex.

al's † accepimus.

Roma. 1. Vide epſam B. Cle. cap. 17

al's † cõmunicatione.

al's † conſcriptæ

Matth. 15

Gene. 4.

Pſalm. 93. Oſee. 8. Matth. 6 Roma. 10.

requirat cogitationes puras, & uoluntates bonas quàm labia mendacia. Vnde & dominus per prophetam loquens, ait. Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est à me. Peius malum non æstimo fore, quàm Christianos suis inuidere sacerdotibus. Noüit enim dominus qui sunt eius. Non potest autem humano condemnari examine quem deus suo reseruauit iudicio. Si omnia nanq; in hoc seculo uindicata essent, locum diuina non haberent iudicia. Quod autem ad alios iudices prius non debeant quàm ad se sacerdotes uel actores Ecclesiæ accusare, ita à † tempore Apostolorum & infra, obseruatum & diffinitum inuenimus. Si quis erga episcopum uel actores ecclesiæ quamlibet quærelam habere se iustam crediderit, non prius primates aut alios iudices adeat quàm ipsos, à quibus se læsum æstimat, conueniat familiariter, non semel, sed sæpissime: ut ab eis aut suam iustitiam, aut iustam accipiat excusationem. Si autem secus egerit, ab ipsis & ab alijs communione priuetur, tanquam apostolorum patrumq; aliorum contemptor. De quibus ait propheta. Erunt quasi non sint, & peribunt uiri qui contradicunt uobis. In sacramentorum quoque oblationibus, quæ inter missarum solennia domino offeruntur, passio domini miscenda est, ut eius, cuius corpus & sanguis conficitur, passio celebretur: Ita ut repulsis opinionibus superstitionum, panis tantum & uinum aqua permixtum, in sacrificio offerantur. Non debet enim (ut à patribus accepimus, & ipsa ratio docet) in calicem domini aut uinum solum aut aqua sola offerri, sed utrunq; permixtum: quia utrunq; ex latere eius in sua passione profluxisse legitur. Ipsa uero ueritas nos instruit. Calicem & panem in sacramento offerre, quando ait. Accepit Iesus panem, & benedixit, deditq; discipulis suis dicens, Accipite & manducate, hoc est corpus meum. Similiter postquam cœnauit, accepit calicem, & dedit discipulis suis, dicens. Accipite & bibite ex eo omnes, quia hic est calix sanguinis mei, qui pro uobis fundetur in remissionem peccatorum. Crimina enim atq; peccata, oblatis his domino sacrificijs, delentur. Iccirco & passio eius in his commemoranda est, qua redempti sumus: & sæpius recitanda, atq; hæc domino offerenda. Talibus hostijs delectabitur & placabitur dominus, & peccata dimittet ingentia. Nihil enim in sacrificijs maius esse potest quàm corpus & sanguis CHRISTI. Nec ulla oblatio hac potior est, sed hæc omnes præcellit. Quæ pura conscientia domino offerenda est, & pura mente consumenda, atque ab omnibus ueneranda. Et sicut potior est cæteris, ita potius excoli ac uenerari debet. ¶ Aquam enim sale conspersam populis benedicimus, ut ea cuncti aspersi sanctificentur ac purificentur. Quod & omnibus sacerdotibus faciendum esse mandamus. Nam si cinis uitulæ aspersus populum sanctificabat atque mundabat: multo magis aqua sale aspersa, diuinisq; precibus sacrata, populum sanctificat atq; mundat. Et si sale aspersa per Helisæum prophetam sterilitas aquæ sanata est: quanto magis diuinis precibus sacrata sterilitatem rerum aufert humanarum, & coinquinatos sanctificat & purgat & cætera bona multiplicat, & insidias diaboli euertit, & à † fantasmatis uersutijs hominem defendit? Nam si tactione fimbriæ uestimenti saluatoris † saluatos infirmos non dubitamus: Quantò magis uirtute sacrorum eius uerborum diuinitus sacrantur elementa, quibus sanitatem corporis & animæ percipit nostra fragilitas. His ergo & alijs instructi documentis, uota singulorum domini sacerdotes respicite, et uirtute spiritus sancti diuinis precibus per ministeriũ uobis diuinitus collatum, perficere certate. Elementa quoque, tam ea quæ prædiximus, quàm cætera diuinis apta usibus, et humanis necessaria infirmitatibus sacrata, et infirmos curant, et cætera quæ uobis pertinent, diligenter perficiunt. Ipse enim saluator, tribuendo nobis exemplum, discipulis suis ait. In nomine meo dæmonia ejicite, infirmos curate, ægros sanate, leprosos mundate, &c. Super infirmos etiam manus imponite, & bene habebunt.

¶ Fidem quoque sanctæ Trinitatis sic docendam à patribus accepimus, uobisq; tradendam subditis destinamus. Esaias nanque propheta ait. Vidi dominum Sabaoth, sedentem super thronum excelsum, & Seraphim stabant in circuitu eius, sex alæ uni, et sex alæ alteri: Duabus uelabant faciem, duabus autem uelabant pedes, et duabus uolabant, et clamabant ad † alterutrum, dicentes. Sanctus, sanctus, sanctus, dominus deus Sabaoth. Si tri

Esaiæ. 29.
2. Tmo. 2.
al's † tpibus Confutatio apostolica
In sacrificio missę aqua uino admiscerí debet.
Matth. 26. Marci. 14. Lucæ, 22.
Hebræ. 13.
Bñdictio salis & aquæ. Nume. 19. I. Timo. 4. 4. Reg. 2.
al's † fantasmaticis
al's † sanatos
Matth. 10. Marci. 16.
Esaiæ. 6
al's † alter ad alterum.

Gene.j. nitas non est, quare tertio sanctus dixerunt? Aut si unitas non est, quare sub trina repetitione unum deum ac dominum intimarunt? Si trinitas non est, cur in Genesi dicitur? Dixit deus, fecit deus, & benedixit deus? Si unitas non est, quare tertio dixit, deus: & deos plurali numero non commendauit? Si trinitas non est, quare in Exodo dictum est tertio?

Exodi.34 Domine domine domine, miserator & misericos? Si unitas non est, quare, dum tertio, domine diceret: postea misericors & miserator singulariter dicit, & non miseratores, ut

Gene.j8. plures ostenderet, intimauit? Si trinitas non est, cur Abraham ad ilicem Mambræ sedens, tribusq; occurrens, uni, domine dixit, & non, ut uiderat, tribus salutationis obsequium reddidit? Si unitas non est, cum Moysi Deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob

Exodi, 3. tertio diceret, Cur unitatem ostendens. Hoc mihi nomen est, dixit: Non, hæc sunt nomi-

Psalm. 66 na nostra, designauit? Si trinitas non est, quare Dauid tertio dixit, Benedicat nos deus deus noster, benedicat nos deus? Si unitas non est, quare cum tertio deum nominasset, Be-

Esaiæ. 37 nedicat dixit, & non, benedicant adiunxit? Si trinitas non est, Cur Esaias denuo dixit, Do-

3. Regū. 8. mine deus Sabaoth, deus Israhel, qui sedes super Cherubin? Si unitas non est, quare, Qui sedes dixit, & non, Qui sedetis, astruxit? Si trinitas non est, quare in libro Regum dicitur

Psalm. 78. Domine deus omnipotens, deus Israhel, sermones tui fideles sunt? Si unitas non est, quare Tui dicitur, & nō, Vestri, potius intimatur? Si trinitas non est, Cur in Psalmo quinquagesimo octauo cantatur, Domine deus uirtutum, deus Israhel, Intende ad uisitandas omnes gentes? Si unitas non est, quare intende posuit, & non intendite intimauit? Si trinitas

Apoca. j. non est, quare in Apocalypsi tertio dicitur, Sanctus dominus deus omnipotens, qui est & qui erat? Si unitas non est, qua non, qui sunt & qui erant, pluraliter designatur? Si trinitas

Deute.4. non est, quare in Deuteronomio dictum est, dominus deus tuus, deus misericos est, & audiet uocem tuam? Si unitas non est, quare audiet posuit, & non, audient intimauit? Si tri-

Iosue. 2. nitas non est, quare in Iesu libro dicitur, dominus deus deus eorum est? Si unitas non est, quare est dixit, & non sunt, morem locutionis induxit? Si trinitas non est, quare Helias

al's † adorādo 3. Regū j8. Hester. jj. † orando. Domine domine deus Israhel, ostende quia tu es deus meus dixit? Si unitas non est, quare, ostende, & non ostendite posuit? Si tri trinitas non est, Cur Mardochæus orando, domine domine deus omnipotens, omnia in potestate tua sunt, dixit? Si unitas non est

al's † significauit. Iudit. 9 quare in tua posuit, & non in uestra † signauit? Si trinitas non est, cur etiam Iudith orando dixit, Domine domine deus omnium uirtutum, respice in orationem meam? Si unitas non est, quare, respice, & non, respicite, designauit? Si trinitas non est, quare in Hie-

Hieremī. jo remia dicitur, o Dminus deus uester, deus uerax est? Si unitas non est, quare, uerax est, & non, ueraces, potius intimauit? Si trinitas non est, Cur in Apocalypsi scriptum est,

Apoca. zz dominus deus & spiritus prophetarum misit angelum suum, ostendere seruis suis, quæ oportet fieri cito? Si unitas non est, quare cum patrem & filium & spiritum sanctum no-

al's † sub p̄te xtu. Deu. 6 minasset, misit, dixit, & non miserunt † sub prætaxato trium personarum & nominum introduxit? Si trinitas non est, quare in Deuteronomio dicitur, dominus deus uester hic est

Deute. jo. deus? Si unitas non est, quare, hic est, dixit, & non, hi sunt, plurali numero designauit? Si trinitas non est, quare in eodem dicitur libro, dominus deus tuus, deus magnus & po-

Tobiæ. 7. tens est? Si unitas non est, quare magnus & potens, singulariter, & non, magni & potentes, pluraliter nominantur? Si trinitas non est, Cur Tobias, cū filiū suum in Raches ciuitatem Mœdorum, cum Raphael angelo mitteret, benedicens eos, ita dixisse docetur: deus Abraham, deus Isaac, deus Iacob, Ipse impleat benedictionem suam in uobis? Si unitas non est, quare, ipse impleat, dixit, & non, ipsi impleant, intimauit? Postremo, si trinitas

Matth. 28. non est, quare dominus discipulos suos in nomine patris & filij & spiritus sancti, uniuersas gentes dispposuit baptizare? Si unitas non est, quare in nomine dixit, & non in nomi-

Roma. jj. nibus, præcipiendo perdocuit? Si trinitas non est, quare Apostolus Paulus ait. Ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia? Si unitas non est, quare, ex ipso posuit, & non, ex ipsis, astruxit? Si enim certo certius uolueritis unitatem trinitatemq; agnoscere, à præpedicto

al's † potestis forte † hæreticorum doctore gentium Apostolo † poteritis uniuersa condiscere, & sequi Catholicam fidem, & † horum respuere prauitatem. Gratia domini nostri Iesu CHRISTI (inquit) &

charitas

charitas dei, & communicatio ſancti ſpiritus: Ipſa eſt patris & filij & ſpiritus ſancti gratia. 2.Cor.13.
Et ſic fidē ſanctæ Trinitatis & intelligere & diſcere, domino adiuuante pleniter poteſtis.
Iccirco ergo chariſſimi, fidei regulas iuxta huius epiſtolæ fidem poſuimus, ut in eius con-
feſſione fedeliter perſeueremus, & domino axiliante † bonum finem habere mereamur. al's† bonā fi-
Quicunque ergo uoluerit amicus eſſe huius ſeculi, inimicus dei conſtituetur. Aut puta- dē. Iaco. 4
tis, quia inaniter ſcriptura dicit. Ad inuidiam concupiſcit ſpiritus qui habitat in uobis. Exhortatio
Maiorem autem dat gratiam. Propter quod dicit. Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus au- uere theolo-
tem dat gratiam. Subditi igitur eſtote deo, reſiſtite autem diabolo, & fugiet à uobis. Ap- gica.
propinquate deo, & appropinquabit uobis. Emundate uobis manus peccatores, & puri-
ficate corda uobis duplices animo. Miſeri eſtote, & lugete, & plorate. Riſus ueſter in lu-
ctum conuertetur, & gaudium in mœrorem. Humiliamini in conſpectu domini, & exal-
tabit uos. Nolite detrahere alterutrum fratres mei. Qui detrahit fratri, aut qui iudicat fra-
trem ſuum, detrahit legi, aut iudicat legem. Si autem iudicas legem, non factor es legis,
ſed iudex. Vnus eſt enim legislator et iudex, qui poteſt perdere et liberare. Tu autem quis Iacobi. 5.
es, qui iudicas proximum tuum? Agite nunc diuites, plorate ululantes in miſeriis ueſtris,
quæ aduenient uobis. Diuitiæ ueſtræ putrefactæ ſunt, & ueſtimenta ueſtra à tineis come-
ſta ſunt. Aurum & argentum ueſtrum eruginauit, & erugo eorum in teſtimonium uobis
erit, et manducabit carnes ueſtras ſicut ignis. Theſaurizaſtis uobis iram in nouiſſimis die-
bus. Ecce merces operariorum, qui meſſuerunt regiones ueſtras, quæ fraudata eſt à uo-
bis. Clamat, & clamor eorum in aures domini Sabaoth introiuit. Epulati eſtis ſuper ter-
ram, & in luxuriis enutriſtis corda ueſtra. In die occiſionis adduxiſtis, occidiſtis iu-
ſtum, & non reſiſtit uobis. ¶ Væ fratres his, qui uos tribulant. Vos uero, quan- Concluſio
to amplius tribulamini, tanto purgatiores atque beatiores efficiemini: conſolatoria.
Si tamen ipſa tribulatio patienter fuerit ſupportata. Vnde & ipſa Matth. 5.
ueritas per ſe dicit. Beati qui perſecutionem patiuntur Lucæ. 6.
propter iuſtitiam. Et alibi. Beati eritis, cum uos
oderint homines, et perſequti uos fuerint,
et eiecerint nomen ueſtrum tan-
quàm malum. Gaudete
in illa die et exultate
quoniam
merces ueſtra mul-
ta eſt in cœlis. Data. IX.
Calendas Auguſti, Traiano et
† Aeliano VV. CC. Conſſ. † Aelio.

¶FINIS EPISTOLAE ALEXANDRI PAPAE .I. PA-
TRIA ROMANI, MARTYRIS GLORIOSI.


UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN